


13
23 F
M3

FERDINANDI
DE
VALENTIBUS
TREBIENSIS
Sacri Consistorii, Fisci, & R. C. Apostolicæ
ADVOCATI
DISSERTATIONES
FISCALES.



FERDINANDI
DE
VALENTIBUS
TREBIENSIS
Sacri Consistorii, Fisci, & R. C. Apostolicæ
ADVOCATI
DISSERTATIONES
FISCALES
PARS ALTERA.









ROMÆ MDCCLI.

Ex Typographia Joannis Baptistæ Bernabò, & Josephi Lazzarini.
PRÆSIDUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.

Eminentissimo & Reverendissimo Principi

MARCELLO CRESCENTIO

S. R. E. CARDINALI

Archiepiscopo Ferrariensi.

LUDOVICUS DE VALENTIBUS

FELICITATEM.



X quo mihi primùm venit in mentem, EMINENTISSIME PRINCEPS, *selectiora Ferdinandi de Valentibus Patrui mei, Sacri Consistorii, Fisci, & R. C. Apostolicæ Advocati Opera publici juris facere, ut quam illi in celeberrima Romana Curia famam singularis doctrinæ cum rara modestia conjuncta comparaverat, ea posteritati sarta tecta servaretur; illud quoque cogitavi, aliquam ejus laborum partem immortali tuo Nomini consecrare. Cum igitur jam alterum Allegationum Fiscalium Volumen, quod Ferdinandus ipse,*

 prout

prout occasio se dedit, conscripsit ornavitque; exeat in vulgus, illud Tibi eâ, qua par est, veneratione offero perpetuum observantiæ meæ argumentum. Deberem hîc quod vulgo fieri solet, in amplissimas Familiæ Tuæ laudes excurrere, quæ certè vel antiquitate vel rerum gestarum gloriâ, unde vera nobilitas oritur, cum paucis comparari potest. Sed Te hoc genere laudum, quas non nobis ipsi peperimus, sed vel naturæ vel majoribus nostris acceptas referimus, minime delectari satis intelligo. Alia nimirùm sunt in Te tua propria, quæ veram in se laudem continent, præclara scilicet decora & ornamenta Virtutum, quibus non tam nutritus, quam natus esse videris; ut proinde celebratissimum illum Cardinalem Marcellum Crescentium, *qui Legatus Apostolicus ad Concilium Tridentinum missus sapientiâ & doctrinâ suâ illud maxime illustravit, redivivum in Te non modo nomine, sed multo magis virtutibus videamus. Nam ut taceam quanta & a puero fuerit Tui ingenii suavitas, quanta morum facilitas, quanta pietas aliæque virtutes, quæ Te egregiâ indole Adolescentem & ad summa natum prænunciabant; illud profecto omnibus admiratione dignum fuit videre nobilem in primis ætate atque eximiâ formâ juvenem primogeniti jura Fratri sponte concedere, & in Basilica Apostolorum Principis Sacerdotio initiatum inter Canonicos adnumerari. At vero magis magisque pietatis Tuæ splendor eluxit, cum Benedictus XIII. Pontifex Maximus Te Diaconum sibi perpetuum adesse voluit in sacris muneribus, in quibus sanctissimus Pontifex assiduo ac fere quotidiano labore versabatur. Quis enim tunc eximiam modestiam, gravitatem, constantiam, & religionem in Te magnopere miratus non est? Certe Pontifex ipse cujus immortale nomen in omnem ætatem vivet, tantam in juvene animi maturitatem pietatemque suspiciens, singulari Te amore ac benevolentiâ diligebat: quod præsertim simillimam sui imaginem in Te videret, cum & ipse amplissimâ Paternæ Domus hæreditate abdicatâ, in ætatis flore nomen in Religiosam Familiam dedisset. Quamobrem Te, ne id quidem cogitantem inter Sacræ Rotæ Auditores retulit,*

cum

cum jam summâ diligentiâ, fide & integritate Te Cameræ Apostolicæ Præsidem præstitisses. Nec minorem aut minus præclaram de Te opinionem postea habuerunt Clemens XII., & BENEDICTUS XIV. *Pontifices Maximi, quorum alter Te Nuncium Apostolicum in Gallias misit, alter Cardinalem ingenti Urbis gratulatione plausuque renunciavit. Neque hîc finem fecit peculiaris erga Te* BENEDICTI XIV. *Beneficentia, qui, quo acerrimo pollet judicio & sapientiâ singulares animi Tui dotes probe cognoscens, cum Te ad imperandum prope natum esse intelligeret, primo Ferrariæ Legatum, deinde ejusdem Civitatis Archiepiscopum constituit, ut non solum commisso Tibi gregi exemplum boni operis fieres, sed etiam ut in Te Ecclesiasticæ Disciplinæ normam haberent ii, qui ad Apostolatus dignitatem adspirant. Nec sapientissimum Pontificem spes fefellit. Quod enim est Officium, labor, diligentia aut industria solertissimi Pastoris, quæ in Te desiderari posse videatur, ut vitiorum stirpes evellantur, ut crescant ubique Virtutum semina, ut omnia denique ad veterem Ecclesiæ disciplinam revocentur? Hinc suaves illæ non minus, quàm efficaces Pastorales cohortationes, quibus Populum Ferrariensem ad virtutem excitas: hinc sublevandæ egenorum calamitati impensa subsidia: hinc ægrotantes sive domi, sive in Nosocomiis jacentes frequens visitandi cura; imo & mortem obeuntibus die, quin etiam noctibus ades Apostolicam benedictionem impertiens, in quibus aliisque eximiæ charitatis officiis Te sæpe occupatum, etiam dum Legati Imperium dignitatemque sustineres, Ferrarienses non sine ingenti admiratione conspexerunt. Mirum propterea non est, si acceptabili hoc tempore, si diebus hisce Salutis, quibus* BENEDICTI XIV. *beneficio magnum indixisti tuis Populis Jubilæum, & cælestes Ecclesiæ thesauros aperuisti, tantâ omnibus pietate præluceas, tanta præbeas exempla bonorum operum, ut non minùs habeant, quem imitentur, quàm quem aduirentur. Adeo siquidem totus es in frequentandis Ecclesiis, in peregrinis hospitio excipiendis, in opitulandis largiori manu pauperibus, in piis sodalitatibus, quæ ad tuam hanc Urbem ex tota Diœcesi frequentissimæ confluunt, omni*

Reli-

Religionis & Officii genere introducendis, dirigendis, fovendis, ut & Cives & advenæ ad pietatem inflammentur, in admirationem rapiantur. Quæ etsi in aliis istâ dignitate ornatis omni commendatione dignissima videantur, Tibi tamen à puero mirâ pietate prædito & in præclaris hujusmodi operibus versato tanquam propria & quasi naturâ insita dicenda sint. In quo quanta sita sit laus, ex eo intelligere facile possumus, quòd, qui vitam piis iisdemque semper operibus comendatam perpetuo constanterque traduxerint, eos heroicæ planè virtutis gradum attigisse magni nominis viri non immerito voluerunt.

Porro in amplissimis tuis virtutibus, quas veluti cursim attigi, multa prætermitto, quæ in Te suspicere, admirari, maximisque efferre laudibus mihi licuit eo potissimum tempore, in quo Tibi ob tua, tuæque Familiæ merita, mihi vero Auctoris hujus Operis causâ à clarissimo & immortalis memoriæ Cardinali Corradino in suam familiarem consuetudinem admitti, & unâ apud ipsum sæpe congredi à prima usque ætate datum est. Unum dicam, quod in laudem tuam cedit maximam; incredibilem scilicet fuisse benevolentiam atque existimationem, qua Te Corradinus ipse prosequebatur. Ego ipse illum audivi pluries integritatis tuæ laudatorem tuarumque laudum præconem. Ille magis quam Tu ipse pro tua augenda stabiliendaque dignitate sollicitus. Quoniam vero tanti Viri mentio incidit, liceat nobis, qui summis beneficiorum vinculis eidem obstricti sumus, eximias ipsius virtutes, & præclara gesta reminisci, atque hîc aliqua festinato recensere: ita enim naturâ comparatum est, ut homines nihil magis optent, nihilque magis cordi habeant, quam in animo suo recolere, libenterque inter se differere atque eloqui ea, quæ sibi in vita gratissima contigerunt, quæque benemeritum de ipsis virum ornent & condecorent. Et sane quod laudis præconium non promeruit Marcellinus Cardinalis Corradinus in Romana Curia, in qua brevi Jurisconsultorum Princeps evasit? Quid non laude dignum gessit, vel cum Innocentius XII. ejus operâ in Dataria usus est, vel cum sibi Causarum Cognitorem Clemens

mens XI. fecit ? Utrumque profecto munus eâ explevit Justitiâ, integritate atque animi robore, ut ab eodem Clemente XI. dignissimus fuerit habitus, qui ad Purpuræ dignitatem eveheretur; quique non multò post Sacræ Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum præficeretur. Quid vero in illo hac in dignitate constituto non emicuit ? unum & triginta annos, quibus ob res præclare gestas & virtutes apud omnes Summos Pontifices, qui consecuti sunt, præsertim vero Innocentium XIII. ac Benedictum XIII. qui ipsius curæ consilio, atque arbitrio Datariam commiserunt, summam sibi benevolentiam, existimationem & gratiam conciliavit. Potissimum quidem (ut taceam Pastoralem sollicitudinem, qua Tusculanam Ecclesiam administravit) in Comitiis Pontificiis summa eluxit ejusdem Sapientia, consilium & animi magnitudo, cum ab omni sua cupiditate alienus ad Apostolicæ Sedis auctoritatem libertatemque tuendam totus incumberet. Quamobrem non Romæ tantùm, ubi in gravissimis Ecclesiæ negociis ejus sententia quasi oraculum habebatur, sed apud exteras quoque nationes communis de ejus doctrina, integritate & fide sic invaluit opinio, ut Romanæ Ecclesiæ presidium & amplissimi Cardinalium Senatus lux & Splendor existimaretur. Atque hinc BENEDICTO XIV. *acri & perspicaci virorum doctissimorum existimatori ita acceptus probatusque fuit, ut nullum sibi alicujus momenti negocium occurreret, in quo deliberando Corradini doctrinâ, consilio, aut operâ non uteretur. Quod si de privatis rationibus meis addere quidquam liceat, quid dicam de benevolentia & peculiari studio, quo, dum vixit, Ferdinandum meum prosecutus fuit, cui præcipui amoris argumenta plurima dedit ? Ut nihil de me loquar, cui præter innumera beneficia, etiam moriens testatum facerè voluit benevolentissimum animum suum, cum rei sibi charissimæ Cœnobii niuirum Virginum, quod Setiæ in Patria ad Commune Civitatis bonum erexerat, regimen curamque Eminentiæ Tuæ committendo, me quoque simul delegavit, summo meo decore atque ornamento, præsertim cum* EMINENTIÆ TUÆ *Socium adjunxerit summæ probitatis Virum, eâdem di-*


gni-

gnitate, pari religione, animo & amore Tibi semper conjunctissimum Eminentissimum Cardinalem Rezonicum, cujus admiranda pietas & Religio non minus Romæ in Sacris Ecclesiasticis muniis obeundis cognita atque perspecta fuit, quàm nunc Patavii elucet, ubi celeberrimam illam Ecclesiam singulari doctrina virtute, ac bonorum Operum exemplo sapientissime administrat; ut eximiam Prudentiam præteream, cujus cum multa eaque præclara semper dederit argumenta nuperrime tamen eam admirati maxime fuimus atque suspeximus; Inter Sacerdotium enim & Imperium ita se præstitit ut ejus opera consilio & studio controversiæ illi de Aquilejensi Patriarchatu, quæ jam longo tempore exarserat non minori Christianæ Reipublicæ æmolumento, quam BENEDICTI XIV. *Pontificis vere sapientissimi ac Maximi, suæque Patriæ gloria, finis imponeretur. His ad communem animi nostri jucunditatem breviter commemoratis ad Te redeo,* EMINENTISSIME PRINCEPS, *cui maxime hoc opus nuncupatum volui; Teque supplex oro, ut illud libens excipias, Opus scilicet hominis & Tibi, & Cardinali Corradino addictissimi, cujus defuncti voluntati me quidem obtemperare puto, dum ejusdem Cardinalis memoriam immortalem repetam, & Te ad extremum usque spiritum omni officiorum genere prosequar.*

IN-

INDEX ARGUMENTORUM

Quæ in hoc Volumine continentur.



FERDINANDI DE VALENTIBUS

Sacri Consistorii, & Fisci Apostolici Advocati

DISSERTATIONES FISCALES

PARS ALTERA.

ARGUMENTUM.

Provisus de Ecclesia, vel Beneficio, ante præsentationem Literarum factam Capitulo, captamque possessionem, à fructuum perceptione excluditur, iique Rev: Cameræ applicantur, tametsi Provisus, S.R.E. Cardinalis existat. Generali autem consuetudine receptum id hactenùs observatumque fuisse, exemplis hìc ostenditur; Ut etiam quæ impedimenta justam Proviso excusationem præbeant, latè differitur.

DISSERTATIO PRIMA.

1 *Episcopi electi, ex antiquioris Juris dispositione, etiam ante adeptam possessionem, omnimodam obtinebant Ecclesiæ administrationem cum plena perceptione fructuum.*

2 *Secùs verò sancitum est postea à Bonifacio VIII. in celebri ejus* Decretali = Injunctæ =.

3 *Quæ* Decretalis *fuit confirmata ab ejus Successoribus Alexandro V., Pio II., Innocentio VIII., & Julio II.*, & n.5. & 8.

4 *Ex regula secunda Cancellariæ reservantur Ecclesiæ omnes vacantes, eorumque fructus, donec Electi, seu Provisi pacificam possessionem fuerint adepti.*

6 *Episcopus ad nominationem Regis Catholici provisus; antequam possessionem assequatur, præstare debet fidelitatis juramentum tum Regi, tum Capitulis de observandis Statutis suarum Ecclesiarum.*

7 *Rev: Cameræ applicantur fructus Ecclesiæ decursi a die obitus Episcopi usque ad tempus possessionis per novum Episcopum captæ.*

Idque ex generali consuetudine ubique receptu, ac Pontificiis etiam Constitutionibus, num.10. & seq., præsertim n.19.

9 *Jus commune potentiùs operatur, concurrente cum eo consuetudine, aut aliquo speciali Jure.*

11 *Consuetudo, quod ante adeptam possessionem, atque installationem, novus Episcopus omni administratione, ac fructuum perceptione careat, semper servanda est.*

Præsertim, quando est immemorabilis, & numer.17.

13 *Immemorabilis hæc consuetudo in Hispaniarum Regnis viget*, & numer. 19.27.41., & 46.

Et locum habet etiam ubi agitur de S. R. E. Cardinalibus, numer.24. 25. & dd. nn. 27. 41. 46. & seq.

Contrariæ Authoritates explicantur nu. 49. & seq.

14 *Episcopis electis, qui contrariâ urgente necessitate, & maxima Locorum distantia, possessionem sui Episcopatus non cœperint, an dispensatio concedi possit administrandi eorum Ecclesiam, & percipiendi fructus? quærunt Canonistæ, & varia est illorum opinio.*

15 Laudatur Archiepiscopus Goanus, qui nunquam interponere se voluit in regimen suæ Ecclesiæ, quamvis certò sciret, consignatas fuisse, sed casu aliquo interceptas Bullas.

16 Et quomodò tàm in hoc casu, quàm in aliis futuris providendum censuerit Sacra Concilii Congregatio?

18 Nuntiatura, & Collectoria Neapolis ea est praxis, ut incamerentur fructus inexacti nedum tempore mortis sive Episcoporum, sive aliorum Beneficiatorum, sed etiam tempore resignationis, seu translationis.

20 Nomine fructuum, tempore vacationis decursorum, juxta extravag. = Injunctæ = intelliguntur fructus usque ad tempus novæ possessionis, ab Episcopo adeptæ.

21 Collectores Rev: Cameræ ubique capiunt fructus omnes, à die obitus Provisi, & Beneficiati usque ad diem actualis possessionis, à novo Proviso adeptæ tametsi collatio Emis Cardinalibus facta reperiatur.

22 Hacque praxis ab omnibus Subcollectoribus servatur, & n.23.

23 Legalibus Codicibus Collectoriæ generalis Spoliorum plena fides adhibenda.

26 Ex praxi hactenus servata in Romana Curia, Rev: Camera semper percepit fructus Beneficiorum, & Episcopatuum decursos à die obitus Antecessoris usque ad diem possessionis, per novum Provisum adeptæ, etiamsi agatur de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali.

27 Hujus rei exempla adferuntur.

28 Gratiæ locus est in iis dumtaxat, quæ de Juris rigore competere nequeunt.

29 Consuetudo est optima Legum interpres.

30 Consuetudo, & observantia attendenda est, etiamsi alius Legis intellectus esset de Jure verior.

Præsertim quum affertur consuetudo merè interpretativa, ibid.

31 Subsecuta observantia, veluti aliarum probationum Regina, alias omnes superat.

32 Ex recepta consuetudine, interpretanda sunt tàm Jura communia, quàm privilegia, generaliter loquentia.

33 Clemens XI. geminatâ Epistolâ datâ ad Reverendissimum Hispaniarum Nuncium, declaravit, fructus Ecclesiæ Malacitanæ decursos ante adeptam illius possessionem ab Emo Card. Alberoni proviso, pertinere ad R. Cameram.

34 Geminata Pontificis declaratio magis valet.

35 Pontificiæ Legis declaratio haberi nequit tutior illâ, quæ eidem datur ab ipsis Summis Pontificibus.

Certius, quum est conformis præcedenti observantiæ, n.37.

36 Ejus est interpretari, cujus est condere Leges.

37 Summus Pontifex omnimodam, & absolutam habet potestatem disponendi de Ecclesiæ fructibus.

38 Cardinales in executione officii Sacerdotalis Coadjutores Summo Pontifici assistunt.

39 Cardinales spectabiliores dicuntur, majoribusque prærogativis gaudent.

40 Cardinales absentes, quasi desint suo muneri, graviter coercentur Pontificiis Constitutionibus.

42 Romanæ Ecclesiæ consuetudo ab omnibus Ecclesiis servanda est, dummodò in loco particulari contraria consuetudo non vigeat.

43 Metropolitanæ Ecclesiæ consuetudo observanda est in aliis Ecclesiis suæ Provinciæ.

44 Quod servatur in Civitate Capitali alicujus Regni, servari debet ab aliis Civitatibus subditis.

45 Probare volenti generalem consuetudinem, toto Orbe vigentem, satis est probasse consuetudinem Urbis, dummodò in loco particulari non constet de contraria consuetudine.

47 Constitutio munita clausulâ sublatâ, & Decreto irritante irritam reddit quamcumque contrariam, etiam futuram consuetudinem.

48 In conflictu semper prævalet observantia magis conformis Consuetudini Romanæ, ac Pontificiis Constitutionibus.

50 Emi Cardinales etiam ante adeptam Episcopalis Ecclesiæ possessionem possunt, ex specialibus Indultis, ipsis competentibus, in administratione Jurisdictionis, & Beneficiorum collatione sese ingerere.

51 Collatio Beneficiorum licèt recenseri possit inter fructus, ab his tamen specie differunt fructus naturales seu civiles, qui ex Ecclesiæ fundis percipiuntur, quòd illorum distributio immediatè ad Datarium pertineat; hi verò rectâ viâ in Reverendam Cameram inferantur.

52 Episcopus electus docere tenetur de justo impedimento, quo prohibitus fuerit Episcopatus possessionem nancisci, etiamsi sit S.R.E. Cardinalis.

Quin imò, etiamsi doctum fuerit de tali impedimento, fructus decursos à die collationis Beneficii usque ad illius possessionem, incameratos fuisse, demonstratur pluribus exemplis relatis, n.53.

54 Provisi de Ecclesiis Episcopalibus licèt Cardinales, intra tres menses consecrari tenentur sub pænâ restitutionis fructuum, interim perceptorum.

Generaliter non suffragantibus impedimentis, nu.56.

Nisi doceatur, justa eadem fuisse & ab inexcusabili necessitate provenisse, numer.57.58. & 73.

Legitima autem impedimenta quænam sint? nu.64.

Nec justum impedimentum esset illud, quod non directè ex facto Tertii, sed per quamdam consequentiam veniret, n.65.

Minùsque is justè impeditus dicitur, qui abest, ut ampliorem obtineat dignitatem, n.67. 68., & d. n.73. Con-

55 *Consecratio spectetur, tamquam spiritualis Episcopi cum Ecclesia sua conjugii consumatio*, & nu.69.

59 *Impedimentum non excuset eum, qui voluntariè illud sibi imposuit.*

60 *Impedimentum an ex caussa necessaria, vel potiùs ex voluntate Impediti provenerit, spectandum est ex ejus initio.*

61 *Potiùs rei origo, quàm titulus spectandus est.*

62 *Voluntarium appellandum, quod habet initium voluntarium.*

63 *Voluntarium aliud est in se, aliud in alio; Et effectus judicatur voluntarius in alio, quando ex hoc, quod quidpiam voluntariè facimus, aliquid aliud efficitur.*

66 *Impeditum se asserens Episcopus à susceptione consecrationis, probare tenetur se diligentiam, conatumque omnem adhibuisse.*

68 *Translatio Prælati de una ad aliam Ecclesiam fit, ut Ecclesiæ simul, & Personæ utiliter provideatur.*

70 *Eligens unam Ecclesiam, alteri renunciasse dicitur.*

71 *Præsertim, si usus est factis positivis, instando nempè Summo Pontifice pro collatione Ecclesiæ ab ipso electæ.*

72 *Quo casu nequit allegari, id sub conditione factum fuisse, quatenùs nempe ejus collatio impetraretur*; ratio ibid.

74 *Matrimonium spirituale, quod ab Episcopo cum Ecclesia contrahitur, similitudinem habet cum Matrimonio carnali.*

75 *Et sicuti in Matrimonio carnali, vir ab Uxore divertens, atque onera Matrimonii sustinere recusans, fructus dotis consequi nequit, & perceptos restituere tenetur, ita eadem Juris ratio in Matrimonio spirituali statuenda erit.*

76 *Episcopus consecrari negligens intra trimestre, licèt retineat titulum, eoque, nonnisi post elapsum semestre, privetur, attamen fructus perceptos intra trimestre restituere tenetur.*

Amissionis fructuum pœna faciliùs incurritur, quàm illa privationis Episcopatus.

77 *Declaratio Summi Pontificis, non ad alicujus insinuationem, aut supplicationem, sed ab ejus voluntate profecta, vim habet Legis, & definitivæ sententiæ.*



T sì Jura Reverendæ Cameræ Apostolicæ ab Illustrissimo Domino Commissario strenuè propugnata, alio non egeant præsidio; Nihilominus, non ut Caussæ, quæ plana videri potest, satisfaciam, sed ut munus meum exequar; Assumendo examen Dubij, quod Eminentissimis Patribus definiendum proponitur, crediderim, eosdem agnoscentes potiora esse jura Reverendæ Cameræ, responsuros fore, fructus Ecclesiæ Malacitanæ, de quibus agitur, illi, non autem Eminentissimo Domino Cardinali Alberoni deberi, & adiudicandos esse.

Ex facto namque à me non repetendo, quia jam luculenter expositum à præfato Domino Commissario, plura consurgunt argumenta, quibus Jura Reverendæ Cameræ solide constabilita reperiuntur; quia nempè Eminentissimus Dominus Cardinalis, nunquam Ecclesiæ Malacitanæ, ne quidem animo possessionem adeptus, atque etiam quia intra tempus à Sacris Canonibus constitutum, consecrari neglexit; proptereaque nullo jure sibi asserere potest fructus, tempore vacationis dictæ Ecclesiæ decursos.

Remque ordiendo à prima nostri assumpti
parte, ambigi minimè posse censerem, ipsum
fructus nullos, ante captam possessionem dictæ
Ecclesiæ consequi valuisse: juvari enim nequit 1
antiquioris Juris communis dispositione, juxtà
quam Episcopi electi, post eorum confirmationem, sive propositionem in Sacro Consistorio factam, etiam antè adeptam possessionem, omnimodam Ecclesiæ administrationem obtineant, cum plena fructuum perceptione, ut doctè more suo probat *D. Advoc. Pistoni in suo*
responso Canonico §.2.: Juvari, inquam, nequit, 2
veteri Juris communis dispositione, nova namque disciplina constituta reperitur à Bonifacio VIII. in famigerata *Decretali=Injunctæ=*locata inter Extravagantes communes *cap. 1. de elect.*. quà prorogata Ecclesiæ vacatione, ex veteris Juris dispositione, cessante per confirmationem, seu provisionem à Papa factam, usque ad diem captæ possessionis, apertè sancitur, quod Episcopi non exhibitis, & præsentatis Capitulo *Dictæ Sedis Literis hujusmodi, eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seù benedictionem continentibus, accedere, vel Bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant, nullique eos, absque dictarum Literarum ostensione recipiant &c.*= sunt verba dictæ Extravagantis; quà prætereà declarando = *Quod si forsan contrà præsumptum fuerit; Quod per Episcopos &c. media tempore actum fuerit, irritum habeatur* = decernitur etiam, quod= *Nec quidquam iidem Episcopi &c. de Ecclesiarum, vel Monasteriorum proventibus percipiant eorumdem* = constitutà demùm pœnà adversus illos recipientes, eisdemque obedientes, ibi = *Capitula &c., & alii quicumque ipsos absque hujusmodi dictæ Sedis Literis recipientes, vel obedientes eisdem, tamdiù sint à Beneficiorum suorum perceptione suspensi, donec super hoc ejusdem Sedis Gratiam meruerint*=

Bonifaciana hæc Decretalis confirmata fuit
ab ejus Successoribus Alexandro V., Pio II., In-
nocentio VIII., & Julio II., qui in ejus Con- 3
stitutione *Bullar. nov. tom. 1. in ordine le quarta*, præcipit, illam ab omnibus esse servandam, præfixo termino quatuor mensium citra montanis Episcopis, octo verò Ultramontanis, & tum has, tum etiam aliorum Summorum Pontificum

tineum Constitutionem refert *Fermosin. in tract. de Offic., & Sacr. Eccles. ad rubr. de election quæst. 5. numer. 12, & numer. 16. & seqq.*

Accedit his regula secunda Cancellariæ, cujus vigore reservantur Ecclesiæ omnes vacantes, earumque fructus, donec Electi, seù Provisi
4 possessionem pacificam adepti fuerint, ibi = *Reservavit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Episcopales, Monasteria &c. quomodocumque vacantia &c. usque ad provisionem Successorum, & adeptam ab eisdem Successoribus pacificam illorum possessionem* = Ambigi itaque nequit, quin Episcopi, aliique quicumque Prælati, tametsi confirmati, vel à Papa provisi in Sacro Consistorio, antè ostensionem, &
5 Literarum Apostolicarum præsentationem factam Capitulo, earumque vigore captam possessionem, nihil de Ecclesiarum suarum Proventibus percipere valeant, *Abb. in cap. nosti 9. num. 4. de elect., Fagnan. ibidem num. 5.*, ità loquens = *Adverte tamen quia sic provisi nullatenùs debent Ecclesiæ administrationem suscipere, nec recipiendi tamquam Prælati, nisi per Literas faciant fidem suæ promotionis, incidunt in pœnas Extravagantis = Injunctæ = de elect. in secundum part. primi Decretal. fol. mihi 62., & in cap. qualiter num. 4. & seq. eodem tit. fol. 66., & in cap. nihil num. 31. & seqq., eodem pariter tit. fol. 107., Azeved. cons. 14. num. 13. & seqq., Scortia in select. Summ. Pontific. Constit. Epitom. 52. theoremat. 138., Fermosin. ad rubr. de elect. quæst. 3. num. 13., & plurib. seqq. fol. 79., & quæst. 4. num. 3., Van. Espen. in jus Eccles. univers. tom. 1. part. 1. tit. 14. cap. 5. nu. 10. & seq. fol. 126., Frasso de Reg. Patronat. Indiar. tom. 1. cap. 28. n. 5. & seqq.*, latissimè *Garz. de Benefic. part. 5. cap. 4. §. 2. ex num. 242. usque ad num. 265. numer. 252. & 262. fol. 495. & 496.* referens duas Rotales decisiones in Causa *Burgen. Canonicatus coram Bubalo*, recedentes ab alia *coram Lancellotto*, quas decisiones allegat etiam, & sequitur *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 15. §. 2. num. 86., Gratian. discept. 127. num. 47., Fermosin. locis allegatis, Quaranta in summ. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante num. 13. fol. 108.*

Quapropter licet Eminentissimus Cardinalis Alberoni à Serenissimo Rege Catholico nominatus ad Ecclesiam Malacitanam, à san. mem. Clemente XI. de ea provisus reperiretur cum subsequuta etiam Bullarum expeditione: attamen nullo jure illius fructibus gaudere, ac frui poterat, quia (ut præcipitur in d. Extravaganti, & communiter traditur a præcitatis Doctoribus) dictas Bullas nunquam ostendit, & Capitulo dictæ Ecclesiæ nunquam præsentavit, minus verò ejusdem possessionem adipisci curavit, adimplendo ea, quæ juxta illarum Regionum praxim servanda sunt, an-
6 tequam novus Episcopus, ad nominationem Serenissimi Regis provisus, mittatur in possessionem Episcopatus, inter quæ recensentur tùm Juramentum fidelitatis præstandum Regi, tum illud præstandum Capitulis de observandis Statutis suarum Ecclesiarum, de quibus apud *Azeved. d. cons. 14. num. 13., Fermosin. ad rubr. de elect. quæst. 4. n. 23., Van. Espen in jus Eccles. univ. tom. 1. tit. 4. cap. 5. nu. 12., Rosa apud Garz. de Benefic. part. 5. cap. 4. §. 2. num. 262.*; Si igitur Eminentissimus Alberoni ob nunquam apprehensam possessionem Ecclesiæ Malacitanæ, nullos illius fructus suos facere potuit; iidem proculdubio pertinebant ad Reverendam Came-
ram, cui vigore notissimarum Constitutionum, 7
tales fructus applicantur.

Nil itaque turbant Doctores exadverso allegati post *Gloss. in Clement. primu verb. Sede Vacante de hæretic.*, dicentes, ex dispositione Juris communis, satis esse, quod Episcopus fuerit à Papa provisus, Literasque expediverit, ut idem possit administrare, & ut Ecclesia non
dicatur ampliùs vacare, quia ut benè distin- 8
guendo veteris Juris dispositionem à novo Jure per Bonifacianam Decretalem constituto, declarat *Rota coram Lancellotto* relata apud *Gratian. d. part. 5. §. 2. n. 252. fol. 495.* = *Omnes isti* (Doctores nempè) *& alii, qui reperiri possunt, non excludunt ostensionem Literarum, quia simpliciter loquuntur, imo illam præsupponunt, ex quo ad id probandum allegant d. Extravagantem, quæ de Literarum ostensione expressè disponit, & dictum Doctorum debet intelligi secundùm Legem, quam allegant, & si aliter ipsi sentirent, dicerent contrà dictam Extravagantem, cujus verba sunt clara, & ita etiam illam declarat &c.*, ibique refert plures præstantissimos Canonistas, ita Doctores, qui in contrarium allegari possent, explicantes, dictamque decisionem sequitur *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. d. Gloss. 15. §. 2. num. 85. & 86.*, dicens non esse recedendum à d. Extravaganti = *Injunctæ* = quæ expressè de hoc disponit, ac continet Decretum irritans, gravesque pœnas infligit contravenientibus, quem cum aliis refert *Garz. de Benefic. post d. decis. num. 253., pluribus rationibus id confirmans numeris seqq.*; Pariterque dictam decisionem sequendo, idem firmat *Fermosin. dicto tract. ad rubr. de elect. quæst. 4. ex num. 7. usque ad 12., & num. 9.*, utitur verbis mox relatæ decisionis, allegatque Doctores, & Canonistas, per eandem adductos.

Inspecto itaque jure, per d. Bonifacianam Decretalem generalitèr sancito, & quo hudie vivitur; satis profectò constabilita videri possent Jura Rev. Cameræ prò consequendis controversis fructibus vacationis Episcopatus Malaci-
tani: Verùm prætereà eadem alio firmissimo 9
præsidio communita reperiuntur: explorati namque juris est, Jus commune potentius reddi, ac potentius operari, concurrente cum eo consuetudine, aut aliquo speciali jure, ad *Text. in Cap. Cum venissent 6. de institut. Cap. Nisi specialis 3.* ibi = *qui spretis Canonicis sanctionibus, & consuetudine generali* = *de offic. legat., in Clementina Romani §. Dudum de jurejurand.*, ut certe utrumque concurrit in nostro casu; Quippè Rev. Camera sè tueri potest nedum gene-

generali consuetudine, ubique vigente, sed
10 plurimis etiam Pontificiis Constitutionibus re-
ferendis *§. Sola hæc consuetuda*, eidem appli-
cantibus fructus vacationum, decursos videli-
cet à die obitus Episcopi, usque ad tempus pos-
sessionis per novum Episcopum adeptæ.

Et sane, quod attinet consuetudinem, si illa
semper servanda est, quoties eà introductum
habetur, quod antè adeptam possessionem,
11 atque installationem, novus Episcopus careat
omni administratione, & fructuum perceptio-
ne, ut edocemur ex *Glosa ad d. Extravagan-
tem Injunctæ verb. non præsumant de elect.*, *Pa-
normitan. in Cap. Transmissam 15. sub num. 3.*,
latè materiam examinans, *de elect.*, *Garz. de
Benefic. d. part. 5. §. 2. num. 277. fol. 497. plures al-
legans*, *Ugolin. de offic., & potest. Episc. cap. 50.
§. 15. num. 3., ubi de communi fol. 124.*, *Fermo-
sin. d. quæst. 3. num. 19. & seqq.*; præsertim verò
quando ejuscemodi consuetudo est immemo-
rabilis, cui nemo dubitat tantam vim, aucto-
ritatemque inesse, ut Legibus omnibus dero-
get, Principum Privilegia eludat, dominia pu-
12 blica, & privata immutet, adversus ipsammet
Ecclesiam Romanam vires suas exerat, & de-
nique paucis omnia complectendo, rerum
omnium humanarum Domina reputetur,
quemadmodum illam eleganter appellat *Cas-
siodorus lib. 4. variar. cap. 37.*, *Hug. Grat. de Iure
Belli, & pacis lib. 2. cap. 4. num. 9.*, hoc con-
firmans illa optima ratione, quod ad pacem
communem id vel maximè intersit, & tra-
dunt *Abb.*, *cæterique Scribentes in Cap. Super
quibusdam de verbor. obligat.*, *Fagnan. in Cap.
Cum contingat num. 1., & plurib. seqq. de for.
compet. in secundum lib. Decretal. tom 3. fol. 86.*,
*Rot. in Mantiss. ad clar. mem. Card. de Luc. de
Dot. decis. 2. n. 2., & seqq.*, & passim alibi.

Si, inquam, hac in re à consuetudine recede-
re integrum non est; hæc, quæ hodie vertitur,
Causa præjudicata jam dici poterit, cùm in
Hispaniarum Regnis, plusquam (si dicere fas
esset) immemorabilis vigeat consuetudo, quod
13 Episcopus ante præsentationem Literarum
Apostolicarum factam Capitulo, & possessio-
nem, ab isto illi traditam, fructus nullos capere
possit. Hujus autèm consuetudinis locupletis-
simi testes sunt *Azzevedo*, *Garzias*, *Fermosi-
nus*, *Van. Espen.*, aliique allegati *§. Accedit his*,
eandemque vetustissimi temporis auctoritate
jam fulcitam, in Hispania inolevisse longè an-
te annum 1583., testatur *Rota in dicta Burgen.
Canonicatus coràm Bubalo, edita die 3. Junii
dicti anni*, illamque adeò solidè firmatam re-
periri agnitum fuit, ut cum in altera decisio-
ne ab eodem edita die 8. sequentis mensis Ju-
nii, & anni, petita fuisset remissoria ad pro-
bandam contrariam consuetudinem, hæc de-
negata legatur, eò quod, non daretur fumus ta-
lis consuetudinis; quinimò Testes examinati,
viderentur potiùs probare contrarium, nempè
quod Episcopi ante dictarum Literarum præ-
sentationem, captamque possessionem, admi-
nistrationi Episcopatus sè sè inserere, nulla ex
parte possent, ut apud *Garziam d. part. 5. §. 2.
num. 252., & num. 262.*, *eumque sequitur Fer-
mosin. d. quæst. 3. num. 18.*: Ut etiam ad eandem
consuetudinem confirmandam, plurimum con-
ferunt tum ea, quæ traduntur per *Solorzan. de
Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 13. n. 16. & seqq.
& lib. 3. cap. 11. n. 18. & seqq.*, *Rota coram Ca-
valer. decis. 637. num. 5.*, tum etiam praxis illo-
rum Regnorum, cujus meminimus *§. Quapro-
ter licèt*.

Imò verò licèt extremà quapiam urgente
necessitate, & Locorum maximà distantia, an
possit aliquid dispensationis adhiberi, quærant
Canonistæ? & ea quidem in re, varia sit eo- 14
rum opinio, attamèn in illis Regionibus, men-
ti, animoque Episcoporum novitèr proviso-
rum de Ecclesiis Episcopalibus, adeò semper
insedit dispositio Extravagantis = *Injunctæ* =,
& Pontificiarum Constitutionum, adeoque
apud eosdem valuit auctoritas consuetudinis,
ipsos interdicentium administratione suarum
Ecclesiarum, ante Bullarum præsentationem
factam Capitulo, captamque possessionem, ut
laudi detur Archiepiscopo Goano, qui nun-
quam interponere se voluit in regimen Eccle-
siæ suæ, quamquam certò sciret consignatas
fuisse, sed casu aliquo, interceptas Bullas, ma-
luitque toto quinquennio, Ecclesiam suam Pa- 15
store vacare, ut loquitur *Thomasin. de re bene-
fic. tom. 2. par. 2. lib. 42. num. 10.* referens, ac se-
quens *Fagnanum in Cap. Nihil num. 20. de elect.
in secundam partem primi Decretal. fol. 106.*,
uberiùs rem explicantem, *& num. 34.*, valdè
commendantem dictum Archiepiscopum; qui
considerans, casum hunc ob itinerum distan-
tiam, posse iterùm in illis Partibus accidere,
cum petiisset à Sacra Congregatione Concilii,
Dubii propositi declarationem; attamen, ut
refert summus ille Sacrorum Canonum Inter-
pres, Sacra Congregatio sapienter animadver-
tens, valdè periculosum esse in hac materia 16
quidquam generaliter decernere, tutiùs existi-
mavit, quod tàm in hoc casu, quàm in aliis
futuris consuleretur Ecclesiarum necessitati,
transmittendo diversa Bullarum duplicata, ac
per diversas vias, propter casus fortuitos, ut si
alterum deperiret, reliqua salva esse possent,
ut ex *num. 31. usque ad finem*, ex quo solemni
facto quisque secum reputasse poterit, quàm
religiosè Eminentissimi Sacræ Congregationis
Patres in illis Regionibus, servandam esse cen-
suerint dispositionem dictæ Extravagantis Bo-
nifacianæ, ut nec etiam eo casu, quo adeò ju-
sta, & rationabilis causa urgebat, dispensatio-
ni, aut epicheiæ illi locum fieri posse reputan-
tes, alia ratione Ecclesiæ consulendum esse au-
tumaverint.

Adeò autem verum est, in hac materia spe-
ctandas esse solummodo locales consuetudines, 17
ut licèt *Constitutio Julii III. la 7.*, cum ejus
declaratione specialiter confirmata aliâ *Consti-
tutione Urbani VIII. la 80. Bullar. nov. tom. 3.*
expressè loquantur de solis fructibus, qui tem-
pore mortis sivè Episcoporum, sivè aliorum
Be-

Beneficiatorum, etiam S. R. E. Cardinalium, inexacti reperiuntur; iidemque dumtaxat incamerantur, absque eo quod dd. Constitutiones extendantur ad fructus non exactos a Resignante, vel Translato; & hæc praxis servatur tam in Collectoria generali Romæ, quàm in aliis; nihilominùs alia est praxis Nuntiaturæ,
18 & Collectoriæ Neapolis: in ea namque juxtà inveteratam consuetudinem incamerantur etiam fructus non exacti tempore resignationis, sivè translationis, ut notorium est, & de tali consuetudine testatur *Rosa de rect. redit. Ecclesi. distrib. cap.7. num.61.* Hæc tamen specialis praxis, & consuetudo fulcitur auctoritate, *Zabarell. cons.158., Borgnin. Cavalcan. dec.44. num.4. vers. qua Constitutio Julii III.*, docentium, tales fructus non pertinere ad Renunciantem, sivè Translatum.

Sola hæc consuetudo suffragari certè posset
19 Reverendæ Cameræ; quippè illa si, ut notorium est, in materia Spoliorum, & distributionis fructuum vacationum ubique tanti valet, ut, quum legitimè introducta reperitur, servari permittatur modus ab eadem, juxtà diversarum Regionum mores præscriptus, tametsi deviet à Juris, & Pontificiarum Constitutionum dispositione: quantò magis ad rem nostram valebit consuetudo Regnorum Hispaniarum, quæ nedum conformis est censuræ Juris inducti ex Decretali = *Injunctæ* =, & generalibus Summorum Pontificum Constitutionibus; Verùm prætereà obsequitur, & famulatur specialibus Constitutionibus editis pro dictorum Regnorum Ecclesiis, quarum vigore omnium vacationum fructus applicantur Reverendæ Cameræ: ità enim sancitum fuit Constitutione Pauli III. evulgata anno 1537., tertio autem ejus Pontificatus, & alia Julii III., deindè confirmatis à Sancto Pio V., & Gregorio XIII., quæ omnes Constitutiones tamquam peculiariter editæ prò Hispaniarum Ecclesiis, per extensum referuntur *à Ludovico à Valle in praxi Subcollectoriæ Hispaniæ part.2. cap.1. in fine*, qui num. 1., hæc habet *a Vacantibus Ecclesiis per obitum Prælatorum, vel aliàs quomodolibet, pro tempore earum vacationum, omnes illarum fructus, reditus, proventus, obventiones, jura, & emolumenta quæcumque, sicut spectabant ad Ecclesiam, & Successorem in ea, Cap. Præsenti, & Cap. Cui vos de Offic. Ordinar. in 6.; Cap. Quia sæpè de elect. in 6., Reduan. de Spol. quæst.1. versic. Item fructus contingentes tempore Sedis vacantis hodie spectant ad Cameram, quæ succedit loco Ecclesiæ, & Successoris, Reduan. de Spol. quæst.10. num.3. versic. Quandò verò, Navarr. consil.14. num.3. & 23. de Regular. lib.3., Rota decis.855. de probation. in antiqu., Azor. de Spol. cap.1. quæst.3. in fine, & cavetur quoque expressè in Constitutionibus Apostolicis Pauli III. anni 1537., Julii etiam III. anni 1554. per Gregorium XIII., anno 1567. confirmatis, & successivè aliis ejus duabus Constitutionibus, ut patet ex iisdem Literis Apostolicis in fine præsentis Capituli registratis; prout etiam habetur in facultatibus per Summos Pontifices traditis Collectori Generali Jurium Cameræ Apostolicæ, ut in §.7. ubi ei datur facultas locandi, vel in administrationem dandi dictos fructus Ecclesiarum vacantium, & tradit quoque Reduan. de Spol. dicta quæstion.1. num.20. versic. Verum oppositis non obstantibus. Quia verò Capitula Ecclesiarum aliquando de facto se intromittebant in administratione dictorum fructuum Sedis vacantis, deputando Ministros, aliaque faciendo in præjudicium Cameræ Apostolicæ, emanarunt dictæ Constitutiones Apostolicæ Pauli III., & Julii III., confirmatæ, ut præfertur, per Gregorium XIII., quibus strictè prohibetur dictis Capitulis id fieri, & quia aliqui non desistebant, idem Gregorius XIII. dictis aliis duabus Constitutionibus strictius hoc prohibuit dictis Capitulis &c.*, quænam igitur contraria consuetudo allegari unquam posset adversùs tot Apostolicas Constitutiones munitas clausulà sublata, & Decreto irritante?

Neque verò opponendum fore crediderim, quod nec in dictis Constitutionibus, neque *à Valle loco mox relato* mentio ulla fiat possessionis, à novo Proviso adipiscendæ antequàm fructus Episcopatus consequi posset; quippè nemo non videt, id superfluum fuisse, quia
cum vigore dictæ Extravagantis = *Injunctæ* = 20
constitutum reperiretur novum Jus, quo Episcopus electus, & confirmatus, sivè à Summo Pontifice in Sacro Consistorio præconizatus, & provisus prohibebatur, nè fructus ullos perciperet ante præsentatas Capitulo Literas Apostolicas, & adeptam possessionem, dum in supra relatis Constitutionibus sancitum fuit, quod nec Capitulum, nec ullus alius, fructus vacationum, tamquam pertinentes ad Reverendam Cameram, attingere auderet, dicendum profectò est, quod nomine fructuum, tempore vacationis decursorum, intelligantur fructus usque ad diem possessionis à novo Episcopo adeptæ maturati; quemadmodum præscribebatur in dicta Extravaganti, quæ tantum abest, ut à Summis Pontificibus restricta, aut ulla ex parte limitata fuerit, ut potiùs ab eisdem nedùm innovata, sed ampliata legatur ad casus, de quibus in illa plenè cautum, provisumque minimè fuisse autumabant, ut advertit *Quaranta in Summ. Bullar. verb. Beneficiorum possessio num.4. fol.103. Venetæ impressionis, Scortia in select. Summor. Pontific. Constitut. epitom.52. theorem.138. §. Quare olim in fine, Fermosin. ad rubric. de election. dicta quæst.4. num.12., & num.17. & seqq.*

Propterea que nil mirum, quod Collectores Reverendæ Cameræ ubique capiant fructus omnes, à die obitus Episcopi, & Beneficiati
decursos, usque ad diem actualis possessionis 21
adeptæ à novo Proviso de Episcopatu, seu Beneficio vacante, tametsi, ut jam dicturi sumus, collatio facta reperiatur Eminentissimis Cardinalibus, obsequendo videlicèt tùm dispositioni Extravagantis = *Injunctæ* =, tùm Con-

stitu-

stitutioni Pii IV. *Bullar. nov. tom. 2. fa 32.*, & aliorum Summorum Pontificum, tum denique exequendo instructiones contentas in Literis Patentibus dari solitis Subcollectoribus, in quibus eisdem injungitur, ut prò Camera retineant = *omnes, & singulos fructus, reditus, & proventus quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, à die obitus, usque ad diem adeptæ possessionis per Provisum &c.* =, hanc verò
22 praxim religiosè observari ab omnibus Subcollectoribus, probatur ex jurata attestatione Ratiocinatoris Spoliorum, qui id desumpsit ex publicis, & legalibus Codicibus Collectoriæ generalis Spoliorum, quibus cum plena fides
23 adhibenda sit, ex nota regula, de qua apud *Thabor. axiom. Jur. lib. 10. cap. 13. axiomat. 2.*, & passim apud alios, ex eidem confirmata dicitur generalis consuetudo, de qua egimus *§. Et sanè & seqq.*, & de qua etiam perspicuum perhibent testimonium Scriptores, Spoliorum materiam pertractantes, qui fructus usque ad diem apprehensæ possessionis à novo Proviso perceptos ad Rev. Cameram pertinere, agnoscunt ex jure sancito in dictis Constitutionibus, atque ex generali praxi firmitèr observata, *Azor. de Spol. cap. 3. quæst. 14.*, *Reduan. eodem tract. quæst. 5. num. 12. vers. item fructus*, *Navarr. §. 6. num. 6.*, *Bonaccin. de contract. disputat. 3. quæst. ultim. punct. 3. n. 3.*, *Panimoll. decis. 20. annot. 2. num. 3.*, & passim apud alios.

At sentio, improperari mihi fortè posse, quod longius sermonem produxerim super dispositione dictæ Extravagantis Bonifacii VIII. confirmatæ Pontificiis Constitutionibus ejus Successorum, & generali Regnorum Hispaniæ consuetudine receptæ, quando ex ipsis rationibus, quibus probari contenditur, controversos Ecclesiæ Malacitanæ fructus ad Eminentissimum D. Cardinalem Alberoni pertinere, illa planè constabilita reperitur. Dicitur enim, eandem in præsenti Causa patrocinari non posse Reverendæ Cameræ, sed aliud omninò jus, in ea statuendum esse, ob sublimem, omniumque præstantissimam Cardinalatus dignitatem,
24 cujus vigore Eminentissimus D. Cardinalis, minimè comprehensus sub d. *Extravagantis*, aut *regulæ secundæ* censura, nèc etiam obstringebatur dicta consuetudine: propterea que, ex antiqui Juris dispositione, Ecclesiæ Malacitanæ fructus justè ab eo peti; tametsi Bullas Capitulo præsentare, & illius possessionem nancisci neglexerit, juxtà *decisionem Seraphini in 1144.*, & alias *decisiones* favore clar: mem: Cardinalis de Salazar editas à *bon: me: Emerix, & Ursino Sacræ Rotæ Decanis*, inter impressas ad *ornat. clar: mem: Card. de Luc. de Benefic. decis. 21. & seqq.*, quibus, præter alias auctoritates, in contraria Dissertatione Canonica *§. 3.* plura ingeniosè, ac doctè de more adduntur.

Verùm non abs re, his immorati sumus, quando plurimis exemplis compertum facere possemus, in universa Spoliorum tractatione; præsertim verò in ejuscemodi Causis vertentibus super pertinentia fructuum perceptorum ex Fundis Ecclesiæ vacantis, spectari præcipuè,
atque observari consuetudines generales, eas- 25
que, ex cunctis nota praxi, jus facere, etiamsi res agatur cum Eminentissimis Cardinalibus, ut perspici facilè poterit ex iis, quæ dicentur respondendo *decisionibus* in contrarium allegatis. Et sanè juxta monitum, & exemplum dictæ *decisionis 1144. coram Seraphino* in fine, tamquam minùs necessaria, & in qua plures sese offerunt difficultates, potest omitti discussio, an Eminentissimi Cardinales, ob suæ Dignitatis celsitudinem, atque excellentiam, exempti censeri debeant à reservationibus sancitis in Decretali Bonifaciana, & *Regula* etiam *secunda Cancellariæ*; sed rem in concreto præcisi casus, de quo agitur, pertractando, facilè probari posse videtur, Reverendæ Cameræ, non verò Eminentissimo D. Cardinali Alberoni deberi dictos fructus, ità sane efflagitante generali, quam asseruimus, plenèque firmavimus, consuetudine, & quam alioquin, tamquàm profectam ex censura dictæ Extravagantis = *Injunctæ* =, aliarumque Pontificiarum Constitutionum, & tamquam maxime rationabilem (ut ceteras alias generales consuetudines, quemadmodum mox innuebatur) S. etiam Romanæ Ecclesiæ Cardinales comprehendere censuerunt *Garz. de Benefic. part. 5. cap. 4. §. 2. num. 264.*, *Fermosin. ad rubr. de elect. dicta quæst. 3. num. 17., & quæst. 6. num. 2. in fine*; verum, quod magis est, ità etiam suadente,
tùm praxi in Romana Curia semper servatà, 26
tùm etiam, ità præcipiente declaratione à san: mem: Clemente XI. facta respectu dictorum fructuum.

Si primam, dictam videlicèt praxim, intueamur, ambigi nequit, Reverendam Cameram inhærendo generali consuetudini, semper percepisse fructus Beneficiorum, & Episcopatuum decursos à die obitus Antecessoris, usque ad diem possessionis, per novum Provisum adeptæ, etiamsi iste sublimi Cardinalatus Dignitate præfulserit: ejus namque præsidio, nulla unquam Reverendæ Cameræ controversia mota fuit super dictis fructibus, sed eadem, illos semper pacificè incameravit, ut perspici potest ex partitis incamerationum, de quibus in dictis Codicibus Collectoriæ generalis Spoliorum. Ex iis autèm, quæ adferri possent, exemplis, omissis antiquioribus, nonnulla recentiora enumerantur in nostra Facti §. 16.

Præclarum sanè videtur illud editum à clar: 27
mem: Cardinali Acciajolo, quem tamquam Decanum Sacri Collegii, latere non poterant, qualia, quantaque essent Eminentissimorum Cardinalium privilegia, & ad quæ illa porrigerentur; at nihilominùs post optatum ab ipso Episcopatum Hostiensem, restituit Reverendæ Camere scuta 423., tamquam huic debita, quià ab ipso percepta antè captam possessionem.

Michael Angelus Cardinalis de Comitibus, post assumptionem ad Summi Apostolatus apicem, Innocentius XIII., pariter Reverendæ Came-

meræ restituit scuta 187. pro rata affictus Bonorum Ecclesiæ Viterbiensis, debita dictæ Reverendæ Cameræ, quia eadem antè ab ipso apprehensam illius possessionem perceperat.

Maximâ etiam notâ dignum est factum claræ mem: Cardinalis Nuptii, qui certè apprimè eallebat praxim Apostolicæ Collectoriæ; quippe præter alia publica Romanæ Curiæ munera, summa cum laude, ac diligentia ab ipso administrata, novem annis Commissariatum Cameræ exercuerat, & nihilominùs, absque ulla contradictione, permisit incamerationem scutorum 200. in causam fructuum Ecclesiæ Urbevetanæ, antè adeptam ab eo possessionem à Subcollectore, vacationis tempore, perceptorum.

Eminentissimus Ruffus provisus de Ecclesia Ferrariensi, à Subcollectore exigi passus scut. 62., quot decurrerant antequam ipse in dictæ Ecclesiæ possessionem venisset.

At omnium præstantissimum est exemplum, quod præbuit Sanctissimus Dominus Noster, qui translatus ad Archiepiscopalem Ecclesiam Sypontinam, consensit incamerationi similium fructuum.

Satis, superque Jura Rev. Cameræ constabilita videri possent exemplis hisce incamerationum fructuum ante captam possessionem decursorum, etiamsi res ageretur cum Eminentiss. Cardinalibus: Verum prætereà id confirmatur ex gratiosis largitionibus, quibus quandóque Summi Pontifices ejusccemodi fructus Eminentiss. Cardinalibus condonarunt; satisque erit duo ex eisdem ad id probandum adferre recentia exempla.

Sanctæ enim memoriæ Innocentius XIII. clar: mem: Cardinali Tanara condonavit scuta quingenta ex fructibus Episcopatus Hostiensis, quem tamquàm Decanus optaverat.

Sanctissimus Dominus noster Eminentiss. Cardinali Pipia munificentissimè elargitus fuit fructus Ecclesiæ Auximanæ.

At verò si præfatis Eminentiss. Cardinalibus, aliisque pluribus, quos referre omittimus, dicti fructus debiti fuissent ex Juris communis dispositione, vel vigore suorum privilegiorum,
28 frustrà id precibus impetrare curassent; quod enim ex Lege debetur, non ex mera gratia petitur; quippè illi locus est, in iis dumtaxàt, quæ de Juris rigore competere nequeunt, juxtà notum Juris axioma, de quo apud *Thabor. axiom. Jur. lib. 14. cap. 96. axiom. 12.*

Cum itaque ex his, aliisque actibus, qui adferri possent, plenè constabilitum dici posse videatur, ex generali consuetudine, & praxi respectu Prælatorum inferiorum observata, Sanctæ etiam Romanæ Ecclesiæ Cardinales prohiberi ante apprehensam possessionem, quod fruantur, ac gaudeant fructibus Ecclesiarum, de quibus provisi sunt: non est cur hodiè discepretur, an iidem comprehensi censeri debeant sub Extravagantis Bonifacianæ dispositione:
29 ambiguitas namque omnis, si quæ adesset, sublata diceretur hujusmodi consuetudine, quæ est optima Legum Interpres, *Cap. Cum dilectus 8. de consuetud, leg. minimè 23., leg. si de Interpret. 37. ff. de legib.*, cum aliis plena manu congestis apud *Thabor. axiom. Jur. lib. 3. capit. 81. axiom. 17.* proptereaque, cum in casu nostro hæc dubia minime sit; frustra recurritur ad antiquioris Juris regulas, vel ad privilegia generalia sacro, & præcelso Cardinalium Ordini impartita: quippè illis locum minime esse posse, edocemur ex dicta praxi, & observantia, quæ si attendenda esset, etiamsi alius 30 intellectus Legis esset de Jure verior, visque inferenda esset illius verbis, *Rota coram Dunozet. Jun. decis. 937. num. 27. & seqq., in Recen. decis. 520. num. 11. par. 13., decis. 5. n. 17. & seq. part. 14., & decis. 303. num. 14. part. 15.*, longè certè efficacior erit in casu nostro, in quo non obtendimus consuetudinem præscriptivam, qua nimirum Legi derogatum fuisse contendamus, sed adserimus consuetudinem merè interpretativam, atque inhærentem dispositioni generalis Legis, & Pontificiis Constitutionibus, sub quarum generalitate comprehensos etiam fuisse Eminentissimos Cardinales, probatum, dicimus subsecutâ observantiâ, quam veluti aliarum probationum Reginam, illas omnes 31 superare ait *Fagnan. in cap. Tuæ n. 14. & seqq. de Cleric. non resident. tom. 4. in 1. par. tertii Decretal. fol. 70.*

Jure igitur optimo san. mem. Clemens XI. intelligens, ex recepta consuetudine, interpretanda esse tam Jura communia, quàm pri- 32 vilegia generaliter loquentia, *cap. certificari 9. de sepult.*, declaravit, controversos fructus Ecclesiæ Malacitanæ pertinere ad Rev: Cam:, ut in epistola data ad Reverendiss. Hispaniarum Nuncium die 14. mensis Januarii anni 1721., 33 tamquam certum id in illa definiendo, his verbis = *E' certo, che il Cardinale Alberoni non avendo preso il possesso della Chiesa di Malaga, li frutti di essa, come Chiesa vacante, appartengono alla Camera Apostolica* =, quod pariter inculcavit aliâ Epistola scriptâ die 21. ejusdem mensis, ibi = *Li frutti della Chiesa di Malaga spettano alla Camera per non avere il Cardinale Alberoni preso mai possesso &c.* =; Isthæc autem Pontificia declaratio geminata quidem, ideò- 34 que magis valens, ad notas regulas apud *Thabor. axiom. Jur. lib. 7. cap. 3. axiom. 1.*, & non dubiis, sed disertissimis verbis facta cohærenter praxi per eumdem Summum Pontificem observatæ; ipso enim regnante, pluries, pluriesque similes fructus incamerati fuerant; nulli amplius dubitationi locum relinquit super illorum pertinentiâ ad Rev: Cameram, eorumque comprehensione sub Bonifaciana Extravaganti: quippè, tametsi careremus quacumque observantiâ, illam interpretante, obsequi deberemus menti, & declarationi præfati Summi Pontificis, cum nemo non sciat, haberi non posse interpretationem Pontificiæ Legis tutiorem illâ, quæ eidem datur ab ipsis Summis 35 Pontificibus, ad quos pertinet suorum Prædecessorum Constitutiones declarare, atque in-

ter-

terpretari, argumento *Textus in leg. de legib.*,
qua statuitur, quod ejus sit interpretari, cujus
36 est condere Leges, *Glos. in cap. Cum venissent
12. verbo Judicari de Judic.*, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 43. nu. 18. & sequentibus*, *Barbos. in Jus Eccles. univers. lib. 1. cap. 2. num. 69.*,
præsertim, quando talis interpretatio nedum
ex verbis, sed ex facto ipsius Supremi Principis elicitur, *Rota coram Seraphin. decis. 1321.
num. 5.*, *coram Dunoz. Jun. decis. 578. num. 1.*,
in recent. decis. 344. num. 3. part. 12., eòque certiùs in casu nostro, quia, ut dictum est, agitur
37 de declaratione conformi antecedenti observantiæ; atque etiam quia versamur in re, fructibus nempè Ecclesiæ, de quibus Summus Pontifex habebat omnimodam, & absolutam disponendi potestatem, ad *Text. in cap. propofuit
4. de concess. Præbend. cap. 2. de Præbend. in 6.*,
Geminian. cons. 99. numer. 7., *Gabriel. commun.
conclus. lib. 3. tit. de Jur. quæsit. non tollendo
conclus. 1. num. 9. cum seqq.*, *Paris. de resignat.
lib. 2. quæst. 4. num. 34.*, *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 1. probem. num. 31. & seqq.*, *Lotter. de re
benefic. lib. 2. quæst. 22. nu. 9. & seqq.*, *& n. 37.*,
*Eminentissimus Petra ad Constit. Apostol. tom. 4.
ad Constit. 5. Joannis XXII. numer. 12. & seq.
fol. 45.*, *Ludovic à Valle in prax. Collector. Apostolic. part. 1. cap. 10. num. 22.*, *Rota coram Royas decis. 217. num. 2. & seq.*, *coram Coccino decis. 2194. numer. 8. & 16. ac seq.*, *& numer. 84.
& seq.*

At verò, si quod attinet dictos fructus, Summi Pontifices, nullo peculiari privilegio dona-
38 tos agnoverunt *Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinales*, qui, ut habetur ex oraculo Nicolai III. *in cap. Fundamenta 17. §. Decet namque
de elect. in 6. ibi in executione Officii Sacerdotalis Coadiutores assistunt*, = & qui, ex Joanne Vigesimo secundo in Extravaganti *Execrabilis §.
Nos itaque de Præbend.*, *& Dignitat.* = *Circa
Nos universali Ecclesiæ serviendo, singularum
Ecclesiarum commoditatibus se impendunt* =, ubi
bene *Glost. in verb. universali*: præclarè Innocentius III. *in cap. bon. mem. 3.*, ibi = *Consideravimus verò, quod ejusdem Cardinalis præsentia utilior sit, non solùm Romanæ, sed etiam Ecclesiæ generali tàm apud Apostolicam Sedem,
quàm apud Ecclesiam Raveanaten. undè non immeritò præseferentes speciali utilitati communem, & minori majorem, prædictum Cardinalem postulationi vestræ non duximus concedendam* = *de postulation. Prælator.*, ibique *Faguan.
num. 34. & seqq. tom. 1. in 1. part. primi Decretal. fol. 279.*, *Thomasin. de re benefic. tom. 2. lib. 3.
cap. 5. sub num. 12. vers. verùm*; proptereaque
sicuti assidentes Lateri Summi Pontificis, ex
quo veluti è suo fonte, manarunt universa ipsorum privilegia, spectabiliores dicuntur, ma-
39 joribusque gaudent prærogativis, ex *Gomesio*
ad regulam de valore exprimendo *quæst. 1. in
fin.*, ita absentes, quasi desint suo muneri, versanti in frequenti Romano Pontifici, & Sedis
Apostolicæ negotiis assistentia, graviter coercentur Pontificiis Constitutionibus, relatis apud
Fagnan. in cap. Ex gestis numer. 19. & seq. de 40
*Cleric. non resident. tom. 4. in primam part. 3.
Decretal. fol. 30. & seq.* Si, inquam, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales apud Summum Pontificem partem curarum pastoralis solicitudinis
sustinentes, subijciuntur dispositioni dictæ = *Extravagantis* = *injunctæ* =, & sinè ejus speciali munificentià, & gratiâ, Ecclesiarum, de quibus
providentur, fructus attingere nequeunt, antequam illarum possessionem apprehenderint,
quanto potiori Jure sub ejudem Extravagantis
censurâ, comprehensi censendi erunt Cardinales, qui à Summi Pontificis Latere sejuncti,
ab Urbe absunt?

Frustraque hoc casu quæreretur de consuetudine Regionum, in quibus commorantur, quia
quæ sit Hispanicarum Ecclesiarum consuetudo, 41
fusè jam demonstratum est; atque etiam quia,
tametsi talis consuetudo in iis Regionibus non
adesset, modò de contraria legitimè introducta non doceretur, servanda esset illa Romanæ 42
Ecclesiæ, quæ magistra est omnium Ecclesiarum, *Canon. denique 16. distin. 21.*, *Eminentiss.
Petra in suis Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. ad Constitut. III. Innocentii III. n. 15.
in fin. fol. 215.*, ideòque facit jus, ut ex *Cap. Ex
literis 2.* verbis illis = *Cum tàm Juris Canonici,
quàm nostri moris existat* = *de Constitut.*, notat
Fagnan. in cap. bon. mem. n. 32. de postulat. Prælator. tom. 1. in 1. part. primi Decretal. fol. 279.
adeò quidem, ut à dicta Romanæ Ecclesiæ
consuetudine, membra dissentire minimè liceat,
Canon. Nolite 3., *& Can. quis nesciat distinct. 12.*,
ibique *Gloss. in summ. Canon. Vir 7.*, ibique
Gloss. in verb. usus caus. 23. quæst. 4., *Gloss. final.
in Can. Basilicas 6. distinct. 1. in 3. part. Decret.*,
cap. Perniciosus 13., ibique *Gloss. verb. consuetudinem de celebrat. Miss.* sed ejus usum ceteræ
Ecclesiæ sequi debeant, *Campanill. in diversor.
Jur. canonic. rubr. 12. cap. 13. num. 123.*, *Ricciul. lucubrat. Eccles. cap. 16. num. 1. vers. Quoniam autem*, *Francesc. de Eccles. Cathedral. capit. 25. num. 400.*, *Panimoll. ad decis. 1. annotat. 3. nu. 20.*, *Rota in Recent. decis. 222. n. 22.
part. 7.*, *& cor. Merlino dec. 637. n. 20.*

Enim verò, si Metropolitanæ Ecclesiæ consuetudo observanda est in aliis Ecclesiis suæ
Provinciæ, *cap super eo tertio*, ibique *Gloss.* 43
de cognat. spiritual., *Gloss. in d. cap. Perniciosus
verb. consuetudinem de celebrat. Miss.*; Si quod
servatur in Civitate Capitali alicujus Regni,
servari debet ab aliis etiam Civitatibus, subdi-
tis, *Vincent. de Franch. decis. 143. numer. 6.*, *de-* 44
cis. 253. num. pariter 6., *Panimoll. d. annotat. 3.
num. 20.*; potiori certè Jure in iis, quæ pertinent ad Ecclesiasticam disciplinam, rerumque
Ecclesiasticarum regimen, & distributionem,
discedendum minimè erit à consuetudine Romanæ Ecclesiæ, quæ, ut dictum est §. præcedenti, est ceterarum omnium magistra, ita
quidem, ut probare volenti generalem consuetudinem, toto Orbe Terrarum vigentem, 45
satis sit probasse consuetudinem Urbis, & Ecclesiæ Romanæ, dummodò in loco particula-

ri non constet de contraria consuetudine, *Mascard. de probat. tom. 1. conclus. 423. numer. 7.*

Hæc autem contraria consuetudo, ut mox innuebam (veniaque detur, si jam dicta breviter iterum perstringam) probata certè dici ne-
46 quit in Regnis Hispaniarum; quippè §. *Et sanè quod attinet cum seqq.*, contrarium demonstravimus, adferendo superlativas probationes, quibus observantia, & praxis *Extravagantis = injunctæ =* in universis illis Regionibus adeò constabilita reperiebatur, ut denegata quoque fuerit Remissoria petita pro adferenda contraria consuetudine; id præterea confirmavimus tum antiquis Decisionibus Rotalibus, & Judicatis Sacri Auditorii; tum etiam oraculo à Sacr. Congregatione Concilii edito in Causa Archiepiscopi Goani, atque relato §. *Imo verò*; Et demùm meminimus specialium Constitutionum à Paulo III., Julio III., S. Pio V., & Gregorio XIII. editarum pro Regnis Hispaniarum; quibus addo Constitutionem Julii II., qui ut animadvertebam in §. *Bonifaciana hæc Constitutio*, confirmando Extravagantem Bonifacii VIII., illam ubique Terrarum servari mandavit in Regionibus ultrà Montes, præscripto termino octo mensium ad illius executionem, ibi = *Si citrà Montes, infrà quatuor, si ultra Montes, infrà octo menses à die publicationis præsentium in Cancellaria Apostolica computandos.*

Quæ profectò Constitutio munita clausulâ sublata, & Decreto irritante, nedum sustulisset contrariam omnem consuetudinem, si
47 quæ adsuisset, sed præthereà, utpotè obstans illius initio, & introductioni, irritam reddidisset quamcumque, etiam futuram consuetudinem, *Fagnan. in cap. Cum olim num. 37. de majorit. & obedient. tom. 2. in secundam part. primi Decretal. fol. 515., & in cap. Non amplius n. 30. de Instit. tom. 4. in primam partem tertij Decretal. fol. 215., Gabriel comm. conclus. lib. 6. de clausf. conclus. 3. num. 39. & seqq., clar. mem. Card. de Luc. de Jurisd. disc. 25. n. 9., de regal. disc. 51. num. 7., bon. mem. R. P. D. Zaul. in observ. ad probem. Statut. Favent. num. 46. tom. 1., Rot. in rec. decis. 260. num. 6. part. 17., decis. 418. numer. 7. & decis. 430. num. 10. par. 18.*; Proindeque, quando etiam fumus aliquis dari posset assertæ in contrarium observantiæ, hæc nullo numero habenda esset, tùm quia sublata dicto Decreto
48 irritante, tum etiam quia in conflictu semper prævaleret observantia, quæ conformis est consuetudini Romanæ Ecclesiæ, & Pontificiis Constitutionibus, in quarum executionem inducta diceretur, *Rota in Romana Salviani 15. Junii 1693. §. Nec dicetur, & §. Neque efficaciam coram bon. mem. Hervault.*

Jam verò cum his omnibus plenè probatum dici posse videatur, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, antè apprehensam possessionem excludi à fructuum perceptione; Reliquum modò est, ut satisfaciamus contrariis auctoritatibus. Et primò quidem obesse nequit *Decisio Seraphini in 1144.*, tamquàm præcipuè 49
se fundans in præventione, omissa maturâ discussione super reservatione, seu comprehensione Eminentissimorum DD. Cardinalium in Extravaganti prædicta; Ambiguitas nulla est in illis dictæ Decisionis verbis = *Verùm quia ratio præventionis erat clara, & sufficiens ad decisionem præsentis negotii, omissa fuit discussio reservationis, tamquam minus necessaria, & in qua plures sese offerebant difficultates* = Et sanè, ut dicebam §. *Verum non abs re*, plures, eædemque gravissimæ, sese offerrent rationes pro sustinenda eorumdem Eminentissimorum Cardinalium comprehensione, si Causæ ratio efflagitaret, quod articuli hujus formali examen assumeretur, quo tamen non indigemus: & jure illud omittimus in concreto quæstionis, de qua agitur, quia tàm dicta Decisio, quàm etiam *decis. 21. & 22. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Benefic.* agunt de administratione 50
Jurisdictionis, & collatione Beneficiorum, firmantque, illam, etiam antè captam possessionem, exerceri posse ab Eminentissimis Cardinalibus vigore specialium Indultorum ipsis competentium. Justà autem ratione, quoad hæc, Privilegio isto donari potuerunt, quia videlicet satis occurrebatur Ecclesiarum vacationibus, si earum provisio expleri permitteretur per Eminentissimum Cardinalem provisum de Ecclesia Episcopali, & congruebat, ut eximiæ eorum dignitati indulgeretur peculiare illud, quod nimirùm, Providendi de novis Beneficiis, illa reciperent ab eo, cui subesse debebant; At hic non est casus noster, quia agitur de fructibus decursis à die obitus Antecessoris, usque ad diem possessionis Successoris, pro quibus consequendis tantum abest, quod speciali Indulto S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales donatos videamus, ut juxtà generalem consuetudinem, superioribus locis satis superque constabilitam, obnoxii esse noscantur Extravaganti Bonifacianæ, aliorumque Summorum Pontificum Constitutionibus, de qua sanè praxi, & speciali consuetudine cum non agatur in dd. Decisionibus, ex eisdem definiri nequit hodierna controversia.

Nec turbat, quod collatio etiam Beneficiorum recenseri possit inter fructus, quia cum ab his specie differant fructus civiles, sive natura-
les, qui non ex juribus, sed ex Fundis Ecclesiæ percipiuntur, iidemque adeò separabiles, 51
sint, ut priorum distributio, seu provisio immediatè pertineat ad Datariam: alij verò rectâ viâ, in Rev. Cameræ Ærarium inferantur; nil propterea mirum, quod, unâ illorum specie dimissâ Eminentissimis Cardinalibus, altera, ex consuetudine, & Constitutionibus Apostolicis, applicata remanserit Rev. Cameræ, ex ratione benè insinuata à *Gonzalez in cap. Transmissam 15. num. 10. de elect. tom. 1. fol. 277.*, ut nempè Provisi, ad accedendum ad Ecclesiam, illiusque possessionem celeriùs nanciscendam allicerentur. Ille autem loquitur his verbis = *Nec argumentum difficultatis deductum ex dicto can.*

Qua-

Quoniam, *cap. Non liceat*, *obstat*; *nam*, *licèt*, *quæ sunt Jurisdictionis Episcopo concedantur*, *tamen denegatur mixtio in Bonis*, *& fructibus Ecclesiæ speciali ratione*, *videlicet*, *ut ad procurandam suam consecrationem confirmatus alliciatur*: *& sic jura*, *quæ concedunt confirmato exercitium Jurisdictionis*, *negant Episcopo immixtionem in Bonis*, *& fructibus Ecclesiæ*, *ideòque tantum ea*, *quæ acquirit Episcopus à tempore consecrationis*, *acquirit Ecclesiæ*, *non à tempore confirmationis*, *quia anteà non implicatur fructibus*, *& Bonis Ecclesiæ* =

Non immoror aliis auctoritatibus, quæ in contrarium allegantur; quia ex eisdem rationibus, ob quas dictæ tres decisiones, de hoc articulo copiosiùs agentes, minimè applicari noscuntur hodiernæ quæstioni, illæ etiam explicantur. Ut etiam, non est, cui quæratur,
52 an Eminentissimus Cardinalis justo ullo impedimento prohibitus fuerit Episcopatus Malacitani possessionem nancisci, quia de illo docendum ab eo esset, *Rota coram Verallo decis.* 401. *numer.* 5., *& seq. par.* 2., & latius jam jam dicturi sumus.

Quinimo, tametsi doceretur quod Provisus ob extrinseca impedimenta possessionem adipisci nequiverit; nihilominus, quod fructus decursi à die Collationis Beneficii usque ad posses-
53 sionem ab illo adeptam incamerati fuerint, quamvis ageretur de S. R. E. Cardinalibus, probari posset pluribus exemplis, ex quibus tamen satis ecit duo recentiora adferre. Clac. me. Card. Sacchettus provisus de Abbatia S. Gennari Vercellen. Diœces. diu a Ministris Ducalibus prohibitus fuit illius possessionem capere, quibus demum consentientibus, eam adeptus, cum peteret fructus interim decursos, & à R. C. Subcollectoribus perceptos, atque incameratos; nonnisi vigore Chirographi à S. M. Innocentio XI. editi die 29. Mensis Decembris anni 1682., ex justis caussis moventibus præfatum sum. Pontificem, obtinuit gratiosam dd. fructuum restitutionem. Cl. M. Card. Sancta Cruce à S. M. Clemente XI. provisus de quadam Abbatia sita in Diœcesi, & Ditione Mantuana, & à Ministris Cameræ Ducalis impeditus ejusdem possessionem nancisci, pariter contendebat, quod sibi à Rev. Cam. restituerentur fructus, à suis Collectoribus percepti à die provisionis usque ad possessionem, Causàque delatâ ad Congregationem spoliorum die 2. mensis Decembris anni 1700. in una Romana quæ in folio est la 6., rescriptum fuit = *Adeat Sanctissimum*, *sin minus utatur jure suo* =

Quibus demum longè plura addi possent exempla petita ex Regno Neapolitano, in quo Ministri Nuntiaturæ semper perceperunt, & incamerarunt fructus maturatos antè possessionem, iidemque ex speciali dumtaxat gratia san. mem. Clem. XI., & Innoc. XIII. fuerunt deindè restituti Provisis, ut patet tum ex pluribus Chirographis dd. Pontificum, tum etiam ex Literis in hanc rem ab Illustrissimo Thesaurario Gen. prò tempore datis ad Romanum Nuntium.

Satis superque his omnibus demonstratum dici posse videtur, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ante captam Ecclesiarum possessionem, illarum fructibus frui minimè posse: Verum prætereà Jura Rev. Cameræ pro retinendis fructibus vacationis Ecclesiæ Malacitanæ, longè potiora redduntur ex eo, quod Eminentissimus Cardinalis Alberonus, post expeditas Literas Apostolicas, nedum intrà tempus, à Sacris Canonibus præstitutum, sed usque in præsens consecrationem suscipere neglexit, licèt Provisi de Ecclesiis Episcopalibus intrà tres Menses consecrari teneantur, sub pœnâ restitutionis fructuum, interim perceptorum; graviori insuper eisdem inflictâ pœnâ, privationis nempè Ecclesiæ, ipso jure incurrendæ, si intrà totidem menses, posteà id facere omiserint, ut sancitum fuit *Canon.* 25. Concilii Chalcedonensis relato in *Canon. Quoniam* 2. *distinct.* 75., & id quoque statuit *Pelagius Papa Canon.* 1. *di-*
stinct. 100. & innuitur etiam in *Cap. Inter cor-* 54
poralia 2. *§. Sed neque de translat. Episcop.*, & demum huic Canonicæ Legi expresse subjiciendo S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, definitur à Sacrosancta Tridentina Synodo *Sess.* 23. *de reformat. cap.* 2. verbis illis = *Ecclesiis Cathedralibus*, *seù Superioribus*, *quocumque nomine*, *ac titulo præfecti*, *etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint*; *si minus consecrationis intrà tres Menses non susceperint*, *ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur*; *si intrà totidem menses posteà id facere neglexerint*, *Ecclesiis ipso jure sint privati* = sivè ergò pristinam, sivè modernam spectemus disciplinam, consecrationi peragendæ, trium mensium tempus est præfixum, intrà quod illam non suscipiens, etiamsi Cardinalitia fulgeat Dignitate, Canonicam pœnam restitutionis fructuum subire tenetur, *Gonzal. in cap. Cum in cunctis* 7. *numer.* 2. *de elect.*, *Cabassut. in Jus Canonic. lib.* 1. *cap.* 7. *§.* 9., *Barbos. ad d. cap.* 2. *Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi*, *& in Jus Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 34. *de offic.*, *& potest. Episcop. part.* 2. *allegat.* 1. *num.* 39, *Vener. in examin. Episcopor. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 3., *Antonell. de temp. legal. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 3., *Frass. de Reg. Patronat. Indiar. tom.* 1. *cap.* 28. *num.* 28., *& seqq.*, *Pax. Jordan. divers. lucubrat. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 1., *& seqq.*, *Carol. Anton. Thesaur. de pœnis par.* 2. *verb. Episcopus cap.* 2. *fol.* 152., *Thomassin. de re beneficiar. tom.* 2. *par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 11., referens ita decretum fuisse in Concilio Rothomagensi anni 1581. *vers. in Concilio Rothomagensi*, *& num.* 12., præter plura in hanc rem notanda, subdens, spectari consecrationem, tamquam
spiritualis Episcopi cum Ecclesia sua conjugij 55
consummationem, *Van. Espen. in Jus Eccles. univers. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 15. *cap.* 1. *num.* 14., *& seq.*, atque ita resolutum fuit in Congregatione clar. mem. Cardinalium Panciatici, S. Clementis, & Sperelli deputata in una *Craccovien. die* 8. *Januarii* 1707.

Fru-

Frustrà verò obtendentur impedimenta, qui-
bus consecrationem protelari oportuisse dice-
retur, & quibus Provisus de Ecclesia Cathe-
56 drali, hisce è pœnis elaberetur; nam omisso,
quod generaliter ejuscemodi impedimenta non
suffragantur Proviso, tametsi S.Romanæ Ec-
clesiæ Cardinalis existat, ut consequi valeat fru-
ctus ante captam possessionem decursos, sed
hi juxta praxim Rev.Cameræ applicantur, quo-
ties iidem ex Summi Pontificis munificentia il-
li non condonantur. Præterea dicimus, quod
Rev.Cameræ obesse nequit impedimentum pe-
titum ex prohibitione, sive inhibitione à San.
Mem. Clemente XI. facta Eminentissimo Car-
dinali, nè videlicet consecrationem petere, ac
suscipere amplius posset, quia, ut benè obser-
vatur in *Facto §.19.*, *à die 6. Mensis Decembris
anni 1716.*, qua Bullæ expeditæ fuerant, us-
que ad tempus, quo ipse ab Hispaniarum Re-
gnis recessit, nedum trimestre, intrà quod
consecrari debuisset, sed valdè longius effluxe-
rat tempus, ideoque, nisi aliæ adferantur cau-
sæ, & impedimenta, quibus juste prohibitus
fuerit consecrationem petere, ac consequi, pro-
hibitio, atque inhibitio eidem deindè facta, ex-
cusationem nullam præbere illi poterit, quia
jam à commodo fructuum deciderat, ob mo-
ram petendi d. consecrationem, ipsi imputan-
dam, ex *Gloss in cap. Cum in cunctis 7. §. Cum
verò verbo tempore in fin.* ibi = *Cum sit in mora
petendi consecrationem, mora sibi debet impu-*
57 *tari* = *de elect.*, *ibique Abb. d. §. Cum verò n. 5.
Rota coram Verallo dec. 401. num. 4.*, *& 5.* ibi =
*Et sic si tempus est lapsum, ei imputandum est.
Et pari modo ei imputabitur si non docet de im-
pedimento, quare possessionem Episcopatus non
fuerit assequutus* = *par. 2.* subditque, talem mo-
ram nocere Proviso, etiam ad effectum indu-
cendi vacationem Beneficiorum, ibi = *& habe-
tur ac si possessionem assequutus esset, ita ut Benefi-
cia censeantur vacasse, quia post assequutam
possessionem Episcopatus Beneficia vacant*.

Si quæ verò alia proponantur impedimenta,
ut rectè definiri queat, an eadem in casu, de
quo agitur, suffragari valeant; statuendum pri-
mùm est, quæ, & qualia, illa esse oporteat,
ut negligentem suscipere consecrationem ex-
cusare possint. Deindè inquirendum, an re-
58 vera intervenerint. Quod attinet primum,
tale quodpiam allegans impedimentum, do-
cere debet, illud provenisse ab inexcusabili ne-
cessitate, ut cavetur in *d. Canon. Quoniam 2.
distinct. 75.* verbis illis = *nisi fortè inexcusabilis
necessitas coegerit tempus ordinationis amplius
protelari* = *d. Glos. verb. tempore* ibi = *nisi neces-
sitas eum impedivit petere consecrationem* = *Van.
Espen. in jus Eccles. univers. tom. 2. part. 1. tit. 15.
cap. 1. num. 14.*, *Thesaur. de pœnis part. 2. verb.
Episcopus cap. 2. numer. 1.*, *& numer. 3. vers.
nota primò*.

Juxta igitur verba, & mentem *Chalcedonensis*
Canonis, dum sola impedimenta provenien-
tia ex necessitate inexcusabili, legitima repu-
tantur, eaque sola justam Proviso excusatio-
nem præbent, cur, ultra trimestre tempus,
consecrationis munus suscipere distulerit, inde
certè sequitur, quod impedimenta cuncta, quæ
non à necessitate, sed ab initio voluntario ori-
ginem duxerint, juvare nullo pacto possint
Provisum, nè subeat pœnam amissionis, vel 59
restitutionis fructuum, Conciliari Decreto ipsi
constitutam, ex regula, quà admonemur, im-
pedimentum non excusare eum, qui volunta-
riè illud sibi imposuit, *Thabor. axiom. Jur.
lib. 9. cap. 18. axiom. 5.*, cui consonat alia regu-
la, quod pro dignoscendo, an illud provene-
rit ex causa necessaria, vel potiùs ex volunta- 60
te Impediti, spectandum sit ejus initium, ut
monuit Jurisconsultus *in Leg. 2. §. Ex his ff. de
verbor. obligat.*, cum in omnibus humanis acti-
bus principium, & origo perpendenda sit, *Leg.
Clam possidere 6. de acquir.*, *vel amittend. pos-
sess.*, *Leg. Nam origo 8. ff. quod vi aut clam*, *Leg.
Si filius familias 3.*, ubi originem potiùs rei, 61
quam titulum considerandum esse rescripse-
runt Imperatores Severus, & Antoninus, *Cod.
ad Senat. consult. Macedon.*, *Surd. cons. 112. n. 63.
vers. non obstat*, *& seqq.*, *Mantic. de conject.
ultim. volunt. lib. 10. tit. 2.*, inquiens, volunta-
rium appellandum, quod habet initium vo- 62
luntarium, *Mans. consult. 101. num. 15.*, *& seq.*,
*Azor. Institut. moral. lib. 1. cap. 3. column. 10. sub
lit. B.*, ubi benè distinguendo, quod aliud sit
voluntarium in se, aliud voluntarium in alio
ait, quod effectus *judicatur voluntarius in
alio, quando ex hoc quod quidpiam voluntariè* 63
facimus, aliquid aliud efficitur.

Jure igitur, meritòque Doctores, dum ad
rem nostram quærunt, & enumerant legitima
impedimenta, inter illa recensent ea, quæ vel
à natura, vel à juris dispositione proficiscuntur.
Primorum exemplum petunt ab infirmitate,
morboque Consecrandi; à morte Episcopi, cui 64
Summus Pontifex consecrationem demanda-
verat; ab hostium vi, cui resisti nequiverit,
aliisque hujus generis. Inter autem impedi-
menta Juris referunt illa, quibus non submo- 65
tis; Electus omninò incapax esset suscipiendi
consecrationem, utpotè si censurà aliquà inno-
datus reperiretur, per ipsum autem non sta-
ret, quominus absolveretur; si de aliquo de-
licto accusatus, antequàm innocentiam suam
probare posset, elaberetur trimestre tempus,
ut hæc, & similia exempla proponendo tra-
dunt *Pax. Jordan. divers. lucubrat. tom. 1. lib. 1.
tit. 2. num. 4.*, *Vener. in examin. Episcopor. lib. 4.
cap. 6. num. 4.*, *Barbos. de offic.*, *& potest. Epis-
cop. part. 2. alleg. 1. num. 40.*, *& seqq.*, *Antonell.
de tempor. legal. lib. 3. cap. 12. num. 4.*

Ex quibus infertur illud etiam, quod, quum
agitur de extrinseco impedimento, necesse est,
quod veniat ex facto Tertii, directè ordinato ad
impediendam susceptionem consecrationis, se-
cus verò quando illa non directò, sed solùm,
per quandam consequentiam prohiberetur, ut
per *Rotam apud Garz. d. part 5. cap. 4. §. 2. n. 262.*,
in qua rejecta fuit excusatio non captæ posses-
sionis Episcopatus desumpta ex eo, quod Pro-
visus

visus præsentare nequiverat Capitulo Literas Apostolicas, quià deficiebat mandatum Serenissimi Regis Catholici, propria manù subscriptum, illudque haberi nequiverat, propter illius infirmitatem: ait enim dicta *decisio*, ejuscemodi excusationem non suffragari, quia infirmitas Regis directò, & principalitèr non tendebat ad impediendam præsentationem Literarum, sed potiùs indirectò, & per quandam consequentiam: & confirmatur exemplo, & facto Archiepiscopi Goani, cujus latè meminimus *§. Imo verò*. Et denique impedimentum, undecumque idem proveniat, ut justam excu-
66 sationem adferat, impeditus probare tenetur; se diligentiam, conatumque omnem adhibuisse, ut illud removeretur, *Barbos. ad dict. cap. 2. Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi num. 3. sess. 23. de reformation., Rot. coram Gregor. decis. 50. num. 1.*

Ad has itaque certissimas regulas redigendo Causam, quæ hodiè vertitur, cùm nullum adferri posse videatur hujus generis impedimentum, ob quod justè differri, imò omitti penitùs debuerit consecratio, intrà tres alioquin menses ab Eminentissimo Alberoni suscipienda; justà ratione conijcere possumus, tum apprehensionem possessionis, tum susceptionem
67 consecrationis, neglectam ab eo fuisse, quia paratus jam, patefactusque illi reperiebatur adscensus ad ampliorem Cathedram, Hispalensem nempè Archiepiscopatum; nemo autem non videt, indè impositam dici minimè potuisse *inexcusabilem necessitatem*, quæ coegerit ad consecrationis tempus protelandum, sed causam hanc in sui origine fuisse merè voluntariam: ejuscemodi namque migratio, cum sinè consensu Prælati, præstito translationi, sequi nequiret, *Frass. de reg. Patronat.*
68 *Indiar. tom. 1. cap. 23. nu. 51., & cap. 24. nu. 1., & plurib. seqq.*, eademque fieret, ut Ecclesiæ simul, & Personæ utilitèr provideretur, *idem Frasso dicto cap. 23. nu. 44.*, ordinata idcirco dicebatur ad majus commodum, & utilitatem volitam, atque intentam à se transferendo ad dictam Ecclesiam, per ea, quæ in simili casu considerat, *clar. mem. Card. de Luc. de Benefic. par. 4. supplem. discurs. 145. sub n. 3.* Idque confirmatur exemplo illo, quod non dicatur justè impeditus is, qui abest, ut ampliorem obtineat Dignitatem, *bon. mem. Episcopus Zaul. ad stat. Favent. tom. 1 ad rub. 17. lib. 1. post Rot. Bonon. divers. decis. 33. num. 50.* hoc tradentem de Clerico Cameræ. Sed magis urgeret illud aliud exemplum, quod desumi posset ex omnibus nota Causa optionis Decanatus, & Episcopatus Hostiensis, ad quem juxta antiquas Constitutiones migrare prohibebatur Eminentissimus Episcopus Portuen absens ex causa residentiæ in alio Episcopatu, quamvis adferri nequeat impedimentū ullum magis legitimum illo residentiæ in suo Episcopatu; sed consultò id omissi, ob nuperam Constitutionem Sanctissimi D. N. feliciter regnantis, ex qua habenda non videtur ratio, quod residentia isthæc habeat originem voluntariam.

Et re sanè verà, quod Eminentissimus Dominus Cardinalis, non alia de causa distulerit se consecrari in Episcopum Ecclesiæ Malacitanæ, nisi quia magis opportunè consecrationis munus suscepturus esset, post migrationem ad Ecclesiam Hispalensem, quam jam jam à sè faciendam sperabat, perspicuum reddi videtur ex serie eorum, quæ gesta fuerunt, breviterque ad memoriam Eminentissimorum Patrum hic revocanda. Nam paulò post præsentatam Summo Pontifici Nominationem ad Ecclesiam Malacitanam, & ante sequutam præconizationem, & propositionem in Sacro Consistorio ad dictam Ecclesiam, superveniente vacatione Archiepiscopalis Ecclesiæ Hispalensis, à Serenissimo Rege Catholico ad istam præsentari obtinuit: Ex quo justà conjecturà assequimur, nulla extrinseca cogente necessitate, omissam fuisse consecrationem, intrà tempus, à Sacris Canonibus præstitutum, petendam, 69
suscipiendamque: Cum enim hæc spectanda esset tamquam spiritualis Episcopi cum Ecclesia conjugij consumatio, ut dictum est *§. Satis superque in fin.*, & definitum fuit ab Innocentio III. *in cap. Inter corporalia, & cap. finali de translatione Episcoporum*: verisimili profectò ratione matrimonium perficere neglexit cum prima Ecclesia, quæ, utpotè incompatibilis cum altera, ad quam illicò migrare conatu omni contendebat, brevi ab eo relinquenda fuisset, & quam re ipsà deseruisse dici poterat, sese penitus abdicando Jure omni, sibi ad eam quæsito, ex clara dispositione *Textus in cap.* 70
Ut quis duas 25. de elect. in 6., ubi Nicolaus III. rescripsit his verbis = *Ut quis duas electiones de se in aliqua Ecclesia celebratas, prosequatur insimul, & confirmationem petat ex eis (cum nonnisi ex uno ipsarum valeat Jus habere) rationi consonum non putamus &c.* = utque paulò post subditur, eum oporteat, eum *eligere, quam prosequi velit ex illis: & confirmationem petere tantummodo ex eadem* = inde sequitur, Eminentissimum Dominum Cardinalem præeligendo Ecclesiam Hispalensem, animum avertisse ab Ecclesia Malacitana, ac per consequens huic *per electionem alterius renunciare, sibique Jus ex ea non competere profiteri* visum fuisse, ut concluditur *in dicta Decretali Nicolai III.*, & tradunt ibi *Gloss.*, *& Franch. num. 3.*, inquiens = *ultimo nota* ibi = *profiteri quod eligens unam viam de incompatibilibus, non solùm videtur alteri renunciare, & præcluditur sibi via ad alteram ipso Jure, ut in cap. primo de postulat. Prælator. eodem lib., sed etiam videtur confiteri, sibi Jus ex illa non competere, ut hic dicitur* = *Monach.*, ubi etiam *Prob.*, uterque *num. 2.*, *Donat. in prax. Rer. Regular. part. 3. tract 6. de elect. quæst. 3.*, *clar: mem: Card. de Luc. de Regular. disc. 13. num. 5.*

Neque verò solo dumtaxàt animo, Eminentissimus Dominus Cardinalis Malacitanam Ecclesiam deseruisse dici potest; nedum enim acce-

acceptavit, sed factis positivis, & non dubiis, usus fuit Regià præsentatione ad Ecclesiam
71 Hispalensem, illam transmittendo, atque ex-
hibendo Summo Pontifici, pro ejusdem collatione obtinenda: id quod, veluti necessarium antecedens, supponit, ipsum consensisse, atque voluisse, ut ante omnia absolveretur à vinculo, quo Ecclesiæ Malacitanæ obstringebatur, *Abb. consf. 101. num. 3. vers. sed olim*, ibi = *sed olim Episcopus Spirensis institit apud D. Papam, ut sibi provideretur de Archièpiscopatu Trevirensi, ergo videtur voluisse, & consensisse, ut antè omnia absolveretur à vinculo, quo Ecclesiæ Spirensi tenebatur* = *lib. 2.*

Propterea que, his consequenter, Procuratori, suorumque negotiorum Gestori in mandatis dedit, ut omissâ expeditione Bullarum provisionis Ecclesiæ Malacitanę, sinè ullà alioquin impensâ facienda, curas, conatusque omnes impenderet pro assequenda quàm citius collatione Ecclesiæ Hispalensis; & quasi jam sua hæc esset, ejusdem fructus percepisse supponitur in Epistola diei 21. mensis Januarii, ibi = *Li frutti della Chiesa di Malaga spettano alla Camera &c., onde non può con essi reintegrarsi la Camera del credito, che hà per li frutti della Chiesa di Siviglia* = quod sanè factum non dubie demonstrat, quod Eminentissimus Dominus Cardinalis omiserit suscipere consecrationem, quia, ut dictum est, spirituale conjugium cum Ecclesia Malacitana perficere, atque consumare nolebat, dum Literas Apostolicas provisionis dictæ Ecclesiæ, præter ejus intentionem expeditas, præsentare, illarumque vigore possessionem apprehendere neglexit, nullumque demùm Sacri hujus conjugii onus sustinuit; propterea que ambigi nequit, quin in nostra hypothesi, non solùm ex non facto, sed magis ex non dubiis factis eliciatur animus Eminentissimi Domini Cardinalis sese liberandi à vinculo prioris Ecclesiæ; dum tempore, quo ab ipso ignorabatur expeditio Literarum Apostolicarum; ideoque eidem res adhuc integra videri poterat, adeo apertè præelegit Ecclesiam Hispalensem, & postquam ad illum pervenit notitia expeditionis Literarum Apostolicarum super collatione Ecclesiæ Malacitanæ, enixe institit apud Summum Pontificem, ut provideretur de Archiepiscopatu Hispalensi, juxta ea, quæ mox firmata fuerunt.

Nec turbat, quod hæc omnia sivè commissa, sive omissa, ex quibus elicimus animum Eminentissimi Cardinalis repudiandi Ecclesiam Malacitanam, ab eo volita, & facta præsumantur, eà spe, eâque sub conditione, dummodò videlicet Hispalensem Ecclesiam conseque-
72 retur, ideòque, hac non obtentâ, minimè ceciderit jure, quod ipsi quæsitum fuerat ad priorem Ecclesiam, ejusque fructus. Nam præterquamquod, ut benè advertitur in hodierna Facti §. 41., in similibus translationibus allegari non potest, quod quispiam simili actui consenserit, vel quidpiam egerit sub tacità conditione adipiscendi secundam Ecclesiam, eo quod isti actus spirituales non recipiant conditionem, quæ præterea nullibi expressa reperitur: dicimus, quod quæstio præsens in eo vertitur, num videlicet Eminentissimus Dominus Cardinalis ob non susceptam consecrationem intra tres menses præstitutos ex Conciliari Decreto, obnoxius factus fuerit amissioni fructuum, cumque ab illa se eximere solummodò valeat sub obtentu *inexcusabilis necessitatis*, qua intra dictum tempus consecrari prohibitus fuerit: docendum profectò ab eo esset de aliquo hujuscemodi legitimo impedimento: de quo cum non constet ex serie eorum, quæ hactenùs exposuimus, justa ratione affirmare possumus, quod, cum Eminentissimus Cardinalis Alberoni statim ac obtinuit Regiam nominationem ad Ecclesiam Hispalensem, mandavit non amplius expediri Bullas Ecclesiæ Malacitanæ post earumdem expeditionem illius possessionem nunquam apprehendendo, consecrationem distulerit ad tempus, quo de secunda Ecclesia, ut sperabat, provideri obti-
nuisset: propterea que cum hæc dilatio petendi, 73
obtinendique consecrationem, non provenerit ab impedimento illato ab invincibili necessitate, sed ex causa merè voluntaria, indè certè sequitur, quod fructus nullos Ecclesiæ Malacitanæ consequi valeat: quippè ipsi, ut probatum est, expresè resistit Conciliare Decretum.

Ex quibus omnibus aliud consurgit argumentum, Eminentissimum D. Cardinalem excludens à controversorum fructuum consecutione;
illudque, ut benè consideratur in nostra Facti 74
§. 32. & plurib. seqq, desumitur ex similitudine, quam cum Matrimonio carnali habet illud, quod spiritualiter ab Episcopo cum Ecclesia contrahitur; eorum autem utrumque sinè consensu perfici certè nequit: & præterea sicuti in Matrimonio carnali, si Vir post illud contractum, divertens ab Uxore, Matrimonii onera sustinere recuset, fructus dotis consequi nequit, & perceptos restituere tenetur, ita etiam eadem Juris ratio statuenda erit in Matrimonio spirituali, alteri æquiparato; par enim æquiparatorum debet esse dispositio. Si
igitur Eminentissimus D. Cardinalis, post ei 75
oblatam, acceptatamque ab ipso Regiam nominationem ad Archiepiscopatum Hispalensem, quantum in eo erat, nullum ampliùs spirituale conjugium cum Ecclesia Malacitana contrahere volebat, revocando mandatum Procuratori datum: vel si illud contraxisse dici poterat, à dicti conjugii vinculo illicò liberari, ac solvi contendit, præeligendo Ecclesiam Hispalensem, & enixè instando apud Summum Pontificem, ut sibi de ea provideretur: ambigi certè nequit, quod nulla Juris, & æquitatis ratio sinat, quod ipse dotem ullam, ullosque dotis fructus consequi possit ex ea Ecclesia, cum qua spirituale conjugium nolle amplius contrahere declaraverat, & si jam contractum esset, per transitum ad aliam Ecclesiam dissolvi concupiverat: quemadmodum per

per absurdum certè esset, si quispiam sibi asserere, sibique deberi præsumeret fructus ex dote illius mulieris, cum qua Matrimonium contrahere eum pænituisset, vel post illud contractum, nulla unquam Matrimonii onera sustinendo, ab ea statim divertisset: ut hæc omnia doctè, & eleganter exornando probat Illustrissimus D. Commissarius locis citatis, ad quæ me refero.

Nec est, eur pro elidendis juribus Reverendæ Cameræ, tot prævalidis rationibus, & argumentis confirmatis, opponatur, quod Congregatio particularis à san:mem: Clemente XI. deputata, censuerit, Eminentissimum Dominum Cardinalem Alberoni, ob neglectam consecrationem privatum declarari nequivisse Episcopatu Malacitano, ac per consequens, dum illius titulum retinebat, suos facere potuisse ejusdem fructus, nam, eum hi separabiles sint à titulo, non idcircò sequebatur, quod, si ob neglectum consecrationem adhuc Episcopatus titulo privandus non erat, illius per consequens fructus percipere potuerit, quia Conciliare Decretum, licèt supponat, Episcopum consecrari negligentem, illius titulum retinere, eoque, nonnisi post elapsum semestre ipso jure privari: attamen ad fructuum restitutionem teneri præcepit, si intra trimestre, quo certè retinet titulum, non fuerit consecratus. Etsi igitur à d. consecratione Eminentissimus Dominus Cardinalis declaratus fuerit exemptus ab una pæna, non idcircò liberatus fuit ab alia amissionis fructuum, longè minore illâ privationis tituli Episcopatus, & justâ sanè ratione, quia, quod attinet amissionem fructuum, hæc cum illorum applicatione, Juris ministerio alteri facta, incurritur ob defectum, sive conditionis, sive modi, quia nempè Provisus non adimplevit ea, quæ facere tenebatur, ut esset idoneus Minister Ecclesiæ, cui desponsatus fuerat, & cui deservire debebat; At quod attinet privationem Episcopatus, hæc non est simplex pæna, aut non consecutio rei, sub modo, vel conditione aliquà concessæ, sed
76 est caducitas à Jure jam perfectè quæsito, & privatio tituli jam plenè, ac liberè à Summo Pontifice collati, ideòque difficiliùs hæc longè gravior pæna incurritur, ut apud *Thesaur. de pæn. part. 2. verb. Episcopus cap. 2.* Ex eo itaque, quod dicta Congregatio declaraverit, Eminentissimum Alberoni non decidisse ab Episcopatu Malacitano, inferri nullo pacto potest, quod consequi valeat illius fructus, præsertim verò, quia Summus Pontifex Clemens XI. declaravit, ejusdem Ecclesiæ fructus, & reditus non ad D. Cardinalem, sed ad Reverendam Cam: spectare, quæ sanè declaratio non ad alicujus insinuationem, aut supplica-
77 tionem, sed ab ipsius Summi Pontificis, rem, & negotium, de quo agebatur, optimè callentis, voluntate profecta, utpotè vim habens Legis, & definitivæ Sententiæ, *Leg. final. Cod. de legib.*, ibi=*Legis vim obtinere*= *Thabor. axiom. Jur. lib. 17. cap. 51. axiom. 2.*, *Larrea allegat. fiscal. 23. num. 28.*, controversiam omnem sustulit circa dictorum fructuum pertinentiam, juxta *Felin. in cap. cum à nobis sub num. 3. in 4. notab.*, *Sarmen. in regul. de annal. quæst. 42. col. 4. vers. limitarem tamen* cum aliis apud *Spad. cons. 265. num. 19. & sequen. tom. 2.*

ARGUMENTUM.

Officii privatio ex caussa delicti quas probationes requirat? Pro delicti probatione sat non est qualificata Inquisiti confessio, nec eadem potest scindi. Minùsque idonei sunt Testes, tum in dicto, tum in Persona exceptiones patientes. Plura hic autem ad hanc materiam expenduntur. Liber privatus Tertio nocere nequit, præsertim, si minus legaliter retentus, atque abrasiones habens in suspecta aliqua parte. Leges municipales Montis Pietatis, prohibentes Ministris quamcumque strenarum receptionem, tametsi spontè oblatarum, non sunt de exiguis strenis intelligendæ; Et quatenùs iisdem prohibeant rerum suarum oppignarationem, non comprehendunt casum assensus præstiti Socio, rem propriam oppignoranti.

DISSERTATIO II.

1 *In officio, sibi commisso delinquens, eo privandus est.*

2 *Quum in Judicio criminali ad publicam vindictam agitur, non qualescumque, sed indubitatæ probationes requiruntur.*

3 *Maximè adversùs Officiales publicos.*

Bonæque fidei testimonio commendatos, numer. 5.

4 *Minister quisque, atque Officialis officium suum benè, ac diligenter exercere censetur.*

6 *Officiales publici necessarii in Republica; Cumque iidem omnibus placere nequeant; tamquam signum ad sagittam positi dicuntur.*

7 *Officiales publici de vero dumtaxat dolo tenentur, dissimulatà etiam latà culpà, ubi agitur de pæna contra eas exigenda*, & numer. 8. 9., & 124.

8 *In contractu, vel quasi, lata culpa æquiparatur dolo, nisi tamen criminaliter agatur*, & num. 9.

10 *In Officialibus tum majoribus, tum minoribus, secluso dolo, alia dissimulanter prætereunda.*

11 *Præsertim, ne ab officio removeantur.*

Quod procedit etiam in officia concesso merâ Principis liberalitate, n. 14.

Et maximè, si titulo oneroso officium possideatur, n. 15.

12 *Officialis ob dolosam administrationem ab officio remoti adeò minuitur æstimatio, ut ad illud iterum assumi nequeat.*

13 Su

13 *Supremus Princeps nedum majorum, sed etiam minorum Officialium nomen, & honorem incolumem servare debet.*

16 *Falsitas in Judicio criminali est concludenter probanda.*

17 *Falsitas solùm in Judicio civili, indiciis, & præsumptionibus probatur; In Judicio verò criminali ad effectum dumtaxat inquisitionis, & capturæ.*

18 *Qui negat, affirmare dici nequit.*

19 *Confessio qualificata, quoties qualitas confessioni adjecta, non respicit factum proprium ipsius confitentis, qui negativas imò sit, sed alterius, non potest scindi.*

20 *Confessio, seu depositio scindi non potest, sed prout jacet, tàm in parte favorabili, quàm in contraria est accipienda.*

21 *Procedit etiam contra Fiscum: & tàm si agatur de pœna ordinaria, quàm si de extraordinaria privationis officii*, & n.22.

22 *Officii privatio pœna est gravissima.*

23 *Testis unicus nequit ad probandum admitti*, & n.105.

24 *Etiamsi præclaro Curiæ honore præfulgeat, & de facto propria deponat*, n.26.

25 *Testis unicus nec etiam pro Reo torquendo sufficit.*

27 *Testis unicus eò minùs audiendus, si gravissimis perstringatur exceptionibus*, & nn. seqq.

28 *Socii confessionem alteri nocere, iniquum est.*

29 *Testis socius delicti audiendus non est, nisi præcedenti torturâ purgatus*, numer.73., & 105.

30 *Testis vilis, amicus, aut habens interesse in Causa, nullam fidem promeretur*, & numer. 31. ad 34., ac numer. 72. & 104. & 105.

31 *Testis ut integræ dicatur fidei, quæ exploranda in eo sint?* & n. 41. & 71.

35 *Testis interesse in Causa metiendum ex qualitate personæ divitis, vel pauperis.*

36 *Æqualitas semper in Judiciis servanda, & præcipuè favore Rei.*

37 *Rei partes favorabiliores.*

38 *Secundæ Testis depositioni fidem adimit contrarietas cum prima.*

39 *In conflictu, & contrarietate præferenda est prima Testis depositio, rejectâ secundâ.*

40 *Præsertim, quando Testi licuit alloqui Partem adversam.*

42 *Testis nequit dici dubitativè loqui, quando omnibus perpensis circumstantiis, factum positivè negat.*

43 *Testis dicens, se non recordari de his, quæ verisimiliter recordari debet, tamquam minùs idoneus repellitur.*

44 *Depositionis veritas ex eo potissimùm desumi solet, an scilicèt Testis extemplò verisimilia responderit.*

45 *Testes inter se contrarii, invicem se collidunt.*

46 *Testes ut sint idonei, oportet, quod concordent in circumstantiis personæ, loci, & temporis.*

47 *In clara Testium contrarietate circa unum, idemque factum nulla conciliatio esse potest.*

48 *Liber habens omnia requisita præscripta à Legibus S. Montis Pietatis, nec non scriptus a Ministro, authoritate publicâ electo, omnem meretur fidem tum favore Scribentis, tum etiam pro Tertio, & contra Tertium.*

49 *Non tamen dicitur habere omnia ejusmodi requisita, si careat cartulatione, atque inscriptione Cancellarii majoris Octumvirorum.*

50 *Scriptura, seu Liber, manu Notarii confectus, si careat solemnibus, ad Scripturam publicam pertinentibus, publici Codicis, sive Scripturæ authoritatem habere nequit.*

51 *Liber ad privatum dumtaxat Scribentis usum retentus, probationem nullam contra Tertium præbere valet.*

52 *Eòque minùs in damnum Tertii, atque utilitatem ipsius Scribentis.*
Aut etiam Fisci, n.56.

53 *Partita Libri privati nec etiam Fisco prodest.*

54 *Libri privati adnotationes tunc demùm contra Tertium probare valent, quando eo præsente, secùs, quando eo absente exaratæ fuerint.*

55 *Imò, & de Libris publicis hoc procedit.*

56 *Instrumenta inter alios celebrata, probationem contra Tertium constituere nequeunt.*

57 *Liber privatus, plura in se continens vitia, licèt necessariis munitus solemnitatibus, nequit Tertio nocere.*

58 *Testamenta nisi ostendantur nec cancellata, neque abolita, neque ex quacumque sui parte vitiata, executioni demandari nequeunt.*

59 *Liber privatus pluribus vitiatus lituris, atque abrasionibus, tamquam de falsitate suspectus, non probat.*

60 *Præsertim quando illæ in suspecta ejusdem Libri parte reperiuntur.*

61 *Bona, vel prava Scribentis conditio, Scripturæ authoritatem præbet, vel tollit.*

62 *Liber de falsitate suspectus eò minùs contra Tertium probat in criminali Judicio.*

63 *Remota, & æquivoca alicujus facti conjectura in Judicio criminali non sufficit.*

64 *Cum in eo requirantur probationes non per possibile, sed necessariò concludentes*, & n.97.

65 *Falsus dici nequit, qui fuit verisimilitudine quadam deceptus, & credulitate ductus*, & num.92.

66 *Nemini Testis simul, & Accusatoris personam gerere permittitur.*

67 *Inter Accusatorem & Accusatum quædam inimicitiæ species suborta dicitur.*

68 *Ac-*

68 *Accusator, tamquam præsumptus inimicus, repellitur à testimonio ferendo.*

69 *Veras inimicitias censendus quis suscepisse cum eo, qui illius crimina ad Superiores pluries, pluriesque detulit.*

70 *Testimonium Judæi, paucis ante mensibus ad Catholicam Religionem conversi, refutandum est.*

71 *Testis pauper, utpote ob paupertatem obnoxius suspicioni, quod fuerit corruptus, nullam meretur fidem.*

74 *Ex libris Montis Pietatis plenè probata dicenda est negativa coarctata facti, quod ex illis non apparet.*

75 *Testis falsus in uno, falsus in omnibus.*

76 *Testis varius, sibique ipsi contradicens, non debet admitti.*

77 *Testis varius, & falsus, competenter à Judice punitur.*

78 *Testis indigitans Contestem, qui negat, nihil probat.*

79 *Testes in Judicio criminali, ad effectum gravissimæ pœnæ, cum dedecoris nota infligendæ, oportet esse omni exceptione majores.*

80 *Testes ad effectum simplicis inquisitionis faciendæ, etiamsi minùs idonei, admitti possunt.*

81 *In Judicio criminali valere nequeunt imperfectæ probationes, tametsi simul junctæ,* & num. 134.

82 *Conjecturalis probatio, cum aliis conjecturis elidi valeat, nec etiam in Civilibus suffragari potest.*

83 *Judicium criminale nullo pacto admittit dubias, atque conjecturales probationes.*

84 *Criminalis pœna cessat, ubi civiliter res expediri potest.*

85 *Criminalis pœna cessat, ubi damnum sarciri potest, tùm patrimonium Inquisiti, tùm Fidejussores persequendo.*

86 *Ad falsitatem criminali pœnâ puniendam tria requiruntur, immutatio scilicèt veritatis, dolus, ac Tertii præjudicium.*

87 *Quorum uno deficiente, locum non habet criminalis pœna.*

88 *Præsertim, si deficiat dolus.*

89 *Actio aliqua quoties ad falsum, & non falsum trahi potest, ita est interpretanda, ut falsum excludatur.*

90 *Admissis ad hunc effectum argumentis, à mero possibili in contrarium desumptis.*

91 *Dolus, quo fit immutatio veritatis, necessariò præsupponit scientiam veri.*

92 *Pro falsitate excludenda sufficit sola erroris possibilitas.*

93 *Bona alicujus fama omnem falsitatis suspicionem submovet.*

94 *Vir non egens, sed abundans, obnoxius non est suspicioni, quod turpis lucri causâ falsitatem patrare voluerit.*

95 *Maximè ubi de tenui lucro agitur.*

96 *Falsitatis crimen haud præsumi valet patratum à diligenti Ministro, qui sæpe aliorum crimina ad Superiores detulerit.*

98 *Testis à Fisco inductus, atque examinatus, contra ipsum plenè probat.*

99 *Inquisiti defensio regulariter uno teste contenta est.*

100 *Testis Fiscalis, & de facto proprio deponens, plenam fidem promeretur,* & num. 107.

101 *Regulariter nemo alium ex crimine eripere, sed delicta sua dumtaxat comprimere studet.*

102 *Testi credendum, quatenus deponat, quæ conveniunt naturæ negotii, quæque vera proximiora sunt.*

103 *Et* Sac. Rota *Testes inverisimilia deponentes rejecit, licèt essent numero tresdecim, & Contestes,* & n. 106.

108 *Testis depositio coadjuvata adnotatione facta in publico Libro, multùm valet.*

109 *Relationi Peritorum, quorum deputatio facta fuerit non citatâ Parte, aut sinè ejus consensu, standum non est.*

110 *In Peritorum discrepantia, alter est eligendus.*

111 *Delictum non præsefert receptio strenarum, nullâ præcedente conventione, facta à Ministro, sed illæ in dubio ex mera liberalitate elargitæ præsumuntur,* & n. 113.

112 *Strenas recipere permissum est Officialibus, dummodo justam rationem non exce[...]ant.*

114 *Strenæ Æstimatoribus Sac. Montis Pietatis tradi ab Oppignorantibus consuevere in compensationem eorum laboris.*

115 *Leges Sac. Montis Pietatis prohibentes Ministris, pignora recipientibus, ne strenas quascumque accipiant, etiam spontè oblatas, locum non habent in exiguis strenis, nullâ præcedente conventione, elargitis.*

116 *Legis ubi ratio cessat, ejus etiam cessat dispositio.*

117 *Mens Legis magis quàm verba spectanda est.*

118 *Pœnalis Lex semper est restringenda.*

119 *Bannimenta Transgressores ad pœnam non obligant, si eorum finis non læditur.*

120 *Ex modico excessu non inducitur Legis contraventio, quæ pœnâ legali sit coercenda.*

121 *Strenarum receptio ex conniventia Superiorum Sac. Montis tolerari consuevit.*
Hæcque ipsa consuetudo Officialem, illas recipientem, à dolo excusat, n. 122.

122 *A doli suspicione immunis est is, qui agit, quod frequenter ab aliis impunè fieri videt.*

123 *Officialis, ut teneatur de contraventione Statutis, & Constitutionibus, requiritur dolus, & culpa.*

125 *Reus ubi sit negativus, cum Fiscus, intentionem suam non fundans, absolvere debet.*

126 *Consensus præstitus delicto, dolum non arguit, nisi probetur scienter præstitus.*

127 *Ut quis de consensu præstito in delicto teneatur, non sufficit consensus tacitus, sivè consecutivus, ex sola præsentia desumptus, sed requiritur consensus expressus, atque spe-*

specificus, videlicet, quod scienter, & dolosè præsens fuerit.

128 *Sub Lege, vel Statuto Sac. Montis Pietatis, prohibente ejus Ministris rei propriæ oppignorationem, non comprehenditur casus, in quo Minister assensum præstiterit Socio, rem suam oppignoranti.*

129 *Verba Statuti, porrigi non debent ad casum fictum, & qui nonnisi per fictionem dici potest in Statuto comprehensus.*

130 *Lex pœnalis loquens de principali Delinquente; non extenditur ad Consulentem, & Auxiliatorem.*

131 *Lex, seù Statutum Sac. Montis Pietatis prohibens ejus Ministris rei propriæ oppignorationem locum non habet in casu consensus præstiti Socio, rem suam oppignoranti, quoties præjudicium nullum Monti irrogatum fuerit.*

132 *Bonæ famæ probatio omnem delicti præsumptionem tollit.*

133 *Bono Inquisiti fama tollit indicia omnia contra ipsum.*

194 *Imperfectæ probationes, quando agitur de bonæ famæ viro, eò minus admitti, aut conjungi possunt.*

135 *Sententia corruit, quoties Processus contra Inquisitum constructus, nullus est ex defectu jurisdictionis.*

136 *Processus constructus à Nepote Actuarii absque ullà delegatione, nec prævio Judicis Decreto, est nullus ex Jurisdictionis defectu.*

137 *Processus captus, & absolutus absque ullo Accusatore; etiam probato plenè delicto, nullus est: Et Inquisitus est absolvendus.*

138 *In Processus nullitatem influit Testium examen factum non in Loco, ubi jus redditur, sed Domi Actuarii.*

DOMINUS Laurentius Bronsoli exercens munus Æstimatoris Pignorum Montis Pietatis in Mansione nuncupata *Presto di S. Spirito*, accusatus fuit de pluribus criminibus in officio suo ab eo commissis, ut in Libello Inquisitionis dato die 14. mensis Octobris anni 1713., deque eisdem constructo voluminoso Processu, hic à Magistratu transmissus fuit ad Assessorem, qui triplici ex capite illum peccasse censuit. Et primò quidem, quòd falsum commiserit in admittenda oppignoratione berilli loco Adamantis; Secundò, quòd rebus oppignorandis constituerit pretium longè excedens illarum valorem, idque contra expressam sanctionem Legum municipalium Montis fecerit lucri causâ, pro consequenda nempe strena ad mensuram pretii aucti à Domino Pignoris, ex pacto ipsi persoluta; Et deniquè, quòd idem plurimas res oppignoraverit, & oppignoratas redemerit, idque etiam à Jordano Socio suo fieri permiserit, ut in luculento Voto à D. Assessore edito die 8. Junii anni præteriti 1714., ad cujus normam prodiit Sententia, illum longi Carceris ærumnis jàm confectum condemnans gravissimâ pœnâ privationis officii, quæ tamen tamquam injusta, atque etiam nulla, revocanda omninò videtur, restituto præfato D. Laurentio ad sibi injustè adempti officii exercitium.

Licèt enim non solâ civilis Juris ratione, sed 1
pene ipsius naturæ voce admoneamur, in commisso sibi officio, munere, vel dignitate delinquentem illâ privandum esse, ne ii, qui ad publicam utilitatem publicis muneribus administrandis præponuntur, communi cum pernicie eadem exerceant; Nihilominùs, quum in 2
Judicio criminali ad publicam vindictam crimen aliquod persequimur, non ex qualicumque præsumptione, aut indicio properandum est ad pœnæ irrogationem, sed scire debent *Cuncti Accusatores eam se rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita sit idoneis Testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita*, ut sancitur *in leg. final. Cod. de probat.*, & concordant cetera Juris nostri loca in *leg. absentem, ibique Gloss., & Bartol. ff. de pœn.*, *leg. qui sententiam Cod. de pœn.*, *leg. singulis Cod. de accusat.*, *leg. addictus Cod. de appellat.*, quæ porro indubitata indicia, & luce clariores probationes potiori Jure exposcentur, quandò agitur adversus publicos Officiales, ad *Text. in leg. filius familias 15. vers. si 3*
evidens ff. de Judic., *Bald. in leg. observare §. Proficisci n. 14. ff. de offic. Proconsul.*, *Grammatic. cons. 35. num. 16. vers. nec suffragaretur, & num. 17. num. 39. num. 41. & num. 44. ac seq.*, *Bertazzol. cons. 71. num. 11.*, *cons. 81. lib. 1.*, *Bajard. ad Clar. quæst. 73. num. 16.*, *Boss. de Official. corrupt. num. 14.*, *Paris de Puteo de Syndicat. verb. Judex cap. 1. num. 10.*, *Farinac. de var. ac divers. crimin. quæst. 111. n. 264. & seq.*, inquiens, ab hac opinione non esse recedendum, 4
Larrea decis. 94. num. 35. & seqq., maximè, si præter illam legalem præsumptionem, quâ Minister, & Officialis officium suum bene, ac diligenter exercere censetur, ad *Text. in leg. 2. Cod. de offic. civil. Judic.*, *Bald. in leg. Jubemus §. Sane num. 12. Cod. de Sacros. Eccles.*, *Dec. cons. 118. n. 2. vers. sed supradictis*, *Boss. tract. var. tit. de opposit. contr. Testes num. 59.*, *Paris. de Puteo de Syndicat. verb. præsumptio Officialis cap. 1. n. 2. & seqq.*, *Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 9. in princ.*, *Menoch. eodem tract. lib. 2. præsumpt. 67. num. 1. & præsumpt. 68. num. 4.*, *Mascard. de conject. lib. 2. titul. 12. num. 19.*, *Farinac. de var. ac divers. crimin. dicta quæst. 111. num. 261.*, idem commen-
detur bonæ famæ, ipsi quæsitæ, testimonio, *Ber- 5*
tazzol. dicto cons. 81. num. 7. lib. 1., *Farinacc. dicta quæst. 111. num. 264. ad fin.*; prout hanc apud probos homines opinionem jamdudum sibi comparaverat præfatus D. Laurentius.

Imò verò, sicuti publicorum Ministrorum, & Officialium opera adeò in Republica necessaria est, ut sinè illà civilis, publicique com-
mercii ratio constare nequeat, ità etiam, cum 6
iidem

omnibus morem gerere, ac placere nequeant,
ideòque positi dicantur tamquam signum ad
sagittam, ut ex Cyrillo in Summ. criminal.
rubr.33. de pœn. Judic. malè judicant. §. final.
num.17., tradit Farinac. de var. ac diverf. cri-
min. dicta quæst.111. num.261., summa Le-
gum nostrarum æquitas non solùm illos juvari
voluit mox relatâ præsumptione, ne eum pu-
blico detrimento ab officiis suscipiendis deter-
rerentur, si vereri possent, rigidiori censurâ in
eosdem inquirendum esse, severioremque
muneris, ab ipsis exerciti, rationem exigendam,
nullâ prorsùs æqui, bonique ratione dissimu-
lando culpas, & tolerando vitia illa, quibus
humanæ conditionis infirmitas obnoxia est;
7 idcircò in ceteris connivendo, de dolo dum-
taxat, & quidem vero eos teneri, docuerunt
Farinac. de Testib. quæst.111.num.185., Scac-
cia de Judic. lib.2. cap.9. n.988., Capyc. Latr.
decis.121. num.16., Sanfelic. decis.61. num.1.
& seqq., decis.62. num.56., dissimulatâ etiam
latâ culpâ, quæ, licèt, quum versamur in
8 actione proficiscente ex contractu, vel quasi,
dolo æquiparetur, leg. si Procuratorem §. Do-
lo 8., & leg. seq. ff. mandati, leg. magna negli-
gentia 226. ff. de verb. signific., nihilominus si
9 de pœna exigenda agatur, lata culpa, nec do-
lus est, nec dolo æquiparatur, leg. in lege 7.,
ibi = neque in hac lege culpa lata pro dolo acci-
pitur = ibique Gloss. in verb. culpa, & Glossa
marginalis, inquiens = Nota, quòd licèt lata
culpa, & dolus in civilibus æquiparentur, secus
tamen erit in Criminalibus = ff. ad leg. Cor-
nel. de Sicar., leg. Prætor ait §. final. ff. de vi
bonor. raptor., leg. si liberti Cod. de administrat.
Tutor., & Doctores in leg. magna negligentia
ff. de verb. signif., Bartol. in leg. quod Nerva
ff. depos., Suarez comm. opin. lib.2. tit.11. n.6.,
Ægid. in Director. Advocat. cap.5. n.18.

Hæc autem æquissima ratio servanda ne-
dum est in Causis Officialium, qui amplio-
10 ris dignitatis, & Jurisdictionis prærogativâ
præditi reperiuntur, sed respectu etiam mino-
rum Officialium, in quibus pariter nec omnia
observanda, nec omnia pro modo exequenda,
sed, si procul absit dolus, dissimulanter præ-
tereunda, Bertazzol. consil.71. num.4. & 5.,
& cons. 81. num. 2., inquiens in fine consilii,
ità fuisse judicatum, Raudens. cons.49.num.92.
& seqq. lib.1., Cost. de jur. & fact. scient. &
ignoran. centur.1. distinct.42. num.6., Carpan.
ad Statut. Mediolan. cap.40. num.20. tom.2.,
Farinacc. de delict. quæst.111. num.425., Lu-
dovic. decis. Lucens.1. num.50. & seq., quo lo-
ci ait, quòd licèt aliquando hisce de causis Of-
ficiales fuerint molestati, semper tamen fue-
runt absoluti, id quod repetit etiam Costill.
decis.162. num.27. & seqq. lib.2., maximè,
11 quum agitur de illis removendis ab officio;
nam cum quisque eo privatus præsumatur ob
delictum, & dolosam administrationem, id
quod Remoto maximum irrogat dedecus, &
ignominiam, Gloss. in leg. Testamento ff. de
manumiss. Testam. in verb. negotio, dicens esse
honorem administrare, & dedecus removeri, &
ut ibi subdit Glossa marginalis, quum quis or-
dine movetur, adeò ejus minuitur æstimatio, 12
ut non possit ad officium, quo privatus fuit,
iterùm assumi, & leg. final. ff. de offic. Procu-
ratoris Cæsaris, Joan. de Platea in leg. Judices
n.3. in fin. Cod. de Annon. & Tribut. lib.10.,
& leg. quicumque Cod. de diverf. Judic. lib.11.,
Andr. de Isern. in cap.1. §. Item si Clericus in
addit. num.29. de Capitan., qui Cur. vendid.,
Pinell. de rescind. vendit. par.1. cap.2. num.2.,
Roman. cons.236. num.1., de Ponte de potestat.
Proreg. titul. de elect. Official. in princip. n.5.,
Cancer. variar. resolut. par.3. cap.12. n.197.,
Anton. Faber in Cod. lib.8. tit.38. definit.18. n.1.
in annot., Mastrill. de Magistr. lib.1. cap.27. n.18.
& seqq., Antunez de Donat. Reg. lib.1. cap.13.
num.112., Boer. decis.149. num.11., Supremus
Princeps, qui communis est parens, & cetero-
rum Reipublicæ membrorum caput, nedum 13
majorum, sed minorum etiam Officialium
nomen, & honorem incolumem servare debet,
Cancer. variar. resolut. par.3. cap.12. n.198.,
Georg. alleg.46. num.47., Xamar. de offic. Ju-
dic. par.1. quæst.12. num.101. & seqq., Antu-
nez. de Reg. donat. lib.1. cap.13. n.117., quo-
rum fane famæ, ut parcat, si etiam quandò agi-
tur de officio, merâ Principis liberalitate con-
cesso, nonnisi ex gravissima, justissimaque 14
causa illos privare debet, ad Text. in leg. si di-
ves 6. §. Sed reprobari ff. de excusation. Tutor.
cap. Ex ore in fin. de his, quæ fiunt à major.
part. Capitul., Can. horrendus caus.32. quæst.5.,
Gloss. final. in cap. final. de Jurepatr., & in
Clem.2. verb. suspensus de vit. & honest. Cleric.,
Bald. in leg. Jurisperitos ff. de excusat. Tutor.,
Andr. de Isern., & Afflict. in cap.1. verb. po-
testas num.2., quæ sint regalia, Boer. decis.149.
num.11. & num.14., quantò religiosiùs id ser-
vandum erit, si de ordine movendus sit Offi-
cialis, titulo oneroso possidens officium, ad 15
Text. in cap.1. de natur. Feud., tunc enim ne-
dum læderetur illius fama, sed, soluto vincu-
lo contractus, grave eidem damnum irroga-
retur.

Redigendo itaque Causam, de qua agitur,
ad certissimas hasce Juris nostri regulas, ne-
dum justitiæ, sed omnis æqui, bonique ratio
exposcit, quod D. Laurentius Bronzoli reinte-
gretur ad officium, quo injuste privatus fuit,
quia non probantur delicta, ob quæ gravis hæc
pœna inflicta illi fuit, atque etiam quia, ta-
metsi probata dici possent, illa talia non sunt,
ut actione criminali in eadem inquiri, adeò- 16
que gravi pœnâ plecti possent. Etenim, si rem
ordiamur à primo, quod elici exadversò con-
tenditur ex oppignoratione berilli loco ada-
mantis, cum id involvat crimen falsi, conclu-
dentibus probationibus demonstranda esset fal-
sitas, ut judicio criminali ad illius punitionem
agi posset, Bald. in leg. Juris gentium §. Quod
ferè ff. de pact., Dec. in cap. porrecta num. 1. de
confirmat. util. vel inutil. cons.175. num. 5., &
cons.189. num.2. & 3., Paris. cons. 158. ad fin.

lib.4., Crevet. conf.134. num.39., & conf. 931. num.17., Saccin. Jun. conf.39. num.44. & seq., & conf.61. num 9. in fin., ubi testatur de communi *lib.2., Cepoll. conf. crimin. nu.5., Grammat. conf.30. num.5., Natta conf.633. numer.8. & seq., Gabriel. conf.169. nu.12. & seq. lib.1., Farinacc. in tract. de falsit. quæst.152. num.10., Clar. in prax. §. Falsum vers. trita est conclusio*, ubi de communi, *Fajard. ad eundem in eodem §. Falsum num. 241., Foller. in practic. crimin. in verb. item quod commisit falsitatem numer. 32. num.88., & num.97., Rub. de Testam. cap.43. num.8.*, quippè indiciis, & præsumptionibus falsitas sufficienter probata dici potest in Judicio dumtaxat civili, *Dec. conf. 189. num. 2. & seqq., Curt. Jun. conf.64. num.5. lib.1., Surd.*
17 *conf.132. num.65., Clar. in d. §. Falsum loco mox citat., Farinacc. de falsit. d. quæst.152. nu.10.*, vel si agatur Judicio criminali ad effectum dumtaxat inquisitionis, & capturæ Inquisiti, ut distinguunt *Soccin. Jun. consil. 61. num. 11. lib.2., Odd. conf.62. num.6., Gabriel. conf.169. numer. 12. lib.1., Farinacc. loco mox citat. numer.19.*

Quæ sanè concludens, atque explicita probatio frustrà in contrario *Voto §. Quod autem, & seqq.* desumi contenditur ex ipsa confessione ipsius Bronzoli, atque ex depositione Cajetani Fabri, qui ad illius instantiam dictum annulum se oppignorasse ait; nam, quod attinet ad primam, expressè negatur, illam adesse, nulloque pacto desumi potest ex Bronzoli constituto *fol.103. à terg. & seq.*, ibi = *e quanto al pegno delli scudi diecinove, che fece Giuseppe Giordani, dove non si trovò il Vezzo, io non c'hò consentito, e lui fu quello, che lo stimò, e dettò al Presto, e se l'avessi saputo, non glie l'avrei lasciato fare, e lui s'è gettuto al cattivo, perchè s'è trovato scoperto* =, & rursus = *mi creda, che dico la verità, perchè io non ebbi parte alcuna del pegno delli scudi diecinove, che fece il Giordani, dove non si è trovato il pegno, & allo scatolino con Anello impegnato sotto nome de Gaetano Fabri, vi prestai il consenso, perchè valeva da quindeci in sedici scudi, e non mi credevo, che il Giordani avesse la malizia di levare l'Anello di diamanti, e metterci quello di Brillo, che che lo dovette fare quando involtò il pegno, del reste io non lo dettai, ma mi trovai presente, quando detto mio Compagno lo dettò, e nell'involtarlo lo dovette barattare* =, & denique = *l'Anello, che mi mostrò il mio Compagno era di sette diamanti, e non un Brillo, e non sono pazzo di pigliare la mancia di tre lire per perdere la riputazione, e mandare male il mio* = ex toto itaque dictæ depositionis contextu manifestè excluditur quævis confessio D. Bronzoli; qui si expressè negavit, se consensisse d. oppignorationi factæ ad æstimationem Jordani, qui dictavit partitam pignoris *al Presto*, exhibito
18 priùs annulo ornato septem adamantibus, excedente pretium, pro quo oppignoratus fuit, quonam pacto dici potest adesse confessionem ullam Bronzoli, nisi dicere velimus, eum, qui negat, affirmare, ad *Text. in leg. hoc genus, ibique Gloss., & Doctores ff. de condit., & demonstrat., Dec. conf.3. num.4., Decian. resp.12. num.15. lib.1., respons. 32. num. 19. lib. 2., Menoch. conf.1007. num.22., Riminald Jun. consil.655. num.32., & conf.679. numer.116., Roland. conf.5. num.46. versic. secundò respondetur lib.1., & consil.70. num.13. & seqq. lib.12.*, benè *Rote coram R.P. D. Ansuld. dec.87. nu. 21. juxtà Roman. edition.*

Nec est, cur dicatur, ex confessione Bronzoli satis probatum dici factum ipsum oppignorationis cujusdam annuli ornati veris adamantibus, dum verò ipse ait, à Jordano illum fuisse subtractum, & loco illius suppositum annulum cum berillo, scissâ confessione, & rejectâ qualitate mutationis illi adjectâ, eadem pura remaneat, præsertim quia talis qualificata confessio habet contra se veritatem, aliundè
probatam, quâ talis qualitas prorsus excludi- 19
tur. Discursus namque iste urgere fortè posset, si D. Bronzoli fateretur, dicti annuli oppignorationem ejus ministerio, & operâ secutam fuisse; Verum, dum ipse ait, non consensisse, & absolutè, ac expressè negat, oppignorationem à se expletam fuisse = *non ebbi parte alcuna del pegno* = quodque ab ejus Socio ipsi ostensus dumtaxat fuit annulus = *l'Anello, che mi mostrò il mio Compagno* = frustra Fiscus pro sua fundanda intentione, rejectâ qualitate, scindere posse dicit confessionem Rei, nam qualitas contenta in ejus dicto non respicit factum ullum proprium, sed ipse negans, illud à se peractum fuisse, gestum dicit ab alio, ideoque, deficiente in radice confessione facti, à Reo gesti, non est, cur dicatur, illam à Fisco acceptari posse in ea parte, quæ ipsi favet, dum Reus quoad factum, quod illi imputatur, remanet prorsùs negativus, *Bald. in leg. siquidem num.4. Cod. de except., Bero in cap. ut si Clerici num.75. de Judic., Boss. tract. variar. titul. de confess. num.25., & titul. de respons. à Reo facien. num.2., Clar. in practic. §. fin. quæst. 55. versicul. cautius igitur, Gabriel. comm. conclus. lib.7. conclus.19. num.13., Farinacc. quæst. 81. num.142., Guazzin. defens.32. cap. 35. num. 7. & 8., Raynald. Vot.89. num. 1., Cavalcan. decis.27. num.87. & seq. part.2.*

Verùm, tametsi ex superiùs relato Constituto elici posset species aliqua confessionis, ex qua inferretur, quod D. Bronzoli si non directò,
indirectè saltem consentiendo, ibi = *Vi prestai* 20
il consenso, perchè valeva da quindeci in sedici scudi =, illam expleverit, non idcircò favore Fisci confessio scindi posset, rejectâ qualitate, quod annulus, cujus oppignorationi ipse consensit, compositus esset ex adamantibus valoris scutorum quindecim, vel sexdecim, verius namque est confessionem, depositionemque scindi non posse, sed illam, prout jacet, tàm in parte favorabili, quàm in contraria esse accipiendam, per ea, quæ tradunt *Gration. disceptat.339. num.5. & seqq., Ossalch. decis. 20. num. 29., Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis.238.*

decis.238. numer.15., coram Buratt. decis.611.,
& coram Cardin. Celso dec.382.utrobique n.11.,
in Recent. decis.371. num.3. part. 4., decis. 19.
num.16. & seq. part.19., in Romana Mobilium
23.Martii 1711. §.Alter verò, & §. Eademque
coram R.P.D. Aldrovando, idque locum sibi
vindicat etiam contra Fiscum, nedum quando
21 agitur de infligenda pœna ordinaria delicti,
Riminald. Jun. consil.83. numer. 13. & sequenti
inter consil. criminal. divers. tom. 2., Surd. con-
sil. 186. num. 1. & seqq., Aacharan. quæst. 40.
per tot., Caball. resol. crimin. cas.254. numer.2.
versicul. saltem cent. 3. verum etiam quando
agitur ad pœnam, quæ, tametsi extraordina-
ria sit, nihilominus eadem est gravissima, ut
22 de officii privatione tradunt Bertazzol. cons.81.
num.11. lib.1., Ameden de Syndicat. nu.168.,
Farinacc. de delict. quæst.3. num.264. & 268.,
Mascard. de probat. conclus.165. numer.1., Ca-
still. decis.164. num.27. lib.2., & in casu longe
difficiliori simplicis suspensionis ab officio, ad-
vertunt Luc. de Penna in leg. Judices Cod. de
Dignit. lib.11., Cancer. variar. resolut. libr. 3.
cap.12. num.211., Novar. ad Franch. decis. 8.
num.1., de Marin. ad Reverter. dec.301. in fin.,
Raynald. observat. crimin. tom.1. cap. 4. §.1. ad
4. num.27., Grivell. decis.60. num.12. & seq.,
Castill. dec.166. n.13. & seqq. lib.2.

Frustrà verò in contrario Voto recurritur ad
depositionem Cajetani Fabri, asserentis, dictum
Bronzoli usum fuisse ministerio suo ad facien-
23 dam controversi annuli oppignorationem, quia
ille est unicus, & ad unius testimonium nullus
condemnabitur, ut admonemur num.35., & di-
sponitur in leg. Maritus 20. ff. de pœn., leg. Ju-
risjurandi 8. Cod. de Testib., ubi Imperator
Constantinus sancivit, ut unius testimonium ne-
mo Judicum in quacumque Causa facilè patiatur
admitti, & nunc manifestè sancimus, ut unius
omninò Testis responsio non audiatur, etiamsi præ-
24 claro Curiæ honore præfulgeat = Cap. veniens 10.
& cap. licèt ex quadam 47. versicul. non utique
ab uno de Testib., Cujac. oper. posth. tom.5.
fol. 198. lit. C., Rota in Recentior. decis. 241.
num.6. part.15., decis.43. nu.13., dec.132.n.18.
part. 17., & in dicta Romana Mobilium 23.
Martii 1711. §. Alter ad med. coram Reveren-
25 dissimo Aldrovando; Quamobrem unicus Te-
stis nec etiam pro Reo torquendo sufficit, ad
Text. in d. leg. Maritus 20. ff. de pœn., Cujac.
oper. posth. tom. 5. fol. 1448. lit. D. At vero si
unius omnino Testis responsio audienda non
est, etiamsi præclaro Curiæ honore præful-
geat, ut respondet Imperator in d. leg. Juris-
26 jurandi, & tametsi agatur de Teste deponente
de facto proprio, Rota coram Coccino dec. 1144.
num.6., in Recentior. decis.345. num.8. part. 15.
decis.393. nu.10. part.17., in dicta Romana Mo-
bilium §.Transeundo, ibi = Transeundo ad Cra-
teram argenteum, solus, & unicus Testis deponit,
illum fuisse unà cum caccolata dono missum Hi-
lario à Marchione Pompejo, quapropter idem
Testis etiamsi deponat de facto proprio, propter
exceptionem unicitatis, nullis ceteroquin concur-
rentibus adminiculis, concludenter minime pro-
bat = quonam pacto audiri poterit depositio Ca-
jetani Fabri, qui nec conditionis, nec vitæ ho- 27
nestate præfulgens, gravissimis perstringitur
exceptionibus?

Prima earum desumitur ex eo, quod ipse
est socius delicti, ideòque contra socium ple-
ne non probat, ad Text. in cap. veniens 10., &
cap. Personas 20. de Testibus capit. 1., ibique
Gloss. verb. confessi de confess., Peregrin. con-
sil.20. num.157. lib. 2., Grammatic. consil. 35.
num.52., Ruin. consil.147. num.1. in fin. lib.5.,
Bertazzol. cons. crimin.241. numer.22. Et quod
non sit, & cons.556. num. 9. & 10. lib. 2., latè
Mascard. de probat. conclus.1311. num.9. lib.3.,
Chartar. de exequut. senten. cap. Bannit. cap. final.
num.74. & seqq., Thesaur. quæst. forens. lib. 2.
cap.37. numer.7., Farinacc. de delict. quæst.43.
num.126., Ricc. decis.85. num.10. part.2., ini-
quum namque est socii confessionem alteri no-
cere, per Text. in leg. duobus §.1. ff. de Jurejur., 28
leg. Jurisjurandi in fin. Cod. de Testib., Rota de-
cis.685. num.5. part.1. divers., ut enim integer
Testis censeri posset, oportuisset eundem pur-
gare per torturam, Wipell. cons.30. numer.7. 29
consil.34. numer.4., Osasch. cons.64. numer.29.
versicul. sed ad hoc respondetur, Farinacc. con-
sil.216. num.17. lib.3., & de delict. quæst. 43.
numer. 134., Garon. ad nov. Constitut. Mediol.
lib.4. titul.6. de pœn. artic.47. num.4., Narbon.
ad leg. Hispan. lib.8. tit.21. leg.2., Gloss.5. nu-
mer. 36. & seqq., Raynald. observat. Crimin.
cap.21. §.4. & 5., num.15. tom.2., & capit.34.
§.11. num.20. tom.3., Peguer. decis. crimin. 5.
num.36.

Præterea dictus Testis vilissimus est, utpotè
filius Birruarii, idemque arctissimæ necessitu-
dinis vinculo jungitur Josepho Jordano, qui 30
reverà explevit oppignorationem, de qua agi-
tur, proindèque summoperè ejus interest pro
se, & Jordano amico suo liberando à supple-
mento justi valoris, ad quod teneretur, refer-
re pignoris debitum ad D. Bronzoli, quem
idoneum esse fatetur ipsemet Cajetanus; Qua-
mobrem, si tum Cæsareo, tum Pontificio Ju- 31
re cautum reperitur, quod in Testibus explo-
randa sit conditio, integritas, honestas, &
inculpata vita, an sint notati, & reprehensi-
biles, an locupletes, vel egentes sint, an ami-
ci, vel inimici, an sua, vel aliena causa sit,
juxta egregiam sententiam Textus in leg. Te-
stium fides 3. verbis illis = ideòque in eorum per-
sona, exploranda erit in primis conditio, cujus-
que, utrum quis Decurio, an plebejus sit, &
an honesta, & inculpata vita, an verò notatus
quis, & reprehensibilis, an locuples, vel egens
sit, ut lucri causà quid facilè admittat, vel an
ei inimicus sit, adversùs quem testimonium fert,
vel amicus ei, pro quo testimonium dat = Leg.
ob carmen. 21. §. Si Testes, ibi = credendum est,
quod naturæ negotii convenit, & quod inimici-
tiæ, aut gratiæ suspicione caret =, ff. de Testi-
bus, & eisdem verbis sancitur in Canon. si Te-
stes §. In Testibus caus.4. quæst. 2. & 3., nulla
pro-



profectò fides præstanda erit Cajetano Fabro;
32 qui tot, tantasque patitur exceptiones, ut præter Jura proximè allegata, de Teste amico tradunt *Speculat. in titul. de Testib. §. 1. numer. 1. versicul. amicus*, *Aufrer. de reprobaud. Testibus num. 10. vers. amicitia repellit Testem*, *Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1357. num. 38.*, *Farinacc. de Testibus quæst. 55. numer. 232. & seqq.*, *Rota in Recentior. dec. 52. n. 19. par. 15.*, *in Mantiss. ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luca in conflict. legal. decis. 7. numer. 6.*, *decis. 32.*
33 *num. 33.*, & de Teste vili disponitur *in Authen. de Testib. §. Sancimus in fin.*, *Bald. in leg. Milites Cod. de quæstion.*, *Oldrad. cons. 192. nu. 3.*, *Roland. cons. 24. num. 65. lib. 1.*, *Angel. de Malefic. verb. fama publica num. 93.*, *Farinacc. de Testibus quæst. 39. num. 145. quæst. 57. num. 16. num. 62.*, *& num. 70.*, *Conciol. allegat. 84. numer. 18. & seq. alleg. 85. numer. 10.*, *allegat. 88. num. 44.*, *Trauchedin. consultat. 97. numer. 34.*, *Raynald. observat. crimin. tom. 2. cap. 21. §. 4.*, *& 5. num. 25.*, *& tom. 3. cap. 33. numer. 124.*,
34 *Rota in Mantiss. de Regul. decis. 4. num. 15.* Et denique de Teste habente in Causa interesse est *Text. in leg. nullus ff. de testib.*, *leg. omnibus Cod. eodem*, *cap. per tuas*, *cap. Nuper*, *cap. Insuper*, *& cap. Romana eodem titul.*, *& Canon. si Testes §. Nullus caus. 4. quæstion. 2. & 3.*, *Bertazzol. consil. Crimin. 124. num. 3.*, *Boss. de opposit. contrar. Test. n. 55.*, *Farinacc. de Testibus quæst. 62. num. 249.*, *Osasch. cons. 66. num. 11.*, *& dec. 79. nu. 4.*, *Albit. de inconstant. in Judic. quæst. 36. num. 24. & seq.*, *Rota in Rec. dec. 548. num. 34. part. 19.*, *& in Mantiss. ad clar. mem. Cardin. de Luca de Jurepatronat. dec. 23. n. 10.*

Parvique refert, quod interesse præfati Testis modicum sit, ideòque ejusdem fidei derogare non debeat, quia gravitas interesse considerari nequit absolutè, sed correspectivè dum-
35 taxat, illam videlicet metiendo ex qualitate Personæ, quæ si sit pauper, ejus respectu modicum dici nequit interesse illud, quod tale esset respectu divitis, prout observant *Dec. in Auth. præterea num. 16. versic. Et non videtur verum Cod. unde Vir, & Uxor*, *& consil. 163. num. 6.*, *Osasch. consil. 66. num. 2. vers. Sed hoc non puto verum*, *Clar. in practic. §. final. quæstion. 24. vers. quaro etiam*, *Covarru. variar. resolut. lib. 2. cap. 6. num. 8.*, *Menoch. de arbitrar. Judic. centur. 1. cas. 65. numer. 11.*, *& cas. 96. n. 1. & 3. in fin.*, *Farinacc. de Testib. quæst. 57. num. 94.*, atque etiam quia, si in contrario Voto modicitas ista interesse magni fit pro vili, paupere, pluribusque obnoxio exceptionibus Teste liberando à suspicione omni, quod sua utilitatis gratiâ falsum deposuerit, cur eadem æquitate, similis interesse modicitas considerata non fuit favore Bronzoli, honestæ alioquin conditionis, & abundantis Viri, pro eo-
36 dem vindicando à tot criminibus, quæ per exigui lucri causâ in suo officio ab ipso perpetrata dicuntur? Si enim æqualitas semper, & maximè in Iudiciis servanda est, *Thabor. axiom. Jur. lib. 1. cap. 36. axiom. 3.*, potiori certè Jure retinenda erit favore Rei, cui partes favorabiliores sunt, *idem Thabor. lib. 1. capitul. 24. in fine*. 37

Et denique frustra obtenditur modicitas interesse pro removenda suspicione, quâ perstringitur Testis iste, non huic soli, sed tot aliis obnoxius exceptionibus, quippè corruptæ qualitati, quâ ejus persona notatur, adduntur vitia, quibus ejusdem dicta inficiuntur; Etenim in primo examine jurat, se nunquam ad instantiam Bronzoli pignus ullum fecisse; In se- 38
cundo verò affirmat, se ab illo in mandatis habuisse, ut annulum, de quo agitur, oppignoraret; istiusmodi itaque Testis secundæ depositioni fidem omnem adimit tum perjurium, per *Text. in cap. Sicut nobis 9. in princ.*, *& in fin.*, *& cap. Testimonium de Testib.*, *Bertazzol. consil. criminal. 156. nu. 12. & seqq.*, *Farinacc. de Testib. quæst. 66. num. 364.*, *Gratian. discept. 192. num. 17. & seq.*, *Conciol. allegat. 98. numer. 17.*, *Raynald. observat. crimin. tom. 3. capit. 33. num. 129. fol. 210. col. 2.*, tum etiam contrarietas cum prima intercedens, ad *Text. in cap. licet causam*, *ubi Gloss. in verb. contradicunt*, ibique communiter Scribentes *de probat.*, *Bartol. in leg. eos num. 5. verf. & intellige*, *& verf. sed tunc diceretur, ad leg. Cornel. de fals.*, *Vermigliol. consil. 33. num. 4.*, *Farinacc. cons. 60. num. 14. lib. 1.*, *& de Testib. quæst. 66. num. 50.*, *Covar. variar. resolut. lib. 2. cap. 13. numer. 8.*, *Tindar. de Testib. part. 3. cap. 7. num. 1. & seqq.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 23. n. 17.*, *Rosa consult. 68. num. 17.*, *Albit. de inconstant. in Judic. quæst. 34. num. 30.*, *Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 298. numer. 7. & seq.*, *coram Burat. dec. 367. num. 8.*, *in Recent. decis. 6. num. 8. part. 11.*, *& in Mantiss. ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de Regular. disc. 4. n. 6.*, ibi = *Unde cum iste testis sit sibimet contrarius, & idem contrarius non circa accidentalia, sed super ipsamet substantia, in qua residet tota vis Causæ, nullam proindè facere debet probationem* =, *& num. 17.*, nam in hoc depositionum conflictu, & contrarietate, præferenda est 39
prima, rejectâ secundâ tamquam suspectâ, quod per subornationem fuerit extorta, ad *Text. in cap. in tua 44.*, ubi communiter Doctores *de Testib.*, *Farinacc. de Testib. quæst. 65. num. 223.*, *Rosa consult. 68. num. 18.*, *Rota decis. 346. numer. 2. part. 1. divers.*, *& in Recentior. decis. 415. num. 2. part. 11.*, *decis. 368. numer. 5. part. 15.*, *decis. 369. num. 63. part. 19.*, *& cor. Benincasa dec. 268. nu. 7.*, quæ suspicio fortius urget, quando, ut in casu nostro, Testis lœdit 40
alioqui Partem adversam, *Wipel. cons. 76. n. 9.*, *& cons. 79. num. 6.*, *Farinacc. cons. 171. nu. 18. & seq. lib. 2.*, *& de testib. quæst. 66. num. 130.*, *& num. 171.*, *Tindar. eodem tract. §. 4. num. 3.*, *Clar. in prax. §. final. quæst. 43.*, *Boss. de Tortur. Test. num. 26.*, *Brun. de Indit. quæst. 4. numer. 16.*, *Guazzin. ad defens. Reor. defens. 19. cap. 2. num. 15.*, *& cap. 16. num. 5.*, & sanè si Judex, quanta fides habenda sit Testibus, scire 41
debet ex eo, quod *simpliciter visi sunt dicere*

*re &c., & an ad ea, qua interrogaveris, ex-
templo verisimilia responderint*, juxta celebre
Adriani responsum, relatum à *Callistrato in d.
leg. Testium 3.§.Ideòque ff.de Testib.*, & eisdem
verbis sancitur *in Canon. si Testes §. In Testibus
considerandum est caus.4.quæst.2. & 3.*, quænam
fides adhiberi poterit Testi, qui in primo Con-
stituto simpliciter respondens, ad instantiam
Bronzoli pignus nullum fecisse, in secundo de-
indè meditato sermone contrarium asseruit?

Neque verò istiusmodi Testis depositio à per-
jurii, & contrarietatis nota vidicari potest il-
lo inani colore, quod in primo examine ne-
dum dubitativè loquatur, sed semper se refe-
rat ad quemdam suum liberculum; nam verum
42 non est, quod ipse dubitativè loquatur, sed in
individuo interrogatus, de pignore, de quo
agitur, certis, & expressis verbis affirmat, at-
que asseverat, illud non fecisse ad instantiam
Bronzoli, ut in *Summ.num. 12. vers. Che av-
verta*, inquiens = *Io non mi ricordo certo
d'aver notizia di tal Pegno, e non mi sovviene
d'essermi trovato presente, quando fù dettata la
partita, mà il danaro non l'hò ritirato certo, &
in caso, che il mio nome fosse stato dato al Pre-
sto, Io non l'averei notato al mio Libro, perchè,
se avessi prestato il mio nome per far servizio ad
alcuno, averei preso la Poliza, e riscosso il da-
naro, & avrei dato il danaro, e la Poliza al
Padrone del Pegno; ma ora, che penso meglio,
se avessi fatto tal cosa, avrei preso il numerino,
& il nome di chi me l'avesse fatto, & appunta-
to al mio Campione* = quonam igitur pacto dici
poterit, quòd Testis iste dubitativè deponat,
quando factum sibi propositum maturâ consi-
deratione inspiciens, animoque secum repu-
tans, summâ circumspectione perpensis omni-
bus circumstantiis, illud positivè negat, per ea,
quæ tradunt *Cyn. in leg. Testium num.9., ibique
Bartol.num.14., Bald. num.24. Cod.de Testib.*,
*Jason in rubric.Digest.de Jurejur.nu.11., De-
cian.consil.1.nu.119.lib.3., Roland. à Valle con-
sil. 57. num. 29., & seq. lib. primo, Mascard. de
probat. lib.3. conclus.1363.num.7., & seqq., &
num.15., Farinacc.de Testib.quæst. 68.num.103.
ex num.110.ad 116.*; Si enim dubitativè locu-
tus fuisset, servasset illum loquendi modum,
quo usus fuit, quandò interrogatus deindè re-
peritur respectu Jordani, tunc enim non ut fa-
ctum ipsum, cujus recordari disertè profitetur,
sed ut circumstantiarum memoriam revoca-
ret, se refert ad Librum, sinè cujus Libri au-
xilio dum adeò facilè meminit substantiæ rei,
cum Jordano transactæ, quonam pacto fieri
potuit, ut tantâ facilitate illius è memoria ex-
ciderit pignus, pro Bronzolio, per idem ferè
tempus ab ipso factum? præsertim verò cum
ageretur de re paucis anteà mensibus gesta;
43 dictum enim pignus factum fuit die 16. Junii
anni 1713., depositio verò facta legitur die 29.
mensis Septembris ejusdem anni, atque etiam
res esset de negotio, quod ipse Testis non audie-
rat, sed viderat, non fortuitò illi interfuerat,
sed præfuerat; cum autem, si quis dicat, se
non recordari de his, quæ verisimiliter recor-
dari debet, repellatur tamquam minus idoneus
Testis, *ad Text. in cap. Cum illorum 32. de
Sentent. excommunicat.*, ibi = *nisi grave fu-
erit, & notabile factum, aut is, qui fecit adul-
tus fuerit, vel discretus, ut volenter contra ob-
livionem, vel ignorantiam præsumatur*, *Bald.
in leg. Presbyter Cod. de Episc., & Cleric.*,
*Jason. in leg. præscriptione num.3. Cod. si con-
tra Jus, vel utilit. public., & in leg Si res ob-
ligata num. 30. ff. de legat. primo, Mascard de
probat. conclus.1122. num. 26., Larrea allegat.
fiscal.65. num.80.*, fides certè nulla præstanda
erit præfato Testi, qui pretextu inverisimilis ob-
livionis à contrarietatis, & falsitatis notâ di-
cta sua vindicare conatur.

Multò autem minus contrarietas ista velari
poterit inani illo colore, quod ipse ad examen
accersitus fuerit absque ulla præcedenti notitiâ
materiæ, de qua interrogari debebat, quia 44
imo id est, ex quo præcipuè desumi solet ve-
ritas depositionis, ex superius relata sententia
Imperatoris *in dicta leg. Testium 3.§. Ideoque*,
ibi = *An ad ea, qua interrogaveris, extemplo
verisimilia responderit* = quæ repetita legitur,
*in dicto Canon. Si Testes §. In Testibus conside-
randum est caus.4. quæst.2., & 3.*

Consultò omittimus alias contrarietates,
quas idem Testis in suis dictis involvit; ait enim
in primo examine, negocium nullum habuis-
se cum Jordano, in secundo verò dicit, se illi
consignasse quandam venalem vestem, quæ
deindè ipsi restituta fuit, pluraque insuper
alia secum pugnantia loquitur; Verùm præ-
tereundæ minimè videntur contrarietates illæ,
quibus idem adversatur ijs, quæ deponit alter
Testis Jordanus, hic enim asserit, pecuniam, ex
pignore retractam receptam fuisse à Bronzoli,
ille verò affirmat, eandem sibi numeratam
fuisse, atque immediatè accepisse à Camerario.
Præterea Cajetanus in suo Constituto negat,
Jordanum fuisse præsentem actui oppignoratio-
nis, contrà verò Jordanus suam præsentiam
concludit nedum deponendo se vidisse parti-
tam oppignorationis referri in Librum Bronzo-
li, sed de facto suo deponens, fatetur annu-
lum detulisse ad Montem, & nummos unà
cum tessera, sivè pagella pignoris hujus Do-
mino extradidisse, Contrarietas autem ista,
qua sese invicem collidunt præfati Testes, effi-
cit, ut eorum neuter fidem ullam mereatur, 45
dum unus alteri illam adimit, *ad Text. in leg.
eos, qui diversa ff. ad leg. Corneliam de fals.*,
*Bald. in dicta leg. Testium 3. num.14. in fin. ff.
de Testib., & in leg. prima num.18. Cod. eodem*,
*Mascard. de probat. concl. 1361. num. 2., Fari-
nacc.de Testib. quæst.65.nu. 2., Rosa consult.68.
n.15., Raynald.observat. criminal.tom.3 .cap.33.
num.125.fol. 220., Rota Lucen.apud Palm. de-
cis. 289. num. 20., Sacra Rota apud eumdem de-
cis.95.num.11., in Recent.decis.171.num.2., de-
cis. 207. num.19., decis. 332. num.20.par.17.,
decis. 72.num.20.part.19., & in Mantiss. ad or-
nat.clar.mem. Cardinalis de Luca de Regal. de-
cis.4.*

cif. 4.num.2., de Regular. decis.4.num.15.,& in
Conflict. legal. decis.33. num.10., oportet enim,
Testes, ut idonei sint, quod concordent in cir-
46 cumstantiis personæ, loci, & temporis, ut in
Canon.nihilominùs caus.3. quæst.9., tradit Tur-
recremat., quem sequitur Rosa consult.68.n.15.
in fin., in quibus si apertè circa unum, idem-
que factum discordent, locum sibi vindicare
nequit regula, qua traditur, benigniorem sem-
per interpretationem capiendam esse pro con-
ciliatione Testium, quæ nulla esse potest in cla-
47 ra illorum contrarietate, Alexand. cons. 2.
num.10.lib. 7., Riminald. Jun.cons. 554.num.5.
lib.5., Conciol. allegat.1.num. 32., Rota coram
Gregor. decis.421.num.5., in Recent.decis.207.
num.2., decis.340. num.3.par.17., decis.3.n.14.
part.18., decis.668.nu.17.part.19., Rota Luca-
na apud Palm.dec. 289. num. 21.

Agnoscens itaque contrarium Votum, testi-
monium Testis, tot, tantisque obnoxii exce-
ptionibus, infirmum penitus esse, illud coa-
djuvare curat, recurrendo ad Liberculum, ad
quem idem in primo examine se retulit, &
in quo descriptum legitur pignus annuli tam-
quam factum à Bronzoli, subditque, quod cum
48 Liber iste habeat omnia requisita præscripta à
Legibus municipalibus S. Montis, fueritque
conscriptus à Ministro, auctoritate publica ele-
cto, atque deputato, eidem quoad ea, quæ
respiciunt munus Scribentis, præstanda sit ple-
na fides tum ipsius favore, tum etiam pro Ter-
tio, & contra Tertium; Certius quia adnota-
tio à Fabio facta in suo Libro, coadiuvatur
alia simili reperta in Libro Bronzoli, in quo
ipse descripsit Dominum pignoris, subjunctis
illis verbis = Scatolino Fabri fatto suo nome =
quibus innui dicebatur, pignus ab ipso factum
fuisse, eò quod istiusmodi dumtaxat pigno-
ra ab Æstimatoribus in suis Libris describan-
tur.

Verùm discursus iste in nostra hypothesi non
subsistit, quia Liber, de quo agitur, mereri
nequit nomen legalis Codicis, à Ministro pu-
blico conscripti, quippè caret cartulatione, at-
49 que inscriptione Cancellarii majoris Octumui-
rorum, quam requiri, ut ille, tamquam publi-
ca auctoritate confectus, plenam fidem merea-
tur, tradit, Sabell.in prax. universal. §. Vet-
turali, e Vetturini num.4., exemplo Scriptu-
ræ, sive Libri, manu Notarii confecti, qui pu-
blici Codicis, sivè Scripturæ auctoritatem ha-
bere nequit, si careat solemnibus, ad Scriptu-
50 ram publicam pertinentibus, ut ex antiquiori-
bus tradit Jason. cons. 34. col. penult.lib.1., Ca-
ball.cons.155.nu.10.& seq., Cravet de antiquit.
part.1. §. Quartò limitatur num.13.inter tract.
magn. tom. 7.fol.mihi 135., Mascard.de probat.
conclus.973.num.54., Liber igitur iste præscri-
pta solemnitate destitutus, retinet naturam
51 privati Libri, ad privatum dumtaxat Scriben-
tis usum retenti, qui fidem nullam, nullam-
que probationem contra Tertium præbere va-
let, ut benè ait Cicero oratione pro Quinto Ro-
scio Comœdo eis verbis = Quid est, quod negli-
genter scribamus adversaria? quid est, quod di-
ligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia
hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ; hæc de-
lentur statim, illæ servantur sanctè; hæc par-
vi temporis memoriam, illæ perpetuæ existima-
tionis fidem, & religionem amplectuntur, hæc
sunt disjecta, illæ in ordinem conjectæ, itaque
adversaria in Judicium protulit nemo, codicem
protulit, tabulas recitavit. Certius verò pro-
batio nulla ex eo elici potest in casu nostro ob
commodum, quod, ex tali adnotatione sibi 52
compararet Cajetanus Fabri, qui se culpà exi-
mens, illam transferret in D. Bronzoli, est
autem exemplo perniciosum, ut ei scripturæ cre-
datur, qua unusquisque sibi adnotatione proprià
utilitatem, fructumque aliquem capere potest,
ut rescripsit Imperator Gallienus in leg. exemplo
7. Cod. de probat., & priùs sancitum fuerat in
leg. Instrumenta 5., & leg. rationes 6. eodem
tit., Rebuff.cons.4.num.25., Eugen.cons.8.n.35.,
Menoch. consil. 378. num. 10.& num.51., Fari-
nacc.cons.75.num.102.& seqq., ubi, quod par-
tita Libri privati, nec etiam Fisco prodest, 53
Mascard de probat. conclus. 111. num. 1.& seq.,
Genua de script. privat.lib.4.quæst.3.num. 9. &
seq, Noguerol. alleg. 7. num. 21., Trevisan.de-
cis. 11. num. 12.lib.1., Urceol. decis.Florent.12.
num.10., Rot. coram Verall. decis.155. part. 2.,
& divers.decis.544.num.4., & seqq. part.3., co-
ram Dunoz. Jun. decis.885. n. 4., coram Bich.
decis.304. num.22., Quamobrem tunc demum
similes adnotationes, in privato Libro factæ,
Tertio nocere poterunt, quum illæ eo præ-
sente, secùs verò si absente exaratæ reperian-
tur, Scaccia de Judic. cap.11.nu.207.& seqq., 54
Genua de script. privat.lib.4.quæst.3.num.16.&
seqq., Noguerol. alleg. 7. num. 21. in fin, Gra-
tian. discept.forens. cap.171.num.8.& cap. 727.
num.6. & seq., Posth.de manut. observ.98.n.10.,
& seq.

Imò verò Jura nostra Tertii indemnitati adeò
consulere studuerunt, ut neque etiam adnota-
tionibus in publicis Libris, ipsis, absentibus,
factis præjudicium ullum eisdem irrogari pos- 55
se, docuerint = Cravet. de antiquit. tempor.
par.1.§. Quartò limitatur num.69.& seqq. inter
tract. magn.tom.18.fol.mihi 135., Dec. cons.13.
num.15.vers. non obstat, Bursat.cons.320.n.100.
lib.2., Menoch.cons.40.num.72., & de arbitr.Ju-
dic.lib.2.centur.2.cas.191.num.26., Mascard.de
probat.lib.2.conclus.978.num.5.& 8. Et sanè, si,
ut disponitur in d.leg.exemplo, neque Fiscum,
neque alium quemlibet ex suis subnotationi-
bus, probationem sibi parare posse, oportet, li-
cèt Fiscus subnotationes suas, nonnisi in publi-
cos, & fiscales Codices referat, si nec etiam 56
ea, quæ publici Instrumenti auctoritate inter
alios solemniter celebrata reperiuntur, Tertio
præjudicare, & contra eum probare possunt,
ex firmatis per Gloss. in authen. de Tabellion.
§. Cum autem verb. conjungatur, Bald. in Ru-
bric.Cod. de fid.Instrum. col. 3. vers.sed.dubita-
tur à quo, Natt.cons.531.n.23., R.P.D. Ansald.
in addit.ad decis.51.num.35. juxtà Roman.edi-
tion.

tion, Rot.in rec.decis.135.n.31.& seq.part.16.,
quonam pacto adnotatio, in privato Libro
exarata, Tertio nocere poterit? Præsertim verò
quando corruptus reperitur pluribus intrinsecis,
57 atque visibilibus vitiis, quæ efficiunt, quod
tametsi munitus reperiretur extrinsecarum so-
lemnitatum auctoritate, fidem nullam mereri
posset; quemadmodùm ipsa testamenta, qui-
bus nil in Jure nostro solemnius invenitur,
executioni demandari nequeunt, nisi in prima
figura sinè omni vituperatione appareant, ea-
58 demque ostendantur non cancellata, neque
abolita, neque ex quacumque suæ formæ par-
te vitiata, juxta famigeratum *Text.in leg.final.
Cod.de Edict. Diu Adr. tollen.*, quantò itaquè
potiori Jure fides nulla præstanda est simili Li-
bro, qui in prima figura pluribus lituris, atque
59 abrasionibus vitiatus reperitur; hoc enim casu
vel de falsitate suspectus reputatur, per *Text.
in cap.inter dilectos §. Instrumentum de fid. In-
strum., Menoch.de præsumpt.lib.1.præsumpt.99.
num.3. & n.20., Mascard., conclus.255.num.2.,
de falsit. qu. 153.num.31.* Vel saltem uti minus
legaliter retentus, obtinere nequit in Judicio
eam fidem, quam similibus Codicibus præci-
puè conciliat prima eorumdem figura, sinè
ullà vituperatione apparens, teste *Menoch.
consil. 296. num. 26.& seqq., Farinacc.consil.18.
num.14., Scacc. de Judic.lib.2. cap.11. nu.129.
cum plurib. seqq., Gait. de credit. cap. 2. tit. 3.
n.194. & seqq., Rub.in addit.ad decis.345.n.86.
part. 9., Carol. Ant. de Luca ad Gratian. di-
scept.171. num.9. vers. Item non facit, R. P. D.
Ansald.de commerc. & mercat. disc.82. num.5.
& disc.general.num.140., Rota coram san.mem.
Gregor. XV. decis. 79.num.2., ibiq. Adden. &
coram bon.mem.Emerix Jun.decis.1182.num.2.
& 3.*, Eòque certiùs, quando, ut in nostra
60 hypothesi, cancellationes, & abrasiones illum
suspectum reddentes, reperiuntur in parte su-
specta ejusdem Libri, *Alberic.in leg.Jubemus
num.1. Cod.de probat., Bellupertic. in leg. final.
num.16.in fin. & num. 17. vers.cut in loco Cod.
de Edict.Diu. Adr.tollen., Angel.in leg.si unus
num.1. vers. & est verum Cod.de Testam., Ma-
scard. de probat. conclus. 257. numer. 3.in fin.,
Farinacc. de falsit. quæst. 153. numer. 3., Ro-
ta coràm bon. mem. Emerix Jun. d. decis. 1112.
numer. 3.*

At verò, si tot hujus Libri vitia eundem reij-
ciendum prorsus esse suadent, multò minùs in
Judicio recipiendus erit, si illis addatur prava
qualitas Scribentis, tot gravissimis exceptioni-
bus obstricti, ob quas in *§. 9. & pluribus seqq.*
audiendum minime esse, demonstravimus;
61 Etenim, ut latè probatum est dd.locis, quem-
admodùm integritas, atque sinceritas Testis
fidem conciliat ejus dicto, ità etiam bona, vel
prava Scribentis conditio Scripturæ præbet, vel
tollit auctoritatem, *Bald.in leg. Cassius nu.10.
ff.de Senator., Jason.in l. admonendi num.123.*,
ibique etiam *Caccialup. num.72.ff.de jurejur.,
Salycet.in leg.1.Cod.de eden., Anan. consil.53.
num.2., Grammatic.consil.35. num.27., Menoch.
de arbitr.Judic.lib.2.cas.191.nu.19., Mascard.
de probat.concl.976.num.10.& 30.lib.3.*, ne alio-
quin sequatur absurdum illud, quod credatur
Scribenti, cui loquenti fides nulla præstaretur,
& quod magis est, similes adnotationes, quæ,
ex deductis superioribus locis, nec etiam in Ju-
dicio civili probare possent, justæ probationis
robur obtineant in Judicio criminali, & qui-
dem ad effectum probandi delictum, & irro-
gandi gravissimam pœnam privationis officii, 62
quo casu pleniores probationes requiri, præter
alibi allegatos, docuerunt *Bald. in leg. observa-
re §. Pro Fisci quæst. 10. in fin.ff. de Offic. Pro-
consul., Decian.respons. 17.num.28.lib.2.& re-
spons. 47. num. 11. & seqq. lib. 4.& respons.21.
num.39.lib.5.& rer.crimin.lib.8.cap.38. nu. 1.,
Bovadil.Politic. lib. 5. cap. 1. num.154.& 220.,
Ludovic.decis.Lucen.1.nu.51., Castill.decis.162.
num.35., & decis.164.num 23.lib.2.*

Nec est, cur Libri, tot exceptionibus labo-
rantis, fides coadjuvari contendatur quàdam
adnotatione à Bronzolo, & subscriptione à
Domino Pignoris facta in alio simili ejus Li-
bro, quia, ut ista contra eum adminiculum
aliquod præbere posset, oporteret, quod, non-
nisi ad factum oppignorationis, expletum ab
ipso Bronzolo, referri posset, quodque idem
nullà justà credulitate lapillum, quem descri-
bebat, tamquam verum adamantem, talem
æstimare reverâ potuerit. Utrumque deficit in
casu nostro. Nam, quod attinet ad primum,
constat, similes adnotationes, & subscriptiones
fieri, & recipi ab eo consuevisse occasione, eti-
am plurimarum oppignorationum, quæ non ab
ipso, sed ab ejus Socio fiebant; ut videlicet suæ
consuleret indemnitati, nam si contigisset, pro
similibus oppignorationibus extradi pecuniæ
quantitatem excedentem verum pignoris valo-
rem, cum D. Bronzoli in solidum teneretur ex
facto Consocii, idcircò in suo Liberculo adno-
tabat oppignorationes etiam ab illo factas, ut,
eveniente casu, quo Mons à recipientibus pi-
gnora indemnis præstandus esset, ipse pro sui
relevatione persequi posset illorum Dominum: 63
nemo itaquè non videt, ex actu isto, qui tot
aliis occurrentibus casibus ab illo fieri consue-
vit pro majori quadam dumtaxat cautela, eli-
ci minimè posse claram, & certam probatio-
nem, quod revera ipse mandaverit recipi pi-
gnus, de quo agitur; sed ex ea desumi ad sum-
mum posset remota aliqua, & æquivoca hujus
facti conjectura, in Judicio criminali non
sufficiens, *Bald. in leg. Judices numer. 2.
Cod. de Judic., Speculat. in tit. de Offic. omn.
Judic. §. final. numer. 18., Grat. consil. 94.
num. 2. lib. 2., Farinacc. consil. 168. num. 8. &
num.13.libr.2., Ciarlin. controv.forens.cap.12.
num.73., de Marin. variar. resolut.lib.1.cap.51.
num.8.& lib. 2.cap.232. num. 6.& seqq., Ori-
lia ad Campan.resol.9.num.3., Gamm.decis.269.
num. 2.,& decis. 363.nu.4., Sperell. decis.101.
num.21.num.34 num. 36.& nu.57.& seqq.*, cum
in eo requirantur probationes non per possibi- 64
le, sed necessariò concludentes, *Vermigl. con-*

sil.11. num.12., consil. 159.nu.36., cons. 286.n.8., & consil.319.num.13., Gaill.pract.observ.lib.2. observ. 13. num. 5., Caren. de Offic. S.Inquisit. part.3.tit.6.num.1. & seq., Guazzin. ad defens. Reor.defens.33.cap.14.nu.2.vers. nec non, Conciol. resol. crim. verb. probatio resol.3.numer.9., alleg. forens. 37. numer. 17. cum seqq., R. P. D. Ansald. de commerc. & mercat. disc. 89. numer. 27., Rot. in rec. decis. 73. numer.8. part. 18.

Quod verò attinet ad secundum, justam nempe credulitatem, quâ D. Bronzoli dictum berillum ęstimare potuerit verum adamantem: tantum abest, quod illa excludatur, ut in nostro casu maximè verisimilis reddatur ex similitudine, quâ istiusmodi falsi Lapilli accedunt
65 ad veros adamantes, quâ idcircò verisimilitudine deceptus, falsum commisisse, dici nequit, veluti quodam veritatis primordio adjuvatus, ducto argumento à *Textu in leg. cum filius 78. §.Hæres in fin.*, ibi =*nec in totum falsum videri, quod veritatis primordia adjuvaretur* = proindéque, si credulitate minimè culposâ falsæ gemmæ oppignorationem loco veræ in Librum Montis retulisset, obstrictus dici non posset crimine falsi, quo minimè tenetur is, qui scribit aliquid, quod ita esse credit, *Honded. consil. 109. num.66. lib.2., Farinacc.de falsit.quæstion.150. num.61.*

Jam verò tot, tantisque exceptionibus reprobatâ personâ, ac refutato testimonio Cajetani Fabri, sese offert illud Josephi Jordani, qui in æstimandis pignoribus erat Socius Domini Bronzoli, idemque semel, atque iterum deponit, annuli, de quo agitur, pignus peractum fuisse ab ejus Consocio. Verum nec etiam in hujus Testis depositione Fiscus intentionem suam ullo pacto fundare potest, quia, ut primus Testis, repellitur exceptionibus non minus gravibus, tàm ejus Personam, quàm
66 dicta respicientibus. Et primo quidem loco satis esset animadvertere, quod ipse est accusator D. Bronzoli, ideòque hoc solo nomine admittendus non esset, cum nemini Testis simul, & Accusatoris personam gerere permittatur, *Canon. Accusatores caus. 3. quæst. 5., Canon. 1., & Canon. seq. caus.4. quæst. 4., & in cap. Forus §. In omni de verbor.signific., Felin. in cap. licèt num.6. de Simon., Vulpell. cons.30. num.5. & seqq., Vermiglial. cons.159. num.5.*;
67 Si enim ex accusatione inter Accusatorem, & Accusatum inimicitiæ quædam species suboriri dicitur, ut ex *Gloss. in cap. licet de arbitr.* tradit *Guazzin. ad defens.Reor. defens.3. capit.2. num. 4.*, proindèque, tamquam præsumptus inimicus, à testimonio ferendo repellendus est, ad *Textum in cap. repellatur cap. cum oportet de accusat., Authent. si Testis Cod. de Testib., Mascard. de probat. conclus.899. numer. 1., & conclus.1127. num.6. & seqq., Farinacc. de Testib. quæst.49. num.49. & seqq., Rosa consult.68. num.14., Raynald. observat. crimin. tom.1. capit.33. §.1. & 2. numer. 126.*, procul dubio in hoc Judicio audiendus non erit præfatus Jordanus, qui non præsumptas, sed apertas contra Bronzolum inimicitias suscepisse dicendus erat,
eò quod iste deprehendens, illum malè versa- 69
ri in officio Æstimatoris, quo unà cum ipso fungebatur, pluries, pluriesque ejusdem crimina detulerat coram iis, qui Monti præerant, ideòque nil mirum, si odii stimulis percitus, imposturâ, & falsâ accusatione ulcisci voluit vera crimina, quorum ipse Reus constituebatur, per ea, quæ tradit *Gloss. in Authent. si Testis vers. si verò dicatur odiosus Cod. de Testib., & in Authent. de Testib. §. Si verò quis dicat verb. de crimine, & in §. Item inimicitiæ Instit. tit. de excus. Tutor., Grammatic. cons. 46.n.4., Gomez. variar. resol. lib. 2. rubric. de probat. delict. num.14. vers. intellige tamen, Farinacc. de delict. quæst.49. num.24. & seqq., Raynald.*
vot.10. num.2., & vot.134. num.13.; Prætereà 70
ipsius testimonium, tamquam datum à Judæo, refutandum esset; originaria enim labes illi fidem adimens, purgata censeri nequit recenti conversione ad Catholicam Religionem, paucis ante mensibus factâ, ad *Text. in Canon. constitut., ibique Gloss. in verb. qui ex Judæis caus.17. quæst.4., Felin. in cap. cum de te n.72. de Rescript., & in cap. Judæi num.1. de Testib., Marsil. in leg.1. §.Prætereà num.5. ff. de quæst., & singular. 107.*; est etiam pauper, ideòque,
si, ut admonemur *in d. leg. Testium 3. ff. de* 71
Testib., & in Canon. si Testes §.In Testibus caus. 4. quæst. 2. & 3. inspiciendum, an locuples, vel egens sit Testis, ut ejus testimonium recipiatur, fides sanè nulla præstari poterit istiusmodi Testi, qui ob paupertatem, quâ laborat, obnoxius est suspicioni, quod facilè corrumpi potuerit, *Speculat. in tit. de Testib. §.1. n.61. vers. Item quod est pauper, Paris. cons.53. n.12. lib.4., Gomez. variar. resol. tom.3. cap.12.n.6., Gabriel. de Testib. lib. 1. conclus.18. numer. 4. vers. contrarium quod Pauper, Mascard. de probat. lib.3. conclus.1155. numer.1. & seqq., Menoch. de præsumpt. lib.5. præsumpt.1. numer. 9., Farinacc. de Testib. quæst.57. nu. 1., & num.3. & seqq.*, dicens, hanc esse veriorem, magisque communiter receptam opinionem, *Rota apud Balducc. in collect. decis. & rer. judic. tit. de prælat. decis.8. numer. 16.*, additur his vilis ejusdem Testis conditio efficiens, ut minùs
idoneus reputetur, ut, præter alibi allegatos, 72
tradit *Rota in una Romana Pecuniaria 7. mensis Februarii 1710. §. penult. coram Eminentissimo Cardin. Priolo*; Et denique tamquam socius criminis, audiendus non erat, nisi præcedenti
torturâ purgatus, ut, præter alibi allegatos, 73
tradunt *Bertazzol. cons.28. num. 2., consil. 116. numer.21., & cons.234., Dun. decis. crimin. 28. num.26., Rota coram Martin. Andr. decis. 94. num.4., & in Mantiss. ad ornat. clar.me. Card. de Luc. de Jurepatr. dec.23. n.11.*

Quamquam verò solæ istæ exceptiones exuberarent pro adimenda fide omni hujus Testis testimonio; nihilominùs non minus urgent intrinseca vitia, quibus ejus dicta laborant, ipse enim percitus odio erga Consocium, qui non

non solùm rectâ administratione proprii officii
illum redarguebat, sed vigilantiâ suâ impunè
delinquendi licentiam ipsi tollebat, plura illi
falsa affinxit crimina; eundem enim accusavit,
quod plures, ipso inscio, proprias res oppigno-
raverit, aliaque, pretio excedente verum valo-
rem, pignora receperit, ut etiam plura à Do-
mino Bronzoli pignora subtracta fuisse, depo-
nit, quod tamen verum minimè esse, testa-
74 tur Actuarius Montis, ut in Processu defen-
sivo *num.* 8., qui ait, quod revolutis libris,
rimatisque codicibus Montis, nil tale à Bron-
zoli unquam attentatum fuisse apparet. At
verò si ex similium Librorum revolutione ple-
nè probata dicenda est negativa coarctata istius-
modi facti, *Rot. coram Bichio decis.*449. *n.*26.,
*coram Priol. decis.*385. *num.*4., *coram R.P.D.*
*Ansaldo decis.*70. *num.*4. *juxta Roman. impress.*,
*in recent. decis.*388. *num.*5. *part.*19. & novissi-
mè dixit *D. Advoc. Bertonius in suo voto edito*
in Romana Successionis inter Rev: Cam: Apusto-
licam, & D. Mariam Hyeronimam Arnoldam
*in artic.*2. *sub §.*24., hinc sequitur, quod Jor-
75 danus apertè in his mendax, & falsus depre-
hensus, mendax etiam, & falsus in aliis cen-
sendus sit, ad *Text. in leg.*1. *§. quæstioni ff. de*
quæstion., *R. P. D. Ansald. de commerc.*, *&*
*mercat. disc.*35. *nu.*19., *Rot. Lucan. apud Palm.*
*decis.*65. *num.*17., *Sac. Rota coram Burat. de-*
*cis.*47. *num.*7., *& num.*14., *coram Carill. de-*
*cis.*186. *num.*11., *coram Bichio decis.*34. *nu.*6.,
*coram Benincasa decis.*268. *numer.*10., potissi-
mùm, quia mendacia ista non versantur circa
accidentalia, atque circumstantias, sed respi-
ciunt substantiam ipsam plurium delictorum,
quorum minimè D. Bronzoli accusatur.

Additur mendaciis contrarietas, quâ hujus
Testis dicta sese invicem collidunt, postquam
enim coram Massario audacter asseveraverat,
lineam quamdam margaritarum oppignoratam
pro libris 170. esse propriam, impudenter in
Judicio negat tale dominium, atque illam esse
D. Perini, ad quem pariter pertinuisse fatetur
tabulas pictas oppignoratas pro libris 70., licèt
76 antea dixisset, se ignorare illarum Dominum,
& denique constanter affirmat, nunquam se
aliquid, vel ad sui, vel ad aliorum commo-
dum oppignorasse, licèt contrarium evincatur
ex inquisitione, totoque Processu, nemo autem
non videt, non solùm audiendum minimè esse
Testem, qui adversus fidem testationis suæ va-
cillat, ut disponitur in *leg.* 2. *ff. de Testib.*, *&*
*in Canon. si Testes §. In Testibus caus.*4. *quæst.*2.,
& 3., *Cyn. in leg. finali Cod. de quæstion.*, *Surd.*
*cons.*132. *numer.* 28., *Rot. decis.*303. *numer.* 1.
*part.*1. *divers.*, *in rec. decis.*297. *n.*55. *par.*19.,
*coram bon. mem. Emerix. Jun. decis.*522. *n.* 6.;
77 Verùm etiam *qui falsò, vel variè testimonia*
dixerunt, à Judicibus competenter puniuntur,
leg. qui falsò 16. *ff. de Testib.*, *& d. Canon. si*
*Testes §. Qui falsò caus.*4. *quæst.*2. *&* 3. Eòque
minùs ferenda est contrarietas ista, quia con-
firmatur pluribus Testibus, ab ipso in Contestes
indicatis, quippè ait, se rogatum fuisse à Domi-
no Perino pro luitione pignoris lineæ margari-
tarum, contra verò hic asserit, se minis, &
mandatorum metu à Jordano coactum fuisse ad
reluendum d. pignus, prætereà ait, se detu-
lisse ad Predellinum annulum nuncupatum
Rosetta, ut illius verum valorem æstimaret,
idem verò de hoc interrogatus, istiusmodi fa- 78
ctum absolutè negat; Quamobrom contra
similem Testem urget illa omnium ore trita re-
gula, quâ traditur, Testem indigitantem Conte-
stem, qui negat, nihil probare, *Vermigliol.*
*cons.*119. *num.*4., *cons.*159. *num.* 45., *Farinacc.*
*cons.*179. *nu.*4. *in fin. lib.*2. *de Testib.*, *quæst.*60.
*num.*2. *& seqq.*, *Giurb. cons.*37. *num.*28., *Guaz-*
*zin. ad defens. Reor. defens.*19. *cap.*3. *numer.*2.,
*Torr. de pact. futur. Success. lib.*3. *cap.* 13. *nu-*
*mer.*218., *Chartar. decis.*88. *num.*32., *Rot. Lu-*
*cen. apud Palm. decis.*95. *num.*2., *decis.*289. *nu-*
mer. 19., *in recentior. decis.* 567. *numer.* 52.
part. 18.

En itaque cujus generis, atque conditionis
sunt Testes, qui tamquam idonei admittuntur;
en argumenta, ex quibus in contrario Voto
D. Bronzoli condemnatur privatione officii,
&, quod gravius illum angit, adeò turpis no- 79
ta ejus nomini inuritur! hoc enim casu, ut
duo Testes in Judicio criminali admittantur,
oportet, eos esse omni exceptione majores,
nullâque sive in persona, sive in dicto exce-
ptione perstringi, ut concorditer docent *Bartol.*
in leg. sciendum numer. 1. *ff. de verb. obligat.*,
*Bald. in cap. cum causam nu.*9. *de Testib.*, *Spe-*
*culat. in tit. de probat. §.*1. *propè fin.*, *Cephal.*
*cons.*393. *num.* 93., *& cons.* 348. *num.* 13., *Fa-*
*rinacc. cons.*78. *num.*15., *& cons.*182. *num.* 1.,
*& de Testib. quæst.*63. *nu.*230., *Giurb. cons.*71.
*num.*2., *Clar. in practic. quæst.*66. *versic. debes*
etiam, *Menoch. de præsumpt. lib.*1. *præsumpt.*31.
*num.*8. *&* 9., *Gomez. de delict. cap.*21. *num.*11.
in fin., *ubi de communi*, *Guazzin. ad defens.*
*Reor. defens.*33. *cap.*14. *num.*5. *per tot.*, *Crispolt.*
*cas. milit.*14. *num.*2., *Zuff. de legit. Process.*
*quæst.*31. *num.*3., *Concil. resol. crimin. in verb.*
Testium Miscell. resol. 9. *num.*1. *&* 2., *Peguer.*
*decis.*81. *num.*17. *num.* 38. *in fin.*, *& num.* 39.,
& hunc casum distinguendo ab alio, in quo 80
ageretur de simplici inquisitione facienda, ad
quem effectum admitti possunt Testes minùs
idonei, tradunt *Verricell. moral. quæst. tract.*8.
*quæst.*44. *numer.* 17., *Grasset. de nec. proditor.*
*§.*29. *num.*297. *vers. At censeo*, *Farinac. de*
*var. & divers. delict. quæst.*46. *num.*44., *de An-*
*gel. de confess. cap.*14. *num.*16., *& numer.* 37.,
*Raynald. observ. crimin. to.*3. *cap.* 33. *§.*5. *usque*
ad 11. *num.*72.

Nec Testium integritas, adeòque levium ar-
gumentorum infirmitas coadiuvari potest illa
conjunctim accipiendo, ut singula, quæ non
prosunt, simul juncta juvent; nam cum tum
in ceteris, tum præcipuè in criminalibus ad ef-
fectum condemnandi aliquem ea requirantur 81
argumenta, & testimonia, quibus Judex mo-
tum animi sui planè confirmet, profectò illum
confirmasse dici nequibit conjunctione istius-

modi imperfectarum probationum, quæ nec
etiam simul unitæ plenam probationem consti-
tuere valent, Giurb. cons.87. num. 10. & 29.,
Vermigliol. cons.33. num. 30. & seq., cons.60.
num.2., Caball. resol. crimin. cons.200. n.139.,
Bovadill. Politic. lib.5. cap.1. numer. 231., Be-
rart. in specul. visitat. cap.5. numer. 60. & seq.,
Cyriac. contr.206. nu.38. & 39., & contr.150.
num.11., à Ponte decis.16. num.21., Castill. de-
cis.164. num.37., quippè illæ, utpote ex ea-
rum intrinseca natura imperfectæ, constituere
nequeunt nisi quandam præsumptivam, atque
conjecturalem probationem, quæ si nec etiam
in civilibus suffragari potest, eò quod aliis con-
82 trariis conjecturis, & præsumptionibus elidi
valeat, Rota coram Bichio decis.612. numer.15.
& seqq., coram Card. Cerro decis. 538. num. 3.
& seqq., in Pisauren. hæreditatis 3. Decem-
bris 1691. §. Reciproca verò coram Reverendis-
simo d'Hervault Archiepiscopo Turonen. inter
collect. apud Palm. decis. 88. numer. 7. & seqq.,
recipienda certè non erit ad effectum condem-
nandi aliquem in Judicio criminali, nullo pa-
83 cto admittente dubias, atque conjecturales
probationes, Bald. cons.77. nu.3. lib. 3., Clar.
quæst. 4. in fin., Farinacc. de var., & divers.
delict. quæst.2. num.4., & quæst.68. numer.1.,
Felic. alleg. 155. numer. 5., & priùs allegat.39.
num.14., Raynald. in supplem. ad obser. crimin.
supplet.7. ad cap.7. num.171., & supplet.10. ad
dict. cap.7. num.16., num.26. & seqq.

Quæ cum ita sint, & plene his demonstra-
tum dici posse videatur, quod, tametsi ver-
saremur in delicto, quod ad publicam vindi-
84 ctam pœnâ criminali plectendum omninò esset,
nihilominùs, quia desunt probationes à Jure
requisitæ, D. Bronzoli eâ penitùs liberatus
remansisset: potiori certè Jure illa penitus ces-
sasse debuit in nostra hypothesi, quia versamur
in casu, quo res civiliter expediri poterat, juxta
Text. in leg. & eleganter 7. in princ. ff. de dol.
mal., ibique Gloss., & Bartol. ceterique commu-
niter, Cravet. cons.6. num. 105., Roland. con-
sil.73. num.31. & seqq. lib.1., Vulpell. cons.129.
num.9., Riminald. Jun. cons. 168. num. 52. &
seqq., Menoch. cons.98. num.83. & seqq., & de
arbitr. Judic. lib.2. cent.4. cas.382. num.5., &
cas.398. num.19. & seq., Ossusch. decis.137. n.5.,
agebatur enim de oppignoratione annuli, loco
adamantis, ornati falsâ gemmâ, ex qua cum
nullum damnum immineret Monti, quippè
illud sarciri poterat à D. Bronzoli maximè
85 idoneo tum patrimonio, tum Fidejussoribus,
qui pro eo favore Montis intercesserant, omis-
sis idcircò pœnis criminalibus, actione civili
ipse, vel ejus Fidejussores persequendi fuissent,
prout observant Alberic. in leg. inficiando nu.5.
ff. de furt., Bartol. in leg. Posthumo §. Continua
num.3. ff. de tutor., & ration. distrahen., Corn.
cons.366. numer.12. & 37. lib. 3., Vermigl. con-
sil.152. num.1., Farinacc. cons.7. num.8., & de
delict. quæst.19. nu.36., benè Raynald. vot.107.
n.1. & seqq., Vargas dec.44. per totum.

Certius verò omissâ criminali, civilis dum-
taxat actio exercenda erat, quia agebatur de
Bronzolo puniendo ob crimen falsi, eo quod
berillum tamquam verum, & pretio veri ada-
mantis oppignorari permisisset, quod, tametsi
ejus operâ factum fuisset, nihilominus dici
nequivisset committere ejus generis falsitatem, 86
quæ pœnâ criminali plecti mereretur, quippè
ut falsitas, simili pœnâ ulciscenda, patrata
dicatur, tria continere debet, immutationem
videlicet veritatis, dolum, & præjudicium
Tertii, Rovit. pragmat.1. tit. de fals. num.23.,
Prat. respons. criminal.15. numer.43., Conciol.
resol. crim. verb. falsum resol.2. num.1., Pegas.
resol. forens. cap. 28. num. 856. §. Tria, Ray-
nald. observat. crimin. tom 2. cap 18. §. 22. n.24.,
Sard. decis.282. n. 18., Peguer. dec. crimin. 80.
num.15., Capyc. latr. decis.172. num.8. par.2.,
Basilic. decis. crimin. 40. num.16., ita quidem
ut altero ex his deficiente, nedum deficere 87
dicatur crimen falsi, criminali pœnâ coercen-
dum, Honded. cons. 109. num.55. lib. 1., Fa-
rinacc. cons.114. num. 12., & num. 36. lib. 2.,
Mascard. de probat. conclus. 719. numer.12., &
seq., Raynald. citat. §. 22. num. 25., Conciol.,
& Basilic. locis pariter suprà allegatis; Præser-
tim verò si cesset dolus, tunc enim Inquisitus 88
elabitur pœnâ omni sive ordinariâ, sive extra-
ordinariâ, Honded. d. cons.109. num.29. lib.1.,
Vermigl. cons.150. num.6., & cons.237. nu.3.,
Palm. cons.15. n.18., Farinacc. de falsit. quæst.150.
num.288., Calvin. de æquitat. cap.190. num.7.,
& num. 80. cum seq., Conciol. dicta resol. crim.
verb. falsum resol.2. num.1.; etenim quod non-
nisi dolo falsum committentes crimini subjagen-
tur, rescripserunt Imperatores Diocletianus,
& Maximianus in leg. nec exemplum 20. Codic.
ad leg. Cornel. de fals.; Verum præterea summâ
æqui, bonique ratione rem agendo, quoties
aliqua actio trahi potest ad falsum, & non fal- 89
sum, ea fiat interpretatio, ut falsum minimè
commissum dicatur, Gloss. in leg. Juris gentium
§. Quod ferè verb. approbetur ff. de pact., Ver-
migliol. cons.11. numer. 2., Farinacc. cons. 37.
num.20., & de falsit. quæst.2. num.29., quæst.85.
num.5., quæst. 153. num. 197., Menoch. de præ-
sumpt. lib.5. præsum. 20. num. 2., Mascard. de
probat. conclus.1003. num. 14., & seqq., Rub.
de Testament. cap.43. num.7., Conciol. allegat.
forens.89. num.16., allegat. 100. numer.13., resol.
crimin. verb. falsum resolut. 9. num.1., & n.5.,
Pegas resol. forens. cap. 28. num.368. §. Pro Te-
stamento fol. mihi 372., Franc. Marcus dec.655.
num.5., illud excludendo, admissis etiam ar-
gumentis desumptis à mero possibili contrario, 90
Cravett. cons.7. numer.2., Farinacc. cons. 124.
num.4. in fin., Rot. apud eundem dec.121. n.2.,
& tradiderunt Vermigliol. cons. 409. numer. 8.
cons.419. num.6., Cyriac. contr. 131. num.12.,
Bonden. collect. legal.24. num.33. lib.1., & col-
lect.36. num.68. lib. 2.; Quonam itaque pacto
in nostra hypothesi dici poterit, D. Bronzoli
committere voluisse crimen falsi, quando non
solùm minimè probatur, illum in dolo malo
versatum fuisse, sed validissimis argumentis
evin-

evincitur summa ipsius bona fides: ut enim
dici posset, animo fraudandi Montem, falsum
91 adamantem, loco veri, oppignorari permisisse,
docendum priùs esset, quod ipse certò scivis-
set, annulum, qui oppignorabatur, falsâ gem-
mâ ornatum fuisse, cum dolus, quo fit immu-
tatio veritatis, necessariò præsupponat præce-
dentem scientiam veri, juxta *Text. in leg. 1.
§. 1. ff. de dol. mal., leg. dolus ff. mandati, leg. do-
lum ff. ad leg. falcid., Faguan. in cap. ad falsa-
riorum sub numer. 12. de crimin. fals., Decian.
tract. crimin. lib. 1 par. 1. cap. 4. à n. 1., Farinac.
in prax. tit. de pœn. temperand. quæst. 78. num. 1.,*
92 *& 2., Larrea decis. 59. n. 15.*; Cum autem, ut
animadvertimus in *§. Quod verò attinet*, ob ma-
ximam eorum similitudinem, in explorandis,
æstimandisque lapillis hisce persæpè peritissimi
quoque homines decipiantur, *Bertazzol. con-
sil. 518. n. 14. lib. 2., Farinacc. de Testib. quæst. 67.
num. 99.*, ideòque possibile fuerit, D. Bronzo-
lum decipi, hæc sola possibilitas, ut mox di-
ximus, sufficeret pro excludenda falsitate,
credulitate namque minimè culposâ deceptus,
loco veræ falsam gemmam recepisset.

His accedit validissimum argumentum,
quamcumque falsitatis suspicionem planè sub-
93 movens, bona nempè fama D. Bronzoli, nul-
lius unquam delicti labe coinquinata, *Con-
ciol. allegat. 89. num. 54., Bonden. collect. le-
gal. 36. num. 126. lib. 2., Ambrosin. decis. 22.
num. 21. & seqq. part. 2.*, eademque eo fortius
urget, quià coadjuvatur facultatibus, quibus
beneficio fortunæ donatus reperitur, hic autem
status si penitùs removet suspicionem, quod
94 Vir non egens, sed abundans, turpis lucri cau-
sâ crimen aliquod committere voluerit, per
ea, quæ tradunt *Vermigliol. cons. 237. num. 9.,
Conciol. allegat. 89. num. 54.*, quantò minus
præsumi poterit, illum falsi crimen perpetra-
re voluisse, ut ex tanto delicto, ob quod gra-
vissimâ pœnâ plecti poterat, caperet eum te-
nuissimum fructum, quem ex tali oppignora-
95 tione consecutus exadverso dicitur, *Abb. in
cap. Accedens numer. 2. de crimin. fals., Cra-
vett. cons. 56. n. 14. cons. 75. n. 18., & cons. 319.
num. 13., Farinacc. cons. 110. num. 12., Palm.
cons. 15. num. 16., Menoch. de præsumpt. lib. 5.
præsumpt. 3. num. 20.*; quæ validissima præ-
sumptio prorsus excludens quodcumque consi-
lium, atque animum committendæ falsitatis,
efficacior redditur in casu nostro, si spectemus
sinceram fidem, quâ D. Bronzoli suum exer-
cebat officium; Ipse enim non solùm in eo be-
nè gerendo solicitus, sed diligenti curâ invi-
gilans in Jordanum Consocium, quoties anim-
advertit, illum in officio suo malè versari, eum
96 detulit iis, qui præerant Montis regimini; Ne-
mo autem recto sensu præditus suadere sibi po-
terit, quod ille, qui Socium delinquentem de-
nunciabat, deque eo graviter conquerebatur,
imprudenter patrare voluerit crimina illa, quæ
Superiori deferebat, *Palm. dicto cons. 15. n. 14.*;
Cum itaquè ex his omnibus pateat, quod cri-
men D. Bronzoli impictum, nedum proba-
tum dici minime potest, sed prætereà validis-
simis excluditur argumentis, hinc sequitur,
quod evidens, & aperta redditur injustitia Sen-
tentiæ, quâ ipse mulctatus fuit pœnâ priva-
tionis sui officii; Jura enim nostra non sinunt, 97
vindictam exposci de crimine, de quo mani-
festis probationibus minimè constiterit.

Submoto penitus falsitatis crimine, minùs
urget alterum delicti caput, eidem imputatum,
& plus æquo amplificatum in contrario Voto,
in quo dicitur, quod ipse pro consequendo ab
Oppignorantibus emolumento alicujus exiguæ
strenæ auxerit valorem quatuor pignorum,
quorum primum est illud torquis aureæ, oppi-
gnoratæ à Perino pro scutis quindecim, deindè
verò auctæ ad scuta vigintisex; succedit huic
pignus annuli, de quo actum est, à libris 31.
aucti ad libras 84.; ut etiam pro quibusdam
tabulis pictis, prius oppignoratis pro scutis se-
ptem, tradita fuerunt scuta decem, quod pari-
ter non absimili ratione factum fuit de pigno-
re nonnullarum margaritarum, aliarumque
gemmarum; Verùm etiam quoad hæc Domi- 98
nus Bronzoli omni culpâ vacat; nam si res sit
de primo pignore, nempè torquis, Dominus
Massarius Montis disertis verbis asserit, ipsum
Jordanum solicitum de reluitione istiusmodi
pignoris, ipsi fassum fuisse, se dictum torquem
auream oppignorasse; hic autem Testis, utpo-
te à Fisco inductus, atque examinatus, contra
ipsum plenè probat, licet esset unicus, ut do-
cuerunt *Honded. cons. 99. num. 16. & seqq.,
cons. 102. num. 13. lib. 1., Giurb. cons. 83. n. 10.,
Vermigl. cons. 95. num. 1., & cons. 50. num. 3.,
Farinac. de Testib. quæst. 62. n. 214. & n. 237.,
Antonin. resol. 7. num. 5. lib. 2., Guazzin. ad
defens. Reor. defens. 33. cap 14. num. 11., Con-
ciol. allegat. 88. num. 38., allegat. 89. num. 42.,
allegat. 90. num. 24., allegat. 93. num. 26., &
allegat. 95. num. 18., & resol. crimin. verb. Te-
stes quoad dicta resol. 16. num. 12., Bonden. col-
lect. legal. 16. n. 121. lib. 2., Censal. decis. Lu-
cens. 51. num. 18.*; Præcipuè, quando ejus de-
positio vergit in favorem defensionis, quæ re-
gulariter unico Teste contenta est, *Honded.* 99
*cons. 112. num. 27. lib. 1., Farinac. cons. 152.
num. 8. in fine, & cons. 216. num. 14., Cyriac.
contr. 109. num. 9., Guazzin. defens. 29. cap. 3.
n. 12. & seqq., Antonin. variar. resolut. lib. 3.
resolut. 26. n. 3., Conciol. allegation. forens. 97.
n. 29., allegation. 98. n. 21., & resolut. crimin.
verb. Testes quoad dicta resolut. 16. num. 6.*

Sed reverâ Testis iste unicus non est, quippè
cum eo concordat alter Testis fiscalis, qui de-
ponens de facto proprio, ait, sibi à Jordano
demandatam fuisse reluitionem nonnullorum
pignorum, ab illo factorum, inter quæ aderat
dictum pignus, eundemque pro comparanda
pecunia, quâ illud relueret, tradidisse lineam 100
margaritarum cum nonnullis aliis gemmis,
qui Testis utpote fiscalis, & deponens de facto
proprio, plenam proculdubio fidem meretur,
*Alexand. cons. 38. n. 19. lib. 4., Giurb. cons. 90.
num. 24., Vasq. contr. illustr. cap. 34. num. 2.*,
Gra-

Gratian. discept.626. num.7., *Rota coram Bu-
ratto decis.775. num.5. & seqq.*, *in Recent. de-
cis.272. num.3. par.2.*, *decis.56. n.2. par.15.*,
*in Romana fideicommissi 20. Junii 1712. §.Tan-
tum verò aberat coram R.P.D. Ansaldo*, ejus-
que depositio eò fortius urget in casu nostro,
quià cum eo concordat ipsemet Jordanus, at-
que etiam ipsi consonat Perinus Dominus pi-
gnoris, in cujus dicto plurimùm se fundat con-
trarium Votum; hic autem disertis verbis de-
ponit, se nedum precibus, sed metu etiam,
minisque à Jordano jactatis adactum fuisse ad
reluitionem istiusmodi pignoris, de qua ille so-
licitus summoperè fuerat; Si igitur solus Jor-
danus, ne factum hoc detegeretur, studio omni,
101 omnique arte curabat dicti pignoris reluitio-
nem, quonam pacto asseri poterit, id factum
fuisse à Bronzoli, quippè regulariter nemo
alium ex crimine eripere, sed delicta sua dum-
taxat comprimere studet, ut ex *Cicerone* tra-
dunt *Matth. Vvesembec. in paratit l. ff. de quæ-
stion. nu.2.*, *Carpzou. in practic. crimin. par.3.
quæst.117. num.2.*, *& R. P. D. Zaul. ad Sta-
tut. Favent. tom.1. in observat. ad rubric.39.
lib.4. num.1. & seqq. fol. mihi 569.*

Ex quo perspicuum fit, quænam fides adhi-
benda sit eidem Perino, dum in secunda de-
positione ait, pignus factum fuisse à D. Bron-
zoli, quià id nedum adversatur primæ ejus de-
positioni, sed opponitur etiam dictis tum al-
102 terius Testis, tum etiam ipsius Jordani, & de-
niquè si credendum est id, quod naturæ nego-
tii convenit, & quæ rei aptiora, & vero pro-
ximiora esse comperiuntur, *leg. ob Carmen 21.
ff. de Testib. cap. Præterea 27.*, *& cap. In no-
stra 32. de Testib.*, *& Canon. si Testes §. In Te-
stibus caus.4. qu.2. & 3.*, naturæ negotii, de quo
agebatur, convenire, & vero proximum esse
non potuit, quod Jordanus tantam curam ge-
reret de reluendo pignore non ab ipso, sed ab
103 alio facto; Quamobrem *Sacra Rota* si nullam
fidem adhibendam esse censuit Testibus, depo-
nentibus inverisimilia, & naturæ negotii mi-
nimè convenientia, licèt essent numero tresde-
cim, atque Contestes, ut in una *Perusina Lau-
di 23. Januarii 1614. coram clar: mem: Card.
Verospio*, quam refert *Vermigliol. cons.74.n.4.*,
Pignatell. consult. Canon. to.9. consult.9. n.10.,
*Raynald. observat. crimin. tom.3. cap.33. §.4.
fol.232. versic. & quatenus*, *Rota in Mantiss.
ad ornat. clar: me: Card. de Luc. tit. de Jure-
patron. decis.72. num.15.*, fidem certè nullam
mereri poterit Testis iste unicus, & nedum in-
verisimilia, sed deponens contraria iis, quæ
deponunt alii Testes, & ipsemet Jordanus, cui
104 jungitur maximâ familiaritate, quæ sola suffi-
ceret pro eo repellendo tamquam minùs ido-
neo ad ferendum testimonium, juxta ea, quæ
alibi deducta fuerunt.

Minùs verò urgere potest depositio Catheri-
næ Buti, deponentis, se proprium nomen Bron-
zoli mutuasse pro oppignoratione ista explen-
da, nam ejusdem depositio de falsitate suffi-
cienter convinceretur eo solo nomine, quod
directè adversetur tum depositioni factæ à Pe-
rino, dicente, dictum pignus peractum fuisse
nomine cujusdam viri, qui casu sese obtulit,
dum illud peragebatur, tum etiam illi factæ
ab ipso Jordano, qui coram Massario negare
ausus non fuit, se fecisse pignus, de quo agitur;
Verùm prætereà obnoxia est illis aliis gravissi-
mis exceptionibus, quibus, superioribus locis, 105
obstringi meminimus alios Testes, mulier nam-
què ista est vilis conditionis, est singularis, ac
socia criminis, periurii labe coinquinata repe-
ritur, quia in secundo examine disertè fatetur
id, quod in præcedenti negaverat, & deniquè
contraria, atque prorsus inverisimilia deponit;
in eodem enim examine, quo ait, se nec rem
oppignoratam, nec pecunias ex pignore reda-
ctas vidisse, ibi = *Io non vidi nè roba, nè
quattrini* = pauló post disertis verbis affirmat,
pecuniam sibi numeratam fuisse = *Il Signor
Camerlengo mi dette i quattrini, & io li con-
segnai al Signor Bronzoli* =; Si autem nil ma-
gis inverisimile excogitari potest, quàm quod
ipsa ignoraverit qualitatem rei, ab ipsa pigno-
ratæ, & quantitatem pretii pro ista extraditi,
nulla sanè fides præstari poterit simili Testi 106
adeò inverisimilia deponenti, ut, præter alibi
allegatos, tradunt *Bald. in leg.1. n.16. Cod. de
serv. fugit.*, *Mascard. conclus.1357. num.13.*,
Rosa consult.68. num.20., *Bonden. collect. le-
gal.3. n.123. lib.2.*, *Rot. in Recent. decis.120.
num.14. par.12.*, *decis.207. num.23. part.17.*,
apud Palm. decis.30. num.19., *& in Bononien.
Pecuniaria 13. Junii 1701. §. Et ex his coram
Eminentissimo D. Card. Priolo*.

Consultò omittimus oppignorationem annu-
li factam pro libris 84., quia satis de illa actum,
quum Dominus Bronzoli à falsitatis crimine
vindicavimus. Sed progrediendo ad tertiam
oppignorationem tabularum pictarum, dici-
mus, illam penitùs corruere, quia Fiscus in-
tentionem suam unicè fundat in depositione
Perini, qui ob exceptiones, quibus ipsum ob-
noxium esse, demonstravimus, idoneus Testis
esse nequit, maximè quia ejus testimonium
planè eliditur depositione Rodulphi Testis fisca-
lis, qui semel, atque iterùm testatus fuit, pi- 107
gnus tabularum pictarum factum fuisse à Jor-
dano, ab eodemque auctum extitisse illius pre-
tium, inscio Domino Bronzoli, qui simul, ac
id intellexit, statim se contulit ad apothecam
dicti Rodulphi, cumque eo graviter de hoc fa-
cto conquestus fuit, qui Testis favore Domini
Principalis procul dubio plenè probat nedum
quia fiscalis est, ex deductis in *§. Submoto pe-
nitus*; Verùm etiam, quia ejus depositio coa-
djuvatur ex adnotatione facta in Libro, in quo 108
talis oppignoratio nomine Jordani inscribitur,
*Bartol. in leg.1. §. Itèm Cornelio num.3. ff. de
quæstion.*, *Costa cons.40. num.13.*, *Farinacc. de
Testib. quæst.63. num.35.*, *& num.224. & seq.*,
*clar: mem: Card. de Luc. de fideicom. disc.183.
num.5. & seq.*, *Capyc. Latr. decis.52. num.14.*,
Rotâ coram Card. Celso decis.312. n.4. & seq.,
in Recent. decis.346. num.3. par.9., *decis.185.
num.23.*

num.13., *& decis.347. num.3. par.19.*, & conferunt ea, quæ late deducta fuerunt in contrario Voto §. *Potissimè quia cum sequentibus*, in quo maxima auctoritas tribuitur simili adnotationi, factæ in quodam liberculo Cajetani Fabri.

Superest quarta oppignoratio quarumdam margaritarum, & gemmarum facta pro libris 222., quandò illarum valor juxta æstima-
109 tionem factam à Peritis, ad instantiam Fisci electis, non excedebat libras 270.; Verùm, cum deputatio ista Peritorum facta fuerit non citato Domino Bronzoli, ejusque consensu minimè accedente, hinc est, quod relationi, ab eisdem factæ, nullo pacto deferendum sit, ad *Text. in leg. Theopompus ff. de dot. prælegat.*, *Felin. in cap. Quia judicante n.1. de præscript.*, *Menoch. de adipiscen. possess. remed.5. n.165.*, *Farinac. in fragment. par.1. num.489.*, *Pacian. de probat. lib.1. cap.47. num.124.*, *Rota coram Ludovis. decis.545. n.9.*, *ibique Adden. n.12.*, eòque magis nullo numero habenda videtur dicta relatio, quià tàm ex depositione Jorda-
110 ni, quàm etiam Domini Cappelli, atque etiam relatione Domini Masi alterius Periti, constat dictarum gemmarum valorem ascendisse ad scuta quadraginta; Quamobrem in istiusmodi discrepantia vel eligendus erat tertius Peritus, juxta omnibus notam praxim, vel saltem in dubium venire nequibit, quin, si Periti ipsi non fuerunt concordes in æstimando vero valore dictarum gemmarum, in quo statuendo peritissimi etiam Gemmarii persæpè falluntur, juxta superiùs notata, excusandus certè esset Dominus Bronzoli, si dolo, & culpâ vacans, in dictarum gemmarum valore statuendo errasset.

Tertium delictorum caput, ex quo privatione officii mulctatus fuit Dominus Bronzoli, petitum reperitur ex receptione strenarum, quæ ipsi extraditæ dicuntur ab iis, qui pignora faciebant; Verùm Fiscus in hac quoque delicti specie deficit probationibus, quibus illud concludenter probatum dici queat; Nullo enim numero habenda videtur depositio Domini Jordani, quem, tamquam minùs idoneum Testem, audiendum non esse, latè jam demonstravi-
111 mus, ut etiam justa probatio desumi non potest ex aliis Testibus, quià singulares sunt, ex notis regulis, atque etiam quia testimonio ipso, quo inquiunt, illas extraditas fuisse, ab omni delicti, & culpæ labe liberant Dominum Bronzoli, dum asserunt, nullâ præcedente conventione, ex mera liberalitate easdem elargitas fuisse, prout in dubio ità illas datas extitisse præsumendum esse, tradit *Schenard. consil.1. n.94.*, & rectè quidem, quià versamur in re, quæ est de genere permissorum, quippè xenia, strenas-
112 que recipere permissum esse Officialibus, modò justam rationem non excedant, expressè definitur in *Leg. solent 6. §. non verò ff. de Offic. Proconf.*, verbis illis = *Non verò in totum xeniis abstinere debet Proconsul, sed modum adjicere, ut neque morosè in totum abstineat, neque avarè modum xeniorum excedat* =, *Narbon. ad leg. Regias par.1. lib.1. tit.7.*, *leg.31. Gloss.6. num.56.*, *Menoch. de arbitrar. Judic. cas.517. num.5. & seqq.*, *& num.18. cum seqq.*, *Berart. in specul. Visitat. cap.16. num.67.*, *Cresp. de Valdaur. observat.9. num.77. & seqq.*, Justo igitur servato modo, nulla ex eorum receptione suspicio, aut doli, & fraudis nota Officiali inuri potest, ad *Text. in leg. si Oleum §. ultimo, & leg. sequent. ff. de dol.*, *cap. Accedens, ibique Gloss. in figuratione casus*, *& in verb. præsumi de crimin. fals.*, *Jason. in leg. sciendum ff. qui satisdar. cogont.*, *Farinacc. quæst.151. num.20.*, si autem strenarum receptio crimini adscribi non debet quoties justum modum non excedunt, & spontè offeruntur, *Crot. in cap. In* 113
Civitate num.49. de usur., *Farinacc. de falsit. quæst.111. num.252.*, *Xamar. de Offic. Judic. par.1. quæst.20. num.33.*, *Vivv. decis.113. n.8.*, potiori certe Jure crimini id adscribi non poterit in casu nostro, in quo illæ, non tam ex liberalitate, quàm in compensationem laboris, quem Æstimatores subeunt, tradi consueve- 114
runt, prout in his terminis ratiocinantur *Bald. cons.297. num.1. lib.5.*, *Decian. tract. crimin. lib.8. cap.40. num.2.*, *Xamar. de Offic. Judic., & Advoc. par.1. quæst.20. n.13.*

Ex quibus resultat responsio argumento, in contrario Voto desumpto ex Legibus municipalibus Montis, quibus severè prohibita reperitur quæcumque strenarum, tametsi spontè oblatarum receptio, nam intuendo mentem dictarum Legum, cum illarum Conditores 115
nullâ aliâ ratione ad id sanciendum moti fuerint, quàm ut consulerent indemnitati Montis, ne scilicet Ministri æstimandis, recipiendisque pignoribus præpositi, morem gererent deferentibus pignora, eisdem tradendo pretium superans illorum verum valorem, hæc autem ratio cesset, quandò agitur de exiguis strenis, nulla præviâ conventione sortè elargitis, imò datis in meram compensationem laboris; quem persæpè deferentes pignora videbant ab Æstimatoribus subeundum esse, accedendo ad Peritos pro exploranda qualitate pignorum, illorumque justo valore statuendo, hinc sequitur, quod hoc casu locum sibi vindicare nequeat severior Legis dispositio, quæ si regula est ex ra- 116
tione, ob quam edita fuit, silere prorsus debet in iis casibus, in quibus talis ratio cessat, ad *Text. in leg. in omni, ubi Bartol. ff. de adopt. leg. final. ff. ad Syllanian. leg. adigere §. Quamvis ff. de Jurepatr.*, *Cap. Etsi Christus de Jur. Jur.*, *Surd. consil. 375. num.24.*, *Sadarin. respons.12. num.89.*, *Rocca disputat. Jur. select. cap.110. n.18.*, *Rota Jonnen. apud Balducc. in collect. decis.*, *& rer. judic. tit. de feud. decis.2. num.19.*, *Rota in recent. decis. 381. num. primo part.3. decis.193. num.17., & 18. part.9.*, *in Mantiss. ad claræ memoriæ Cardinal. de Luca in conflict. leg.*, *& ration. decis. 3. num. 14.*, *in Romana Canonum de Salviatis 9. Novembris 1707. §. Nec relevat responsio coram Reverendissimo Molines*, pluribus namque Juris nostri locis cautum reperitur, 117
ma-

magis mentem, quàm verba Legis spectandam
esse, *Leg. si uno loco, & leg. Insulam ff. de præ-
script. verb., leg. scire 13. §. Aliud etiam ff. de ex-
cusat. Tutor., leg. talem §. Ultim ff. de hæred. In-
stit.*; *Etenim non oportet Jus civile calumnia-
ri, nec verba ejus captare, sed qua mente quid
dicatur animadvertere convenire, Leg. penult.
ff. ad exhibend.*, & pluries alibi, maxime quum
agitur de evitanda pœna, quo casu Lex pœna-
lis restringenda semper est, mitiorque capien-
218 da interpretatio, ad *Text. express. in leg. si Præ-
ses, & leg. pœna ff. de pœn., leg. semper ff. de re-
gul. Jur., Canon. cùm hæc §. Pœna de pœnitent. di-
stinct. prima, cap. semper in obscuris de regul.
219 Jur. in 6.*, quæ porrò æquivissima ratio locum
sibi vindicat etiam in Bannimentis, quæ Trans-
gressores non obligant ad pœnam, si eorum
finis non læditur, ut benè observant *Giurb.
consil. 28. num. 16., Vermigliol. consil. 231. n. 22.,
Conciol. allegat. 95. num. 30., allegat. 97. num. 2.,
& resolut. crimin. verb. Bannitus resolut. prima
num. 3., Raynald. observat. crimin. tom. 3. cap. 33.
num. 20. fol. mihi* 248.; Eòque certius, quando
excessus, qui contra Legem commissus dicitur
levis est, atque modicus, hoc enim casu dici
220 nequit peccatum fuisse in Legem ea contra-
ventionis specie, quæ pœnâ legali coercenda
sit, *Bald. in leg. quicumque Cod. de Serv. fugi-
tiv., Farinacc. de var., & divers. delict.
quæst. 100. nu. 108., Cyriac. contr. 445. n. 5., de
Luc. ad Grat. discept. 525. num. 7. in fin.*

Proindeque nil mirum, quod Magistratus,
cæterique præpositi regimini Montis conni-
ventes in similium strenarum receptione, illas
221 dissimulare consueverunt, ut in nostra specie
testatur *Sabell. in prax. §. Præsenti num.* 10., lò-
quens de municipalibus hujusce Montis Legi-
bus, quæ consuetudo qualiscumque illa sit, li-
cèt derogare nequivisset Legi, nihilominùs,
222 tamquam conniventiâ Superiorum tolerata,
Dominum Bronzolum vindicavit ab omni do-
li suspicione, quâ immunis est is, qui agit id,
quod frequenter ab aliis impunè fieri videt;
Cum autem, si procul absit suspicio doli, Of-
ficialis teneri nequeat de contraventione Sta-
tutis, & Constitutionibus, ad hunc enim effe-
223 ctum requiritur, quod probetur, illum dolo,
& malo animo eisdem contravenisse, ad *Text.
in leg. filius famil. 15. versic. Judex ff. de Judic.,
ibique Angel. in Summ., Castrens. in leg. Ser-
vo invito §. Cum Prætor numer. 2. ff. ad Senat.
Consult. Trebell., Farinacc. consil. 64. num. 10.
lib. primo, Peguer. in prax. crimin. cap. 17. n. 5.,
Fontanell. decis. 359. num. 18., & decis. 498.
num. 14.*, hinc sequitur, Dominum Bronzoli
hoc nomine condemnari nequivisse, quia do-
224 lo carere dicitur; Imò verò culpâ etiam va-
cat, quæ tamen, tametsi lata esset, non suffi-
ceret, ut criminali pœnâ plecti posset, ex no-
tatis in *§. Imo verò sicuti*.

Reliquum modo est, ut agamus de postre-
ma delictorum specie, quorum accusatur
Bronzolus, videlicet quod ipse oppignorave-
rit plures res proprias, easque redemerit,
quodque consensum præstiterit Josepho Jorda-
no, similiter tum proprias, tum alienas res
oppignoranti; Verùm, quod attinet ad res
proprias, Dominus Bronzoli constanter id ipse 225
negat, nullaque, revoluto toto Processu cri-
minali, invenitur probatio, qua doceatur, ad
ipsum pervenisse pignora, quæ ab eo facta di-
cuntur; Quamobrem, cum Reus sit negati-
vus, & Fiscus nullo prorsus probationum ge-
nere intentionem suam fundaverit, procedere
nequivit ad condemnationem, sed illum ab-
solvisse debuit, ut concorditer tradunt *Fa-
rinac. consil. 37. num. primo, Guid. de Suzar.
de Iudit., & Tortur. num. 62., & sequent., Ba-
jard. ad Clar. quæst. 49. num. 7., Foller. in pra-
ctic. crimin. verb. recipiantur defensiones Reo-
rum num. 22., Guazzin. ad defens. Reorum de-
fens. 29. cap. primo, Thor. vot. 22. numer. 20.
part. 2., Raynald. vot. 19. n. 13., & Vot. 120.
numer. 24.*

Quod verò attinet ad consensum præstitum
Jordano, res suas oppignoranti, ut Dominus
Bronzoli in culpa esse dici posset, docere opor-
tuisset, in actu oppignorationis novisse, cujus
essent pignora, etenim concludenter non pro-
batâ istiusmodi scientiâ, quemadmodum in eo
cessare dicitur dolus quicumque, sic etiam ces- 226
sat delictum, ad *Text. in leg. eodem 11. §. Do-
minus Navis ff. de publican., & vectigal., Ber-
tazzol. consil. crimin. 449. num. 4., & sequent.
lib. 2., Felic. allegat. 2. per tot. part. prima, Cal-
vin. de æquitat. lib. primo cap. 41. num. 31., Af-
flict. decis. 190. num. 3.*; Neque verò scientia
ista probatur depositione, & dicto Jordani, quia
ob vitia, quibus tum ejus persona, tum dicta
laborant, esse nequit idoneus Testis, ex *latè
contra eum animadversis §. Jam verò tot.,
& seq.*

Ut etiam illa elici nullo pacto poterit ex eo,
quod Bronzoli præsens fuerit oppignorationi-
bus, à Jordano factis, tum quia, ut quis de
consensu præstito in delicto teneatur, non suf-
ficit consensus tacitus, sivè consecutivus, ex 227
sola præsentia desumptus, sed requiritur con-
sensus expressus, atque specificus videlicet,
quod scienter, & dolosè præsens fuerit deli-
cto, *Felin in cap. cùm vigesimum in princip. de
Offic. delegat., & in cap. sicut dignum de homi-
cid. column. 3. versic. est verum, & in cap. si quis
Episcopus de hæretic., Bald. in leg. quicumque
column. penult. versic. nota sexto cod. de serv. fu-
gitiv., Cephal. consil. 34. column. 6., Corn.
consil. 149. column. penult., & final. lib. primo,
Surd. consil. 150. in fin., & decis. 265. num. 19.,
Rota coram Mohedan. decis. 4. num. 5., & se-
quent. de probat., coram Puteo decis. 147. num. 2.
lib. primo*; Tum etiam quia, tametsi plenè
probaretur, Bronzoli consensum suum præsti-
tisse istiusmodi oppignorationibus, nihilomi-
nùs id non comprehenderetur sub Lege prohi- 228
bente rei propriæ oppignorationem, nam si, ut
dictum fuit in *§. Ex quibus resultat.*, Lex pœ-
nalis benignius semper interpretanda est, re-
jectâ quacumque extensione ad casus, in qui-
bus

bus

bus ejus finis non læditur, ut, omissis generalibus, in specie de simili Lege tradit Schenard. consil. primo num. 62., & sequent., nullâ justâ ratione sub Lege, sive Bannimentis, prohibentibus Officialibus Montis rerum suarum oppignorationem comprehendi poterit casus, in quo Officialis assensum præstiterit Socio, rem propriam oppignoranti, qui vel est mixtus, ideòque sub simili Lege non comprehensus, Farinacc. consil. 195. num. 29., Bonden. collect. legal. 15. nu. 56., & sequent. lib. 1., vel nonnisi per fictionem dici posset ille casus, de quo loquitur Statutum, ad quem proindè idem extendi non potest, licèt pro casu, in illo expresso,
129 haberetur, Eugen. consil. 68. num. 15., Giurb. consil. 6. num. 17., Tiraquell. in leg. si unquam in verb. revertatur num. 225. Cod. de revoc. donat., Azeved. in lib. 6. recopilat. leg 4. num. 14., & 15. tit. 20., Gabriel. var. conclus. tit. de regul. Jur. conclus. 2. num. 29., Farinacc. in fragment. part. prima verb. extensio num. 72., & sequent., Charrar. de exe cut. sentent. cap final num. 23. cum sequent., Raynald observat. criminal. tom. 1. cap. 4. §. Primo n. 68. fol. mihi 314., Afflict. decis. 22. num. 5., Dyn decis. 13. num. 62., verba namquè Statuti proprie accipienda, porrigi non debent ad casum fictum, & qui nonnisi per fictionem est talis, Gloss. in leg. 3. §. Hæc verba ff. de negot. gest., ibique Bartol. versic. nota benè, & in leg. omnes populi versic. contrarium dico ff. de just. & Jur., Jason. in leg. si is, qui prò Emptore num. 171. ff. de usucap., Redenasch. consil. 27. num. 5., Mascard. de general. statut. interpret. conclus. 5. num. 125., & conclus. 10 in numero primo, & num. 23., & 25., Tost. ad statut. Papiens. in prælud. num. 145., Bonden. collect. legal. 25. num. 52., & sequent., & collect. 31. n. 150. lib. 2., Rot. coràm Duran. decis. 36. num. 9., & sequent., & ad ornat. claræ memoriæ Cardinal. de Luc. de fideicomm. disc. 53. num. 5.; Id quod pluribus confirmari posset exemplis, & præsertim
130 illo Legis pœnalis loquentis de principali Delinquente, non extendendæ ad Consulentem, & Auxiliatorem, Farinacc. in prax. quæst. 131. numer. 51.

Et hæc eò fortiùs urgent, quia agitur de pignore, quod nec etiam nomine Jordani factum reperitur, ideòque Dominus Bronzoli, etiamsi inquirere teneretur in Consocium, faciliùs ignorare potuit, illum contravenisse Legi, atque etiam quia, cum ex similibus pignoratio-
131 nibus præjudicium nullum irrogatum fuerit Monti, cessare dicitur ratio finalis d. Legis, locum sibi vindicare minimè valentis in simili pignore, tametsi illud reverà de consensu Bronzoli factum doceretur, Schenard. dicto consil. primo num. 44., & num. 49., & sequent., quem ab omni delicti suspicione vindicaret bona ipsius fama, cujus probatione præsum-
132 ptionem delicti tolli, ait Bald. in leg. prima Cod. de locat., & conduct., & in leg. 2. Cod. de fals., leg. quoties §. Sed si non in corpore ff. de hæred instit., & leg. et quidem column. penult. Cod. qui accusar. non poss., Doctores in leg. properandum §. Sin autem alterutra Cod. de Judic., & in cap. finem litibus de dol., & contumac., Jason. in leg prima in fin. Cod. commun. de legat. & dictum fuit supra tanti enim bona fama Inquisiti valere dicitur, ut tollat indicia omnia contra ipsum militantia, Alciat. in leg. prima 133
§. penult. num. 50. ff. de verb. obligat., Grammat. consil. 33. num. 16., & Marsil. in prax. §. Diligenter num. 169., & consil. 109. num. 27., efficiatque etiam, quod conjungi nequeant imperfectæ probationes, quæ si nunquam sufficiunt ad 134
Reum condemnandum, Vermigliol. consil. 15. num. 6., Farinacc. consil. 40. nu. 27., consil 82. n. 2., Bonden. collect. legal. 36. n. 100. lib. 2., Raynald. observ. crimin. tom. 2. cap. 33. §. Primo ad 2. numer 113., & nu. 126. cum plurib. seqqent., Dyn. decis. 28. num. 29., multò minus admitti poterunt ad condemnandum eum, quem bona fama ab omni reatu liberat, & qui non solum se culpâ ullâ contaminare summoperè semper cavit, sed illas Consocii coarguere curavit, eundem deferendo iis, qui præerant Montis regimini, ut alibi notatum fuit.

Hæc igitur cum ità se habeant, & in dubium revocari minimè posse videatur injustitia contrariæ Sententiæ, superfluum videri potest in illius validitatem inquirere, licèt illa planè 135
corruat; nam Processus contra Dominum Bronzoli constructus, nullus, atque irritus est ex defectu Jurisdictionis, Gloss. final. in Clem. unic. d. sequ str. possess., & fruct., Angel. in leg. non erit §. Dato ff. Jurejur., Felin. in cap. ex part. il 2. fallent. 7. de Offic. deleg., Alexand. consil. 79. in fin. lib. 7., Vant. de nullit. ex defect. Jurisd. quæst. 4. num. 9., & sequent., qui in nostra hypothesi patens videtur, quia constructus reperitur à Nepote Actuarii absque ullà delegatione, quæ necessaria omninò fuisset, & quidem prævio Judicis Decreto, inserendo 136
ipsi Processui, ad Text. in cap. præterea de dilat., & in Auth. qui semel cod. quomod., & quand. Jud. Glos. in Canon. si Episcopus 3. quæst. 2., & in cap. cùm in Jure de offic. delegat., Altimar. de nullit. rubr. 9. de nullit. ex defect. Jurisdict. quæst. 4. num. 8., & sequent., Orilia in observ. ad campan. resol. 12. num. 4., & de veriori opinione testatur Raynald. observ. crim. tom. 3. cap. 32. §. 4., & 5. num. 47., & duob. sequent., & num. 53., cum sequent., & cap. 34. §. 9. num. 35. §. Sextò requiritur: præterea captus, & absolutus fuit absque ullo Accusatore, ideòque tametsi delictum esset pleuè probatum; nihilominus Inquisitus absolvendus es- 137
set, Judoch. in prax. crimin. cap. 8. num. 8., Scacc. de Judic. lib. primo cap. 78. num. 10., Boss. tract. var. tit. de accusat. num. 3., & tit. de denunc. num. 18., & sequent., Farinacc. consil. 86. num. 54., & quæst. prima num. 9., & sequent., & quæst. 9. nu. 4., Guazzin. ad defens. Reor. defens. 29. cap. 2. nu. 24., & sequent., Magon. decis. Lucen. 22. num. 2., & denique in ejusdem Processus nullitatem influit etiam locus; Testes namquè examinandi in loco, ubi 138
Jus redditur, ut inquit Peregrin. in prax. part. 2.

sect. 2. subsect. 7. num. 25., examinati fuerunt domi Actuarii,

ARGUMENTUM.

Appaltator Tabachi, & aquævitis privativum jus in Appaltus Capitulis sibi a Supremo Principe attributum eas species vendendi ritè exercet quoad Loca omnia, eidem juri subjecta, inhibendo etiam ne in iis Locis ab aliis tales species vendantur. Immunitas elargita Hominibus alicujus Loci a solutione onerum, collectarum, aliorumque gravaminum ab ejusmodi privativo jure non eximit. Gratiæ confirmatio quæ & qualia comprehendat, & quæ ad rem hanc perpendi valeant, docte hic atque accuratè disseritur.

DISSERTATIO III.

1 *Jus privativum concessum Appaltatori in institutione Appaltus, & in Capitulis motu proprio Summi Pontificis confirmatis, liberè ab ipso Appaltatore exerceri valet quoad Loca omnia in concessione comprehensa.*

2 *Nec prohiberi ille valet in exercitio ejusdem privativi Juris, in quo substantia ipsa Appaltus consistere dicitur.*

3 *Minus verò poterit quispiam aliis sibi usurpare idem jus vendendo res & species sub Appaltu comprehensas.*

4 *Appaltatori jus competit prohibendi, ne facultate sibi ipsi privativè concessa alius utatur.*

5 Villa S. Alberti *territoriali subest jurisdictioni Civitatis Ravennatensis.*

6 *Ex precibus pro exemptione porrectis Principi confessio resultat, atque probatio præexistentis obligationis.*

7 *Confirmatio exemptionis, non tanquam nativa, sed tanquam dativa, concessa scilicet ex speciali privilegio, præcedentem obligationem præsupponit.*

8 *Privilegium exemptionis, utpotè quid facti, extrinsecâ probatione indigere dicitur.*

9 *Et ubi idem privilegium adferatur, uti causa, & fundamentum Immunitatis, de eo liquidissimis probationibus docendum est*, & num. 10.

10 *Pro observantia Capitulorum Appaltus in dubio est respondendum.*

11 *Privilegia strictè interpretanda.*
Illorumque tenor attendendus tum quoad verba, tum & præsertim quoad mentem, ibid.

12 *Supplicationis Summariolum dumtaxat perlegi à Papa solet.*

13 *Bullaque, seu concessio ab eo interpretationem debet recipere*, & n. 18.

14 *Matrix, seu radix concessionis stat in supplicatione signata, quia etiam in Summariolo ipsius supplicationis signanda per Papam.*

15 *Gratia requirere dicitur Literas bullatas pro forma dumtaxat, & probationis usû.*

16 *Exemptione à Datiis, Gabellis, aliisque oneribus hujusmodi grave semper præjudicium irrogatur juribus, & Ærario Principis.*
In aliorum etiam injuriam, & detrimentum, eò quòd exemptio unius regulariter secumferat aggravationem alterius, ibid.

17 *Rescripti verba* = Fiat, ut petitur = *innuunt, Gratiam fuisse concessam ad Partis supplicationem, tametsi eidem adjecta reperiretur clausula* = Motu proprio =.

18 *Quidquid non continetur in Summariolo supplicationis Summo Pontifici porrectæ, nec in ejus Gratia comprehensum potest censeri.*

19 *Confirmationes extendi nunquam possunt ultra terminos actus confirmati*, & numer. 43.

20 *In Gratia concedenda id solùm voluisse Summus Pontifex censetur, quod Justitiæ, & æquitati esset consentaneum, si Gratiæ cognitionem, & examen Tribunali alicui priùs commisit.*

21 *Eàque proinde Gratia strictiùs interpretanda est.*

22 *Rescripta strictè interpretanda sunt, & in iis potissimè admittitur axioma illud tradens, quod inclusio unius sit exclusio alterius.*

23 *Dictio* = tantùm = *tanquam taxativa, excludit omne id, quod in Rescripto, & Gratia non continetur.*

24 *Confirmationis Gratia suâpte naturâ respicit præterita, & per eam Princeps innovare nil voluisse præsumitur.*

25 *Præsertim ubi res sit de extensione Gratiæ ad futura insolita, incogitata, & quæ regulariter sub quacumque, tametsi generali, concessione minimè comprehenduntur.*

26 *Clausula* = Quatenus sint in usu = *adjicit conditionem, & limitationem importat.*

27 *Clausula* = Quatenus sint in usu *adeò limitat confirmationem Privilegiorum, atque exemptionis, ut, rejectâ præsumptâ, requiratur positiva, & realis probatio talis usus.*

28 *Usus à Principe requisitus in concessione exemptionum facta cum clausula* = quatenus sint in usu = *respicere dicitur exemptiones antea concessas, & qua in statu reperiantur validitatis, atque observantiæ.*

29 *Appaltus Tabacchi, & Aquævitis propriè Gabellam non continet, sed quoddam regale jus, quod sibi Supremus Princeps reservat vendendi hujusmodi species, easque, justo statuto pretio, distribuendi ministerio*

sui

sui Appaltatoris, cui jus privativum cessisse, ac concessisse censetur.

Maximè id procedit in hujusmodi speciebus, utpotè humano usui minimè necessariis, & à quarum emptione facilè quis abstinere potest, n.30. & 31.

31 *Tabacchum, & vinum stillatitium non comprehenditur sub exemptione à Gabellis.*

32 *Gabellam, Datium, seu vectigal, super cocolatico, & Tabaccho impositum, & Clerici solvere tenentur; Ratio* ibid.

33 *Aquævitis usus perniciosus.*

34 *Exemptiones à Gabellis dantur ad evitandum damnum, at non etiam ad concedendum lucrum*, n.35. 36. & 37.

35 *Aliud est an Ecclesiæ alicui concedantur Decimæ, aliud an eximatur à Decimis.*

36 *Ex concessione immunitatis non infertur jurisdictionis, & imperii translatio.*

37 *Ex passiva inferiorum Prælatorum exemptione nequit urgui ad activam.*

38 *Gratia perfici dicitur parte dispositiva, seu concessiva.*

39 *Antiquæ Gratiæ confirmatio, ut novum aliquod, & ampliùs privilegium secum ferre dici valeat, requiruntur verba indicantia voluntatem illud concedendi.*

Requiritur ulteriùs, quod Concedens de eo cogitare, illudque in mente habere potuerit, n.41.

40 *Confirmatio antiquarum exemptionum onera tantùm respicit antiquitùs imposita, non autem extraordinaria alia onera ob publicum utilitatem, ex caussà de futuro subsidiariè imponenda.*

43 *Exemptiones à Gabellis regulariter restrictæ censentur ad species illas, quæ in proprio Exempti Territorio ab eo colliguntur, vel quas ipse aliundè ad vitæ substentationem sibi comparare cogitur.*

Nec sunt extendendæ ad alias species, quæ voluntariè, & præter necessarium usum aliis ex locis introducuntur, ibid.

44 *Innocentius XII. omnes, & quascumque revocavit exemptiones, ex quacumque caussa concessas.*

45 *Summus Pontifex potest generalibus revocationibus tollere privilegia quæcumque, ex quacumque caussa à suis Antecessoribus concessa.*

Et privilegia qualibet revocata, perindè sunt habenda, ac si numquam emanassent, ibid.

46 *Innocentii XII. Constitutio exemptionum revocatoria præservat illas, quæ ex* causa onerosa, *& ex aliis etiam* rationabilibus caussis *concessæ fuerint.*

47 *Ex alicujus caussæ reticentia in supplicatione argumentum sumitur, quod illa vera non fuerit.*

48 *Meliorem semper titulum quisque in precibus allegare præsumitur pro impetranda Gratia.*

49 *In supplicatione minùs rationabilem caussam voluisse exponi, omissâ potentiori, ac magis rationabili, præsumendum non est.*

50 *Non licet Subditis locum deserere propriæ originis, si indè remaneant agri deserti, ac Populo vacui.*

51 *Naturalis libertas permittit, singulos ex altera Ditione in alteram migrare.*

Publicæ tamen amicitiæ, ac pacis Leges violarentur, si magno essent numero, aut integrantem Civitatis partem facientes, ibidem.

52 *Aeris insalubritas adnumerari nequit onerosis, correspectivis, & rationabilibus caussis præservatis in Constitutione Innocentii XII., exemptionum revocatoria.*

53 *Adversus Constitutionem derogantem omnibus contrariis consuetudinibus etiam immemorabilibus, munitamque* Decreto irritante, *nullus contrarius usus allegari valet.*

CONFIRMANDA videtur Sententia bo:
me: R. P. D. Ghezzii, qua, præviis
duabus Resolutionibus à Supremo isto
Tribunali editis die 3. mensis Julii anni 1713.,
& die 14. mensis Martii anni 1714. dictum
fuit, constare de bono Jure Rev: Cameræ,
& D. Belloni ejus Appaltatoris pro libero exer-
citio privativi Juris, & facultatis vendendi in
Villa Sancti Alberti Tabacchum, & Vinum stil-
latitium, nempè *Acquavite*; illud enim, ve-
luti ex sua necessaria causa, promanat ab ori-
ginaria impositione Gabellæ super utraque ex
dictis speciebus, & primæva erectione Appal-
tus facta à fa: me: Alexandro VII., ut ex ejus
Chirographo, ad cujus normam inter Rev:
Cameram, & D. Bellonum stipulata fuerunt
Capitula dicti Appaltus, à Sanctissimo Domi-
no Nostro Motu proprio confirmata; Cum
enim tàm in dicto Chirographo Appaltato-
ribus pro tempore, quàm in dictis Capitulis
ipsi Domino Bellono moderno Appaltatori 1
concedatur istiusmodi Jus privativum respectu
Locorum omnium comprehensorum sub Ap-
paltu, hinc sequitur, quod in eisdem liberè
exercere queat Jus illud, quod in originaria
institutione Appaltus, atque in Capitulis, Mo-
tu proprio Sanctissimi Domini Nostri confir-
matis, ipsi attributum reperitur, ad tradita
apud *Gutierrez de Gabell. quæst.* 84. *numer.* 1.,
Gobb. consult. 18. *numer.* 14., *Saminiat. con-
trov.* 23. *num.* 11.; Quamobrem nedum à ne-
mine prohiberi poterit in exercitio Juris, in 2
quo consistere dicitur substantia ipsa Appal-
tus, ut de Appaltu Tabacchi tradit *clar. mem.
Card. de Luca de regal. disc.* 87. *num.* 1., & ge-
neraliter de aliis similibus Appaltibus *Soccin.
Sen. cons.* 156. *lib.* 2., *Galeot. resp. fiscal.* 100.
num. 39., *Card. de Luc. de Regal. disc.* 89. *nu.* 5.
disc. 105., *& disc.* 107. *utrobique n.* 5., *disc.* 112.
num. 2., *& disc.* 117. *num.* 17., *R. P. D. An-
sald. disc.* 97. *num.* 9.; Verùm multò minùs in- 3
tra Confinia, & Loca illi subjecta, quispiam

alius, nisi causam habeat à generali Appal-
tatore, Jus istud usurpare poterit, vendendo
res, & species, sub Appaltu comprehensas, *Sa-
bell. in prax. lit.T. §.Tabacco num.1.*, *Card. de
Luca de regul. disc.89. numer. 5.*, inquiens,
quod alioquin simile Jus privativum inutile
prorsus redderetur, proindèque Appaltatori
4 competit Jus prohibendi, nè facultate, quæ
ipsi privativè concessa est, alter in sui præ-
judicium utatur, *Venturin. cons. 20. numer. 74.
& 76.*, *Mascard. de probat. conclus. 123. n. 4.*,
*R. P. D. Petro ad Constitut. Apostolic. tom. 4.
ad Constit. 6. Joann. XXII. sub num.10. §. Ve-
rumtamen fol. mihi 53.*

In dubium autem venire nequit, quin in
Instrumento Appaltus generalis concessi D.Bel-
5 lono comprehendatur universa Provincia Æmi-
liæ, intra cujus fines sita est Villa S. Alberti,
& quidem cum subjectione territoriali Jurisdi-
ctioni Civitatis Ravennatensis: latè enim id
demonstratum fuit in postrema Causæ hujus
propositione facta die 18. mensis Martii anni
præteriti, & hodie evidens, & apertum red-
ditur ex reiteratis confessionibus ab Hominibus
ejusdem Villæ emissis in Supplicatione ab eis-
dem porrecta Sancto Pio V., ut in *hodierno
Sum.*, quæ, utpotè editæ in actu adeò solem-
6 ni, & proportionato, in quo nempè age-
batur de impetrando à Summo Pontifice spe-
ciali privilegio exemptionis à solutione one-
rum, collectarum, & aliorum quorumcum-
que gravaminum, quibus subjiciebantur ce-
teri Comitatenses Civitatis Ravennæ, procul
dubio probant subjectionem territorialem,
tum ob virtutem, quæ inest similibus confes-
sionibus, emissis in precibus Principi porrectis,
ad *Text. in leg. cum precum, Cod. de liberal.
caus.*, *Rot. coram Coputaquen. decis. 208. n.3.
part.2.*, *coram Bich. decis. 396. num. 10.*, *coram
Baratt. dec.183. num.2.*, ibique *Adden. n. 25.*,
ubi concordán., *coram Dunoz. Jun. dec. 100.
num.1. dec.618. num.6.*, *& dec.717.num.7.*, tum
etiam, quia petita confirmatio exemptionis,
7 non tamquam nativæ, sed tamquam dativæ,
concessæ videlicèt ex speciali privilegio, præce-
dentem obligationem, atque subjectionem
præsupponebat, *Thabor.axiom.Jur.lib.5.cap.37.
axiom.3.*

Quamobrem, positâ comprehensione Vil-
læ S. Alberti intra confinia Locorum, quæ su-
bjecta sunt Appaltui, dicendum proculdubiò
8 est, quod si eadem ex privilegio se exemptam
esse contendit, cum illud, utpotè quid facti,
extrinseca probatione indigere dicatur, *Thabor.
axiom. Jur. lib. 14. cap. 105. axiom. 17.*, liqui-
dissimis omninò probationibus docere de eo
debet; est enim fundamentum, sive causa
9 suæ immunitatis, & exemptionis, plenè id-
circò concludenterque probandum, ad *Text. in
cap. cum personæ 7. de privileg. in 6.*, *Bald. in
leg. Non tantum num. 20. de excusat. Tutor.*, *&
in leg.final. Cod. de re judicat.*, *Paris. cons. 95.
numer. 9. lib.4.*, *Silvan. cons. 88.nu.13.*, *Spad.
cons.62. num.5. lib. 1.*, *Mascard. de probat. con-
clus.1200.num.36.*, *Menoch. de præsumpt. lib.6.
præsum.14. n.15.*, *Barbos. axiom. 190. num.6.*,
Saminiat. controv. 23. num. 14., *R.P.D.Petra
in suis comment. ad Constitut. Apost. tom. 2. ad
Constit.10. Innocentii III. numer. 40. fol. 288.*,
Cabed. decis. Lusitan. 93. num.3. part.2., *Rot.
coram Pen. dec.480. num. 3.*, *coram Baratto de-
cis. 140. num.1.*, *coram Bichio dec. 67. num. 5.
& dec.2.num.6 post differt. Paulut. differt. 25.*;
Imò verò idem tale esse oportet, ut suâpte
naturâ, & inspecto illius tenore, pandatur,
ac manifesta fiat exemptio, nam si quoquo mo-
do dubium sit, & verba minimè conveniant as- 10
sertæ exemptioni, eâ rejectâ, pro observantia
dicti Motus proprii, atque Capitulorum Ap-
paltus respondendum erit, *Oldrad. cons.237.*,
*Alexand. cons.196. sub num.13.vers. Quia di-
cti lib.2.*, *Natta cons.160. num.13.*, *Bardellon.
cons.137. num.1.*, *Cravetta consil. 96. num.4.*,
Cyriac. controv.141. nu.10. controv. 469. nu.3.,
Surd. decis. 135. ante num. 6., *Gobb. consult.
dec.18. num.30.*, *Pegas ad ordin. Regn. Portu-
gall. lib.1. tit.66. §.42. Gloss.45. num.18.*, *Bon-
den. collect. leg. 14. num.88. vol. 2.*, *Rot. post
ipsum decis.19. num.19.*, *in Recent. decis. 271.* 11
numer. 6.part. 4. tom.1., ita enim edocemur re-
gulâ, quæ præcipit, privilegia, tamquam ri-
gidum exposcentia Interpretem, strictè esse
interpretanda, *capit. Porrò 7.*, *& cap. Petiistis
20. de privileg. leg.1. de Jur.immunit.*, *leg Va-
cantia 13. ff. de muner.*, *& honor.*, *leg. 3.ff. de
censib.*, proindèque illorum tenor attendendus
est tum quoad verbatum etiam, & multò ma-
gis quoad mentem, *Surd. cons.2. num. 31. &
seq.*, *Barbos. axiom. Jur. 190.numer. 7.*, *Tha-
bor. eodem tract.lib.14. capit.105.axiom.48.*

Hujus profectò generis non esse privilegium
exemptionis, quod Pars Adversa elicere cona-
tur ex quadam Bulla S. Pii V., facilè demon-
strari posse arbitror, si breviter reassumendo
ea, quæ luculentèr in Facto pro D. Appalta-
tore deducta fuerunt à D. Causæ Patrono,
animadvertere libeat, quod latente adhuc re- 12
gesto ipsius Bullæ, reperiri solummodò potuit
regestum matricis, Supplicationis nimirum,
cum suo Summariolo, ex quo ipsa Bulla desu-
mi debebat, ità quidem, ut cum dictum Sum-
mariolum dumtaxàt, veluti matrix, a Papa per-
legi soleat, antequam subscriptionem adponat,
Amayden. de styl. Datar. cap.32. num.7., *Ro-
sa de exequut. Literar. Apostolic. par.1. cap.1.
n.6. & seqq.*, *Paris. de resignat. Benefic. lib.8.
quæst.7. num.19. & seqq.*, *Corrad. in prax. di-
spensat. Apostol. lib.2. cap.1. num.20.*, & in
specie firmatur *in Voto* Congregationis Parti-
cularis, à Reverendissimo Marefusco Audito-
re Sanctissimi edito *in una Bononien. prætensi
Proxenetici die 9. mensis Januarii anni* 1714.
§. Ultrà quod, & dictum etiam fuit in eadem
Causa deindè commissa Sacræ Rotæ Auditorio,
ut ex *decisione diei 14. ejusdem mensis Januarii
sequentis anni, §. Suggestio autem coram R.P.D.
Cerra*, adeò Bullam, deindè extensam, matrici
concordare oportebat, ut si per errorem, aût
aliam

13 aliam quamcumque causam quidpiam in Literas Apostolicas postmodum expeditas irrepsisset, non hæ, sed matrix, supplicatio nempè attendenda esset, *Felin. in cap. Quoniam contra num.7. de probation.*, *Rebuff. in prax. de reformat. & correct. Bull. num.2.*, *Card. de Luca de Pension. disc.71. num.8.*, *Rota coram Coputaquen. decis.75. n.2. & 6. par.1. coram Cavaler. decis.255. num.8.*, *coram R. P. D. Ansaldo decis.83. num.11. & seqq.* inquiens = *Et ob id quotiescumque peragitur de exquirenda Pontificis intentione inductiva, vel exclusiva subreptionis, vel obreptionis; non jàm recurritur ad nudam literam transcriptam per Officiales, sed*
14 *ad matricem, seù radicem concessionis, quæ stat in Supplicatione signata, quin etiam in Summariolo ejusdem Supplicationis signandæ per Papam* = *in Compostellana Parochialis 25. Junii 1690. §. penult. coram Reverendissimo d'Herwault, in Melevitana Pensionis 23. Januarii 1699. §. Sed alia ratio cum duobus seqq. coram Eminentissimo Domino Cardinali de la Tremoille, & 25. Aprilis 1701. §. Secundum obiectum coram Reverendiss. Molines*, cum aliis relatis *in Gerunden. Canonicatus 25. Junii 1714. §. Nec obstare cum seqq., & §. Diversimodè cor. R. P. D. Lancetta*.

Quippè Gratia ex tali matrice, sivè Summariolo, veluti ex sua radice promanans, require-
15 re dicitur Literas bullatas pro forma dumtaxat, & usu probationis, illam in Supplicatione jàm concessam supponentis, ut apud *R. P. D. Petram in suis Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.1. §.4. probemial. ex num.100. fol.34.*, & latiùs à præfato D. Causæ Patrono, qui exhibitam ex adversò Bullam redigendo ad regulas in praxi servari solitas, benè ad rem nostram observat, in prima parte Schedulæ ab Hominibus Sancti Alberti Sancto Pontifici Pio V. porrectæ in forma signandi Motu proprio, contineri substantiam Gratiæ, ab illis petitæ, quæ nedùm consistebat in confirmatione exemptionum, quibus ipsi gaudere dicebantur, referendo earum originem, & qualitatem, atque confirmationes tum à Cardinalibus Legatis, tum à Paulo III. concessas adversus Civitatem Ravennatensem, illas imminuere contendentem, eo tamen in eisdem confirmationibus adhibito moderamine *quatenùs essent in usu*; Verum præterea in eorum petitione continebatur illud longè amplius privilegium, extensio videlicèt talis exemptionis ad omnia, & quæcumque Datia, Gabellas, ceteraque onera, sivè communitativa, sivè cameralia, subsidii etiam triennalis, & Portus Anconæ, tùm imposita, tùm in futurum ex causa etiam cujusvis extremæ necessitatis à Sede Apostolica imponenda.

Agnoscens autem Summus Pontifex, istiusmodi exemptionum, & Imm[illegible] um conces-
16 sione, grave semper præ[illegible] ribus, & Ærario Princi[illegible] *resp.21. num.7. &* [illegible] vergere etiam in[illegible] mentum, eo c[illegible] tèr secumferat aggravationem alterius, *Thabor. axiom. Jur. lib.5. cap.37. axiom.3.*, maturiori consilio rem tractandam esse censuit; quamobrem, suspensa signaturâ Supplicationis, in illius calce rescripsit = *videatur in Camera* =, ad cujus Rescripti normam, re diligentèr in illo Supremo Tribunali examinata, idem Voto suo ità consuluit = *Videtur concedenda de confirmatione tantùm, & quatenùs sint in usu* = Cameræ Voto Summus Pontifex confirmavit Gratiam exemptionis à præfatis Hominibus Villæ Sancti Alberti petitam, nàm io dicto Summariolo, ab Officialibus exarato, in calce Supplicationis, à Papa signandæ, juxtà dictum Votum, superaddita fuit præfata Clausula = *de confirmatione tantùm, & quatenùs sint in usu* =, illamque Summus Pontifex signavit, non *Motu proprio*, sed aliâ diversâ formâ, videlicèt = *Fiat ut petitur* =; qui subscribendi modus innuit, Gratiam concessam fuisse ad Par- 17
tis supplicationem, tametsi eidem adjecta reperiretur clausula *Motu proprio*, juxtà ea, quæ tradunt *Rosa de execut. Literar. Apostolicar. cap.1. num. final.*, *Lotter. de re benefic. part.3. cap.1. n.52.*, *Card. de Luc. de Regulib. disc.185. num.2.*; ex hoc autem compertum fit, quod sive intueamur substantiam ipsam Gratiæ, sive consideremus modum, & formam, quam in ea concedenda Summus Pontifex servavit; sive denique perpendamus naturam, & quidditatem exemptionis, in Supplicatione contentæ, hæc nullo pacto extendi possit ad inducendam exclusionem Juris privativi Appaltus Tabacchi, & Aquævitis, cui Villa S. Alberti obnoxia est.

Porrò si spectemus substantiam Gratiæ, ut mox dictum est, ea tota continebatur in Summariolo, quod solummodò legitur à Papa, & perficiebatur Pontificia subscriptione, eidem appolita, ità quidem ut ab illo, veluti à Matrice, tota Gratia regulari deberet, juxtà deducta *in §. Hujus profectò generis*, quamobrem si in dicto Summariolo supplicationis continebatur simplex, & mera confirmatio antiquæ exemptionis Villæ, & Hominibus Sancti Alberti competentis, Gratia ex mente Pontificis re- 18
stringenda omninò est ad ea dumtaxàt, quæ ipsi innotuerunt ex dicto Summariolo ab ipso perlecto, cetera enim, quæ in illo non continebantur, & quæ præter comprehensa in actu confirmato, aliquid de novo tribuebant, ex defectu voluntatis, & intentionis Concedentis, in Gratia comprehensa censeri nequibant, ut ex *Textu in leg. Decurionibus Cod. de silentiar. lib.11.*, tradunt *Felin. in cap. Nonnulli num.23. de Rescript.*, *Roderic. Suarez alleg.28. num.9.*, *Castill. quotidian. controv. Jur. lib.6. cap.36. num.8. & seqq.*, *Noguerol. alleg.39. ex num. 26.*, *Rota coram Seraphino decis. 1291. num.4. & 5.*, *in Recent. decis.302. num.23. & seqq. par.17.*, *decis.437. n.12. & 13. par.18.*, *in Tarraconen. Prioratus 2. Junii 1710. §. Quo- coram Eminentissimo D. Card. Priolo*, *in [illegible] ma permutationis Commendarum 15. Ju-*

Junii 1711. §. Et in omnem coram R. P. D.
Crispo, & in Forosempronien. Legatorum su-
per reintegratione 27. Junii 1712. §. Siqui-
dem 8. coram R. P. D. Aldrovando, & in di-
cto Voto in Bononien. prætensi Pronenetici lo-
cis superiùs allegatis, & §. Tum etiam quia, &
in decisione subindè edita sub dicto §. Suggestio
autem; Idque conforme est certissimæ illi Ju-
19 ris nostræ regulæ, qua edocemur, confirma-
tiones extendi nunquam posse ultrà termioos
actus confirmati, ut generalitèr apud Camill.
Medic. consil.47. num.11., Prat. discept. forens.
cap.50. n.15. & seqq. lib.1., Palma allegat.104.
num.19., allegat.107. num.16., allegat.257.
num.15. & seqq., Rota in Recent. decis.58. n.9.
par.6., decis.229. n.15. port.14., coram Card.
Celso decis.258. num.15., coram R. P. D. An-
saldo decis.61. num.7., in Firmana Annuæ præ-
stationis super emolumento Salis 14. Junii 1709.
§. Summo quidem coram Reverendiss. Aldro-
vando, & in nostris terminis, confirmationis
nempe exemptionum, atque immunitatum
tradiderunt Altograd. Senior. cons.71. num.26.
lib.2., Rota divers. decis.55. num.10. & seqq.
par.1., coram Royas decis.211. num.5. & seqq.,
& in Mantiss. ad ornat. Card. de Luca de Juris-
dict. decis.8. num.12.

At verò si substantia Gratiæ consistens in
mera confirmatione exemptionis, atque immu-
nitatis, ex speciali privilegio jam competen-
tis Hominibus Villæ S. Alberti, nullam prorsùs
admittit extensionem ad ea, quæ sub natura
primævæ, & originariæ concessionis minimè
comprehendebantur, quantò potiori Jure istius-
modi extensio rejicienda erit in concreto casus
nostri, in quo illi expressè resistit modus, &
forma, quo Sanctus Pontifex ad confirmatio-
nem dictæ exemptionis devenit. Ille enim in-
consultò annuere nolens precibus Hominum
Villæ Sancti Alberti, petentium tum antiquæ
exemptionis confirmationem, tùm etiam ejus-
20 dem ampliationem, & quidem prorsus exor-
bitantem, petitæ Gratiæ cognitionem, atque
examen delegavit plenæ Cameræ: hæc autèm
ratio agendi, quâ, pro concedenda Gratia,
alioquin à mera ipsius voluntate pendente, ex-
quisivit Votum Supremi Tribunalis præpositi
Rev. Cameræ Juribus cognoscendis, tuendis-
que, manifestè ostendit, Summum Pontifi-
cem noluisse ullam impartiri Gratiam, ex prin-
cipali liberalitate proficiscentem, sed illam re-
digendo ad Juris regulas, concedere voluisse
id dumtaxat, quod Justitiæ, & æquitatis ratio
indulgendum esse suaderet, Gravett. consil.103.
num.14., Cephal. cons.468. num.110., Palm.
Nep. allegat.104. num.48., Rot. in Recent. de-
cis.400. num.34. part.9., decis.165. num.16.
port.16., coram bo: me: Emerix Jun. decis.1042.
num.6. & seqq., & decis.1179. num.10., Rota
Jannen. apud Balducc. in collect. decis. ac rer.
judic. de legat., & fideicom. decis.21. num.47.,
& in Romana prætensarum Societatum Officio-
rum 1. Julii 1712. §. Fortiùs verò cor. R. P. D.
Ansaldo. Talis itaque Gratia, & confirmatio
edita, audito priùs Voto plenæ Cameræ, eo
solo nomine strictiùs interpretanda videretur, 21
quod eadem concessa fuerit post relationem
eorum, quibus illius examen a Supremo Prin-
cipe demandatum fuerat, Caball. cons. 137.
num.15. lib.2., quem refert Altograd. dicto
cons.71. num.37. & seqq. lib.2., ubi postquàm
firmavit, Rescripta esse stricti Juris, & in iis
nihil ultrà, præter expressa, contineri, rem
ità prosequitur = Et maxime quando Rescriptum
emanavit post præcedentem petitorum commissam
revisionem, & relationem eorum, quibus revisio
à Principe demandata fuerit, ut hic = Rota co-
ram bon: mem: Emerix Jun. dicta decis.1042.
num.6., & conferunt deducta per eandem Ro-
tam in Romana prætensæ reintegrationis 6. Ju-
nii 1712. §. Successivè paritèr 7. coram R.P.D.
Ansaldo.

Certius autèm strictior ista interpretatio lo-
cum sibi viodicabit in casu nostro, quia Su-
premum Tribunal, ad quod revisio petitæ
Gratiæ remissa fuerat, agnoscens, illam duo
continere, confirmationem videlicèt antiquæ
exemptionis, quæ ex speciali concessione
Hominibus Villæ Sancti Alberti jam quæsi-
ta supponebatur, & prætereà novam, atque
immoderatam illius extensionem ad immu-
nitatem, atque exemptionem à quibuscum-
que, & ex quacumque causa, etiam extre-
mæ necessitatis Sedis Apostolicæ, imponen-
dis oneribus, vectigalibus, atque gabellis,
re maturè examinata, respondit = Videtur
concedenda de confirmatione tantùm =, & ut
dictum est in §. Agnoscens autem, cùm istius-
modi clausula restrictiva signata quoque fuit
Supplicatio; Quamobrem si axioma illud 22
tradens, quod inclusio unius sit exclusio al-
terius, recipiendum certè videtur in subjecta
materia strictè interpretanda, Ruin. consilia
112. numer. 3. lib. 5., Barbos. axiom. Jur.
axiom.120. num.6., Thabor. eodem tract. lib.9.
cap.44. axiom.2. vers. Amplia secundò, quonam
pacto substineri poterit, quod si Summus Pon-
tifex supplicantibus, atque petentibus dupli-
cem Gratiam, unicam concessit, nempè confir-
mationem antiquæ exemptionis, & quidem
cum dictione = tantùm, = ibi = Et de confir- 23
matione tantùm =, quæ tamquàm taxativa, ex-
cludit omne id, quod in subjecto confirmato,
sive in Rescripto, & Gratia non continetur, ad
Text. in leg. qui aliena §. Libertos ff. de neg.
gest, Surd. decis.231. num.18. & seqq., Rot. in
Recent. decis.253. num.9. par.14., decis.624.
num.16. par.19., coram R. P. D. Ansaldo de-
cis.57. num.8., in Monopolitana Præeminentia-
rum 14. Martii 1712. §. Cùm enim coram Emi-
nentissimo D. Card. Priolo, in Forosempronien.
Legatorum super fideicommisso Tyberii 1. Julii
1712. §. Absque eo quod coram R.P.D. Aldro-
vando, & in altera Forosempronien. Legatorum
super fideicommissis Ludovici, & Antonii 22.
Januarii 1714. §. Manifestiùs coram R. P. D.
Ansaldo, quonam, inquam, colore eadem ex-
tendi poterit ad concessionem Immunitatis, &
exem-

24 exemptionis à quibuſcumque aliis oneribus in
futurum imponendis, novam, & ampliorem
Gratiam ſecumferentem? Princeps enim Gra-
tiam concedens per viam meræ confirmationis,
ſuàpte naturâ reſpicientis præterita dumtaxàt,
nihil innovare voluiſſe præſumitur, ad *Text. in
leg. Si ità ſcripſero ff. de condit., & demonſtrat.*
& præter auctoritates ſupra allegatas tradit
*Thabor. axiom. Jur. lib.3. cap.63. axiom.2. &
ſeqq., Scacc. de appellat. quæſt.7. num.14., Ro-
ta coram Bichio deciſ.521. num.8. & ſeqq., co-
ram Burat. deciſ.170. num.15., coram ſan: me:
Gregor. XV. deciſ.501. num.1., coram bon: me-
mor: Emerix Jun. deciſ.890. num.18., & de-
ciſ.950. num.6.*, præſertim verò, cum agitur
de extenſione Gratiæ ad futura inſolita, inco-
25 gnita, & quæ regularitèr ſub quacumque, ta-
metſi generali, conceſſione minimè compre-
henduntur, *Abb. in cap. Super ſpeciali ſub n.5.
nè Cleric., vel Monac., Butr. conſ.19. num.9.
& ſeqq., Curt. Jun. conſ.191. num.14. lib.3.,
Spad. conſ.150. num. 16. lib. 1., & conſ.142.
num.1. & ſeqq., & num.11. lib.2., Tuſch. pra-
ctic. concluſ. lit.P. concl.736. num.4., Card. de
Luca de Regal. diſc.41. ſub num.9. verſ. undè
cùm Privilegium Nicolai, Palm. Nep. alle-
gat.104. num.48., & allegat.107. num.21. &
ſeqq., Rot. diverſ. deciſ.55. num.7. & ſequen.
par.2., in Recent. deciſ.237. num.5. par.7., co-
ram Coccin. deciſ.598. num.3, coram Beninca-
ſa deciſ.157. num.8.*, cum aliis *in Romana præ-
tenſa reintegrationis 6. Junii 1712. §. Et ſe-
cundo 29. coram R.P.D. Anſaldo*.

Quorum denique comprehenſio exclude-
batur non ſolùm ex mox relata clauſula =, *&
26 de confirmatione tantùm* = verùm etiam illa
alia = *& quatenus ſint in uſu* =, quæ tan-
quam adijciens conditionem, & importans li-
mitationem, *Bartol. in leg. 1. numer. 20. ff.
de condit., & demonſtrat., Dec. conſ.345. n.2.,
Barboſ. de clauſ. uſufreq. clauſ.124. num. 1.,
Theodor. Rub. ſingular. Rotæ Romanæ tom. 2.
part.2. clauſ.612. num. 1., Tamburin. de Jur.
Abbat. tom. 1 diſput. 18. quæſt. 1. numer. 3.,
Ciracch. diſceptat. 53. numer. 3., Rocc. diſput.
Jur. ſelect. capit.185. num. 9., Rot. coram Ca-
putaquen. dec.345. nu.2. part.3., coram Coccin.
dec.448. num. 11., coram Merlin deciſ.740. n.9.*
adeò reſtringit, & limitat confirmationem
27 Privilegiorum, atque exemptionis, ut rejectâ
præſumptâ, requiratur poſitiva, & realis pro-
batio talis uſus, *Barboſ. de clauſ.124. num. 1.
in fine, Rub. eadem pariter mox relata clauſ.612.
num. 2.*, & priùs *ſingular. Rotæ Roman. par.1.
ad deciſion. Lancellott.55. in fine fol.341. lib. 1.,
Bonden. collect. legal. 35. num.61. tom. 2., Ci-
racch. diſcept. 54. num. 28. & 29., Poſth. re-
ſol.68. num. 24. & 120., Conſtantin. ad Stat.
Urb. in prælud. numer. 104., Gratian. dec.
Marcb. 14. numer. 14. & per tot.*, ibidemque
*Scappa à num. 17., Rota coram Seraphin. de-
ciſ. 1004. num. 9. inter diverſ. dec.56. num.5.,
& dec.780. num.10. part.1., & in Rec. dec.22.
28 nu.7. part.9.* Uſus namque à Principe requiſitus
reſpicere dicebatur exemptionem antea con-
ceſſam, & quæ in ſtatu validitatis, atque ob-
ſervantiæ reperiretur, *Rot. coram Pen. dec.305.
num.4., coram Card. Molin. dec.442. nu. 1.
poſt Merlin. de legit. dec.198. num.14.*

Quamquam verò tum ſubſtantia Gratiæ,
tum modus eam concedendi præſeferentes
confirmationem exemptionis jam aliàs com-
petentis, uſu, atque obſervantiâ confirmatæ,
manifeſte excludant quidquid ſub exemptione
confirmata non comprehendebatur, & uſu,
ac obſervantia receptum non erat, nihilomi-
nùs clariùs id demonſtrat natura, & quiddi-
tas exemptionis, ex adverſo allegatæ, quæ, ta-
metſi ſubſiſteret, Homines Villæ S. Alberti
eximere non poſſet à ſubjectione Juri priva- 29
tivo, quod vigore Motus proprii ſanctæ me-
moriæ Alexandri VII. introductum fuit in ere-
ctione Appaltus Tabacchi, & Aquævitis, eò quod
idem revera nullam propriè importet Datii,
ſeu Gabellæ impoſitionem ſuper dictis ſpe-
ciebus, ſed Supremus Princeps, tanquam Re-
galia, illas ſibi reſervaſſe dicatur, ſtatuendo
eiſdem juſtum pretium, quo Subditis diſtri-
buantur, cujus proindè ſolutio cujuſvis exem-
ptionis colore negari nequit ab ementibus di-
ctas ſpecies, Regaliæ Jure pertinentes ad ipſum
Principem, illas diſtribuentem miniſterio ſui
Appaltatoris, cui ceſſiſſe, ac conceſſiſſe cenſe-
tur Jus privativum, ut benè docuerunt *Bur-
ſatt. conſil.42. num.9. lib.1., Graſſ. de effect. Cle-
ric. effect. 3. num. 261.*, ibi = *limitatur decimo
ubicumque Gabella eſſet impoſita ſuper re Prin-
cipis, ut ſuper Sale, vel Piſcibus, qui ca-
piuntur in loco Principis, quia talem Gabel-
lam Clerici ſolvere tenentur, ex quo hæc talis
non eſt propriè Gabella, ſed potiùs limitatio,
ſeu taxatio pretii rei Principis*, præſertim verò
cum agitur de ſpeciebus humano uſui minimè
neceſſariis, à quarum uſu, & emptione fa-
cile quiſque abſtinere poteſt, ut bene illas 30
diſtinguendo ab aliis ſpeciebus, ad neceſſariam
vitæ ſuſtentationem pertinentibus, egregiè mo-
re ſuo docuit *clar. mem. Card. de Luca de regal.
diſc.46. ſub num.11.*, ubi agens de Appaltu
Nivis ita loquitur ſub *§. Pro hujuſmodi onere =
hinc ſecutum eſt Principem, vel Civitatem no-
tabile emolumentum ex iſto Appaltu reportare,
non indè tamen inferri poteſt, ementes Nivem
à dicto Appaltatore aliquod vectigal ſubire,
quia revera id, quod ſolvitur, eſt pretium ma-
teriæ, humano uſui non neceſſariæ, ut ſunt Panis,
Vinum, Caro, Sal, & ſimilia, quo caſu mono-
polium, ſeu Jus privativum contineret Vecti-
gal conſiſtens in eo majori pretio accidentali,
quod ultra conſuetum intrinſecum, & connatu-
rale pretium ita augetur, & diſc. 61. num.10.*
Porrò Tabacchum, & Vinum ſtillatitium tam-
quam res humano uſui non neceſſarias, non 31
comprehendi ſub exemptione à Gabellis, benè
de primo poſt *Fermoſin. in cap. Eccleſiæ S. Ma-
riæ quæſt.16. num.10. 23. 37. & 51. de Conſtit.,
Solorzan. politic. lib.2. cap.10. verſ. per que tam-
bien., & verſic. pro conſiderando fol.118. & ſeq.*,
quos

quos refert, & sequitur *Cortiad. decis.219.nu-*
32 *mer.31.*, qui loquens in fortiori casu, Clerico-
rum nempè, non dativo, aut privilegiario
titulo, sed nativo Jure exemptorum à Gabel-
larum solutione, quærit = *An Clerici teneau-
tur solvere Gabellam, Datium, seu Vectigal
super Coccolatico, & Tabaccho impositum?* con-
cludit autem his verbis = *respondeo, quod sic
quia Coccolaticum, & Tabacchum non est de il-
lis rebus multùm necessariis vitæ humanæ, &
quarum emptione Clerici possunt se subtra-
here, & abstinere*, & de utroque *R.P.D.Zaul.*
33 *in observ. ad Statut. Favent. lib.6. rub. 7. nu-
mer.25. tom.2.*; hæc autem ratio fortiùs urget
respectu Aquævitis, quæ non solùm necessaria
non est, sed potius perniciosa dicitur à *Zacchia
quæst. Medic. legol. lib. 3. tit. 3. quæst. 4. n.12.*,
ubi enumerat mala, quæ ab illius usu profici-
scuntur.

Verùm enim verò, si ex eo, quod Jus pri-
vativum concessum Appaltatori Tabacchi non
contineat Gabellam, sed Jus quoddam regale
competens Supremo Principi vendendi certam
speciem, sequitur, quod Villa S. Alberti,
prætextu cujusvis exemptionis, ipsi concessæ,
se subtrahere nequeat istiusmodi Juri, si cer-
tius id procedit respectu specierum, huma-
no usui minimè necessariarum, quid dicendum
erit in casu nostro, in quo illa prætextu assertæ
exemptionis, non solum se eximere conatur
ab onere, quod ipsi imponi dicitur ex Jure
privativo competente Appaltatori, sed, quod
graviùs est, retinendo Tabernas, in quibus
venditur Tabacchum, & Aquavitis, usurpat,
sibique arrogat Jus illud cum maximo Appal-
tatoris generalis, cui illud privativè competit,
detrimento, vendendo nimirum nedum In-
colis Villæ; sed finitimis Gentibus dictas spe-
cies, quod sanè ferendum non est, ipsique
concessum dici nequit vigore illius, quam sibi
attribuit, exemptionis, quæ datur quidem ut
Exemptus liberetur ab oneribus, non autem,
ut aliquid extrinsecùs lucretur; quamobrem
34 exemptiones pertinere censentur ad evitandum
damnum, at non etiam ac concedendum lu-
crum, ut benè docuit *Spad. consil. 206. num.8.
lib.3.*, id ex doctrina *Jo: Audreæ* probans exem-
plo Decimarum, quarum respectu dicitur aliud
esse, an alicui Ecclesiæ concedantur Decimæ,
an verò eximatur à Decimis, ibi = *quia pro re-
sponsione animadvertendum est, quod hujusmodi
exemptiones dantur Personis benemeritis, ut exi-
mantur ab oneribus, non autem ut aliquid ex-
trinsecus lucrentur, & sic istæ exemptiones po-
tiùs pertinent ad evitandum damnum emergens,
quàm ad concedendum lucrum, ut patet ex eo-
rum lectura, & probatur ex traditis per Joan:*
35 *Audr. in cap.dudum nu.5.de privileg.*, *ubi dicit,
esse differentiam, an alicui Ecclesiæ concedan-
tur Decimæ, an verò eximatur à Decimis, quia
quando eximitur, non potest ab aliis Decimas
exigere, sed tantùm ipsa liberatur ab onere sol-
vendi Decimas, secùs autem est, quando ipsæ
Decimæ conceduntur* = id quod confirmatur alio
exemplo, Jurisdictionis nempè, quæ non in- 36
fertur ex concessione Immunitatum, *Altograd.
consil.71. num.27.*, ibi = *Nec enim ex concessio-
ne Immunitatum, & Franchitiarum potest in-
ferri ad translationem Jurisdictionis, & Impe-
rii* = quibus affine est illud aliud desumptum
ab exemptione passiva, ex qua nunquam argui
valet ad activam, juxta familiaria exempla
Exemptorum, Prælatorum nempè inferiorum,
qui ex eo quod privilegio, vel præscriptione 37
acquisiverint passivam exemptionem, nullum
arrogare possunt exercitium activæ exemptio-
nis, sive Jurisdictionis, ut distinguendo, latè
monet *Rota in Nullius, seu Fulden. Jurisdi-
ctionis 16. Februarii 1703. §. Sed solùm coram
Rũo Molines, & in Constantien. Jurisdictio-
nis super bono Jure 13. Aprilis 1713. §. Proin-
dèque coram Emõ D. Cardinali Scotto, in Leo-
dien. Jurisdictionis super bono Jure 23. Ju-
nii 1713. §. Quibus jactis coram eodem*, confir-
mata de anno 1714. *coram R.P.D. Cerro*; Ta-
metsi igitur Jus privativum competens Appal-
tatori Generali Tabacchi, & Aquævitis impor-
taret non meram taxationem pretii, quo spe-
cies istæ vendi debent, sed secumferret veram
novæ Gabellæ impositionem, nihilominùs Ho-
mines Villæ S. Alberti exemptione suà juvari
quidem possent, ut præservarentur à damno,
non autem ut illius colore in præjudicium Ju-
ris privativi, quod tamquam quid regale,
Supremus Princeps exerceri voluit a suo Ap-
paltatore Generali, retinerent Tabernas, in
quibus publicè, & impunè Tabacchum, &
Aquamvitis vendere possent, ita enim non so-
lùm obtinere dicerentur exemptionem passi-
vam, sed etiam Jura regalia usurpare, & exer-
cere Jus activum exigendi ab aliis ea vectiga-
lia, & onera publica, quæ Principi debentur,
quod sane adversaretur naturæ exemptionis,
& menti Principis illam concedentis, ut in
fortioribus terminis contra Ecclesiasticos egre-
giè more suo ratiocinatur *clar. mem. Card. de
Luca de regal. disc.52. num. 14., disc.54. nu. 2.
disc.58. num.7. in annot. ad disc. 61. juxta Ve-
net. impress., & in Miscell. discurs.6. num. 10.
& sequent.*

Quæ cum ita sint, & ut proposuimus *§.
Agnoscens autem in fin.*, inspectà tum substan-
tia Gratiæ, tum modo, & forma illam con-
cedendi, tum denique natura, & quidditate
exemptionis, plenè demonstratum fuerit, Ho-
mines Villæ Sancti Alberti colore nullo se
eximere posse à subjectione Juri privativo, vi-
gore Capitulorum Appaltus concesso D. Bello-
no, superfluum videri posset altiori indagine
assumere examen Literarum Apostolicarum
deindè expeditarum pro forma dumtaxat, &
usu probationis Gratiæ, restringendæ, & veluti
ad suam matricem, referendæ ad Supplicatio-
nem, imò ad ejus summarium, quod solùm
à Papa legitur; Verùmtamen si spectandum sit
illud corrosum, & pluribus in partibus vitia-
tum Bullæ documentum, quod ex adverso
exhibetur, tantùm abest, quod secumferre
possit

possit exorbitantem illam antiquæ exemptionis ampliationem, atque extensionem ad onera omnia, & quascumque Gabellas, ex causa etiam cujusvis extremæ necessitatis à Sede Apostolica imponendas, ut ex toto ejusdem contextu Sancti Pontificis Pii V. Gratia ad terminos d. Summarii Supplicationis restricta expressè reperiatur.

Licèt enim, ut legebatur etiam in ipsa originali Supplicatione, pars narrativa Bullæ exponens preces Hominum Villæ S. Alberti,
38 præter confirmationem antiquæ exemptionis,
contineat petitionem illius ampliationis; attamen pars dispositiva, sive concessiva, quà perfici dicitur Gratia, *Abb. in capit. inter dilectos numer. 4. vers. nota bonam limitationem de Fid. Instrum.*, *Angel. cons. 36. num. 3.*, *Gratian. discept. 530. num. 27.*, *& discept. 734. numer. 31.*, *Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 533. num. 8.*, *in Recent. decis. 126. num. 9. part. 13.*, optimè *decis. 49. num. 9.*, *& seqq. part. 15.*, *& decis. 14. num. 11. & 12. part. 16.*, expressè restricta legitur ad simplicem confirmationem antiquæ exemptionis, non quidem absolutam, sed, ut dictum est, obnoxiam conditioni illi = *quatenùs essent in usu* =, ut perspici potest ex litera ejusdem Bullæ, quæ, tametsi vel injuriâ temporis, vel alio casu corrosa appareat in parte, & quidem substantiali, satis tamen demonstrat, quæ Summi Pontificis mens, & quæ, qualisque fuerit substantia Gratiæ, expressa verbis illis = *Vestris supplicationibus nobis prò vestra parte desuper porrectis inclinati, præmissa omnia, & singula Auctoritate Apostolica tenore præsentium Literarum quatenus . . . . sint in usu confirmamus* = Si igitur, ut ostendimus §. *Agnoscens autem*, in matrice Gratiæ, Summariolo nempè Supplicationis, continebatur simplex confirmatio, ibi = *de confirmatione tantùm*, *& quatenùs sint in usu* =; & in parte dispositiva Bullæ, quæ hodie extat, & perlegi potest, apertè innuitur, Summum Pontificem, nonnisi meram confirmationem, pendentem pariter ab eadem conditione = *quatenùs essent in usu* = impartiri voluisse, frustra Homi-
39 nes S. Alberti, sub obtentu d. Bullæ, sibi arrogant novæ exemptionis concessionem, sive antiquæ extensionem; Enim verò si Summus Pontifex novam Gratiam concedere voluisset, post antiquæ confirmationem superaddidisset verba, quibus novum aliquod, & ampliùs privilegium concessisset, ut tradiderunt *Barbos. in cap. cum dilecta ex num. 12. de confirmat. util. vel inutil.*, *Fagnan. in cap. Si quis eodem tit.*, *Amayden. de Styl. Datar. cap. 15. num. 38. & seqq.*, *Nicol. Losæus de Jur. Universit. par. 3. cap. 10. num. 21.*, *Palm. Nep. allegat. 256. n. 14. & 15.*, *& allegat. 257. num. 18. & 19. tom. 3.*, *Card. de Luca de præemin. disc. 40. num. 7.*, *de regal. disc. 172. num. 10.*, *& disc. 198. numer. 2.*, *Rota coram Seraphino decis. 1432. num. 4.*, *in Recentior. decis. 157. n. 5. & seqq.*, *& dec. 309. num. 14. & seqq. part. 6.*, *coram Buratto dec. 93. num. 6.*, *coram Arguell decis. 17. num. 38.*, *coram Merlino dec. 743. num. 13.*, & benè *in Voto prædicto edito in Bononien. Proxenetici §. Tum etiam quia*, ibi = *Tum etiam quia in dispositiva ejusdem Bullæ nullum verbum, seu clausula, præseferens voluntatem Pontificis indulgendi novam Gratiam, legitur adjecta, prout de stylo Datariæ adjici solet, ubi Pontifex intendit, ultra confirmationem facultatum, à Prædecessoribus concessarum, superaddere aliam Gratiam, seu aliam dispositionem non radicatam in actu confirmato.*

Quamobrem si deficiunt verba, quæ novæ, & amplioris Gratiæ concessionem secumferre queant, si eadem multò minùs virtualiter saltem radicata dici potest in actu confirmato:
quippè confirmatio antiquarum exemptionum, 40
utpote respiciens Gabellas, & onera ordinaria, tunc imposita, non autem alia extraordinaria onera, ob publicam utilitatem ex causa de futuro subsidiariè imponenda, *ex doctrina Dini in leg. si ex toto*, quam ibi sequuntur *Jason.*, *& alii ff. de legat. 1.*, *Afflict. in §. Vectigalia num. 149.*, *Alexand. cons. 216. num. 28. lib. 2.*, *Paris. cons. 25. num. 111.*, *& cons. 68. num. 14. lib. 1.*, *Ruin. cons. 4. num. 17. lib. 5.*, *Nevizzan. cons. 66. num. 7.*, *Gaill. practicar observat. lib. 2. observat. 52. sub numer. 26.*, *Past. if. de Collect. part. 4. cap. 7. num. 53.*, *& num. 57.*, *Capyc. Galeot. contr. 54. in fin. lib. 2.*, *Card. de Luca de regal. disc. 47. nu. 14. & seqq.*, *Altolin. resol. 1. num. 26.*, *Gob. consult. dec. 18. nu. 23.*, *Ofasch. dec. 91. num. 1.*, *Sanfelic. dec. 391. num. 11. & seqq.*, *Rota coram Buratto dec. 391. num. 6.*, locus profectò nullus esse poterit exadverso prætensæ extensioni exemptionis; Certiùs in casu
nostro, quia agitur de onere extraordinario 41
imponendo ex causa nedum futura, verùm etiam tali, de qua tempore confirmationis, tamquam penitùs incognita, cogitari non poterat; cum autem, ut tacitè, & virtualiter in Gratia confirmationis res, de qua agitur, comprehensa censeri posset, requireretur, quod Concedens de ea cogitare, illamque in mente habere potuisset, *Felin. in cap. nonnulli 28. nu. 22. vers. adde etiam de rescript.*, *Rocca disput. Jur. select. cap. 185. num. 6. & seqq. tom. 2.*, *Rot. in Rec. dec. 103. sub num. 5. part. 2.*, *coram Ninot. decis. 58. nu. 22.*, *coram Bichio decis. 521. n. 12*, *coram san. me. Alexandro VIII. decis. 46. n. 11.*, quonam pacto Summus Pontifex confirmatione antiquarum exemptionum comprehendere voluisse censendus erit Gabellam, post unius seculi decursum impositam super specie, & usu Tabacchi, qui anteactis seculis ignotus, & ad vitæ usum minimè necessarius, ingeniosâ malitiâ hominum, odoratus irritamenta appetentium, nuperis hisce temporibus inventus fuit?

Ex quo consurgit alia prævalida ratio, ob quam in actu confirmato radicata censeri nequibat exemptio à dicta Gabella; nam, ut patet ex toto contextu dictæ Bullæ, confirmatio exemptionum, in eadem concessa, ordinata legitur ad eximendos Homines Villæ Sancti Al-

42 Alberti ab oneribus & Gabellis, quibus tem-
pore concessæ exemptionis subjiciebantur ra-
tione fructuum, qui in dictæ Villæ Territorio
ab ipsis colligebantur, vel quos ipsi aliunde ad
necessariam vitæ substentationem sibi compa-
rare cogebantur, prout regulariter ad dd. spe-
cies similes exemptiones restrictæ censentur,
ad tradita per *Ruin. cons. 127. numer: 10. lib. 4.,*
Card. de Luca in Miscell. Eccles. disc. 49. nu. 19.,
in supplement part. 4., Gannuver. decis. 41. n. 36.
& seqq:, Sanfelic. decis. 391. num. 31. lib. 3., ideò-
que extendendæ non sunt ad alias species, quæ
in proprio asserti Exempti Territorio minimè
nascentes, voluntariè, & præter necessarium
usum ex aliis Locis introducuntur, per ea, quæ
ad rem notat *Fermosin in cap. Ecclesia Sanctæ*
Mariæ quæst. 56. num. 10. 23., 37., & 51. de Con-
stit., & Cortiad. decis. Cathalon. 219. num. 31.
tom. 3., quale est Tabacchum, & Vinum stil-
latitium, ut plenè probavimus *in §. Quamquam*
verò.

Hæc igitur cum ita se habent, & ex Bulla
Sancti Pii V. argumentum nullum elici possit,
ex quo confirmatio antiquarum exemptionum
impartita Hominibus Villæ Sancti Alberti,
trahi possit ad ampliationem exemptionis ab
oneribus in futurum, ex quavis causa, extremæ
etiam necessitatis Sedis Apostolicæ, imponen-
dis, frustra Pars Adversa recurrit ad subse-
quutas confirmationes deindè obtentas à Sum-
mis Pontificibus Clemente VIII., aliisque Suc-
cessoribus; Enim verò hi inhærentes vestigiis
Sancti Prædecessoris, qui antiquas dumtaxàt
exemptiones, *quatenus essent in usu*, confir-
maverat, concesserunt solummodo dictæ con-
43 firmaverat, concesserunt sollummodò dictæ
confirmationis novam confirmationem, suàptè
naturâ non egredientem terminos actus con-
firmati, nihilque de novo illis addentem, ut
præter allegatos *§. Porro si spectemus,* tradit *Ro-*
ta in Recent. decis. 161. num. 10. part. 15., de-
cis. 229. num. 15., decis. 494. num. 12. part. 19., in
Melevitana Juris optandi 2. Junii. 1704. §. Ex
his coràm bon. mem. Omnuu; Imò verò hæ
posteriores confirmationes, & præsertim illa
san. memor. Clementis VIII. modificata repe-
ritur nedum ea conditione = *dummodo sint in*
usu =, verùm etiam illâ aliâ, qua declarantur
Privilegia exemptionum, de quibus agitur, va-
litura = *quatenus non sint revocata, aut aliqui-*
bus revocationibus comprehensa = quibus sanè
clausulis non solùm excluditur quæcumque
novæ Gratiæ concessio, ut late probatum fuit
superioribus locis; Verùm etiam si colore ul-
lo ex dictarum confirmationum tenore eadem
induci posset, obnoxia fieret subsequutis dein-
ceps revocationibus, & præsertim illis san.
memor. Innocentii XII. *in ejus Bullario la 5.,*
44 quæ amplissimis verbis, & clausulis revocat, &
abrogat quæcumque privilegia, Immunitates,
exemptiones omnes concessas, *etiam in recom-*
pensam laborum, & damnorum passorum, ex-
pensarum, vel meritorum, seù illorum intuitu,
& contemplatione, & ex alia quantumvis fa-
vorabili, ac urgentissima, & de necessitate spe-
cialitèr exprimenda causa = Cum autem in du-
bium venire nequeat, quin Summus Ponti-
fex, generalibus hisce revocationibus, tollere
possit privilegia quæcumque exemptionis à 45
suis Antecessoribus concessa, *Spad. consil. 208.*
num. 5. lib. 3., Antunez. de Donat. lib. 1. part. 2.
cap. 24. num. 16., Bonden, collect. leg. 9. num. 106.
lib. 2., hinc sequitur, quod illa, quibus Villa
Sancti Alberti se eximere contendit à Jure pri-
vativo Appaltatoris Tabacchi, tamquam revo-
cata, perinde habenda sint, ac si nunquam ema-
nassent, *Rot. coram Pen. decis. 1182., coram Coc-*
cin. decis. 1059. num. 4., & num. 39., coram bon.
mem. Exerix jun. decis. 1024. num. 12., in Recent.
decis. 147. num. 6. part. 16., & in specie de revo-
catione ex censura præfatæ Innocentianæ Con-
stitutionis indicta, tradit *Rota in una Bononien.*
exemptionis die 14. Junii anni 1706. §. His
consequenter cum seqq. coram Reverendissimo
Molines, & in alia paritèr Bononien. exemptio-
nis 6. Junii sequentis anni §. De his cum seqq.
coram R.P.D. Falconerio.

Nilque facit, quod eadem Constitutio
præservet nedum exemptiones concessas *in*
vim contractus ex causa verè onerosa, videlicèt
congruæ, & effectivæ pecuniarum solutionis, &
non aliàs &c. eidem Cameræ Apostolicæ &c. le- 46
gitime factæ, verum etiam manere voluerit il-
læsas *etiam Immunitates concessas ex aliis ratio-*
nabilibus causis, per Nos cognoscendis, & adpro-
bandis, ut infrà, ac etiam declarandis, quas
omnes causas onerosas, nonnisi legitimas, ac lici-
tas, & honestas, prout de Jure, adprobare in-
tendimus = ex quo Pars Adversa infert quod
cum privilegium suæ exemptionis impetratum
ab ipsa fuerit ob insalubritatem aeris d. Villæ
S. Alberti, & hæc fuerit rationabilis causa illud
concedendi, dicendum idcircò sit, quod si
causa isthæc hodiedum viget, vigere etiam
debeat privilegium exemptionis, illius intuitu
impartitum; Discursus namque iste deficiens in
antecedenti, sivè in supposito, corruit etiam
in consequenti, juxta enim documenta, per nos
allata, non subsistit asserta aeris insalubritas, ea-
demque non fuit expressa Summo Pontifici
Sancto Pio V., sed ab hominibus dictæ Villæ
Sancti Alberti illi prætenta fuit alia causa con-
cedendi privilegium, Loci nempè sterilitas,
ibi = *& in Loco aliàs sterili consistebat* = At verò
cùm in dubium venire nequeat, quin asserta
aeris insalubritas fuisset causa longè potentior
simplici Loci sterilitate, profecto si illa vera
extitisset, exposita legeretur Summo Pontifici, 47
quamobrem ex talis causæ reticentia validum
consurgit argumentum, quod illa vera non fue-
rit, *ad Text. in leg. Si quis fortè §. 1. ff. de pæn.,*
Farinacc. de Falsit. quæst. 153. num. 182., Rota
coram Coccin. decis. 2342. num. 39., coram Bu-
ratto decis. 178. num. 7., apud Vivian. de Jure-
patronat. decis. 143. num. 26., & seq., coram Prio-
lo decis. 38. numer. 2., & seq., in Rec. decis. 535.
numer. 86. part. 14., in Cremonen. Beneficii 14.
Maii 1706. §. Tantò faciliùs coràm Reverendis-
simo

ſima Kaunitz Epiſcopo Labacen., *in Avenionen.*
Succeſſionis 14. *Junii* 1709. §. *Nàm ex bacle-*
nùs cor. R.P.D. Falconerio, *& in Romana Pe-*
cuniaria 19. *Aprilis ejuſdem anni* §. *fin. cor.*
R̃mo Aldrovando, *& in Æſina Collectarum*
7. *Decembris* 1714. §. 19. *coram Eminentiſſimo*
Card.Scotto. Enim verò ſi juxtà rectam, &
48 prudentem rationem agendi, quiſque ſemper
pro impetranda Gratia meliorem titulum in
precibus allegare præſumitur, *Rot.cor.Seraph.*
deciſ. 1235. *verſ. Nec obſtat*, *cor. Buratt. de-*
ciſ. 792.*num.*1.*verſ.Undè reſultat. poſt Bonden.*
collect.legal.deciſ. 14.*num.*25., *inter diverſ.de-*
ciſ. 208. *num.*20.*verſ. Secundò part.* 4. *Recen.*,
*deciſ.*94.*ſub.num.*38.,*& ſeq. part.*7., nemo ſanè
ſenſu præditus ſuadere ſibi poterit, quod Ho-
mines Villæ Sancti Alberti, omiſsà potentiori,
49 ac magis rationabili, cauſam minùs rationabi-
lem obtendiſſent, *Rot.coram Durano dec.*205.
num. 16. *verſ. Tum etiam quia*, *in Recen. de-*
*ciſ.*430.*ſub numer.* 3. *verſic.Quia cum Vicarius*
part. 2., *dec.* 512. *num.*16.*verſic. Itaut producto*
*uno titulo part.*5., *Rota in una Burchiuonen.Pa-*
*rochialis del Prat.*13.*Junii* 1698. §. *Nec rele-*
vat in fin., *&* 2.*Decembris ejuſdem anni* §. *Ne-*
que opponi coram bon. mem.Urſino.
Verum prætereà contrarius diſcurſus deficit
etiam in conſequenti, nàm tametſi colore ul-
lo ſuſtineri poſſet, Sanctum Pium Quintum
ob inſalubritatem aeris, qua laborarent Homi-
nes Villæ Sancti Alberti, motum fuiſſe ad fa-
ciliùs eiſdem elargiendam veterum exemptio-
num confirmationem, nihilominus iſtiuſmodi
cauſa talis non eſt, ut illos eximere valeat à
Cenſura Innocentianæ Conſtitutionis, ac re-
50 vocatione exemptionum, generaliter in eadem
indicta; Etenim non licet Subditis deſerere Lo-
cum propriæ Originis, ſi ex tali receſſu ab ori-
ginario domicilio, & habitatione agri rema-
neant deſerti, ac Populo vacui, ut poſt *A Pon-*
te de Poteſt. Proreg. titul. de abundant.Civitat.
§. 2. docet *Novar. de gravam. Vaſſallor. gra-*
vam. 75. *num.* 12., quamobrem, ut rectè ait
*HugoGros.deJur.Bell.,& pac.lib.*3.*cap.*20.*n.*42,
inquiens, quod licèt naturalis libertas permit-
tat, ſingulos ex altera Ditione in alteram mi-
51 grare, eoſdemque ſuſcipi, nihilominus publicæ
amicitiæ, ac pacis Leges violatæ dicerentur, ſi
magno numero reciperentur homines, Oppidi,
aut Civitatis partem integrantem facientes; Si
igitur Hominibus dictæ Villæ non licebat, re-
linquendo Locum originariæ habitationis, illam
vacuam, ac deſertam facere ob aeris inſalubri-
tatem, hæc adnumerari nequit cauſis oneroſis,
atque correſpectivis ſimilium exemptionum, &
52 privilegiorum; Quippè tales eſſe nequeunt il-
læ, ad quas ex aliqua naturali obligatione quiſ-
piam tenetur, *Solorzan.de Jur. Indiar. lib.* 2.
*cap.*23. *ex num.* 102., proindeque nil mirùm,
quod in Supremo iſto Tribunali *in una Peruſi-*
na exemptionis die 2. *Decembris* 1708. *Ponente*
Illuſtriſſimo, *& Reverendiſſimo Domino Cybo*,
cauſa, hæc licèt expreſſa in quodam privile-
gio, reputata fuerit inſufficiens pro evitanda
cènſura Conſtitutionum revocatoriarum exem-
ptionum.

Nec denique omittendum eſt, quod, tametſi
talis cauſa revera ſubſiſteret, eademque repu-
tari poſſet ſufficiens, & proportionata pro ex-
cipienda ſimili exemptione ab Innocentiana re-
vocatione omnium exemptionum, ex cauſa one-
roſa minimè conceſſarum, & denique nomina-
tim illa expreſſa fuiſſet in Supplicatione porre-
cta Sancto Pontifici Pio Quinto, nihilominùs
cum in conceſſione Gratiæ deindè facta, poſt
maturum illius examen in Supremo Tribunali
plenæ Cameræ, Sanctus Pontifex, denegatà
veteris exemptionis ampliatione ad nova Da-
tia, & Gabellas, ſolummodò conceſſerit an-
tiquæ exemptionis confirmationem, adjectà
conditione illà, removente conſenſum ab actu,
quatenùs ſcilicet *eſſet in uſu*, fruſtrà quæritur
an ſub generalibus revocationibus exemptio-
num comprehendatur exemptio nunquam con-
ceſſa, & qua nunquam Homines Villæ Sancti
Alberti gaviſi fuerunt, ut enim oſtenditur *bod.*
Sum., illi ſemper ſubjecti fuerunt Juri privati-
vo Appaltatoris Tabacchi, & Aquævitis, ex quo
Parti Adverſæ præcluſum remanet confugium
ad obſervantiam, in præteritis Cauſæ diſputatio-
nibus ab ipſa allegatam, Ac prætereà cum In- 53
nocentiana Conſtitutio munita *decreto irritan-*
te deroget omnibus contrariis Conſuetudini-
bus, etiam immemorabilibus, nullus contrà
eandem allegari valet contrarius uſus, ut præ-
ter ea, quæ generalitèr tradunt *Felin. in cap.*
Cum acceſſiſſent num. 7., *&* 30. *de conſtitut.*,
*& in cap.Ceterum num.*19.*de reſcript.*, *Gabriel*
de clauſ.concluſ. 3.*num.*18., *& ſeqq.*, *Barboſ.de*
clauſ. uſufreq. clauſ. 40. *numer.*2.*& ſeqq.* apud
quem concordantes, *Rub. ſingul. Rotæ Rom.*
*tom.*2. *part.*3.*clauſ.*58. *num.*1. dixit *Rota in d.*
Bononien.exemptionis 14. *Junii* 1706. §. *Super*
validitate cor.R̃mo Molinet.

Propoſita fuit Cauſa hæc anno 1714. *in Tribu-*
nali Cameræ, *& prodiit Reſolutio favore*
Appaltatoris Cameralis, *quæ fuit confirmata*
ab eodem Tribunali die 22. *Junii* 1716.

Propoſita tandem in gradu Reſtitutionis in in-
tegrum in Congregatione particulari: *& ſpe-*
ciali Commiſſione Sanctiſſimi reſolutum fuit
conſtare de Re judicata.

ARGUMENTUM.

Gratia licèt ampliſſima reſtitutionis Delin-
quentis, qui Patrini operam in Duello præ-
ſtitit, feuda, hac ex cauſa ad Eccleſiam Do-
minam directam ipſo jure devoluta, ejuſque
favore jam aperta, non comprehendit.

DISSERTATIO IV.

1 *Sacri Canones graviſſimis pœnis obnoxios eſſe*
voluerunt eos, *qui duella committerent*, *&*
qui Patrini operam præſtarent.

sect. 2. subsect. 7. num. 25., examinati fuerunt domi Actuarii,

---

ARGUMENTUM.

Appaltator Tabachi, & aquævitis privativum jus in Appaltus Capitulis sibi a Supremo Principe attributum eas species vendendi ritè exercet quoad Loca omnia, eidem juri subjecta, inhibendo etiam ne in iis Locis ab aliis tales species vendantur. Immunitas elargita Hominibus alicujus Loci a solutione onerum, collectarum, aliorumque gravaminum ab ejusmodi privativo jure non eximit. Gratiæ confirmatio quæ & qualia comprehendat, & quæ ad rem hanc perpendi valeant, docte hic atque accuratè disseritur.

DISSERTATIO III.

1 *Jus privativum concessum Appaltatori in institutione Appaltus, & in Capitulis motu proprio Summi Pontificis confirmatis, liberè ab ipso Appaltatore exerceri valet quoad Loca omnia in concessione comprehensa.*

2 *Nec probiberi ille valet in exercitio ejusdem privativi Juris, in quo substantia ipsa Appaltus consistere dicitur.*

3 *Minus verò poterit quispiam alius sibi usurpare idem jus vendendo res & species sub Appaltu comprehensas.*

4 *Appaltatori jus competit prohibendi, ne facultate sibi ipsi privativè concessa alius utatur.*

5 Villa S. Alberti *territoriali subest jurisdictioni Civitatis Ravennatensis.*

6 *Ex precibus pro exemptione porrectis Principi confessio resultat, atque probatio præexistentis obligationis.*

7 *Confirmatio exemptionis, non tanquam nativæ, sed tanquam dativæ, concessæ scilicet ex speciali privilegio, præcedentem obligationem præsupponit.*

8 *Privilegium exemptionis, utpotè quid facti, extrinsecà probatione indigere dicitur.*

9 *Et ubi idem privilegium adferatur, uti causa, & fundamentum Immunitatis, de ea liquidissimis probationibus docendum est*, & num. 10.

10 *Pro observantia Capitulorum Appaltus in dubio est respondendum.*

11 *Privilegia strictè interpretanda.*
Illorumque tenor attendendus tum quoad verba, tum & præsertim quoad mentem, ibid.

12 *Supplicationis Summariolum dumtaxat perlegi à Papa solet.*

13 *Bullaque, seu concessio ab eo interpretationem debet recipere*, & n. 18.

14 *Matrix, seu radix concessionis stat in supplicatione signata, quin etiam in Summariolo ipsius supplicationis signandæ per Papam.*

15 *Gratia requirere dicitur Literas bullatas pro forma dumtaxat, & probationis usû.*

16 *Exemptione à Datiis, Gabellis, aliisque oneribus hujusmodi grave semper præjudicium irrogatur juribus, & Ærario Principis.*
In aliorum etiam injuriam, & detrimentum, eò quòd exemptio unius regulariter secumferat aggravationem alterius, ibid.

17 *Rescripti verba* = Fiat, ut petitur = *innuunt, Gratiam fuisse concessam ad Partis supplicationem, tametsi eidem adjecta reperiretur clausula* = Motu proprio =.

18 *Quidquid non continetur in Summariolo supplicationis Summo Pontifici porrectæ, nec in ejus Gratia comprehensum potest censeri.*

19 *Confirmationes extendi numquam possunt ultra terminos actus confirmati*, & numer. 43.

20 *In Gratia concedenda id solùm voluisse Summus Pontifex censetur, quod Justitiæ, & æquitati esset consentaneum, si Gratiæ cognitionem, & examen Tribunali alicui priùs commisit.*

21 *Eaque proinde Gratia strictiùs interpretanda est.*

22 *Rescripta strictè interpretanda sunt, & in iis potissimè admittitur axioma illud tradens, quod inclusio unius sit exclusio alterius.*

23 *Dictio* = tantùm = *tanquam taxativa, excludit omne id, quod in Rescripto, & Gratia non continetur.*

24 *Confirmationis Gratia suàpte naturà respicit præterita, & per eam Princeps innovare nil voluisse præsumitur.*

25 *Præsertim ubi res sit de extensione Gratiæ ad futura insolita, incogitata, & quæ regulariter sub quacumque, tametsi generali, concessione minimè comprehenduntur.*

26 *Clausula* = Quatenus sint in usu = *adjicit conditionem, & limitationem importat.*

27 *Clausula* = Quatenus sint in usu *adeò limitat confirmationem Privilegiorum, atque exemptionis, ut, rejectâ præsumptâ, requiratur positiva, & realis probatio talis usus.*

28 *Usus à Principe requisitus in concessione exemptionum facta cum clausula* = quatenus sint in usu = *respicere dicitur exemptiones antea concessas, & quæ in statu reperientur validitatis, atque observantiæ.*

29 *Appaltus Tabacchi, & Aquævitis propriè Gabellam non continet, sed quaddam regale jus, quod sibi Supremus Princeps reservat vendendi hujusmodi species, easque, justo statuto pretio, distribuendi ministerio suâ*

sui Appaltatoris, cui jus privativum cessisse, ac concessisse censetur.

Maximè id procedit in hujusmodi speciebus, utpotè humano usui minimè necessariis, & à quarum emptione facilè quis abstinere potest, n.30. & 31.

31 *Tabacchum, & vinum stillatitium non comprehenditur sub exemptione à Gabellis.*

32 *Gabellam, Datium, seu vectigal, super coccolatico, & Tabaccho impositum, & Clerici solvere tenentur; Ratio* ibid.

33 *Aquævitis usus perniciosus.*

34 *Exemptiones à Gabellis dantur ad evitandum damnum, at non etiam ad concedendum lucrum*, n.35. 36. & 37.

35 *Aliud est an Ecclesiæ alicui concedantur Decimæ, aliud an eximatur à Decimis.*

36 *Ex concessione immunitatis non infertur jurisdictionis, & imperii translatio.*

37 *Ex passiva inferiorum Prælatorum exemptione nequit argui ad activam.*

38 *Gratia perfici dicitur parte dispositiva, seu concessiva.*

39 *Antiquæ Gratiæ confirmatio, ut novum aliquod, & ampliùs privilegium secum ferre dici valeat, requiruntur verba indicantia voluntatem illud concedendi.*

Requiritur ulteriùs, quod Concedens de eo cogitare, illudque in mente habere potuerit, n.41.

40 *Confirmatio antiquarum exemptionum onera tantùm respicit antiquitùs imposita, non autem extraordinaria alia onera ob publicam utilitatem, ex causâ de futuro subsidiariè imponenda.*

43 *Exemptiones à Gabellis regulariter restrictæ censentur ad species illas, quæ in propria Exempti Territorio ab eo colliguntur, vel quas ipse aliundè ad vitæ substentationem sibi comparare cogitur.*

Nec sunt extendendæ ad alias species, quæ voluntariè, & præter necessarium usum aliis ex locis introducuntur, ibid.

44 *Innocentius XII. omnes, & quascumque revocavit exemptiones, ex quacumque caussa concessas.*

45 *Summus Pontifex potest generalibus revocationibus tollere privilegia quæcumque, ex quacumque caussa à suis Antecessoribus concessa.*

Et privilegia qualibet revocata, perindè sunt habenda, ac si numquam emanassent, ibid.

46 *Innocentii XII. Constitutio exemptionum revocatoria præservat illas, quæ ex* causa *onerosa, & ex aliis etiam* rationabilibus caussis *concessæ fuerint.*

47 *Ex alicujus caussæ reticentia in supplicatione argumentum sumitur, quod illa vera non fuerit.*

48 *Meliorem semper titulum quisque in precibus allegare præsumitur pro impetranda Gratia.*

49 *In supplicatione minùs rationabilem caussam voluisse exponi, omissâ potentiori, ac magis rationabili, præsumendum non est.*

50 *Non licet Subditis locum deserere propriæ originis, si indè remaneant agri deserti, ac Populo vacui.*

51 *Naturalis libertas permittit, singulas ex altera Ditione in alteram migrare.*

Publicæ tamen amicitiæ, ac pacis Leges violarentur, si magno essent numero, aut integrantem Civitatis partem facientes, ibidem.

52 *Aeris insalubritas adnumerari nequit onerosis, correspectivis, & rationabilibus caussis præservatis in Constitutione Innocentii XII., exemptionum revocatoria.*

53 *Adversus Constitutionem derogantem omnibus contrariis consuetudinibus etiam immemorabilibus, munitamque* Decreto irritante, *nullus contrarius usus allegari vales.*

CONFIRMANDA videtur Sententia bo: me: R. P. D. Ghezzii, qua, præviis duabus Resolutionibus à Supremo isto Tribunali editis die 3. mensis Julii anni 1713., & die 14. mensis Martii anni 1714. dictum fuit, constare de bono Jure Rev: Cameræ, & D. Belloni ejus Appaltatoris pro libero exercitio privativi Juris, & facultatis vendendi in Villa Sancti Alberti Tabacchum, & Vinum stillatitium, nempè *Acquavite*; Illud enim, veluti ex sua necessaria causa, promanat ab originaria impositione Gabellæ super utraque ex dictis speciebus, & primæva erectione Appaltus facta à sa: me: Alexandro VII., ut ex ejus Chirographo, ad cujus normam inter Rev: Cameram, & D. Bellonum stipulata fuerunt Capitula dicti Appaltus, à Sanctissimo Domino Nostro Motu proprio confirmata; Cum enim tàm in dicto Chirographo Appaltatoribus pro tempore, quàm in dictis Capitulis
ipsi Domino Bellono moderno Appaltatori 1
concedatur istiusmodi Jus privativum respectu Locorum omnium comprehensorum sub Appaltu, hinc sequitur, quod in eisdem liberè exercere queat Jus illud, quod in originaria institutione Appaltus, atque in Capitulis, Motu proprio Sanctissimi Domini Nostri confirmatis, ipsi attributum reperitur, ad tradita apud *Gutierez de Gabell. quæst.84. numer. 1., Gobb. consult. 18. numer. 14., Saminiat. controv. 23. num. 11.*; Quamobrem nedum à ne-
mine prohiberi poterit in exercitio Juris, in 2
quo consistere dicitur substantia ipsa Appaltus, ut de Appaltu Tabacchi tradit *clar. mem. Card. de Luca de regal. disc.87. num.1.*, & generaliter de aliis similibus Appaltibus *Soccin. Sen. cons. 156. lib.2., Galeot. resp. fiscal.* 100. *num.39., Card. de Luc. de Regal. disc.89. nu.5. disc.105., & disc.107. utrobique n.5., disc.112. num.2., & disc. 117. num.17., R. P. D. Ansald. disc. 97. num.9.*; Verùm multò minùs in- 3
tra Confinia, & Loca illi subjecta, quispiam

alius,

alius, nisi causam habeat à generali Appal-
tatore, Jus istud usurpare poterit, vendendo
res, & species, sub Appaltu comprehensas, *Sa-
bell. in prax. lit. T. §. Tabacco num.* 1., *Card. de
Luca de regal. disc.* 89. *numer.* 5., inquiens,
quod alioquin simile Jus privativum inutile
prorsus redderetur, proindèque Appaltatori
4 competit Jus prohibendi, nè facultate, quæ
ipsi privativè concessa est, alter in sui præ-
judicium utatur, *Venturin. cons.* 20. *numer.* 74.
& 76., *Mascard. de probat. conclus.* 123. *n.* 4.,
R. P. D. Petra ad Constitut. Apostolic. tom. 4.
ad Constit. 6. *Joann. XXII. sub num.* 10. *§. Ve-
rumtamen fol. mihi* 53.

In dubium autem venire nequit, quin in
Instrumento Appaltus generalis concessi D. Bel-
5 lono comprehendatur universa Provincia Æmi-
liæ, intra cujus fines sita est Villa S. Alberti,
& quidem cum subjectione territoriali Jurisdi-
ctioni Civitatis Ravennatensis: latè enim id
demonstratum fuit in postrema Causæ hujus
propositione facta die 18. mensis Martii anni
præteriti, & hodie evidens, & apertum red-
ditur ex reiteratis confessionibus ab Hominibus
ejusdem Villæ emissis in Supplicatione ab eis-
dem porrecta Sancto Pio V., ut in *hodierno
Sum.*, quæ, utpotè editæ in actu adeò solem-
6 ni, & proportionato, in quo nempè age-
batur de impetrando à Summo Pontifice spe-
ciali privilegio exemptionis à solutione one-
rum, collectarum, & aliorum quorumcum-
que gravaminum, quibus subijciebantur ce-
teri Comitatenses Civitatis Ravennæ, procul
dubio probant subjectionem territorialem,
tum ob virtutem, quæ inest similibus confes-
sionibus, emissis in precibus Principi porrectis,
ad *Text. in leg. cum precum, Cod. de liberal.
caus.*, *Rot. coram Coputaquen. decis.* 208. *n.* 3.
part. 2., *coram Bich. decis.* 396. *num.* 10., *coram
Buratt. dec.* 183. *num.* 2., ibique *Adden. n.* 25.,
ubi concordan., *coram Dunoz. Jun. dec.* 100.
num. 1. *dec.* 618. *num.* 6., *& dec.* 717. *num.* 7., tum
etiam, quia petita confirmatio exemptionis,
7 non tamquam nativæ, sed tamquam dativæ,
concessæ videlicèt ex speciali privilegio, præce-
dentem obligationem, atque subjectionem
præsupponebat, *Thabor. axiom. Jur. lib.* 5. *cap.* 37.
axiom. 3.

Quamobrem, positâ comprehensione Vil-
læ S. Alberti intra confinia Locorum, quæ su-
bjecta sunt Appaltui, dicendum proculdubiò
8 est, quod si eadem ex privilegio se exemptam
esse contendit, cum illud, utpotè quid facti,
extrinseca probatione indigere dicatur, *Thabor.
axiom. Jur. lib.* 14. *cap.* 105. *axiom.* 17., liqui-
dissimis omninò probationibus docere de eo
debet; est enim fundamentum, sive causa
9 suæ Immunitatis, & exemptionis, plenè id-
circò concludenterque probandum, ad *Text. in
cap. cum personæ* 7. *de privileg. in* 6., *Bald. in
leg. Non contam num.* 20. *de excusat. Tutor.*, *&
in leg. final. Cod. de re judicat.*, *Paris. cons.* 95.
numer. 9. *lib.* 4., *Silvan. cons.* 88. *nu.* 13., *Spad.
cons.* 62. *num.* 5. *lib.* 1., *Mascard. de probat. con-
clus.* 1200. *num.* 36., *Menoch. de præsumpt. lib.* 6.
præsum. 14. *n.* 15., *Barbos. axiom.* 190. *num.* 6.,
Saminiat. controv. 23. *num.* 14., *R. P. D. Petra
in suis comment. ad Constitut. Apost. tom.* 2. *ad
Constit.* 10. *Innocentii III. numer.* 40. *fol.* 288.,
Cabed. decis. Lusitan. 93. *num.* 3. *part.* 2., *Rot.
coram Pen. dec.* 480. *num.* 3., *coram Baratto de-
cis.* 140. *num.* 1., *coram Bichio dec.* 67. *num.* 5.,
& dec. 2. *num.* 6 *post differt. Paulut. differt.* 25.;
Imò verò idem tale esse oportet, ut suâpte
naturâ, & inspecto illius tenore, pandatur,
ac manifesta fiat exemptio, nam si quoquo mo-
do dubium sit, & verba minimè conveniant as- 10
sertæ exemptioni, eâ rejectâ, pro observantia
dicti Motus proprii, atque Capitulorum Ap-
paltus respondendum erit, *Oldrad. cons.* 237.,
Alexand. cons. 196. *sub num.* 13. *vers. Quia di-
cti lib.* 2., *Natta cons.* 160. *num.* 13., *Bardellon.
cons.* 137. *num.* 1., *Cravetta consil.* 96. *num.* 4.,
Cyriac. controv. 141. *nu.* 10. *controv.* 469. *nu.* 3.,
Surd. decis. 135. *ante num.* 6., *Gobb. consult.
dec.* 18. *num.* 30., *Pegas ad ornat. Regn. Portu-
gall. lib.* 1. *tit.* 66. *§.* 42. *Gloss.* 45. *num.* 18., *Bon-
den. collect. leg.* 14. *num.* 88. *vol.* 2., *Rot. post
ipsum decis.* 19. *num.* 19., *in Recent. decis.* 271. 11
numer. 6. *part.* 4. *tom.* 1., ita enim edocemur re-
gulâ, quæ præcipit, privilegia, tamquam ri-
gidum exposcentia Interpretem, strictè esse
interpretanda, *capit. Porrò* 7., *& cap. Petiistis*
20. *de privileg. leg.* 1. *de Jur. immunit.*, *leg Va-
catio* 13. *ff. de muner.*, *& honor.*, *leg.* 3. *ff. de
censib.*, proindèque illorum tenor attendendus
est tum quoad verbatum etiam, & multò ma-
gis quoad mentem, *Surd. cons.* 1. *num.* 31. *&
seq.*, *Barbos. axiom. Jur.* 190. *numer.* 7., *Tha-
bor. eodem tract. lib.* 14. *capit.* 105. *axiom.* 48.

Hujus profectò generis non esse privilegium
exemptionis, quod Pars Adversa elicere cona-
tur ex quadam Bulla S. Pii V., facilè demon-
strari posse arbitror, si breviter reassumendo
ea, quæ luculentèr in Facto pro D. Appalta-
tore deducta fuerunt à D. Causæ Patrono,
animadvertere libeat, quod latente adhuc re- 12
gesto ipsius Bullæ, reperiri solummodò potuit
regestum matricis, Supplicationis nimirum
cum suo Summariolo, ex quo ipsa Bulla desu-
mi debebat, ità quidem, ut cum dictum Sum-
mariolum dumtaxàt, veluti matrix, a Papa per-
legi soleat antequam subscriptionem adponat,
Amayden. de styl. Datar. cap. 32. *num.* 7., *Ro-
sa de exequat. Literar. Apostolic. par.* 1. *cap.* 1.
n. 6. *& seqq.*, *Paris. de resignat. Benefic. lib.* 8.
quæst. 7. *num.* 19. *& seqq.*, *Corrad. in prax. di-
spensat. Apostol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 20., & in
specie firmatur *in Voto* Congregationis Parti-
cularis, à Reverendissimo Marefusco Audito-
re Sanctissimi edito *in una Bononien. prætensi
Prexenetici die* 9. *mensis Januarii anni* 1714.
§. Ultrà quod, & dictum etiam fuit in eadem
Causa deindè commissa Sacræ Rotæ Auditorio,
ut ex *decisione diei* 14. *ejusdem mensis Januarii
sequentis anni*, *§. Suggestio autem coram R. P. D.
Cerro*, adeò Bullam, deinde extensam, matrici
concordare oportebat, ut si per errorem, aût
aliam

13 aliam quamcumque causam quidpiam in Literas Apostolicas postmodùm expeditas irrepsisset, non hæ, sed matrix, supplicatio nempè attendenda esset, *Felin. in cap. Quoniam contra num.7. de probation.*, *Rebuff. in prax. de reformat. & correct. Bull. num.2.*, *Card. de Luca de Pension. disc.71. num.8.*, *Rota coram Caputaquen. decis.75. n.2. & 6. par.1. coram Covaler. decis.255. num.8.*, *coram R. P. D. Ansoldo decis.83. num.11. & seqq.* inquiens = *Et ob id quotiescumque peragitur de exquirenda Pontificis intentione inductiva, vel exclusiva subreptionis, vel obreptionis; non jàm recurritur ad nudam literam transcriptam per Officiales, sed*
14 *ad matricem, seù radicem concessionis, quæ stat in Supplicatione signata, quin etiam in Summariolo ejusdem Supplicationis signandæ per Papam* = *in Compostellana Parochialis 25. Junii 1690. §. penult. coram Reverendissimo d'Hervault, in Melevitana Pensionis 23. Januarii 1699. §. Sed alia ratio cum duobus seqq. coram Eminentissimo Domino Cardinali de la Tremoille, & 25. Aprilis 1702. §. Secundum obiectum coram Reverendiss. Molines*, cum aliis relatis *in Gerunden. Canonicatus 15. Junii 1714. §. Nec obstare cum seqq., & §. Diversimodè cor. R.P.D. Laucetta*.

Quippè Gratia ex tali matrice, sivè Summariolo, veluti ex sua radice promanans, require-
15 re dicitur Literas bullatas pro forma dumtaxat, & usu probationis, illam in Supplicatione jàm concessam supponentis, ut apud *R. P. D. Petram in suis Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.1. §.4. prohemial. ex num.100. fol.34.*, & latiùs à præfato D. Causæ Patrono, qui exhibitam ex adversò Bullam redigendo ad regulas in praxi servari solitas, benè ad rem nostram observat, in prima parte Schedulæ ab Hominibus Sancti Alberti Sancto Pontifici Pio V. porrectæ in forma signandi Motu proprio, contineri substantiam Gratiæ, ab illis petitæ, quæ nedùm consistebat in confirmatione exemptionum, quibus ipsi gaudere dicebantur, referendo earum originem, & qualitatem, atque confirmationes tum à Cardinalibus Legatis, tùm à Paulo III. concessas adversus Civitatem Ravennatensem, illas imminuere contendentem, eo tamen in eisdem confirmationibus adhibito moderamine *quatenùs essent in usu*; Verum præterea in eorum petitione continebatur illud longè amplius privilegium, extensio videlicèt talis exemptionis ad omnia, & quæcumque Datia, Gabellas, ceteraque onera, sivè communitativa, sivè cameralia, subsidii etiam triennalis, & Portus Anconæ, tum imposita, tùm in futurum ex causa etiam cujusvis extremæ necessitatis à Sede Apostolica imponenda.

Agnoscens autem Summus Pontifex, istiusmodi exemptionum, & Immunitatum conces-
16 sione, grave semper præjudicium irrogari Juribus, & Ærario Principis, *R. P. D. Fattinell. resp.21. num.7. & seqq. tom.2.*, easdemque vergere etiam in aliorum injuriam, & detrimentum, eo quòd exemptio unius regulariter secumferat aggravationem alterius, *Thabor. axiom. Jur. lib.5. cap.37. axiom.3.*, maturiori consilio rem tractandam esse censuit; quamobrem, suspensa signaturâ Supplicationis, in illius calce rescripsit = *videatur in Camera* =, ad cujus Rescripti normam, re diligentèr in illo Supremo Tribunali examinata, idem Voto suo ità consuluit = *Videtur concedenda de confirmatione tantùm, & quatenùs sint in usu* = Cameræ Voto Summus Pontifex confirmavit Gratiam exemptionis à præfatis Hominibus Villæ Sancti Alberti petitam, nàm in dicto Summariolo, ab Officialibus exarato, in calce Supplicationis, à Papa signandæ, juxtà dictum Votum, superaddita fuit præfata Clausula = *de confirmatione tantùm, & quatenùs sint in usu* =, illamque Summus Pontifex signavit, non *Motu proprio*, sed aliâ diversà formà, videlicèt = *Fiat ut petitur* =; qui subscribendi
modus innuit, Gratiam concessam fuisse ad Par- 17
tis supplicationem, tametsi eidem adjecta reperiretur clausula *Motu proprio*, juxtà ea, quæ tradunt *Rosa de execut. Literar. Apostolicar. cap.1. num. final.*, *Lotter. de re benefic. part.3. cap.1. n.52.*, *Card. de Luc. de Regalib. disc.185. num.2.*; ex hoc autem compertum fit, quod sive intueamur substantiam ipsam Gratiæ, sive consideremus modum, & formam, quam in ea concedenda Summus Pontifex servavit; sive denique perpendamus naturam, & quidditatem exemptionis, in Supplicatione contentæ, hæc nullo pacto extendi possit ad inducendam exclusionem Juris privativi Appaltus Tabacchi, & Aquævitis, cui Villa S. Alberti obnoxia est.

Porrò si spectemus substantiam Gratiæ, ut mox dictum est, ea tota continebatur in Summariolo, quod solummodò legitur à Papa, & perficiebatur Pontificia subscriptione, eidem apposita, ità quidem ut ab illo, veluti à Matrice, tota Gratia regulari deberet, juxtà deducta *in §. Hujus profectò generis*, quamobrem si in dicto Summariolo supplicationis continebatur simplex, & mera confirmatio antiquæ exemptionis Villæ, & Hominibus Sancti Alber-
ti competentis, Gratia ex mente Pontificis re- 18
stringenda omninò est ad ea dumtaxàt, quæ ipsi innotuerunt ex dicto Summariolo ab ipso perlecto, cetera enim, quæ in illo non continebantur, & quæ præter comprehensa in actu confirmato, aliquid de novo tribuebant, ex defectu voluntatis, & intentionis Concedentis, in Gratia comprehensa censeri nequibant, ut ex *Textu in leg. Decurionibus Cod. de silentiar. lib.11.*, tradunt *Felin. in cap. Nonnulli num.23. de Rescript.*, *Roderic. Suarez alleg.28. num.9.*, *Castill. quotidian. controv. Jur. lib.6. cap.36. num.8. & seqq.*, *Noguerol. alleg.39. ex num. 26.*, *Rota coram Seraphino decis. 1293. num.4. & 5.*, *in Recent. decis.102. num.23. & seqq. par.17.*, *decis.437. n.12. & 13. par.18.*, *in Tarraconen. Prioratus 2. Junii 1710. §. Quoniam coram Eminentissimo D. Card. Priolo, in Melevitana permutationis Commendarum 15. Ju-*

Junii 1711. §. Et in omnem coram R. P. D. Crispo, & in Forosempronien. Legatorum super reintegratione 27. Junii 1732. §. Siquidem 8. coram R. P. D. Aldrovando, & in dicto Voto in Bononien. prætensi Proxenetici locis superiùs allegatis, & §. Tum etiam quia, & in decisione subindè edita suo dicto §. Suggestio autem; Idque conforme est certissimæ illi Ju-
19 ris nostræ regulæ, qua edocemur, confirmationes extendi nunquam posse ultrà terminos actus confirmati, ut generalitèr apud *Camill. Medic. consil. 47. num. 11., Prat. discept. forens. cap. 50. n. 15. & seqq. lib. 1., Palma allegat. 104. num. 19., allegat. 107. num. 16., allegat. 257. num. 15. & seqq., Rota in Recent. decis. 58. n. 9. par. 6., decis. 229. n. 15. part. 14., coram Card. Celso decis. 258. num. 15., coram R. P. D. Ansaldo decis. 61. num. 7., in Firmana Annuæ præstationis super emolumento Salis 14. Junii 1709. §. Summo quidem coram Reverendiss. Aldrovando*, & in nostris terminis, confirmationis nempè exemptionum, atque immunitatum tradiderunt *Altograd. Senior. cons. 71. num. 26. lib. 2., Rota divers. decis. 55. num. 10. & seqq. par. 1., coram Royas decis. 211. num. 5. & seqq., & in Mantiss. ad ornat. Card. de Luca de Jurisdict. decis. 8. num. 11.*

At verò si substantia Gratiæ consistens in mera confirmatione exemptionis, atque immunitatis, ex speciali privilegio jam competentis Hominibus Villæ S. Alberti, nullam prorsùs admittit extensionem ad ea, quæ sub natura primævæ, & originariæ concessionis minimè comprehendebantur, quantò potiori Jure istiusmodi extensio rejicienda erit in concreto casus nostri, in quo illi expressè resistit modus, & forma, quo Sanctus Pontifex ad confirmationem dictæ exemptionis devenit. Ille enim inconsultò annuere nolens precibus Hominum Villæ Sanct. Alberti, petentium tum antiquæ exemptionis confirmationem, tùm etiam ejus-
20 dem ampliationem, & quidem prorsus exorbitantem, petitæ Gratiæ cognitionem, atque examen delegavit plenæ Cameræ: hæc autèm ratio agendi, quâ, pro concedenda Gratia, alioquin à mera ipsius voluntate pendente, exquisivit Votum Supremi Tribunalis præpositi Rev. Cameræ Juribus cognoscendis, tuendisque, manifestè ostendit, Summum Pontificem noluisse ullam impartiri Gratiam, ex principali liberalitate proficiscentem, sed illam redigendo ad Juris regulas, concedere voluisse id dumtaxat, quod Justitiæ, & æquitatis ratio indulgendum esse suaderet, *Gravett. consil. 103. num. 14., Cephal. cons. 468. num. 110., Palm. Nep. allegat. 104. num. 48., Rot. in Recent. decis. 400. num. 34. part. 9., decis. 165. num. 16. part. 16., coram bo: me: Emerix Jun. decis. 1042. num. 6. & seqq., & decis. 1179. num. 10., Rota Januen. apud Balducc. in collect. decis. ac rer. judic. de legat., & fideicom. decis. 21. num. 47., & in Romana prætensarum Societatum Officiorum 3. Julii 1712. §. Fortiùs verò cor. R. P. D. Ansaldo.* Talis itaque Gratia, & confirmatio edita, audito priùs Voto plenæ Cameræ, eo
solo nomine strictius interpretanda videretur, 21
quod eadem concessa fuerit post relationem eorum, quibus illius examen a Supremo Principe demandatum fuerat, *Caball. cons. 137. num. 15. lib. 2.*, quem refert *Altograd. dicto cons. 71. num. 37. & seqq. lib. 2.*, ubi postquàm firmavit, Rescripta esse stricti Juris, & in iis nihil ultrà, præter expressa, contineri, rem ità prosequitur = *Et maxime quando Rescriptum emanavit post præcedentem petitorum commissam revisionem, & relationem eorum, quibus revisio à Principe demandata fuerit, ut hic = Rota coram bon: mem: Emerix Jun. dicta decis. 1042. num. 6.*, & conferunt deducta per *eamdem Rotam in Romana prætensæ reintegrationis 6. Junii 1712. §. Successivè paritèr 7. coram R. P. D. Ansaldo.*

Certius autèm strictior ista interpretatio locum sibi vindicabit in casu nostro, quia Supremum Tribunal, ad quod revisio petitæ Gratiæ remissa fuerat, agnoscens, illam duo continere, confirmationem videlicèt antiquæ exemptionis, quæ ex speciali concessione Hominibus Villæ Sancti Alberti jam quæsita supponebatur, & prætereà novam, atque immoderatam illius extensionem ad immunitatem, atque exemptionem à quibuscumque, & ex quacumque causa, etiam extremæ necessitatis Sedis Apostolicæ, imponendis oneribus, vectigalibus, atque gabellis, re maturè examinata, respondit = *Videtur concedenda de confirmatione tantùm* =, & ut dictum est *in §. Agnoscens autem*, cùm istiusmodi clausula restrictiva signata quoque fuit
Supplicatio; Quamobrem si axioma illud 22
tradens, quod inclusio unius sit exclusio alterius, recipiendum certè videtur in subjecta materia strictè interpretanda, *Ruin. consilio 112. numer. 3. lib. 5., Barbos. axiom. Jur. axiom. 120. num. 6., Thabor. eodem tract. lib. 9. cap. 44. axiom. 2. vers. Amplia secundò*, quonam pacto substineri poterit, quod si Summus Pontifex supplicantibus, atque petentibus duplicem Gratiam, unicam concessit, nempè confirmationem antiquæ exemptionis, & quidem
cum dictione = *tantùm*, = ibi = *Et de confir-* 23
matione tantùm =, quæ tamquàm taxativa, excludit omne id, quod in subjecto confirmato, sive in Rescripto, & Gratia non continetur, *ad Text. in leg. qui aliena §. Libertos ff. de neg. gest, Surd. decis. 231. num. 18. & seqq., Rot. in Recent. decis. 253. num. 9. par. 14., decis. 624. num. 16. par. 19., coram R. P. D. Ansaldo decis. 57. num. 8., in Monopolitana Præeminentiarum 14. Martii 1712. §. Cùm enim coram Eminentissimo D. Card. Priolo, in Forosempronien. Legatorum super fideicommisso Tyberii 1. Julii 1712. §. Absque eo quod coram R. P. D. Aldrovando, & in altera Forosempronien. Legatorum super fideicommissis Ludovici, & Antonii 22. Januarii 1714. §. Manifestiùs coram R. P. D. Ansaldo*, quonam, inquam, colore eadem extendi poterit ad concessionem Immunitatis, &

24 exemptionis à quibuscumque aliis oneribus in
futurum imponendis, novam, & ampliorem
Gratiam secumferentem? Princeps enim Gra-
tiam concedens per viam meræ confirmationis,
suàpte naturà respicientis præterita dumtaxàt,
nihil innovare voluisse præsu nitur, ad Text. in
leg. Si ità scripsero ff. de condit., & demonstrat.
& præter auctoritates supra allegatas tradit
Thabor. axiom. Jur. lib. 3. cap. 63. axiom. 2. &
seqq., Scacc. de appellat. quæst. 7. num. 14., Ro-
ta coram Bichio decis. 525. num. 8. & seqq., co-
ram Barat. decis. 170. num. 15., coram san: me:
Gregor. XV. decis. 501. num. 1., coram bon: me-
mor: Emerix Jun. decis. 890. num. 18., & de-
cis. 950. num. 6., præsertim verò, cum agitur
de extensione Gratiæ ad futura insolita, inco-
25 gnita, & quæ regularitèr sub quacumque, ta-
metsi generali, concessione minimè compre-
henduntur, Abb. in cap. Super speciali sub n. 5.
nè Cleric., vel Monac., Butr. cons. 19. num. 9.
& seqq., Curt. Jun. cons. 191. num. 14. lib. 3.,
Spad. cons. 150. num. 16. lib. 1., & cons. 142.
num. 1. & seqq., & num. 11. lib. 2., Tusch. pra-
ctic. conclus. lit. P. concl. 736. num. 4., Card. de
Luca de Regal. disc. 41. sub num. 9. vers. undè
cùm Privilegium Nicolai, Pulm. Nep. alle-
gat. 104. num. 48., & allegat. 107. num. 21. &
seqq., Rot. divers. decis. 55. num. 7. & sequen.
par. 2., in Recent. decis. 237. num. 5. par. 7., co-
ram Coccin. decis. 598. num. 3., coram Beniaca-
sa decis. 157. num. 8., cum aliis in Romana præ-
tensæ reintegrationis 6. Junii 1712. §. Et se-
cundo 29. coram R. P. D. Ansaldo.

Quorum denique comprehensio exclude-
batur non solùm ex mox relata clausula =, &
26 de confirmatione tantùm = verùm etiam illa
alia = & quatenus sint in usu =, quæ tan-
quam adijciens conditionem, & importans li-
mitationem, Bartol. in leg. 1. numer. 20. ff.
de condit., & demonstrat., Dec. cons. 345. n. 2.,
Barbos. de claus. usufreq. claus. 124. num. 1.,
Theodor. Rub. singular. Rotæ Romanæ tom. 2.
part. 2. claus. 612. num. 1., Tamburin. de Jur.
Abbat. tom. 1 disput. 18. quæst. 1. numer. 3.,
Cirocch. disceptat. 53. numer. 3., Rocc. disput.
Jur. select. capit. 185. num. 9., Rot. coram Ca-
putaquen. dec. 345. nu. 2. part. 3., coram Coccin.
dec. 448. num. 11., coram Merlin decis. 740. n. 9.
adeò restringit, & limitat confirmationem
27 Privilegiorum, atque exemptionis, ut rejectà
præsumptà, requiratur positiva, & realis pro-
batio talis usus, Barbos. de claus. 124. num. 1.
in fine, Rub. eadem pariter mox relata claus. 612.
num. 2., & priùs singular. Rotæ Roman. par. 1.
ad decision. Lancellott. 55. in fine fol. 341. lib. 1.,
Bonden. collect. legal. 35. num. 61. tom. 2., Ci-
rocch. discept. 54. num. 28. & 29., Posth. re-
sol. 68. num. 24. & 120., Constantin. ad Stat.
Urb. in prælud. numer. 104., Gratian. dec.
Marchi. 14. numer. 14. & per tot., ibidemque
Scoppa à num. 17., Rota coram Seraphin. de-
cis. 1004. num. 9. inter divers. dec. 56. num. 5.,
& dec. 780. num. 10. part. 1., & in Rec. dec. 22.
28 nu. 7. part. 9. Usus namque à Principe requisitus
respicere dicebatur exemptionem antea con-
cessam, & quæ in statu validitatis, atque ob-
servantiæ reperiretur, Rot. coram Pen. dec. 305.
num. 4., coram Card. Molin. dec. 442. nu. 5.
post Merlin. de legit. dec. 598. num. 14.

Quamquam verò tum substantia Gratiæ,
tum modus eam concedendi præseferentes
confirmationem exemptionis jam aliàs com-
petentis, usu, atque observantià confirmatæ,
manifestè excludant quidquid sub exemptione
confirmata non comprehendebatur, & usu,
ac observantia receptum non erat, nihilomi-
nùs clariùs id demonstrat natura, & quiddi-
tas exemptionis, ex adverso allegatæ, quæ, ta-
metsi subsisteret, Homines Villæ S. Alberti
eximere non posset à subjectione Juri priva- 29
tivo, quod vigore Motus proprii sanctæ me-
moriæ Alexandri VII. introductum fuit in ere-
ctione Appaltus Tabacchi, & Aquævitis, eò quod
idem revera nullam propriè importet Datii,
seu Gabellæ impositionem super dictis spe-
ciebus, sed Supremus Princeps, tanquam Re-
galia, illas sibi reservasse dicatur, statuendo
eisdem justum pretium, quo Subditis distri-
buantur, cujus proindè solutio cujusvis exem-
ptionis colore negari nequit ab ementibus di-
ctas species, Regaliæ Jure pertinentes ad ipsum
Principem, illas distribuentem ministerio sui
Appaltatoris, cui cessisse, ac concessisse cense-
tur Jus privativum, ut benè docuerunt Bur-
satt. consil. 42. num. 9. lib. 1., Graff. de effect. Cle-
ric. effect. 3. num. 261., ibi = limitatur decimo
ubicumque Gabella esset imposita super re Prin-
cipis, ut super Sale, vel Piscibus, qui ca-
piuntur in loco Principis, quia talem Gabel-
lam Clerici solvere tenentur, ex quo hæc talis
non est propriè Gabella, sed potiùs limitatio,
seu taxatio pretii rei Principis, præsertim verò
cum agitur de speciebus humano usui minimè
necessariis, à quarum usu, & emptione fa-
cilè quisque abstinere potest, ut bene illas 30
distinguendo ab aliis speciebus, ad necessariam
vitæ sustentationem pertinentibus, egregiè mo-
re suo docuit clar. mem. Card. de Luca de regul.
disc. 46. sub num. 11., ubi agens de Appaltu
Nivis ita loquitur sub §. Pro hujusmodi onere =
hinc secatum est Principem, vel Civitatem no-
tabile emolumentum ex isto Appaltu reportare,
non indè tamen inferri potest, ementes Nivem
à dicto Appaltatore aliquod vectigal subire,
quia revera id, quod solvitur, est pretium ma-
teriæ, humano usui non necessariæ, ut sunt Panis,
Vinum, Caro, Sal, & similia, quo casu mono-
polium, seu Jus privativum contineret Vecti-
gal consistens in eo majori pretio accidentali,
quod ultra consuetam intrinsecum, & connatu-
rale pretium ita augetur, & disc. 61. num. 10.
Porrò Tabacchum, & Vinum stillatitium tam-
quam res humano usui non necessarias, non 31
comprehendi sub exemptione à Gabellis, benè
de primo post Fermosin. in cap. Ecclesiæ S. Ma-
riæ quæst. 16. num. 10. 23. 37. & 51. de Constit.,
Salorzan. politic. lib. 2. cap. 10. vers. per que tam-
bien., & versic. pro considerando fol. 118. & seq.,
quos

quos refert, & sequitur *Cortiad. decis.219.nu-*
32 *mer.31.*, qui loquens in fortiori casu, Clericorum nempè, non dativo, aut privilegiario titulo, sed nativo Jure exemptorum à Gibellarum solutione, quærit = *An Clerici teneantur solvere Gabellam, Datium, seu Vectigal super Coccolatico, & Tabaccho impositum?* concludit autem his verbis = *respondeo, quod sic quia Coccolaticum, & Tabacchum non est de illis rebus multum necessariis vitæ humanæ, & quarum emptione Clerici possunt se subtrahere, & abstinere*, & de utroque *R.P.D.Zaal.*
33 *in observ. ad Statut. Favent. lib.6. rub. 7. numer.25. tom.2.*; hæc autem ratio fortius urget respectu Aquævitis, quæ non solùm necessaria non est, sed potiùs perniciosa dicitur à *Zacchia quæst. Medic. legal. lib. 3. tit. 3. quæst. 4. n.12.*, ubi enumerat mala, quæ ab illius usu proficiscuntur.

Verùm enim verò, si ex eo, quod Jus privativum concessum Appaltatori Tabacchi non contineat Gabellam, sed Jus quoddam regale competens Supremo Principi vendendi certam speciem, sequitur, quod Villa S. Alberti, prætextu cujusvis exemptionis, ipsi concessæ, se subtrahere nequeat istiusmodi Juri, si certius id procedit respectu specierum, humano usui minimè necessariarum, quid dicendum erit in casu nostro, in quo illa prætextu assertæ exemptionis, non solùm se eximere conatur ab onere, quod ipsi imponi dicitur ex Jure privativo competente Appaltatori, sed, quod graviùs est, retinendo Tabernas, in quibus venditur Tabacchum, & Aquavitis, usurpat, sibique arrogat Jus illud cum maximo Appaltatoris generalis, cui illud privativè competit, detrimento, vendendo nimirum nedum Incolis Villæ; sed finitimis Gentibus dictas species, quod sanè ferendum non est, ipsique concessum dici nequit vigore illius, quam sibi attribuit, exemptionis, quæ datur quidem ut Exemptus liberetur ab oneribus, non autem, ut aliquid extrinsecùs lucretur; quamobrem
34 exemptiones pertinere censentur ad evitandum damnum, at non etiam ac concedendum lucrum, ut benè docuit *Spad. consil. 206. num.8. lib.3.*, id ex doctrina *Jo: Andreæ* probans exemplo Decimarum, quarum respectu dicitur aliud esse, an alicui Ecclesiæ concedantur Decimæ, an verò eximatur à Decimis, ibi = *quia pro responsione animadvertendum est, quod hujusmodi exemptiones dantur Personis benemeritis, ut eximantur ab oneribus, non autem ut aliquid extrinsecùs lucrentur, & sic istæ exemptiones potiùs pertinent ad evitandum damnum emergens, quàm ad concedendum lucrum, ut patet ex eorum lectura, & probatur ex traditis per Joan:*
35 *Andr. in cap.dudum nu.5.de privileg.*, *ubi dicit, esse differentiam, an alicui Ecclesiæ concedantur Decimæ, an verò eximatur à Decimis, quia quando eximitur, non potest ab aliis Decimas exigere, sed tantùm ipsa liberatur ab onere solvendi Decimas, secùs autem est, quando ipsæ Decimæ conceduntur* = id quod confirmatur alio exemplo, Jurisdictionis nempè, quæ non in- 36
fertur ex concessione Immunitatum, *Altogrod. consil.71. num.27.*, ibi = *Nec enim ex concessione Immunitatum, & Franchitiarum potest inferri ad translationem Jurisdictionis, & Imperii* = quibus affine est illud aliud desumptum ab exemptione passiva, ex qua nunquam argui valet ad activam, juxta familiaria exempla Exemptorum, Prælatorum nempè inferiorum, qui ex eo quod privilegio, vel præscriptione 37
acquisiverint passivam exemptionem, nullum arrogare possunt exercitium activæ exemptionis, sive Jurisdictionis, ut distinguendo, latè monet *Rota in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis 16. Februarii 1703. §. Sed solùm coram R̃mo Molines, & in Constantien. Jurisdictionis super bono Jure 13. Aprilis 1713. §. Proindeque coram Em̃o D. Cardinali Scotto, in Leodien. Jurisdictionis super bono Jure 23. Junii 1713. §. Quibus jactis coram eodem*, confirmata de anno 1714. *coram R.P.D. Cerro*; Tametsi igitur Jus privativum competens Appaltatori Generali Tabacchi, & Aquævitis importaret non meram taxationem pretii, quo species istæ vendi debent, sed secumferret veram novæ Gabellæ impositionem, nihilominùs Homines Villæ S. Alberti exemptione suà juvari quidem possent, ut præservarentur à damno, non autem ut illius colore in præjudicium Juris privativi, quod tamquam quid regale, Supremus Princeps exerceri voluit a suo Appaltatore Generali, retinerent Tabernas, in quibus publicè, & impunè Tabacchum, & Aquamvitis vendere possent, ita enim non solùm obtinere dicerentur exemptionem passivam, sed etiam Jura regalia usurpare, & exercere Jus activum exigendi ab aliis ea vectigalia, & onera publica, quæ Principi debentur, quod sane adversaretur naturæ exemptionis, & menti Principis illam concedentis, ut in fortioribus terminis contra Ecclesiasticos egregiè more suo ratiocinatur *clar. mem. Card. de Luca de regal. disc.52. num. 14., disc.54. nu. 2. disc.58. num.7. in annot. ad disc. 61. juxta Venet. impress., & in M.scell. discurs.6. num. 10. & sequent.*

Quæ cum ita sint, & ut proposuimus *§. Agnoscens autem in fin.*, inspectâ tum substantia Gratiæ, tum modo, & forma illam concedendi, tum denique natura, & quidditate exemptionis, plenè demonstratum fuerit, Homines Villæ Sancti Alberti colore nullo se eximere posse à subjectione Juri privativo, vigore Capitulorum Appaltus concesso D. Bellono, superfluum videri posset altiori indagine assumere examen Literarum Apostolicarum deindè expeditarum pro forma dumtaxat, & usu probationis Gratiæ, restringendæ, & veluti ad suam matricem, referendæ ad Supplicationem, imò ad ejus summarium, quod solùm à Papa legitur; Verùmtamen si spectandum sit illud corrosum, & pluribus in partibus vitiatum Bullæ documentum, quod ex adverso exhibetur, tantùm abest, quod secumferre

possit

possit exorbitantem illam antiquæ exemptio-
nis ampliationem, atque extensionem ad one-
ra omnia, & quascumque Gabellas, ex causa
etiam cujusvis extremæ necessitatis à Sede
Apostolica imponendas, ut ex toto ejusdem
contextu Sancti Pontificis Pii V. Gratia ad ter-
minos d. Summarii Supplicationis restricta ex-
pressè reperiatur.

Licèt enim, ut legebatur etiam in ipsa ori-
ginali Supplicatione, pars narrativa Bullæ ex-
ponens preces Hominum Villæ S. Alberti,
38 præter confirmationem antiquæ exemptionis,
contineat petitionem illius ampliationis; atta-
men pars dispositiva, sive concessiva, quà per-
fici dicitur Gratia, *Abb. in capit. inter dilectos
numer.4. vers. nota bonam limitationem de Fid.
Instrum.*, *Angel. cons. 36. num.3.*, *Gratian. di-
scept.530. num.27.*, *& discept.734. numer.31.*,
*Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 533.
num.8.*, *in Recent. decis. 126. num.9. part. 13.*,
optimè *decis.49. num. 9.*, *& seqq. part. 15.*, *&
decis.14. num.11. & 12. part.16.*, expressè re-
stricta legitur ad simplicem confirmationem
antiquæ exemptionis, non quidem absolutam,
sed, ut dictum est, obnoxiam conditioni illi =
quatenùs essent in usu =, ut perspici potest ex
litera ejusdem Bullæ, quæ, tametsi vel injurià
temporis, vel alio casu corrosa appareat in
parte, & quidem substantiali, satis tamen de-
monstrat, quæ Summi Pontificis mens, &
quæ, qualisque fuerit substantia Gratiæ, ex-
pressa verbis illis = *Vestris supplicationibus
nobis prò vestra parte desuper porrectis inclinati,
præmissa omnia, & singula Auctoritate Aposto-
lica tenore præsentium Literarum quatenus ...
.... fiat in usu confirmamus* = Si igitur,
ut ostendimus *§. Agnoscens autem*, in matrice
Gratiæ, Summariolo nempè Supplicationis,
continebatur simplex confirmatio, ibi = *de con-
firmatione tantùm, & quatenùs sint in usu* =; &
in parte dispositiva Bullæ, quæ hodie extat, &
perlegi potest, apertè innuitur, Summum Pon-
tificem, nonnisi meram confirmationem, pen-
dentem pariter ab eadem conditione = *quatenùs
essent in usu* = impartiri voluisse, frustra Homi-
39 nes S. Alberti, sub obtentu d. Bullæ, sibi ar-
rogant novæ exemptionis concessionem, sive
antiquæ extensionem; Enim verò si Summus
Pontifex novam Gratiam concedere voluisset,
post antiquæ confirmationem superaddidis-
set verba, quibus novum aliquod, & ampliùs
privilegium concessisset, ut tradiderunt *Bar-
bos. in cap. cum dilecta ex num.12. de confirmat.
util. vel inutil.*, *Fagnan. in cap. Si quis eodem
tit.*, *Amayden. de Styl. Datar. cap.15. num.38.
& seqq.*, *Nicol. Losæus de Jur. Universit. par.3.
cap.10. num.21.*, *Palm. Nep. allegat.256. n.14.
& 15.*, *& allegat.257. num. 18. & 19. tom.3.*,
Card. de Luca de præemin. disc.40. num.7., *de re-
gal. disc.172. num.10.*, *& disc. 198. numer. 2.*,
Rota coram Seraphino decis. 1432. num. 4., *in
Recentior. decis.157. n.5. & seqq.*, *& dec.309.
num.14. & seqq. part.6.*, *coram Baratto dec.93.
num.6.*, *coram Arguell decis.17. num.38.*, *co-
ram Merlino dec.743. num.13.*, & benè *in Voto
prædicto edita in Bononien. Pronenetici §. Tum
etiam quia*, ibi = *Tum etiam quia in dispositiva
ejusdem Bullæ nullum verbum, seu clausula,
præseferens voluntatem Pontificis indulgendi no-
vam Gratiam, legitur adjectum, prout de stylo
Datariæ adjici solet, ubi Pontifex intendit,
ultra confirmationem facultatum, à Prædecesso-
ribus concessarum, superaddere aliam Gratiam,
seu aliam dispositionem non radicatam in actu
confirmato.*

Quamobrem si deficiunt verba, quæ novæ,
& amplioris Gratiæ concessionem secumferre
queant, si eadem multò minùs virtualiter sal-
tem radicata dici potest in actu confirmato:
quippè confirmatio antiquarum exemptionum, 40
utpote respiciens Gabellas, & onera ordina-
ria, tunc imposita, non autem alia extraordina-
ria onera, ob publicam utilitatem ex causa de
futuro subsidiarie imponenda, *ex doctrina Di-
ni in leg. si ex toto*, quam ibi sequuntur *Jason.*,
& alii ff. de legat.1., *Afflict. in §. Vectigalia
num.149.*, *Alexand. cons.216. num. 28. lib.2.*,
Paris. cons. 25. num.111., *& cons.68. num. 14.
lib.1.*, *Ruin. cons.4. num.17. lib.5.*, *Nevizzan.
cons.66. num.7.*, *Gaill. practicar observat.lib.2.
observat.52. sub numer. 26.*, *Pastus. de Collect.
part.4. cap.7. num.53.*, *& num.57.*, *Capyc.Ga-
leot. contr. 54. in fin. lib. 2.*, *Card. de Luca de
regal. disc.47. nu.14. & seqq.*, *Ardolin. resol.1.
num.26.*, *Gob. consult. dec.18. nu.23.*, *Osasch.
dec.91. num.1.*, *Sanfelic. dec.391. num. 11. &
seqq.*, *Rota coram Buratto dec.391. num.6.*, lo-
cus profectò nullus esse poterit exadverso præ-
tensæ extensioni exemptionis; Certiùs in casu
nostro, quia agitur de onere extraordinario 41
imponendo ex causa nedum futura, verùm
etiam tali, de qua tempore confirmationis,
tamquam penitùs incognita, cogitari non po-
rat; eum autem, ut tacitè, & virtualiter in
Gratia confirmationis res, de qua agitur, com-
prehensa censeri posset, requireretur, quod Con-
cedens de ea cogitare, illamque in mente ha-
bere potuisset, *Felin. in cap. cannulli 28. nu. 22.
vers. adde etiam de rescript.*, *Roccu disput. Jur.
select. cap.185. num.6. & seqq. tom. 2.*, *Rot. in
Rec. dec.103. sub num.5. part.2.*, *coram Ninot.
decis.58. nu.22.*, *coram Bichia decis.521. n.12*,
coram san. me. Alexandro VIII. decis.46. n.11.,
quonam pacto Summus Pontifex confirmatio-
ne antiquarum exemptionum comprehendere
voluisse censendus erit Gabellam, post unius se-
culi decursum impositam super specie, & usu
Tabacchi, qui anteactis seculis ignotus, & ad
vitæ usum minimè necessarius, ingeniosà ma-
litià hominum, odoratus irritamenta appe-
tentium, nuperis hisce temporibus inventus
fuit?

Ex quo consurgit alia prævalida ratio, ob
quam in actu confirmato radicata censeri ne-
quibat exemptio à dicta Gabella; nam, ut pa-
tet ex toto contextu dictæ Bullæ, confirmatio
exemptionum, in eadem concessa, ordinata
legitur ad eximendos Homines Villæ Sancti
Al-

42 Alberti ab oneribus & Gabellis, quibus tem-
pore concessæ exemptionis subjiciebantur ra-
tione fructuum, qui in dictæ Villæ Territorio
ab ipsis colligebantur, vel quos ipsi aliunde ad
necessariam vitæ substentationem sibi compa-
rare cogebantur, prout regulariter ad dd. spe-
cies similes exemptiones restrictæ censentur,
ad tradita per *Ruin. conf. 127.numer. 10.lib.4.,*
Card.de Luca in Miscell. Eccles.disc.49.nu.19.,
in supplement part.4., Gannaver.decis.41.n.36.
& seqq:, Sanfelic.decis.391.num.31.lib.3., ideò-
que extendendæ non sunt ad alias species, quæ
in proprio asserti Exempti Territorio minimè
nascentes, voluntariè, & prætèr necessarium
usum ex aliis Locis introducuntur, per ea, quæ
ad rem notat *Fermosin in cap. Ecclesia Sanctæ*
Mariæ quæst.56.num.10.23., 37., & 51.de Con-
stit., & Cortiad. decis. Catbalon. 219. num. 31.
tom.3., quale est Tabacchum, & Vinum stil-
latitium, ut plenè probavimus *in §.Quamquam*
verò.

Hæc igitur cum ita se habent, & ex Bulla
Sancti Pii V.argumentum nullum elici possit,
ex quo confirmatio antiquarum exemptionum
impartita Hominibus Villæ Sancti Alberti,
trahi possit ad ampliationem exemptionis ab
oneribus in futurum, ex quavis causa, extremæ
etiam necessitatis Sedis Apostolicæ, imponen-
dis, frustra Pars Adversa recurrit ad subse-
quutas confirmationes deindè obtentas à Sum-
mis Pontificibus Clemente VIII., aliisque Suc-
cessoribus; Enim verò hi inhærentes vestigiis
Sancti Prædecessoris, qui antiquas dumtaxàt
exemptiones, *quatenùs essent in usu*, confir-
maverat, concesserunt solummodo dictæ con-
43 firmaverat, concesserunt sollummodò dictæ
confirmationis novam confirmationem, suàptè
naturà non egredientem terminos actus con-
firmati, nihilque de novo illis addentem, ut
præter allegatos *§. Porrò si spectemus*, tradit *Ro-*
ta in Recent. decis. 161. num. 10. part. 15., de-
cis.229.num.15., decis.494.num.12.part.19., in
Melevitana Juris optandi 2. Junii.1704. §. Ex
his coràm bon. mem. Omanno; Imò verò hæ
posteriores confirmationes, & præsertim illa
san. memor.Clementis VIII. modificata repe-
ritur nedum ea conditione = *dummodo sint in*
usu =, verùm etiam illà alià, qua declarantur
Privilegia exemptionum, de quibus agitur, va-
litura = *quatenus non sint revocata, aut aliqui-*
bus revocationibus comprehensa = quibus sanè
clausulis non solùm excluditur quæcumque
novæ Gratiæ concessio, ut latè probatum fuit
superioribus locis; Verùm etiam si colore ul-
lo ex dictarum confirmationum tenore eadem
induci posset, obnoxia fieret subsequutis dein-
ceps revocationibus, & præsertim illis san.
memor. Innocentii XII. *in ejus Bullario la 5.,*
44 quæ amplissimis verbis, & clausulis revocat, &
abrogat quæcumque privilegia, Immunitates,
exemptiones omnes concessas, *etiam in recom-*
pensam laborum, & damnorum passorum, ex-
pensarum, vel meritorum, seù illorum intuitu,
& contemplatione, & ex alia quantumvis fa-
vorabili, ac urgentissima, & de necessitate spe-
cialitèr exprimenda causa = Cum autem in du-
bium venire nequeat, quin Summus Ponti-
fex, generalibus hisce revocationibus, tollere
possit privilegia quæcumque exemptionis à 45
suis Antecessoribus concessa, *Spad. consil. 208.*
num. 5. lib. 3., Antunez.de Donat.lib.1.part.2.
cap.24.num.16., Bonden, collect. leg.9.num.106.
lib.2., hinc sequitur, quod illa, quibus Villa
Sancti Alberti se eximere contendit à Jure pri-
vativo Appaltatoris Tabacchi, tamquam revo-
cata, perinde habenda sint, ac si nunquam ema-
nassent, *Rot.coram Pen.decis.1182., coram Coc-*
cin.decis.1059.num.4., & num. 39., coram bon.
mem.Emerix jun.decis.1024.num.12., in Recent.
decis.147. num.6.part.16., & in specie de revo-
catione ex censura præfatæ InnocentianæCon-
stitutionis indicta, tradit *Rota in una Bononien.*
exemptionis die 14. Junii anni 1706. §. His
consequenter cum seqq. coram Reverendissimo
Molines, & in alia paritèr Bononien. exemptio-
nis 6.Junii sequentis anni §. De his cum seqq.
coram R.P.D Falconerio.

Nilque facit, quod eadem Constitutio
præservet nedum exemptiones concessas *in*
vim contractus en causa verè onerosa, videlicèt
congrua, & effectivæ pecuniarum solutionis, &
non aliàs &c. eidem Cameræ Apostolicæ &c. le- 46
gitimè facta, verùm etiam manere voluerit il-
læsas *etiam Immunitates concessas ex aliis ratio-*
nabilibus causis, per Nos cognoscendis, & adpro-
bandis, ut infrà, ac etiam declararandis, quas
omnes causas onerosas, nonnisi legitimas, ac lici-
tas, & honestas, prout de Jure, adprobare in-
tendimus = ex quo Pars Adversa infert quod
cum privilegium suæ exemptionis impetratum
ab ipsa fuerit ob insalubritatem aeris d. Villæ
S.Alberti, & hæc fuerit rationabilis causa illud
concedendi, dicendum idcircò sit, quod si
causa isthæc hodiedum viget, vigere etiam
debeat privilegium exemptionis, illius intuitu
impartitum; Discursus namque iste deficiens in
antecedenti, sive in supposito, corruit etiam
in consequenti, juxtà enim documenta, per nos
allata, non subsistit asserta aeris insalubritas, ea-
demque non fuit expressa Summo Pontifici
Sancto Pio V., sed ab hominibus dictæ Villæ
Sancti Alberti illi prætenta fuit alia causa con-
cedendi privilegium, Loci nempè sterilitas,
ibi = *& in Loco aliàs sterili consistebat* = At verò
cùm in dubium venire nequeat, quin asserta
aeris insalubritas fuisset causa longe potentior
simplici Loci sterilitate, profectò si illa vera
extitisset, exposita legeretur Summo Pontifici, 47
quamobrem ex talis causæ reticentia validum
consurgit argumentum, quod illa vera non fue-
rit, *ad Text.in leg.Si quis fortè §. 1.ff.de pæn.,*
Farinacc. de Falsit. quæst. 153. num.182., Rota
coram Coccin. decis. 2342. num. 39., coram Bu-
ratto decis.178.num. 7., apud Vivian. de Jure-
patronat.decis.143.num.26., & seq., coram Prio-
le decis. 38. numer.2., & seq., in Rec.decis.535.
numer. 86.part. 14., in Cremonen.Beneficii 14.
Maii 1706. §.Tantò faciliùs coràm Reverendis-
simo

ssimo Kaunitz Episcopo Labacen., *in Avenionen. Successionis* 14. *Junii* 1709. §. *Nàm ex hactenùs cor. R.P.D. Falconerio*, *& in Romana Pecuniaria* 19. *Aprilis ejusdem anni* §. *fin. cor. R̃mo Aldrovando*, *& in Æsina Collectarum* 7. *Decembris* 1714. §. 19. *coram Eminentissimo Card. Scotto*. Enim verò si juxtà rectam, &
48 prudentem rationem agendi, quisque semper pro impetranda Gratia meliorem titulum in precibus allegare præsumitur, *Rot. cor. Seraph. decis.* 1235. *vers. Nec obstat*, *cor. Burott. decis.* 792. *num.* 1. *vers. Undè resultat. post Bonden. collect. legal. decis.* 14. *num.* 25., *inter divers. decis.* 208. *num.* 20. *vers. Secundò part.* 4. *Recen.*, *decis.* 94. *sub. num.* 38., *& seq. part.* 7., nemo sanè sensu præditus suadere sibi poterit, quod Homines Villæ Sancti Alberti, omissâ potentiori,
49 ac magis rationabili, causam minùs rationabilem obtendissent, *Rot. coram Durano dec.* 205. *num.* 16. *vers. Tum etiam quia*, *in Recen. decis.* 430. *sub numer.* 3. *versic. Quia cum Vicarius part.* 2., *dec.* 512. *num.* 16. *versic. Itaut productio uno titulo part.* 5., *Rota in una Barchinonen. Parochialis del Prat.* 13. *Junii* 1698. §. *Nec relevat in fin.*, *&* 2. *Decembris ejusdem anni* §. *Neque opponi coram bon. mem. Ursino*.

Verum præterea contrarius discursus deficit etiam in consequenti, nàm tametsi colore ullo sustineri posset, Sanctum Pium Quintum ob insalubritatem aeris, qua laborarent Homines Villæ Sancti Alberti, motum fuisse ad facilius eisdem elargiendam veterum exemptionum confirmationem, nihilominus istiusmodi causa talis non est, ut illos eximere valeat à Censura Innocentianæ Constitutionis, ac re-
50 vocatione exemptionum, generaliter in eadem indicta; Etenim non licet Subditis deserere Locum propriæ Originis, si ex tali recessu ab originario domicilio, & habitatione agri remaneant deserti, ac Populo vacui, ut post *A Ponte de Potest. Proreg. titul. de abundant. Civitat.* §. 2. docet *Novar. de gravam. Vassallor. gravam.* 75. *num.* 11., quamobrem, ut rectè ait *Hugo Grot. de Jur. Bell., & pac. lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 42. inquiens, quod licèt naturalis libertas permittat, singulos ex altera Ditione in alteram mi-
51 grare, eosdemque suscipi, nihilominus publicæ amicitiæ, ac pacis Leges violatæ dicerentur, si magno numero reciperentur homines, Oppidi, aut Civitatis partem integrantem facientes; Si igitur Hominibus dictæ Villæ non licebat, relinquendo Locum originariæ habitationis, illam vacuam, ac desertam facere ob aeris insalubritatem, hæc adnumerari nequit causis onerosis, atque correspectivis similium exemptionum, &
52 privilegiorum; Quippè tales esse nequeunt illæ, ad quas ex aliqua naturali obligatione quispiam tenetur, *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 23. *ex num.* 102., proindeque nil mirùm, quod in Supremo isto Tribunali *in una Perusina exemptionis die* 2. *Decembris* 1708. *Ponente Illustrissimo*, *& Reverendissimo Domino Cybo*, causa, hæc licèt expressa in quodam privilegio, reputata fuerit insufficiens pro evitanda cènsura Constitutionum revocatoriarum exemptionum.

Nec denique omittendum est, quod, tametsi talis causa revera subsisteret, eademque reputari posset sufficiens, & proportionata pro excipienda simili exemptione ab Innocentiana revocatione omnium exemptionum, ex causa onerosa minimè concessarum, & denique nominatim illa expressa fuisset in Supplicatione porrecta Sancto Pontifici Pio Quinto, nihilominùs cum in concessione Gratiæ deindè facta, post maturum illius examen in Supremo Tribunali plenæ Cameræ, Sanctus Pontifex, denegatâ veteris exemptionis ampliatione ad nova Datia, & Gabellas, solummodò concesserit antiquæ exemptionis confirmationem, adjectâ conditione illâ, removente consensum ab actu, *quatenùs* scilicèt *esset in usu*, frustrà quæritur an sub generalibus revocationibus exemptionum comprehendatur exemptio nunquam concessa, & qua numquam Homines Villæ Sancti Alberti gavisi fuerunt, ut enim ostenditur *hod. Sum.*, illi semper subjecti fuerunt Juri privativo Appaltatoris Tabacchi, & Aquævitis, ex quo Parti Adversæ præclusum remanet confugium ad observantiam, in præteritis Causæ disputationibus ab ipsa allegatam, Ac præterea cum In- 53
nocentiana Constitutio munita *decreto irritante* deroget omnibus contrariis Consuetudinibus, etiam immemorabilibus, nullus contrà eandem allegari valet contrarius usus, ut præter ea, quæ generalitèr tradunt *Felin. in cap. Cum accessissent num.* 7., *&* 30. *de constitut.*, *& in cap. Ceterum num.* 19. *de rescript.*, *Gabriel de clau. conclus.* 3. *num.* 18., *& seqq.*, *Barbos. de clauf. usufreq. clauf.* 40. *numer.* 2. *& seqq.* apud quem concordantes, *Rub. singul. Rotæ Rom. tom.* 2. *part.* 4. *clauf.* 58. *num.* 1. dixit *Rota in d. Bononien. exemptionis* 14. *Junii* 1706. §. *Super validitate cor. R̃mo Molines*.

Proposita fuit Causa hæc anno 1714. *in Tribunali Cameræ*, *& prodiit Resolutio favore Appaltatoris Cameralis*, *quæ fuit confirmata ab eodem Tribunali die* 22. *Junii* 1716.

Proposita tandem in gradu Restitutionis in integrum in Congregatione particulari: *& speciali Commissione Sanctissimi resolutum fuit* constare de Re judicata.

ARGUMENTUM.

Gratia licèt amplissima restitutionis Delinquentis, qui Patrini operam in Duello præstitit, feuda, hac ex causa ad Ecclesiam Dominam directam ipso jure devoluta, ejusque favore jam aperta, non comprehendit.

DISSERTATIO IV.

1 *Sacri Canones gravissimis pœnis obnoxios esse voluerunt eos, qui duella committerent, & qui Patrini operam præstarent.*

2 *Summi autem Pontifices in eosdem penam proscriptionis Bonorum omnium, & privationis feudorum indixere, ipso jure, ipsoque facto incurrendam.*

3 *Vassallo Reo effecto criminis duelli, feuda laica ad Fiscum secularem, Ecclesiastica verò ad Ecclesiam Dominam directam rectà via devolvuntur*, & n.4. & 62.

4 *Privato Vassallo ob crimen duelli, utile feudi dominium ipso Jure consolidatur cum directo*, & n.7.

5 *Nullaque citatio Vassalli, pro capienda, seu recuperanda feudi possessione requiritur.*

6 *Immo Dominus directus nedum possessionem apprehendere, sed novum Vassallum Reo non citato, de feudo investire potest.*

7 *Privato Vassallo ob duelli crimen, civilis possessio existens penes Dominum, vi sua attrahit naturalem possessionem, penes Vassallum existentem*, & n. 44. & 89.

8 *De Jure possidere non dicitur Vassallus, Legis ministerio possessione privatus.*

Et nec etiam de facto, apprehensâ ejus Bonorum detentione a Rev. Camera, ibid.

9 *Manutentio praeexistentem possessionem supponit.*

10 *Vel assistentiam tituli, adeo clari & efficacis, ut vi sua possessionem absorbeat.*

11 *Manutentio, ei qui possessione caret, & titulo, non debetur.*

12 *Reintegrationis remedio juvari nequit Vassallus, possessione, ob delictum, privatus.*

13 *Clausula seu dictio* = plenariè = *summam Gratiæ restitutoriæ amplitudinem præsefert.*

14 *Gratia restitutoria, amplissima, &* plenaria, *in qua cassatio Processus, & Sententiæ demandatur, comprehensiva est Bonorum etiam, quorum possessio per Sententiam Condemnato adempta fuerat.*

Et porrigi etiam debet ad Bona ea, quæ in sequelam delicti, & condemnationis fuerant ad Dominum directum devoluta n. 16.

15 *Gratia restitutoria amplissima, &* plenaria *tollit penitus condemnationem, Causamque reducit ad non Causam.*

17 *In Gratiis restitutionis ea subintelligitur conditio, ut nempe concessæ intelligantur absque præjudicio Juris, Tertio quæsiti.*

18 *Ita ut ab hac regula recedere integrum non sit, nisi in casu, quo restitutio non per viam Gratiæ, sed per viam justitiæ concessa reperiatur.*

19 *Vel nisi concessa sit publici boni caussâ, n.21.*

20 *Restitutio amplissima comprehendit etiam feuda, quæ Principi ob condemnationem Vassali erant quæsita, secus de feudis, quæ alteri quæsita erant.*

22 *Jus Domini directi, tamquam promanans ex lege investituræ, quæsitum dicitur ex contractu.*

Principis autem restitutio nequit Domino directo auferre jus, illi ex natura contractus comparatum ibid. & n.38., & 85.

23 *Gratiam restitutoriam Delinquentis, licèt amplissimam, non extendi ad ea, ad quæ jus Tertio quæsitum fuerit, confirmatur inductione plurium similium exemplorum a* n. 24. ad 29.

24 *Clericus Beneficiatus si condemnatus, & degradatus fuerit, & postea a Papa restituatur etiam ad Beneficia, ex tali restitutione præjudicium nullum irrogatum intelligitur Patrono laico, cui interim ex fundatione fuit quæsitum jus præsentandi alium.*

25 *Privatus officio, & deinde a Principe restitutus, non intelligitur ad illud redintegratus, si ejusdem collatio ad Principem non spectabat.*

26 *A Beneficio, atque officio passim Doctores arguunt ad feudum*, & n. 27.

28 *Pensio per degradationem Beneficiati extincta, gratiosà restitutione non reviviscit.*

29 *Restitutionis beneficio non censetur remissa pœna, Parti applicata, vel applicanda.*

30 *Restitutio Delinquentis eò magis intelligi debet: sinè præjudicio Juris Tertio quæsiti, quando illius privatio, & adquisitio a Tertio facta, non ab una, eademque causa procedant.*

31 *Privatio Delinquentis, & adquisitio a Tertio facta, quando, veluti a sua causa immediata, procedunt a solo Banno, tunc plenaria Delinquentis restitutio intelligenda est etiam de Bonis, Tertio quæsitis; secus, quando a caussa, diversa a Banno procedant*, & n. 33.

Hæcque distinctio ab omnibus Doctoribus recepta est, ibid.

32 *Gratia & restitutio redintegrare quidem potest Bannitum ad ea, quæ ex Sententia amisit, sed non ad illa, quæ aliunde Tertio quæsita fuerant.*

33 *Inter actus non ab eadem radice, sed à diversis prodeuntes, ab uno ad alium inferendum non est.*

34 *Restitutio abolere potest Sententiam condemnatoriam, & ex illa promanantes effectus; ut nequit devolutionem, ipso Jure inductam, è medio tollere.*

35 *Restitutio valet jus ad feudum, Agnatis quæsitum, tollere, quoties feudum est illis per Sententiam applicandum, secus, quando sit ipso jure ad illos devolutum*, & n.37.

Quo casu eò minùs Dominis directis nocere potest, n.38.

36 *Rerum dominia sunt de jure naturali. Naturalia autem sunt immutabilia per hominem.*

37 *Princeps nequit remittere culpam Vassallo in præjudicium Agnatorum, quoties ipso Jure caducitas incursa est.*

39 *Devolutio, ipso jure inducta, sublata dici nequit per restitutionem factam à Principe ad-*

adversus Sententiam, ab ipso editam.

40 Pœna pro delicto aliquo, ipso Jure sancita, quoties notorium illud est, executioni demandari potest, tametsi nulla præcesserit Sententia declaratoria, & n.43.

41 Pœna quoties ipso Jure imposita est, effectus, qui ex ea sequitur, prodest Tertio, etsi Sententia non sit lata, & n.81.

42 Confiscationis pœna, ipso jure imposita, executioni demandatur absque Sententiâ ullâ declaratoriâ, & n.81.

43 Sententia, & notorium æquiparantur.

44 Pœnæ executio, facienda favore Domini directi, interlocutione Judicis non indiget.

45 Plenariæ restitutionis Gratia explicitam Delinquentis confessionem continet.

46 Feudi privatio ob duelli crimen, non provenit ex Sententia declaratoria, sed jam antea ministerio Legis inducta dicitur, & numer.56., & 80.

47 Sententia declaratoria non facit Dominum, sed talem esse declarat.

48 Sententia, quando pœna ipso Jure imposita est, declarat, à momento ipso patrati delicti pœnas fuisse incursas.

Neque cooperari dicitur ad constituendam substantiam pœnæ, sed ad illius executionem:

49 Pœna ubi ipso jure imposita est, Bona intelliguntur confiscata eo ipso, quod crimen committitur.

Et tunc Sententia super crimine lata, retrotrahitur ad diem commissi delicti, ibidem, & n.88.

51 In delictis, quibus pœna ipso Jure imposita est, sufficit, Judicem pronunciare, delictum esse commissum, nec requiritur Sententia condemnatoria, & n.81.

52 A primogenituris, & fideicommissis arguere licet ad feuda.

53 In primogeniturit, & fideicommissis ad privationis effectum requiritur Sententia declarans, delictum, vel pœnam fuisse commissum.

54 Eadem tamen Sententia non est caussa immediata privationis primogenituræ, & fideicommissi, sed voluntas Testatoris.

55 Ob idque Gratia cassationis Processus, & Sententiæ, itemque Delinquentis restitutio operari valet solùm quoad effectus, ex Processu & Sententia promanantes, non autem quoad Bona primogenituræ, & fideicommissi, ex voluntate Testatoris ad Tertium delata.

57 Sententia, & Bannum non est caussa adquisitionis, sed potiùs solius conditionis implementum.

58 Devolutioni feudi ob duelli crimen locum immediatè facit Pontificia Constitutio, mediatè verò Sententia.

59 Primogenituræ successioni ad favorem Secundogeniti locum fecisse dicitur tàm præmorientia Primogeniti, quam subsecuta mors Patris, sed illa remota, hæc verò proxima caussa dicenda est.

60 Feudalium Bonorum natura ea est, ut numquam veniant sub quavis dispositione, tametsi generalibus, & amplissimis verbis concepta, nisi eorum expressa mentio fiat.

61 Bona feudalia non comprehenduntur in Gratia restitutionis.

62 Præsertim, cum agitur de feudis obnoxiis directo Ecclesiæ dominio.

63 Summus Pontifex, quando authoritate Ecclesiasticâ Gratiam concessisse dicatur, ita ut feudum etiam Ecclesiasticum comprehenderit, & quando authoritate solùm laica? & n.64. & seq.

64 Papa quando tamquam Princeps Ecclesiasticus Gratiam elargitur, Datarii, aut Secretarii Brevium ministerio utitur, eam insuper suo nomine subsignando.

65 Gratia à Summo Pontifice concessa ministerio Illustrissimi Gubernatoris, qui eam subscripsit, ob ista, jussu Summi Pontificis concessa dicitur.

66 Illustrissimus Urbis Gubernator licèt polleat jurisdictione etiam spirituali, eâ tamen uti nequit in præjudicium Ecclesiæ, quoties eidem ex alia caussa, quàm ex Sententia, & Banno jus quæsitum fuit.

67 Illustrissimus Urbis Gubernator quando authoritate spirituali procedit, expressam mentionem facit qualitatis Ecclesiasticæ Personæ, vel rei, quam persequitur.

68 Summus Pontifex quum etiam Ecclesiasticos ligare vult, specialem eorum facit mentionem, ita ut in dubio ea minimè usus præsumatur.

69 Restitutio est rerum amissarum recuperatio. Et tantum restituere dicitur, quantum condemnatio abstulit, ibid.

70 Fiscus, juxta notam ejus praxim, non litigiosis manibus vacuit: semperque apprehendit Bona omnia Delinquentis, illaque deinde restituit iis, ad quos peculiari Jure pertinent.

71 Gratiam expeditam ministerio Illustrissimi Gubernatoris, absolutionem tribuere a spiritualibus censurarum pœnis, novum prorsus est.

72 In Curia Illustrissimi Gubernatoris remittuntur solùm pœnæ temporales, à Fisco inflictæ.

73 In Curia verò Eminentissimi Vicarii pœnæ spirituales.

74 Sententia declaratoria excommunicationis, nonnisi in Tribunali Eminentissimi Vicarii peti potest.

75 Gratia edita ministerio Illustrissimi Gubernatoris, non declarantis, authoritate spirituali procedere, nec ullam facientis mentionem qualitatis Ecclesiasticæ Bonorum, tanquam concessa authoritate merè laicâ, redintegrationem ad feudum Ecclesiasticum præbere nequit.

Authoritas Afflict. cap.1. num.27. & seqq. de Vassall. decrep. ætat., quod Gratia, tametsi authoritate merè laicâ emanata, suffra-

suffragetur pro feudo Ecclesiastico recuperando, quo casu procedat, declaratur, n. 77.

76 *Indicatum Supremi Tribunalis prævalere debet Sententiæ Doctoris cujuspiam, tametsi egregii.*

78 *Gratia restitutionis à Vassallo obtenta ante latam contra ipsum confiscationis Sententiam, & possessionem feudi à Domino directo apprehensam, eidem Vassallo pro recuperando feudo suffragatur.*

79 *Secus, si ex facto Vassalli Dominus directus distulit urgere Sententiæ expeditionem, ac feudi possessionem capere.*

82 *Ad exequendam pœnam confiscationis Bonorum sufficit Sententia lata à Judice etiam alterius Territorii.*

83 *Restitutionis Gratia simpliciter comprehendit res, jura, & Bona, immediatè per Sententiam ablata.*

84 *Supremus Princeps Gratiam restitutionis concedens, nunquam derogasse præsumitur Juri, Tertio ex alia caussa, quàm ex Sententia quæsito.*

85 *Gratia restitutionis porrigi nequit ad feuda, ipso Jure devoluta, & favore Domini directi jam aperta.*

86 *Procedit sive possessio ab eo sit apprehensa, sive non.*

87 *Sufficit autem, quod saltem animo Bona confiscata agnoverit.*

89 *Dominium, utpote de Jure Gentium, tolli nequit gratiâ Principis.*

90 *Princeps derogare valet iis dumtaxat, quæ sunt de Jure civili, non quæ de Jure Gentium.*

91 *Vassallus feudo ob crimen privatus, ut ad illud redeat, indiget novæ investituræ remedio.*

CASTRA Montis Veteris, & Sambuceti obnoxia dominio directu Abbatiæ Sancti Hilarii de Galeatâ, anno 1611. à claræ memoriæ Cardinali Aldobrandino, illius Commendatario, concessa fuerunt Marchionibus Francisco, Alexandro, & Georgeo de Bentivolis, ut ex investiturâ; cujus renovationem anno 1699. obtinuit Dominus Marchio Philippus Maria pro se, suisque Filiis, & Descendentibus in infinitum.

At quoniam ille Patrini operam præstitit in noto Duello, in Urbe commisso anno 1703.; instructo contra eum contumaciali Processu, condemnatus fuit in pœnam ultimi supplicii, & confiscationis omuiumBonorum vigore Sententiæ, in Curiâ Illustrissimi Gubernatoris Urbis prolatæ, in cujus exequutionem inter alia Proscripti Bona apprehensa fuerunt dicta Castra; Interim verò commendatâ dicta Abbatiâ Eminentissimo Domino Cardinali Fabruno, illiusque præterea possessione ab eo adeptâ, Dominus Marchio Philippus eidem supplicavit, ut nihil innovaret, omnesque suspenderet actus judiciales pro vindicandis à Fisco dictis Castris, donec ipse liberatus à Banno, & plenariè restitutus amicum in modum rem cum eo componeret. Libenter Eminentissimus Abbas morem gessit tum Domino Marchioni, tum summæ dignitatis Viris, qui officia ita quidem pro eo interposuerant, ut protestati semper fuerint, quod nullum ex hac judicialium actuum suspensione præjudicium Ecclesiæ Juribus unquam illatum iri vellent.

Deniquè Marchio Philippus plenariè absolutus, atque restitutus vigore Gratiæ die 18. mensis Maii anni 1709. a Sanctissimo Domino Nostro ipsi impartitæ; cum supplicasset Eminentissimo Abbati, Domino directo, pro restitutione supradictorum Castrorum, ajendo, eam esse consectariam restitutioni, quâ, cassato Processu, & abolitâ Sententiâ, contra ipsum latâ, cum omnibus inde sequutis, plene reintegratus fuerat ad gradum, honorem, libertatem, & statum, in quo ante delictum reperiebatur; Ad hæc Eminentissimus Fabroni respondit, justam agendi rationem exposcere, ut ipse, qui annuens illius precibus, Ecclesiæ suæ Jura persequi distulerat, illa prius à Fisco vindicaret, recuperando naturalem possessionem Castrorum, quæ ob delictum Vassalli non ad Fiscum Reverendæ Cameræ, sed juxta eorum naturam, ad Ecclesiam devolui debuerant; Id autem nedum æqui, bonique, sed justitiæ etiam rationi consentaneum esse, agnovit claræ memoriæ Cardinalis Caprara, qui, cum Domini Marchionis partes ageret, gratiâ, officiis, & favore rem hanc impensissimè urgebat, ideòque nedum laudavit consilium Eminentissimi Fabroni, sed ait, ità occasione alterius similis confiscationis cum eisdem Dominis de Bentivolis à claræ memoriæ Cardinali Sacchetto, Abbatiæ Commendatario, actum fuisse; Immò verò, ut simili exemplo res tutius, faciliùsque expediri posset, insinuavit, istiusmodi Caussæ acta apud præfati Cardinalis heredes reperiri commode posse; prout reverâ contigit. His itaquè acceptis, Eminentissimus Fabroni exemplo sui Antecessoris judicialiter agens pro eorumdem Castrorum recuperatione, sciente quidem omnia, & consentiente claræ memoriæ Cardinali Caprara, facilè eam obtinuit, illorumque naturali possessioni restitutus fuit, ut ex mandato de manutenendo.

Suis itaquè juribus restitutâ Ecclesiâ, cum res agi cœpisset inter Dominum directum, & Vassallum, isteque contenderet, vigore plenariæ restitutionis obtentæ à Principe, se nullâ egere novâ Investiturâ, aut illius facto, ut ad dictorum Castrorum plenum dominium, ac possessionem reintegratus censeretur; contrà verò Dominus directus sustineret, eum, utpotè in pœnam enormis delicti omni suo Jure privatum, illa consequi non posse sinè novo Ecclesiæ beneficio, novâque Investiturâ, quam salvis Ecclesiæ suæ Juribus impertiri paratus erat; Idem libenter annuit votis tum Domini Marchionis Philippi, tum Principum Virorum, eum rogantium, ut controversiæ hujus decisio remitteretur particulari Congregationi.

Hac

Hac igitur, ex speciali Commissione Sanctissimi Domini Nostri, deputatâ, ad eamque delatâ feudali istâ controversiâ inter Dominum, & Vassallum, in dubium venire minimè posse videtur, quin Eminentissimus Fabroni censendus sit legitimus Contradictor ad effectum repellendi Dominum Marchionem, sive manutentionis, aut reintegrationis, sivè quocumque alio Juris remedio dd. Castrorum possessionem adipisci, vel dominium vindicare contendat.

Sacri enim Canones, atque Pontificiæ Constitutiones ex Christiano Orbe penitùs exterminare cupientes detestabilem Duellorum
1 usum, fabricante Diabulo, introductum, ut cruentâ Corporum morte Animarum etiam perniciem lucraretur, tum Committentes pugnam, tum eos, qui illorum Patrini vocantur, qualis fuit Dominus Marchio Philippus, spiritualibus, ac temporalibus, & quidem omnium gravissimis pœnis obnoxios esse voluerunt, ut in *cap.19. sess.25. de Reformat.* sancitum fuit à *Sacrosanctâ Tridentinâ Synodo*; quas sanè pœnas nedum innovarunt, sed auxerunt Summi
2 Pontifices *Pius IV. in suâ Constitutione 21. §.3. & 4. confirmatâ Constitutione 78. sanctæ memoriæ Gregorii XIII., & aliâ sanctæ memoriæ Clementis VIII. inter ejus impressas la XI.*, hujus facinoris Reos præcipuè plectentes pœnâ proscriptionis Bonorum omnium, & privationis Feudorum, quibus ipso Jure, ac ipso facto decidisse declarantur, ut hasce Pontificias Constitutiones referendo, docuit *Barbos. in cap.1. de Cleric. pugnant. in Duell. num.3., & ad Concil. Tridentin. dictâ sess.25. de Reformat. capit.19. n.2., Sanchez in Decalog. lib.2. cap.39. n.27., Diaz in Prax. cap.104. num.33., Suarez de Censur. disput.31. num.48. lit.B., Rovit. Pragmat. regn. primâ de Duell. n.2. pag.198., Borell. de Magistr. Edict. lib.2. cap.1. num.36. & 37., Prat. respons. fiscal.4. num.20., Fragos. de Regim. Christian. Reipubl. par.1. lib.1. §.10. num. 15. pag.92., Thesaur. de Pœn. Eccles. verb. Duellum cap.2. num.1., Pignattel. Consult. Canon. tom.9. consult.88. num.79., Raynald. Observ. Criminol. tom.1. cap.9. §.1. & 2. sub num.8. vers. Pius IV., Sayr. de Censur. lib.3. cap.31. num.21. vers. secundò innovat., & tribus numer. seqq.*, & novissimè *Rota in Romanâ Primogenituræ, & Fideicommissorum de Corsinis 16. Maij 1710. §.2. coram R. P. D. Aldrovanda.*

Vassallo autem, hujus criminis, & pœnæ Reo
3 effecto, quemadmodum Feuda, quæ laica sunt, devolvuntur ad Fiscum secularem, *cap. 1. §. Illud de probibit. Feudor. alienat., Capyc. de Feud. §. Feudorum devolutio versic. Subditus Baronis pag. 158., Martin. Laudens. eodem tract. lib. 2. tit.5. numer.2., Frec. de Subfeud. lib.2. auctorit.29. numer.1. pag.355. & sequen.*, latè *Franc. de Pont. lectur.22. ex nu.29., Afflict. dec.282. num.12., ibique Ursil. num. 15.*; itâ etiam, si Ecclesiastica sint, rectâ viâ redeunt ad Ecclesiam Dominam directam, ad *Textum in capit. Felicis de pœn. in 6.*, ubi *Ancharan. numer.4., dè Franch. in §. Nullus numer.2.*, & post alios antiquiores *Passerin. num.24.*, & confert *Text. in Auth. de Alienat., & Emphyt. §. 1. col.9., Gloss. in Clement. Pastoralis verb. subjectæ, & verb. Falcem de Sentent. & re judic., Bartol. in leg. Si finitâ §. Si de vectigalibus*, ibique etiam *Alexand. numer.25. versic. sed contra istud, & num.36. ff. de damn. infect., & cons.89. lib.4., Oldrad. cons.17. num.4., Dec. cons.442. nu. 29. & seq., Ruin. consil.117. numer.1. & seqq., Zabarel. cons.128. num.3.*, latè *Menoch. cons.223. à num.5. ad 16., Port. Imol. cons.48. num.16. & seqq., Plot. inter Consil. Criminal. divers.* collect. per *Zilett. tom.1. cons.130. num.66., & nu.72., Soccin. Sen. cons.121. num. 18. lib.4., Gabriel. cons.73. ferè per totum lib.2., Roland. cons. 96. num.9. & seq. lib.1., Alvarot. de Feud. tit. de prohibit. Feud. alienat. cap.1. §. Illud, Clar. in §. Emphytheusis quæst.26. in principio, & versic. breviter, Corbul. de Jur. emphyt. tit. de Caus. privat. ob mortem civil. nu.24. 62. & 64., Odd. de Restitut. in integer. quæst.99. artic.10. num.82. & seqq., Gigas de Crim. læs. Majestat. tit. de pœn. committ. crim. læs. Majestat. quæst.5. num.8., & quæst.6. num.2. & 3., Landen. eodem tractat. quæstion. 15. & 83. inter tractat. magn. tom. 15. antiq. impress., Bocer. eodem* pariter *tractat. cap.3. num.36., Nellus de Bannit. primâ part. secund. temp. numer.24. inter tractat. crimin. divers. pag.224., Lanar. de Feud. tit. si Vassallus Feudo privetur numer.48. pag. 566., Farinacc. quæst.25. n.50. & sequent., & n.58., Cyriac. Controv. forens. cap. 342. nu.1.2. & 3.*, plenè *Bellamer. decis.742. numer.2. & pluribus seqq., Boemer. dec.263. num.9. vers. & sic, Afflict. decis.282. num.14., Rota post primum volum. consil. Farinacc. decis.16. num. 23.*; Proindèque, vindicatis è manibus Fisci controversis Castris, Jure mantentio decernenda est Eminentissimo Abbati, qui non solum auctore Pratore possessionem recuperavit, sed eandem adeptus fuit vigore tituli proficiscentis ex con-
solidatione utilis dominii cum directo, indu- 4
ctâ tum ex censurâ Sac. Canonum, & Pontificiarum Constitutionum, sancientium, quod ob istiusmodi detestabile Vassalli delictum ipso Jure Feudum devolvatur ad Ecclesiam, tum etiam ex mente Juris feudalis elicitâ *ex Textu in cap.1. §. Denique tit. quæ fuit prima causa Benefic. amitten., Schrader. de Feud. part.3. art.24. sect.8. num.21., & part.9. cap.6. nu.18., de Bell. de Feud. part.3. cap.4. num.9. & seqq., Argel. de Legit. Contradict. quæst. 17. num.31. & seq., Peregr. dec.127. nu.7.*

Quæ possessio infecta dici nequit vitio nullitatis desumptæ ex eo, quod recuperata fuerit, non citato Domino Marchione; quia, si ut diximus in *§. Denique Marchio* illa ab Eminentissimo Abbate capta fuit, nedum sciente, & pa-
tiente D. Marchione, sed tanto ejusdem Prote- 5
ctore Ecclesiæ suæ Jura indicante, nulla procul dubio hoc casu requirebatur citatio, *Felin. in cap.1. num.18. de Judic., Bold. in leg. Contumaciam num.36. Cod. quomod. & quand. Jud.*,

& in

& in cap.2. num.13. de Testib., Vant. de Nullit. ex defect. citat. n.17., Gratian. discept.156. num.1., Rota coram Cass.dor. dec.2. de Judic., & coram Dunozett. Jun. decis.787. num.7., & in Recent. decis.37. in fine part.6., decis.121. num.4. part.8., & decis.246. num.17. part.22., & ad ornatum clar. mem. Card. de Luca de Dot. dec.31. num.45.; Atque etiam quia, si Feudum ob delictum Vassalli ipso Jure devolutum fuit ad Dominum directum, hic pro illâ apprehendendâ, sive pro recuperanda eâ simplici detentatione, quæ erat penes Reverendam Cameram, non tenebatur citare Vassallum, ob crimen, Feudi dominio, & possessione ipso Jure jam ejectum, per Gloss. in cap. Felicis versic. si qua verò Feuda verb. Disponat, ibi = Illis non vocatis = de pœn. in 6. ibidem Dominic., & in cap. Ubi periculum §. Præterea in penult. notab., ibique Franch. in tert. notab. de elect. in 6., Hostiens. in cap. Accepta de restitut. spoliat., Azor. Institut. moral. lib.5. cap.8. quæst.3. versic. idem Juris est, & versic. quando Clericus, Immò vero Dominus directus nedum posses-
6 sionem, non vocato Delinquente, apprehendere, sed novum Vassallum, eo pariter non citato, de Feudo investire poterat, ut ex Baldo in cap. Quæ in Ecclesiarum de Constit., ait Alexand. consil.44. num.1. lib.3., ibi = Ex quibus infertur, quod, si cecidit Andreas à proprio Jure suo, ipso Jure Canonici potuerunt investire Dominum Comitem Galeottum, absque eo quod aliter requireretur, vel citaretur Dominus Andreas = Castrens. cons.68. nu.2. lib.2., Tiraquell. in leg. Si unquam Cod. de revoc. Donat. verb. revertatur nu.340.; Et sanè si, privato Vassallo ob delictum, utile Feudi domi-
7 nium ipso Jure consolidatum fuit cum directo, si civilis possessio existens penes Dominum vi suâ attraxisse potuit quamcumque naturalem possessionem existentem penes Vassallum, ad tradita per Bero. cons.67. nu.70. lib.1., Natta consil.419. num.3. & seqq., Menoch. cons.139. num.14. & sequent., & num.21., & de retinen. possess. remed.3. numer.23. & seqq., Posth. de Manut. observat.16. num.41., & post ipsum Rota decis.299. num.5., & post Puteall. decis.36. in fine, & coram Coccino decis.1972. numer.6., & coram Bichio dec.403. num.15., & in Recent. decis.240. num.2. parc.19.; quonam pacto citandus erat D. March. de Bentivolis, qui nec
8 de Jure possidere dici poterat, utpotè Legis ministerio, omni tum dominii, tum possessionis titulo privatus, nec etiam de facto, quia à Reverendâ Camerâ Castrorum detentio apprehensa fuerat, ex animadversis per Joannem Andr. in capit.1. de nov. oper. nunciat., Ruin. cons.27. num.6. lib.5., Paris. cons.1. num 158. lib.1., Surd. d. cons.39. num.20., Gabriel. de acquirend. possess. conclus. ultim. num.18., & de Citat. lib.2. conclus.1. nu.248., Rota post Posth. de Manut. decis.174. num.2., & dec.480. nu.4. & 5., & coram Bich. dec.300. num.9. & 10., & bene in Recent. decis.133. num.17. part.10., & inter collect. per Balducc. tit. de Feud. dec.3. num.8.

Quamobrem, si manutentio supponit factum præexistentis possessionis, vulgat. §. Re- 9
tinendæ Instit. tit. de Interdict. leg.1. ff. uti possidet., Palma Nep. allegat.20. num.3. & 9., Rota decis.5. num.2., decis.7. num.1., decis.106. num.2., decis.154. num.1., & decis.156. n.6. post Posth. de Manut., & cor. Merlin. dec.137. num.1., & in Recent. decis.68. num.21. par.18. tom.2., ubi plures concordan., & decis.90. n.2. part.19. tom.1., vel assistentiam tituli adeò 10
clari, & efficacis, ut vi sua attrahat, sive absorbeat possessionem, juxtà Textum in cap. cum persona de privileg. in 6., Posth. de Manut. observat.62. numer.11., Palm. Nep. allegat.159. num.64., Paulut. dissert.15. num.91. & duobus seqq., Rota coram Verall. decis.306. part.1., & dec.201. part.2., & par.2. divers., dec.145. num.6., & decis.167. num.9. & 10., & coram Dunozett. Jun. decis.198. num.6., & coram san. mem. Alexandro VIII. dec.234. ex num.30. usque in fin., & coram Emerix. Jun. dec.1296. num.24. & seqq., & ad ornatum clar. memoriæ Card. de Luca in Conflict. leg. & ration. dec.3. num.6., & in Mantiss. ad eumdem de Jurepatron. decis.69. num.1. & 2., cum aliis abundè relatis in celebri Romanâ Hæreditatis de Ruspolis 13. Junii 1704. §. final. coram Reverendissimo Molines, hæc deberi nequit Domino
Marchioni, qui utroque caret, clar. mem. Car- 11
dinalis de Luca de Judic. disc.43. nu.62., Palma Nepos allegat.20. numer.1., Rota coram Cavaler. decis.71. num.4., coram Verall. dec.198. num.1. part.2., & coram sanctæ mem. Alexandro VIII. decis.158. in fine, & coram Emerix. Jun. decis.1268. num.11., & in Recent. dec.54. num.1., & decis.377. num.17. part.16., & decis.643. num.1. part.18. tom.2., in Romana Fideicommissi de Palmeriis 15. Februarii 1704. §. Neque deerat coram R.P.D. Ansaldo, & in Bituntina Jurispatronatus 28. Novembris 1704. §. final. coram clar. memoriæ Cardinali Caprara: Idemque frustra etiam implorat remedium reintegrationis: deest siquidem injusta amissio possessionis, quâ suâ culpâ, suoque delicto
privatus eâdemque in Dominum directum be- 12
neficio Legis translatâ, juvari nequit remedio reintegrationis, optimè in nostris terminis Bero cons.60. numer.16. 21. & sequent. lib.3., & tradunt Canonistæ, & Gloss. in cap. Conquerente de restit. spoliator. in Can. Reintegrandæ caus.3. quæst.1., Abb. in cap. dilectus il primo de Rescript., & in capit. Si constiterit de accusat., Angel. in leg. Si quis à se fundum in penult. colum. vers. Item fallit Cod. de vi public., Posth. de Subhast. inspect.58. numer.124., Menoch. de Recuper. possess. remed.15. num.15., Rota cor. Cavaler. decis.473. num.4., coram Coccino decis.1642. n.2., coram Dunozett. Jun. decis.715. num.5., coram Emerix. Jun. decis.210. num.2., & decis.266. num.1.

Agnoscentes itaque egregii D. Marchionis Defensores, ipsum frustra implorare beneficium manutentionis, seu reintegrationis, ajebant, quæstionis hujus decisionem unicè pende-

re

re ab indagine boni Juris, quod si Vassallo as-
sistere noicatur, nihil proponi, cur idem ad
suorum feudorum possessionem reintegrandus
nou sit; Quamobrem assumendo boni Juris
cognitionem, illud promanare dicebatur ex
Gratiâ restitutoriâ obtentâ à DominoMarchio-
13 ne, quæ amplissima, & Bonorum omnium
comprehensiva videbatur, tum inspectis ver-
bis, quibus concepta legitur (munitur enim
clausulà, sive dictione *plenariè*, summam Gra-
tiæ amplitudinem præseferente) tum etiam in-
spectâ ejusdem substantiâ; nam D. Marchio
illius virtute nedum restitutus fuit ad pristinam
libertatem, & statum, in quibus erat ante de-
lictum, sed præterea in eàdem demandatur
14 cassatio Processus, & Sententiæ latæ, unàcum
omnibus indè secutis, quo casu in dubium re-
vocari minimè potest amplitudo Gratiæ com-
prehensivæ Bonorum etiam, quorum possessio
per Sententiam Condemnato adempta fuerat,
juxta ea, quæ latè firmantur in *unâ Romana
Primogenituræ, & fideicommissorum de Corsi-
nis 16. Maii 1710. à §. 10. usque ad 19. coram
R.P.D. Aldrovando*, in qua præterea diserte
traditur, plenitudinem istiusmodi Grariæ nul-
lo pacto diminui ex eo, quod excipiantur Bona
Fisco incorporata, vel incorporanda, quodque
Marchioni injunctum fuerit præceptum ser-
vandi exilium ab Urbe, ejusque Districtu,
donec pacem habuerit, sub pœnà reincidentiæ
in casu contraventionis.

Si igitur Gratia restitutoria, utpotè amplis-
sima, & plenaria, tollit penitùs condemnatio-
15 nem, causamque reducit ad non causam, ut
tradunt *Roland. à Valle cons.45. num.25. lib.4., Bero cons.60.num.19. lib.3., Viv. commun.Opinion. opin.78., Gaill. de Pac. public. lib.2. capit.19. sub num.16.*, cum aliis *in dicta Romana Primogenituræ, & fideicommissorum de Corsinis 16.Maii 1710.§.23.in fin.*, si eadem resti-
tuit ad Bona omnia, ante Sententiam à Con-
demnato possessa; procul dubio porrigenda est
ad Bona etiam, quæ in sequelam delicti, &
16 condemnationis ad Dominum directum devo-
luta fuerunt, per ea, quæ in nostra specie do-
cuisse videntur gravissimi Authores, *Andr. nempè de Isern. in Comment. ad res feudal. tit. de Vasall. decrep. ætat. pag.107. à tergo, & pag sequent., Bellamer. dec.743., Felin. in cap. Inter quatuor num.5. de Majorit. & obedient., Odd. de Restitut. in integer. part.2.quæstion 99. artic.10. numer.82. & seqq., Peregrin. de Jur. Fisc.lib.5. tit.2. numer. 53. & seq., Natt. consil.471. num.4. & seqq., Paris. consil. 1. nu. 47. lib.4., Mans. consultat.361. num.12., Rota coram Merlino dec.125. n.35. & sequent.*

Verùm enim verò, etsi Gratia à Domino
Marchione de Bentivolis obtenta, amplissima
sit, &, illius virtute abolitis pœnis, idem,
nedum primævo dignitatis statui, sed Bonis
etiam plenariè restitutus dicatur, nihilominùs
nullo pacto officere potest Ecclesiæ Dominæ
directæ ob summam illam æqui, bonique ra-
17 tionem insitam, atque eam à Jure in istius-
modi Gratiis subintellectam conditionem,
nempè ut eædem semper concessæ censeantur
absque præjudicio Juris Tertio quæsiti, per *Textum in leg.2. §. Si quis à Principe, & §. Meritò ff. ne quid in loc. publ., leg. Et si finè §.Sed quod, & leg. Quod si minor §. Scævola ff. de minor., leg. Benè à Zenone Cod. de quadrien. præscript., leg. Rescripta Cod. de precib. Imperator. offeren., leg. Quoties Cod. de eden., leg. Si quando Cod. de inoffic. Testam., leg. final. Cod. de repudian. hered. cap. Quamvis de rescript. in 6., Jason. in leg. Beneficium num.20. ff. de Constit. Princip., Alexand. in leg. Gallus §. Et quid si tantùm num.20. ff. de liber., & posth., Zabarell. cons.35. num. 7., Giurb. consil. crimin. 26. num.21., Cianlin. contr.161.num.119.*, *bonæ memoriæ Canonic. Raynald. Observat. Crimin. capit.2. §.4. num.27. & seqq., Christin. decis.Belgic.149. num. 4. lib. 1., Baitell. decis. ultim. volunt.96. num.4., Rota post Merlin. de legit. decis.28. num.11.*, plene *in Romana Primogenituræ, & fideicommissorum de Corsinis 10. Decembris 1710. §. 24. coram R. P. D. Aldrovando*,
confirmatâ *die 17. Aprilis sequentis anni coram
Eodem*; ità quidem ut ab hac regulâ recedere 18
integrum minimè sit, nisi in casu, in quo re-
stitutio non per viam Gratiæ, sed per viam Ju-
stitiæ concessa reperiatur, ut distinguunt *Salycet., & Cuman. in leg fin. Cod. de Sentent.pass., Giurb. cons.44. num. 55., Boss. tract. crimin. de remed. ex sol. Clement. Princip. num.3. & 11., Maresc. de Legib. public. Judic. Gloss.8. n. 55. pag.242., Buttiglier. de Success. theorem. 110. nu 23. vers.verùm si fuerit, Larr. Alleg. fiscal. 43. num.6., de Marin. alleg.44. num.10. tom.3., Capon. disceptat.395. num.28. §. Qui verò fuit, Staibun. resol 105. numer. 16. & seqq., Franch. decis.213. num. 52., ibique Carol. Anton. de Luc. num.8., Add. ad Rovit. decis.17. num.16., & in dicta Romana Primogenituræ, & Fideicommissorum de Corsinis 10.Decemb.1710. §.23. & seqq. coram R. P. D. Aldrovando*, vel nisi
publici boni causâ, pacis nempè, aut aliâ simi-
li publicæ utilitatis ratione restitutio concessa 19
sit, *Bartol. in leg. Quæcumque in fin.Cod. de fid. Instrum., & bast.fiscal. lib.10., Aretin. in dicta leg. Gallus §. Et quid si tantùm col. 19. in fine, Ruin. cons.21. num. 7. lib. 5., Natta consil. 11. num.34., Roland. cons.45. nu.33. lib. 4., Surd. cons.103. num.15., Menoch. de recuper.poss. remed.10. num.111. vers. declara 1., Boss. de remed. ex sol. Clement. Princip. num.12., Cravet. de antiquit. part. princip. 1. num. 57., Clar. in §. final. quæst.59. vers. item quæro, Farinacc.de inquisit. quæst.6. num.42., Antunez. de Donat. reg. lib.2. cap.29. sub num.75., Maresca de legibus public. Judic. gloss.8. numer.69. pag.246., Scip. Theodor. alleg. 58. num. 22. in fin., Torr. Variar. Jur. quæst. tit.2. quæst.37. nu.24. lib.1., Rota in Recent. decis.271. num.16. part.14.*, &
prosequitur *in dicta Romana Primogenituræ, & fideicommissorum de Corsinis 10. Decemb. §. 24. & 39.*

Jure igitur, meritòque in nostra specie Do-

ctores censuerunt, quod restitutio Supremi
Principis, etsi plenaria sit, & amplitudine
20 suâ porrigatur etiam ad Bona, ideòque apta
sit comprehendendis feudis, quæ Delinquens
recognoscebat à Principe restituente, haud tamen
extendatur ad feuda, quæ ab alio obtinentur,
& propter delictum ad illius favorem
aperta fuerunt, *Bald. in leg. 1. nu. 24. quæst. 51.
ff de rer. divis., idem de Feud. cap. 1. sub n. 14.
vers. pone Rex Francorum tit. hic finitur lex,
ubi sic distinguit = Solve = si istud Feudum erat
apertum Regi, recuperat illud: secus si erat
apertum alii; nam restitutio Regis nihil operatur
in præjudicium Tertii = ; Præpositus ibidem
num. 3.*, referens *Baldi* verba, *Ancharan. consil. 161. per totum, Bero: cons. 76. num. 109. lib. 1.,
Bursat. cons. 54. numer. 32. lib. 1., & cons. 187.
num. 8. 15. 17. 20. lib. 2., Hippolyt. de Marsil. in
tract. de Bannit. verb. restitutorum num. 2., Bara: à Tautbembergh de Feud. lib. 1. tit. quib. mod.
Feud. amitt. §. Item si fidelis, Petr. de Raven.
de Feud. titul. 31., si Vassallus Feudo privetur
versic. secunda est conclusio pag. 268., & tit. hic
finitur lex fol. 255. versic. quærit Bald., Zasius
de feud. privat. & refutat. part. 10. numer. 29.,
Schrader. de Feud. secund. par. nona par. sect. 11,
quæst. 51. num. 21. in fine*, ibi = *In præjudicium
verò alterius Domini Feudi non consentientis,
tale rescriptum, sive privilegium concedi nequit,
etiam vel à Papa quidem, vel Imperatore =, &
part. 10. sect. 6. numer. 28. pag. 594. tom. 2., Rosenthal. eodem tract. cap. 10. conclus. 38. nu. 79.
in fine*, ibi = *Et in hoc videntur supra dissidentes
opiniones concordare, nam Bald., quem alii
sequuntur, expressè distinguit, quod, si Feudum
Regi non, sed Tertio erat ob condemnationem
Vassalli quæsitum, non reddetur Vassallo
per Regem contra Sententiam restituto Sonsbeck
in Comment. in usus feudal. part. 12. n. 57.,
Jo: Schoner. disputat feudal. 11. th. f. 71., Vultejus
de Feud. cap. 11. num. 65. versic. sed & illi
pag. 621., Gaill. de Pace public. lib. 2. cap. 19.
21 num. 4. 9. & 11. & sequent., Menoch. de recuperand.
poss. st. remed. 10. numer. 101. & seqq.,
Frecc. de Subfeud. lib. 2. auctorit. 29. numer. 2.
versic. dubitavit*, contrariam sententiam admittens = *quando pro bono Pacis restitueret Reu,
veniunt Subfeuda in restitutione, quæ quis ab
alio tenet =, Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 5. tit. 2.
nu. 39. circa medium*, ibi = *Idem est, cum Bona
fuissent applicata Fisco inferioris Domini =
Ægid. Boss. in Tractat. Crimin. tit. de remed.
ex fol. Clement. Princip. fol. 511. n. 13., Amad.
de Ponte quæst. Laudem 24. numer. 12., Gaspar.
Thesaur. lib. 2. quæst. 58. num. 9.*, ibi = *Aut verò
illa Bonorum publicatio talis est, per quam
Jus quæritur Vassallo, & tunc non potest Bona
recuperare propter Jus quæsitum Vassallo, cui
non potest Princeps ullo modo præjudicare =, &
testatur ita decisum fuisse à Senatu Pedemontano,
Cyriac. controvers. 341. à numer. 31.*, ibi =
*Princeps facienda gratiam, vel componendo non
potest præjudicare Dominis Feudorum directis,
quia actio orta est ipsis ex tali delicto ad privationem
= Thesaur. decis. Pedemont. 266. numer. 6.
& 10., ubi ita judicatum fuisse refert*; Et recte
quidem ita à Majoribus nostris constitutum
fuit, quia Jus Domini directi tamquam promanans
ex Lege Investituræ, quæsitum dicitur
ex contractu; Quamobrem, si Vassallus patrando
delictum, commisit pœnam devolutionis 22
in Investitura sancitam, restitutio Principis
auferre nequibit Domino directo Jus, quod
illi ex natura Contractus comparatum fuit,
*Andr. de Isern. in capit 1. de Vassall. decrepit.
ætat. column. ultim.*, quem ibidem sequitur *Afflict. num. 28., Bursatt. cons. 187. num. 14. in fine,
Peregrin. de Iur. Fisc. lib. 5. tit. 2. num. 54.
vers. limitationem autem circa medium, Schrader. de Feud. tom. 1. secundâ part. nona part. sect.
11. quæst. 51. num. 23. pag. 661., Boss. Tractat.
Criminal. tit. de remed. ex fol. Clement. Princip.
sub num. 13. vers. Item ex eo, Mansi. consultat. 161. num. 23.*, quibus addo *Spad. consil. 72.
numer. 23. lib. primo*, ubi optimè ad casum nostrum.

Communis ista Feudistarum, ac Doctorum 23
traditio confirmari posset inductione
plurimorum similium: Verumtamen ea missa
faciendo, his utemur exemplis, ex quibus
Doctores non rarò arguunt ad Feuda. Optimè
autem quæstioni nostræ congruere videtur illud
Clerici Beneficiati, qui si fuerit condemnatus,
& degradatus, licèt posteà à Papa restituatur
etiam ad Beneficia, nihilominus tamen
tali restitutione præjudicium nullum irrogatum 24
intelligitur Patrono Laico, cui interim ex
fundatione fuit quæsitum Jus præsentandi
alium, *Gloss. ult. in Cap quamvis de rescript.
in 6., Lambertin. de Jurepatron. art. 8. quæst.
princ. 6. lib. 3., Odd. de restit. in integr. quæst. 98.
art. 3. num. 36., Capyc. Latr. consult. 62 num. 63.,
Rota in antiq. decis. 18. de concess. Præbend.*, Prout
etiam Privatus officio, si deinde restituatur
à Principe, ad illud reintegratus non intelligitur,
si ejusdem collatio ad Principem non spectabat, 25
Capyc. Latr. consult. 62. nu. 62., & seqq.,
ibi = *Et demùm considerabatur, quod restitutio
ad officium facta per Principem intelligitur de
officio ad ejusdem Principis collationem spectante,
prout loquuntur omnes Doctores, secùs
autem ad officium, cujus collatio spectat ad alium,
cui statim erat Jus quæsitum eligendi, quo casu,
etiam quod esset facta alicui restitutio plenissima
ad officium, non debet ampliùs ad illud restitui = ;
De Marinis resolut. lib. primo cap. 68. ex num. 3.
Capon. discept. 395. num. 26. tom. 5.*, & ità fuit judicatum,
ut patet ex *Decision. Rotæ. 37. n. 6.,
& seqq.*, quæ edita fuit in Causâ, in qua præfati
Authores scripserunt: Passim verò Doctores
tum à Beneficio, tum ab officio arguunt ad
Feudum, ut de argumento ducto à Beneficio
videre est apud *Bellon. de Jur. accrescend.* 26
*quæst. 37. cap. 6. num. 68., & seqq., & num. 76.,
Rosenthal de Feud. cap. 6. conclus. 76. num. 4., Rovit. Pragmat. prima de titul., seu inscript. obs.
num. 85., & seqq., & clar. mem. Card. de Luc. de
Feud. disc. 8. num. 17., & Rot. in Leodien. Beneficii*

ficii

ficii 27. Junii 1707. §. Et quamvis in fin. coram
Reverendissimo Kaunitz Episcopo Labacen., &
27 simili argumento ducto ab officio tradunt De
Ponte consil. 16. num. 5. tom. 2., Mart. consil. 53. nu-
mer. 2., & seqq., Frecc. de subfeud. lib. 2.
quæst. 51. num. 2. fol. 254., Jo. Andr. Georg. in
repetit. feudal. cap. 5. num. 51., & cap. 53. n. 28.,
& 29., Theodor. allegat. 41. num. 3., & 13., Vin-
cent. de Anna allegat. 103. num. 3., Mastrill. de
Magistr. lib. 2. cap. 24. num. 35., & cap. 28. n. 19.,
Noguerol. allegat. 33. numer. 5. tom. primo, De
Pont. decis. 28. num. 5., & 6., & Boer. decis. 350.
28 num. 4. col. 2. in princip.: Prout etiam his affine
est exemplum desumptum à Pensione, per de-
gradationem Beneficiati extinctâ, quæ gra-
tiosâ restitutione non reviviscit, Spad. consil. 70.
num. 7. versic. Non obstat lib. 3., ibi = Restitutio
non comprehendit Pensiones, quæ fuerunt extin-
ctæ, & consequenter fuit acquisitum Jus liber-
tati Beneficii = Sicuti etiam eodem restitutio-
nis beneficio non censetur remissa pœna, Parti
applicata, vel applicanda, juxta elegantem
29 Text. in leg. 2. Cod. de in Jus vocand. ibique Gloss.,
Abb. consil. 60. col. 3., Paris de Puteo in Tract. de
Syndicat. verb. Compositio cap. 7. numer. 12. fol.
mihi 233., Fragos. de regim. Reipubl. Christian.
tom. primo lib. 4. disput. 11. num. 251., & seqq., Cy-
riac. controv. 343. num. 2., & seqq., Rosenthal. de
Feud. cap. 12. conclus. 38. num. 70., Castill. contr.
Jur. lib. 6. cap. 41. sub. num. 147., Add. ad San-
fel. decis. 407. vers. quintò observandum, Mans.
consult. 361. num. 16., Boer. decis. 65. n. 3.

At verò, si Gratia restitutionis suffragari ne-
quit Restituto prò recuperando feudo, quod
amisit ob delictum, quandò illud devolutum
fuit non ad Restituentem, sed ad alium Domi-
num, cui præjudicium nullum inferri potest
per Gratiam, tametsi à Supremo Principe ob-
30 tentam; quantò potiori Jure similis Gratia eum
minimè juvabit, quandò privatio Delinquen-
tis, & acquisitio feudi facta à Tertio non proce-
dunt immediatè ab una, eademque causa, sed
à diversâ? Solemnis enim, & ab omnibus
Doctoribus recepta est distinctio illa, quâ edo-
cemur, quod, si privatio Delinquentis, & ac-
quisitio facta à Tertio, veluti à suâ causa imme-
diatâ, procedunt à solo Banno, vel Sententiâ, hoc
casu, cum vigore plenariæ restitutionis obten-
tæ à supremo Principe causa reduci dicatur ad
31 non causam, & titulus ad non titulum, admit-
ti potest extensio Gratiæ etiam ad Bona Tertio
quæsita; At aliter res se habet in contrario ca-
su, in quo privatio Delinquentis, & acquisitio
facta à Tertio, oriantur non à solo Banno, vel
Sententia condemnatoriâ, sed, veluti â sua
causâ immediatâ, procedant ab alio titulo di-
verso à Banno, & à Sententiâ condemnatoriâ;
hoc enim casu plenaria restitutio trahi nequit
ad Bona Tertio quæsita, nec ad feuda devoluta
ad Dominum directum, quia Gratia, & resti-
tutio reintegrare quidem potest Bannitum ad
ea, quæ ex Sententiâ amisit, illorum respectu
causam reducendo ad non causam, sed non ad
32 illa, quæ aliunde, quàm ex condemnatoriâ
Sententiâ Tertio quæsita fuerunt, ut in specie
de feudo loquentes benè distinguunt Andr. de
Isern. de Feud. tit. de Vassal. decrepit. ætat.
fol. 108., & melius fol. 109. col. prima, Felin. in
Cap. Inter quatuor num. 5. de majorat., & obed.
Jacob. de Bellovis. de Feud. tit. finit. lex, quem
ibi sequuntur Alvarot., Præpos., & Bald. sub
num. 12. versic. finaliter, idem Bald. in leg. final.
num. 5. Cod. de Sentent. pass., Abb. consil. 94. nu. 4.
lib. 2., Natt. consil. 471. num. 5., egregiè Bursat.
consil. 187. num. 3., & 13., Gailh. de pace public.
lib. 2. cap. 19. nu. 16. 17. 20., & 31. post med., Odd.
de restitut. in integrum part. 2. quæst. 99. art. 10.
num. 82., & seqq., Farinac. de d. l. &. quæstion. 6.
num. 36., Ursill. ad Afflict. decis. 362. num. 15.,
& seqq., Martin., Laudens. de Feud lib. 2. tit. 14.
numer. 11., & 12., Frantz. de Laudem. cap. 14.
nu. 166., Rosenthal. de Feud. cap. 10. conclus. 38.
num. 74., Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 5. tit. 2. n. 53.,
Mans. consult. 61. num. 13. tom. 4., Bellamer. de-
cis. 742. num. 2., & meliùs decis. 743. in princip.,
& num. 9. versus finem, versic. Quartò ex eadem
parte, & coram Merlin. decis. 125. num. 45., &
seqq., & generaliter de aliis Bonis, quæ ob de-
lictum Delinquenti adempta, ad Tertium de-
lata fuerunt non quidem ex Banno, aut Sen-
tentiâ tamquam ex causâ immediata adquisi-
tionis, sed ex alio titulo, & causâ diversâ à
Banno; Hoc enim casu, cum Bona Tertio quæ-
ri minimè dicantur ex illo actu, Banno nem-
pè, quod per restitutionem rescinditur, sed ex
aliâ causâ, super qua non fit restitutio, hæc
ad illa porrigi nequit, quià restitutio non redu-
cit causam immediatam illius adquisitionis ad 33
non causam, ideòque inter hos actus, utpotè
prodeuntes non ab eadem radice, sed à diver-
sis, ab uno ad alium non est inferendum, Bero
consil. 60. num. 19. in fin. lib. 3., Paris. consil. pri-
mo num. 47. tom. 4., Natt. consil. 470. num. 21., &
cons. 471. num. primo, 2., & 3., Roland. à Valle
consil. 47. num. 25. lib. 4., Anguisciol. consil. 47.
in princip., & numer. final., Surd. consil. 203.
num. 39. vers nec movet, Gabriel consil. 152. n. 2.
lib. primo, Caball. cons. 74. num. 24., & seqq., &
num. 28., & seqq., Port. in §. 7. num. 74. Instit.
titul. quib. mod. Jus patr. potest. solvat., Odd. de
restit. in integr. part. pr. quæst. prima art. 4 n. 49.
in princ. versic. ad tertium respondetur, Nell. de
Bannit. part. prima tert. temp. num. 10., Gomez.
variar. resol. tit. 13. de tortur. Reor. num. 39. ver-
sic. Sed his non obstantibus, Fachin. contr. lib.
primo cap. 39. versic. Verùm contrariam in fin.,
Hodiern. in Leg. hac Edictali quæst. 15. num. 49.,
Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. quæst. 37.
num. 26., Rot. post. Merlin. de legit. decis. 27. n. 7.,
& 8., & decis. 28. num. 10. §. Minùs obstat, &
coram San. mem. Gregorio XV. decis. 154. nu. 6.,
& 7., & in dictâ Romana Primogenituræ,
& Fideicommissorum de Corsinis 10. Decem-
bris 1710. §. 38. cor. R.P.D. Aldrovando, con-
firmata die 17. Aprilis 1711. §. 21., & 23. cum
tribus seqq. cor. eod.

Porrò ita rem se habere in casu nostro evi-
dens, & apertum reddi videtur ex eo, quod

Castra Moutis Veteris, & Sambuceti devolu-
ta mini.nè fuerunt ad Mensam Abbatialem
Sanctι Hilarii de Galeatâ Dominam directam
vigore Banni, aut Sententiæ latæ contra Do-
miuum Marchionem Philippum, sed ante-
quam illa pronuntiaretur, & ad esse deduce-
retur, ministerio Pontificiæ Constitutionis
felic. recordat. Pii IV., & aliorum Summo-
rum Pontificum, quibus, pugoam Commit-
tentibus, aur operam Patrini præstautibus in
Duello infligitur pœna confiscationis Feudo-
rum etiam Ecclesiasticorum eo ipso incurren-
da, juxta ea, quæ latè firmavimus in *§. Sa-
cri enim Canones*: Cum itaque causa immedia-
ta, atque efficiens privationis feudorum non
sit Bannum, sive Sententia condemuatoria,
sed Pontific.a Lex, quæ longe ante ipsum Ban-
num ipso jure privat Delinquentes, hiuc sequi-
tur, quod, si privatio, tamquam ex suâ causâ
immediatâ, non provenit ex Sententiâ, sed ab
aliâ causâ, Gratia restitutoria porrigi nequeat
34 ad reintegrationem, & recuperationem dicto-
rum feudorum, *juxta auctoritates allegatas in
§§. præcedentibus*. Restitutio enim è medio
sustulisse nequivit devolutionem ipso Jure
inductam vigore Pontificiæ Constitutionis, sed
absolvisse dumtaxat potuit Sententiam, & ef-
fectus ab illâ, tamquam ex suâ immediatâ cau-
sâ, procedentes, *Isern. titul. de Vassal. decre-
pit. ætat. fol. 109. col. penult. prope fin.* ubi = *Ex
culpâ commissâ Dominus offensus si privat, & pu-
blicat Bona culpantis, Bona, quæ tenet ab alio,
quàm ab offenso Domino, redeunt ad illum, à quo
tenet, quià si privatus esset vel Feudo, vel aliâ re
ob culpam commissum in eum, à quo tenet, non
remittitur hæc culpa, nisi de voluntate offensi Do-
mini: idem si ipso Jure sinè Sententiâ publicen-
tur* = *Afflict. eod. titul. de Vassall. decrepit. ætat.
fol. 147. num. 12. versic. vel pone aliud exemplum*;
Author enim iste ponens exemplum Delin-
quentis, qui feuda tenebat ab Ecclesia, & qui
35 posteà fuit à Principe restitutus, quærit, an
hujusmodi restitutio præjudicet Domino dire-
cto, seu Agnatis, ad quos feudum fuerat ipso
Jure devolutum, aitque, dicendum esse, quod
dixerat supra *n. 8. versic. Sed iterùm*, ibi autem
sic dixerat = *Solutio: aut feudum est amissum
ipso Jure, & applicatum Agnato propter fello-
niam; aut venit applicandam per Sententiam;
Primo casu non valet restitutio facta per Domi-
num, quià Dominus non potuit tollere Jus quæ-
situm Agnato sine causâ, quià rerum dominia sunt
de Jure naturali, & naturalia immutabilia sunt
36 per hominem* = *Menoch. consil. 304. numer. 61.*,
ubi quod Princeps nequit remittere culpam
Vassallo in præjudicium Agnatorum, quoties
ipso Jure caducitas incursa est, ibi *§. Quià cadu-
citas censetur ipso Jure causata, & ob id statim
37 quæsitum est Jus ipsis Agnatis* = *Rosenthal. de
Feud. dicto cap. 10. conclus. 38. num. 70.* ibi =, *Ego
quidem hoc nostro casu vel eò difficiliùs admitto
tale Rescriptum, vel Privilegium, quandò Do-
mino jam Jus per felloniam, vel ipso Jure, vel
via actionis quæsitum est*: Parvique refert, quod
nonnullæ ex dd. authoritatibus loquantur de
Agnatis non autem de Dominis directis, quia,
si restitutio non nocet Agnato, multò minùs
obesse potest Domino directo, *Hartman. Pi-
stor. quæst. 44. num. 16. lib. 2.*, utriusque enim Jus 38
promanat ex eodem fonte, videlicet vel ex
Lege Investituræ, juxta firmata *in §. Jure igi-
tur, meritoque in fin.*, vel ex illâ causâ, &
titulo, ipso Jure inducente devolutionem,
quæ id circò sublata dici nequit per restitutio-
nem, ne sequatur absurdum, quod Princeps
per eam restituat id, quod non abstulit Sen- 39
tentia, adversus quam restituit; Quod esse
contra naturam restitutionis, ex *Text. in Leg.
Sed, & si 26. §. Quoties ff. ex quibus caus. ma-
jor, Leg. Quod si minor 25. §. Restitutio ff. de
minor., Leg. ultim. §. final. Cod. de Sentent. pass.,
Leg. unic. Cod. de reputat.*, arguunt *Menoch.
consil. 275. num. 43., à Pont. consil. 69. num. 11.,
& seqq., & num. 24., Hodiern. in Leg. hac Edi-
ctali quæst. 15. à num. 34., Barr. practic. observ.
cent. 3. observ. 91. num. 12., Faber. in Cod. lib. 3.
tit. 19. defin. 23. num. 10., & lib. 4. tit. 21. de-
finit. 19. num. 16., Scopp. ad Merlin. Pignatell.
cent. 2. cap. 21. num. 9., Maresc. de legib. public.
judic. Gloss. 8. num. 82. pag. 249., Gob. consult.
decis. 113. num. 36.*, cum aliis latissimè cumu-
latis in *una Romana Primogenituræ, & Fidei-
commissorum de Corsinis 10. Decemb. 1710. §. 28.
confirmatâ 17. Apr. seq. Anni §. 29. cor. R.P.
D. Aldovrando*.

Nilque turbat, quod, tametsi Pontificiæ
Constitutiones cum aliis pænis ipso Jure ob
crimen Duelli irrogent pænam etiam privatio-
nis Feudi, nihilominùs, in his quoquè casi-
bus, in quibus pæna ipso Jure irrogatur, sem-
per desideretur Sententia, si non condemnato-
ria ad pænam, saltem declaratoria delicti, ità
quidem ut sinè illa, pæna confiscationis Bono- 40
rum ipso Jure imposita, nullo pacto executio-
ni demandari queat, quamobrem, si adeò re-
quiritur talis Sententia, ut sinè eâ pæna, licèt
ipso Jure irrogata exequi nequeat, dici posse
videatur, quod ex una, eademque radice, at-
que immediatâ causâ proveniant privatio De-
linquentis, ac acquisitio Tertii, sivè devolutio
Feudi ad Dominum directum, ac per conse-
quens si vigore restitutionis causa reducitur ad
non causam, & titulus ad non titulum, eadem
restituisse censebitur etiam ad Bona, Tertiis
quæsita, veluti ad illos delata ex una, eadem-
que immediata causâ, ut ratiocinantur DD.
contrarii Defensores in *§. Haud urgente opposi-
tione*.

Facilè nos ab hujusmodi objectione expedi-
re possemus respondendo, quod, quoties pæ-
na confiscationis ipso Jure sancita reperitur
pro aliquo delicto, illudque est notorium, ta-
li casu eadem executioni demandari potest,
tametsi nulla præcesserit Sententia declarato-
ria, *Text. in Cap. cum secundum de hæretic. in
6., Abb. in cap. ad nostram il 2. col. penult.
vers. sed quæro utrum indifferenter de Jurejur.,
& post Glos. in cap. cum olim col antepenult. vers.*

no-

nota singulariter de re judic., & in cap. cum sit
Romana col. final. de appellat., & in cap. cum
non ab homine, ubi etiam Felin. col. 6. versic.
Limita primò de Judic., idem Feliu. in Cap. Ra-
dulphus num. 35. de rescript., Bald. in Leg. bære-
ditas Cod. de bis, quib. ut indign. n. 9. ibi = Quini-
mò videtur, quod, & si Sententia non sit lata,
tamen effectus, qui sequitur ex pœnâ delicti, pro-
41 dest Tertio, si tamen pæna imponitur ipso Jure =,
Angel. in leg. primâ §. Qui eam in fin. num. pri-
mo ff. de bis, qui notaut. infam., Afflict. de Feud.
tit. quæ sint regalia verb. Condemnatorum nu-
mer. 11. fol. 349. à tergo, ibi = Scias unum nota-
42 bile dictum, quod in casu, quo Bona de Jure
confiscantur; confiscantur absque Sententiâ =,
Castrens. consil. 68. sub num. primo versic. Hoc est
etiam lib. 2., Decian. in contrarium alleg. 8. in
tract. criminal lib. 7. cap. 32. nu. 24. in fin., ibi =
Verùm si extabit Statutum, lex, vel consuetu-
da, quod Bona Rebellium sint ipso Jure confi-
scata, illa servanda erunt =, Noguerol. pariter
exadverso citat. alleg. 12. num 73., & seqq., Boss.
tit. quomodò procedatur in crim. notor. num. 18.
43 fol. 100., ubi, quod Sententia, & notorium
æquiparantur, Benintend. decis. 37. num. 11. in-
quiens = Quandò pæna imponitur ipso Jure, su-
per executione requiritur declaratio, & hoc
quandò factum non esset notorium; Si autem es-
set notorium, absque declaratione fieret execu-
tia = Rota decis. 16. num. 8. post primum vol. consil.
Farinac.; Cum itaque in casu delicti, de quo
agitur, juxta Pontificias Constitutiones pri-
vationis pæna ipso Jure imposita reperiatur, &
in dubium revocari nequeat notorietas crimi-
nis, ob quod Dominus Marchio Philippus ta-
li pænæ obnoxius factus fuit, eadem executio-
ni demandari poterat absque Sententiâ decla-
ratoriâ: eòque certiùs, quia agebatur de exe-
44 cutione pænæ faciendâ favore Domini directi
minimè indigentis interlocutione Judicis, Nam
Legis ministerio, secuto casu devolutionis, pos-
sessio civilis ab eo semper retenta, vi suâ at-
trahebat naturalem possessionem vacantem, ut
potè nedum ipso Jure, sed facto etiam Fisci
Vassallo ademptam, Bald. cons. 301. num. 3. vers.
in contrarium, & num. 4., & seqq. lib. 1., Andr. de
Isern. de Feud. tit. de Vassal. decrepit. ætat.
fol. 107. a tergo col. 7. in princip., Afflict. eodem
Tract. tit. quæ sint regalia verb. condemnatorum
num. 23. fol. 350., Boss. tract. crimin. tit. de crim.
læs. majest. num. 71., & plurib. seqq.

Verumtamen, tametsi ad sensum DD. ex-
adverso Scribentium requireretur Sententia de-
claratoria, vel quia deficeret notorietas deli-
cti, vel quia ratio Juris exposceret, quod pæ-
na licèt ipso jure imposita, executioni deman-
dari nequiret, nisi post Sententiam latam su-
per facto, idest crimine; Nihilominus ex ipso
contrario discursu confirmatur bonum Jus
Eminentissimi Domini directi; Nam cum in
nostra hypothesi delictum non solum probe-
tur Sententiâ condemnationis, sed evidens, &
apertum reddatur ipsâmet Gratiâ plenariæ re-
45 stitutionis, continente explicitam confessio-
nem ipsius Delinquentis, juxta ea, quæ firman-
tur in dictâ Romana Primogenituræ, & Fidei-
commissorum de Corsinis 10. Decembris 1710.
§. 25.; Prout etiam cum certum sit, quod
ob tale delictum ipso Jure pæna confisca-
tionis irrogata fuit, & feuda ad Dominum
directum devoluta: hinc sequitur, quod, si,
ut inquiunt DD. exadverso scribentes, Senten-
tia requiritur non tamquam condemnatoria ad
pœnam, sed tamquam declaratoria delicti, hinc,
inquam, sequitur, quod privatio feudi, & il-
lius devolutio, atque acquisitio favore Domi-
ni directi, tamquam à sua causâ immediatâ,
non procedit à Sententiâ, quæ non creat pæ- 46.
nam, sed tempore, quo promulgatur, invenit
illam jam creatam, atque commissam cum do-
minii translatione, ministerio Legis in alium fa-
ctâ, antequam Sententia ad esse deduceretur,
juxta ea, quæ latè deduximus §. At verò si gra-
tia, & bene in nostra specie, quod privatio feu-
di ob crimen de jure feudali, vel ex Lege con-
tractus secumferens talem pœnam, provenire
non dicatur à Sententia, unanimiter tradide-
runt Schrader. de Feud. tom. 2. 2 part. nonæ part.
section. 11. quæst. 51. num. 23., ibi = Quod absque
omni dubio procedit, quandò Vassallus ante pri-
vilegium, sivè Rescriptum concessum commisit
delictum, vel fellonium privatione feudi dignam;
& sic Jus privandi Vassallum feudo Domino jam
quæsitum est, tum quia hoc Jus quæsitum est Do-
mino propter felloniam, ex ipsa contractu feudi,
sivè ex naturâ contractus., & certum est, quod
Jus quæsitum alicui ex contractu, ipsi neque per
Rescriptum, neque per Privilegium Principis
auferri possit = egregiè Rosenthal eodem Tract. de
Feud. part. 2. cap. 10. conclus. 38., hic enim Au-
thor, quamvis in princip. num. 77., ut notatur
in contrario Restrictu, dixisset = Sed bæc ma-
turiorem deliberationem postulant =, eo tamen
loci loquitur, quando Sententia criminalis est
causa immediata, & proxima adquisitionis: At
idem aliter sentit, quandò dicta Sententia est
causa remota; ait enim = Aut verò Sententia
ipsa criminalis non est causa proxima, neque fa-
cit, ut ipso Jure feudum perdatur, sed dumta-
xat causam, ex quâ Dominus Vassallum priva-
re possit, præbet, sicuti videtur esse in casu, quo
non propter publicationem Bonorum, utpotè quam
forte damnatus non incurrit, sed quia damnatum
criminis publici, vel alterius, infamia Juris se-
quitur, feudo privari queat; & tunc idem Jus,
quod in casu præcedenti, constituendum erit = In
præcedenti verò casu dixerat, restitutionem
Principis Domito non nocere, quod etiam
præclarè firmat num. 78. inquiens = Sed, &
casu illo, quo non opus est Sententia criminali
damnatum esse Vassallum, ut privari possit quia
crimen ipsum per se sit sufficiens, puta parricidii,
quo casu Princeps actionem ad privandum, Do-
mino directo quæsitam, multò minùs, quam in
casibus præcedentibus, auferre poterit, cum il-
la ob nullum factum Principis, vel Sententiam
ejus nata sit, sed causâ privatione dignâ per se
Jure Feudorum inducta =, optimè Bursat. con-
sil. 187.

fil.187. num.10., ibi = Verùm non est ipsa Sen-
tentia causa immediata privationis Feudi, sed
est delictum illud, culpa, fellonia, & infamia
ex crimine perduellionis =, & num. 11., ibi =
Vassallus Feudo privatur non ex simplici Sen-
tentia immediatè, & sola, quæ principaliter, &
sui naturâ considerata non operatur effectum pri-
vationis, sed felloniam commissam ostendit, ma-
ximè dum Judex declarat propter talia delictum
feudum apertum =, & num.12. versic. Primum,
ibi = Duo ex prædictis inferuntur; primum,
quod si immediatè ex Sententiâ simpliciter Feudo
Vassallus non privetur, sed ex culpa præcedente
per Sententiam demonstrata, non recuperabit
Feuda Reus damnatus, & restitutus, cum aliud,
quàm Sententia concurrat ad illius privatio-
nem =, & num.15., ibi = Itàut concludi oporteat,
restitutionem unius Subditi non trahi ad feuda,
alteri Domino aperta, cum hic plura concurrunt,
Legisque dispositione privetur, non ex Sententia
immediatè tantùm.

Sententia itaque hoc casu, utpotè requisita
non ad effectum pœnæ committendæ, & re-
rum dominii transferendi in alterum, sed ad
47 solum factum, & sic super solo facto, ut scili-
cet declaretur commissum fuisse crimen, ob
quod incurritur pœna devolutionis, Bursatt.
consil.187. num.11., ibi = Cum nec Sententia
faciat Dominum, sed talem esse declaret = per
viam retrotractionis declarando, Reum ex
tunc, à momento nempè patrati delicti incur-
48 risse pœnas, ipso Jure, vel ipso facto indictas,
Reynos. observat.40. num.9. versic. declaretur
tamen, Bursat. consil.43. num.3. & 7. lib.1.,
Peregrin. de Jur. Fisci lib.5. cap.2. num.173.,
Guidopap. decis. 76. num. 2., ibique Adden.
lit.E., Rocc. disputat. Jur. select. cap.179. nu-
mer.3., Benintend. decis.37. n.11., ibi = Bona
intelliguntur confiscata tempore commissionis cri-
minis, idest eo ipso, quod crimen committitur,
49 & in tantum, quod Sententia super crimine lata,
retrotrahitur, in casu scilicet, quandò pœna
imponitur ipso Jure; Sententia, inquam, hoc
casu cooperari dicetur non ad constituendam
substantiam pœnæ, sed ad illius executionem
50 faciendam contra Criminosum, ad Text. in
cap. Cum secundum 19. §. final. de Hæretic.
in 6., Alexand. consil.6. num.19. & seqq. lib.3.,
Ruin. consil.153. num.15. & seqq. lib.1. consil.4.
num.20. & seqq. lib.5., Salgad. de Reg. protect.
par.4. cap.9. ex n.66., Cancer. variar. resolut.
par.2. cap.4. num.44., Boler. de decoct. debitor.
tit.5. quæst.25. num.12., & quæst.26. num.3.
& seqq., Scacc. de Judic. lib.2. cap.9. nu.243.
Vant. de nullit. ex defectu Process. num.93. &
seqq., Camia de success. Feud. verb. antiquis
num.22. pag.324., Alvarot. de Feud. tit. quib.
mod. Feud. amittat. §. Item si fidelis num. 8.
pag.24., Villaplan. illustrat. feudal. prælud.5.
num.13., Benintend. decis.46. in fin., ibi = Et
proptereà sufficit pronuntiare accusationem ca-
lumniosam, non imponendo aliter pœnam, cum
in talibus sufficiat pronunciare super facta, quo-
niam in delictis, quæ habent nomen à Jure, si
quidem in istis est imposita certa pœna à Jure, 51
tunc sufficit Judicem pronuntiare delictum esse
commissum.

Et sanè si liceat, prout certè nobis licet, à
primogenituris, & fideicommissis arguere ad
feuda, ut concorditer tradunt Casanat. con- 52
sil.57. num.61., Menoch. consil.89. num.65. con-
sil.216. num.29., consil.400. num.42. consil.415.
num.38., & consil. 1036. num.3., Peregrin.
consil.77. num.5. lib.3., & de fideicommiss. ar-
tic.27. num.5., Fusar. consil.18. num.12., & de
substitut. quæst.379. num.14., Molin. de Pri-
mogen. Hispan. lib.1. cap.7. num.3., Schrader.
de Feud. par.10. sect.19. num.114., Rosenthal.
eodem tract. cap.1. conclus.11. num.2., ibique
Add. lit.C., Capyc. Latr. consultat.10. n.68.,
Mans. consult.89. num.9., Altograd. Jun. con-
trovers.2. num.4. versic. ex quibus aliquis, Sa-
miniat. controv.62. n.21.; Planum est, quod 53
in primogenituris, & fideicommissis, licèt
Sententia requiratur ad declarandum, deli-
ctum, vel pœnam commissam fuisse, nihilo-
minùs talis Sententia non dicitur causa imme-
diata privationis primogenituræ, & fideicom-
missi, proindèque Gratia restitutionis è medio
tollens Sententiam condemnationis, & redu-
cendo causam ad non causam perimens effe-
ctus omnes ex illâ promanantes, non idcircò
operatur restitutionem ad Bona, ad Tertium 54
delata, eò quod mediatè dumtaxat, & occa-
sionaliter ex Banno Bona deferri dicantur ad
sequentem in gradu; primaria verò, & imme-
diata causa successionis procedat ex voluntate
Hominis, seu Testatoris, ut, relatis concor-
dantibus Juris nostri locis, atque auctoritati- 55
bus, plenissimè firmatum fuit in unâ Romanâ
Primogenituræ, & Fideicommissorum de Corsi-
nis 10. Decembris 1710. coram R. P. D. Al-
drovando §.25., ibi = Ista solùm mediatè, &
accasionaliter ex Banno deferuntur ad sequen-
tem in gradu, cum primaria, & immediata cau-
sa successionis in his Bonis procedere dicatur ex
voluntate Hominis, & ab obitu Antecesso-
ris, = & §. 26. circa med. subditur = Cir-
ca verò secundam cum adsit de medio volun-
tas Testatoris, & Substitutus non capiat Bona ex
Banno, sed ex immediatâ causâ obitus Possesso-
ris = quod pariter dictum fuit in secundâ de-
cis. editâ die 17. Aprilis anni 1711. §.20., ibi =
Cassatio siquidem Processus, & Sententiæ benè
operatur, quòd cassata intelliguntur ea omnia,
quæ nascuntur, & subsequuntur immediatè ab
ipsâ Sententiâ condemnatoriâ, ut indè Restitutus
reintegrandus sit ad Bona, per eum possessa, in
sequelam Sententiæ condemnationis illi ablata
per Substitutum, non autem ea, quæ Tertio, ei-
demque Substituto acquiruntur solùm mediatè à
Banno, & immediatè ex novâ causâ successionis,
quam non aperuit Bannum, sed obitus Possesso-
ris = idem repetit §.23. prope fin. inquiens =
quoad hæc Bannum sanè esse non valet, nisi causa
mediata, & remota, cum causa immediata, &
proxima sit testamentum, & obitus Possessoris
Bonorum =, & rursus §.24. versic. hinc est, pa-
riter

riter distinguens inter utrumque hunc casum, dicit = *In primo casu Bannum dicitur causa immediata succedendi, quià ex Banno secutus fuit effectus successionis, at non item in secunda, ubi Bannum tantùm dici valet mediatio, vel occasio remota; causa verò immediata dicenda est mors Marchionis Nerii, quià ex eâ omnis successionis effectus promanavit* = Et deniquè sub §.26. sic concludit = *Praexistentia verò testamenti tantùm abest, ut conferat ad concludendum, quòd Bannum fuerit immediata causa succedendi, ut potiùs destruat immediationem successionis ex Banno, quià successio Marchionis Francisci Mariæ processit ex isto actu præcedenti, à quo originem traxit, non autem à condemnatione, & confiscatione* = cum quibus certissimis, atque immotis regulis procedit eadem Sacra Rota *in aliâ decis. istarum confirmatoriâ die 13. Decembris anni mox elapsi editâ ab R. P. D. Lancetta*. Pari itaque ratione in nostro casu Sententia, licèt requisita ad declarandum, delictum, & pœnam fuisse commissam, dicenda erit causa occasionalis, & mediata,
56 remota, & non proxima aperitionis feudi factæ favore Domini directi, ad quem ex naturâ contractus, & Jure illi quæsito vigore Investituræ, ministerio denique Legis feudum devolutum dici debet, quoties à Vassallo tale delictum commissum reperitur, ob quod ex Sententiâ, & facto Legis, privationem operantis, non autem ex Sententiâ, aut facto Principis devolutio nata, atque inducta dici debeat, *Bald. in leg. final. n.5. Cod. de Sentent. pass.*, *Succin. Jun. in leg. Gallus §. Et quid si tantùm n.116. & seqq.*, ibique *Galiaul. num.72. ff. de liber., & Posth.*, *Nell. de Bannit. par. primâ tert. tempor. num.10.*, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.5. tit.2. n.54. per tot.*, & præcipuè *sub versic. In hac Doctorum varietate circ. med.*, *Frugif. de Regim. Reipublic. Christ. tom.1. lib.3. disputat.11. tit. de pœn. remitten. num.251.*, *Mans. consult.361. num.17. lib.4.*

Quâ de re frustrà objiceretur, quod, si Dominus Marchio non fuisset Banno Capitali obstrictus, feuda Domino aperiri, & acquiri minime potuissent; quià Sententia, & Ban-
57 num vim non habet veræ causæ acquisitionis, sed veriùs vicem gerere dicitur implementi conditionis, sub quâ ex censurâ specialis Legis, & virtute Investituræ sancita fuit pœna devolutionis, egregiè *Bellamer. dictâ decis.743. n.9. versic. non obstat* verbis illis = *Non obstat si non fuisset deportatus, non fuisset apertum Jus Nepoti, quià illa non est propter hoc causa, sed potiùs solius conditionis implementum* = quæ verba exscribit, & sequitur *Rota in dictâ Romanâ Primogeniture, & fideicommissorum de Corsinis 17. Aprilis anni mox elapsi §.25.*, atque etiam quia, tametsi colore ullo Sententiæ tribui posset vis causæ devolutionis, & acquisitionis dictorum feudorum, hæc procul dubio non esset unica illius causa; nam cum illâ, tamquam altera causa, concurreret Pontificia Constitutio, statim ab ipso momento perpetrati delicti ipso facto, ac ipso Jure locum fa- 58
ciens devolutioni feudorum, quod facere nequivit Bannum, sive Sententia nondum in esse deducta; Quamobrem id maneat in causâ, quod Sententia mediatè tamquam per remotionem obstaculi, & conditionis implementum; Pontificia verò lex immediatè, tamquam per modum causæ efficientis, cooperata fuerit devolutioni: optimè *Rota in dictâ Romanâ Primogenituræ, & fideicommissorum de Corsinis 10. Decembris 1710.* explicans exemplo illo,
quod filius Primogenitus moriatur superstite 59
Patre, & Fratre secundogenito, si deindè post plures annos decesserit Pater possessor Primogenituræ, utiquè hoc casu causa immediata, & proxima successionis Secundogeniti dicenda erit mors Patris, à quo directè Bona deferuntur in filium secundogenitum; Præmorientia verò Primogeniti est solum causa remota, & mediata, quia Bona non vacant per ejus obitum; Et quamvis verum sit, quod, nisi Primogenitus prædecessisset, Secundogenitus non potuisset succedere, verius tamen quoquè est, quòd, nisi defecisset Pater, Secundogenitus Bona non obtinuisset; Utraque igitur mors est causa successionis Secundogeniti, sed altera remota, altera verò proxima, & sequitur *secunda decisio edita die 17. Aprilis anni præteriti §.15.*

Reliquum modò esset, ut declararemus auctoritates in contrarium allegatas; Verumtamen consultò id omittimus, quià, ut patet ex locis à nobis superius adductis, illæ procedunt cum eâ communiter receptâ distinctione, quod nempè plenaria Principis Gratia restituat Bonis, si Sententia, & Bannum, quod abolet, sit causa immediata; secùs verò, si sit causa mediata privationis ex alio titulo, & causâ immediatè procedentis. Si qui verò Doctores ad hanc distinctionem non descendunt, ad ejus terminos redigendi sunt.

Jam verò satis his demonstratum videri posset, restitutionem à D. Marchione obtentam, tametsi plenariam, & amplissimam, eidem suffragari non posse pro vindicandis controversis feudis; Verumtamen pro eo repellendo plurimum etiam urget natura, & qualitas Bono-
rum, de quibus contenditur; Agitur enim de 60
Bonis feudalibus, duobus nempè Castris concessis vigore feudalis Investituræ, traditæ à Domino directo. At verò, si natura Bonorum feudalium ea est, ut nunquam veniant sub quâvis dispositione, tametsi generalibus, & amplissimis verbis conceptâ, nisi eorum expressa mentio fiat, *Vincemal. inter cons. feudal. divers. cons.1. num.166.*, *Dec. cons.139. in fin. lib.1.*, *& cons.142. n.29.*, *Paris. cons.7. n.3.*, *& cons.12. num.45. lib.1.*, *Alexand. cons.89. num.3. lib.4.*, *Cephal. cons.29. num.10. 11. 12. & 13.*, *Burfat. cons.43. num.15. lib.1.*, *Soccin. Jun. cons.71. num.47.*, *& consil.74. in princip. lib.1.*, *Roland. cons.29. num.14. lib.4.*, *Tiraquell. de retract. lignag. §.1. Gloss.3. ex num.4. ad plur. seqq.*, *Clar. practic. crimin. §. final.*

qua-

quæst.78. num.7., *& §. Feudum quæst.84. n.1.*,
Farinac. de delict. quæst.25. num.63. 64. & seq.,
Bost. tract. crimin. tit. de Bonor. public. n.15.,
Afflict. decis.14. num.9., ibique *Ursill. n.17.*
& 18., *& decis.26. in princip.*, ibique pariter
Ursill. num.7.; Et in specie, quod non com-
prehendantur in Gratiâ restitutionis, ducto ar-
61 gumento à *Textu in cap. In generali tit. si de*
Feud. fuerit controv. inter Domin., *& agnat.*,
& in cap. Ex parte de for. compet., tenent *Bald.*
in cap. Cum Ordinem col.2. versic. istud Capitu-
lum, ibique etiam *Dec. colum.1. de rescript.*,
Florian. in leg. Loci §. final. ff. si servit. vindic.,
Jason. consil.70. colum. penult. versic. confirmo
lib.3., *& consil.252. colum.1. lib.4.*, *Tiraquell.*
de retract. lignag. §.1. gloss.3. numer.4. in fin.,
Frecc. de Subfeud. lib.2. auctorit.29. versic. du-
bitavit, contrarium admittens, quandò resti-
tutio fieret ex causâ pacis publicæ, ut in iisdem
terminis loquitur *Capyc. decis.69. numer.23.*;
Quantò potiori Jure hæc regula locum sibi vin-
dicabit, quandò agitur de feudis obnoxiis do-
62 minio directo Ecclesiæ, quorum ea est natura-
lis, legalisque proprietas, ut in casu publica-
tionis non transeant ad Fiscum secularem, sed
devolvantur ad Ecclesiam Dominam dire-
ctam, juxta plenè firmata in *§. Vassallo au-*
tem.

Quæ ratio promanans ex naturâ feudorum
elidi minimè potest eâ responsione, quod Sum-
mus Pontifex tum ad Bannum, tum etiam ad
Gratiam processerit non tamquam Princeps lai-
cus, sed tamquam Supremus Princeps Eccle-
siasticus. Nonnisi enim Ecclesiasticâ auctori-
63 tate Illustrissimus Urbis Gubernator præcipere
poterat, ut apprehenderetur possessio feudo-
rum de directo dominio Ecclesiæ, prout etiam
simili auctoritate Reum liberare valebat spiri-
tualibus pœnis tum à Sacrosanctâ Tridentina
Synodo, tum a Pontificiis Constitutionibus in-
flictis, ut ratiocinantur DD. contrarii Defen-
sores, Quinimò, etiamsi Gratia restitutionis
ab eo emanasset tamquam à Principe laico, ni-
hilominùs suffragari ajebant etiam pro recu-
perandis feudis Ecclesiasticis, auctoritate *Af-*
flicti in cap. prim. num.27. & seqq. de Vassall.
decrepit. ætat.

At facilè ab hujusmodi objectione nos ex-
pedire possemus dicendo, hic non agi de Gratiâ,
quam Papa Pontificiâ auctoritate concedere
64 voluerit; Eam enim non concessit adhibito
ministerio Datarii, aut Secretarii Brevium,
prout solet, quandò tamquam Princeps Eccle-
siasticus Gratiam elargitur, eam insuper suo
nomine tunc subsignando, ut in hujusmodi
Gratiis morem esse testatur *Card. de Luca de*
Decim. disc.9. num.14., *& de Regular. disc.32.*
num.11., sed illa concessa legitur ministerio
65 Illustrissimi Gubernatoris, qui eam subscripsit,
& jussu Summi Pontificis concessisse dicitur,
Farinac. de Inquisit. quæst.6. numer.14.; Ille
autem, licet polleat Jurisdictione etiam spiri-
tuali, nihilominùs nec potuit, nec etiam vo-
luit eâ uti in præjudicium Ecclesiæ; Non qui-
dem potuit, tum quià, ut hactenus diximus, 66
illius favore ex alia causa, quam ex Sententia,
& Banno devolutio sancita reperiebatur, tum
etiam quià juxta deducta *in dicto §. Vassallo*
autem si Feuda Ecclesiastica ob crimen Vassalli
devolvuntur ad Ecclesiam, eisdem manus appo-
nere nequibat Illustrissimus Urbis Gubernator.

Nec etiam voluit, quià ad Bannum, &
Sententiam confiscationis devenit nullâ factâ
mentione qualitatis Ecclesiasticæ Bonorum, &
simpliciter rescripsit Eminentissimo Cardinali
Legato Romandiolæ, ut Bona publicata asse-
curaret, & deveniendo ad illorum apprehen-
sionem, eadem confiscaret; Prout etiam non
absimili modo deventum fuit ad Gratiam re-
bannitionis, sivè restitutionis; Ex hac autem
ratione agendi manifestum redditur, ipsum ne
mente quidem cogitasse uti Ecclesiasticâ pote- 67
state, & illius vigore confiscationi subjicere
Castra, de quibus agitur, tametsi essent de
dominio directo Ecclesiæ; Praxi enim edoce-
mur, quod, quoties dictâ auctoritate procedit,
expressam mentionem facit qualitatis Ecclesia-
sticæ Personæ, vel rei, quam persequitur, exem-
plo Summi Pontificis, qui, licèt fons sit Juris-
dictionis tum spiritualis, tum temporalis, ni-
hilominùs, cum uti vult auctoritate Pontificiâ,
quâ liget etiam Ecclesiasticos, specialem eo- 68
rum facit mentionem, ità quidem, ut in dubio
eâ minimè usus præsumatur, *Card. de Luc. in*
relat. Roman. Cur. disc.2. num.12. de regul.
disc.55. num.5., *Rot. in recen. decis.52. num.12.*
& seqq. par.12.; Quamobrem, si Illustrissi-
mus Urbis Gubernator in Banno, & Sententiâ
confiscationis comprehendere minime voluit
dd. Castra, quià expressè non declaravit, jux-
ta Ecclesiasticam Jurisdictionem, sibi compe-
tentem, confiscationem porrigere velle ad Bo-
na etiam de directo dominio Ecclesiæ, ea-
dem comprehendi nequibunt sub Gratiâ re-
stitutionis, quæ, si est rerum amissarum recu- 69
peratio, ut ait *Rota in Romanâ Primogenituræ,*
& Fideicommissorum de Cursinis 10. Decembris
1710. §.28., tantum restituere dicitur, quan-
tum condemnatio, veluti immediata causa,
abstulit, ut prosequitur *eadem Rota in d. §.28.*,
& in confirmatoriâ 17. Aprilis 1711. §. 29. co-
ram R. P. D. Aldrovando, cum aliis relatis *in*
§. Porro ita.

Proindèque nullum contrarium argumen-
tum desumi potest ex materiali facto appre-
hensionis possessionis factæ à Fisco, qui serva-
re voluit suum privilegium, & notam praxim 70
non litigandi manibus vacuis, ideoque juxtà
illam semper apprehendit Bona omnia Delin-
quentis, illaque deindè restituit iis, ad quos
peculiari Jure pertinere dignoscit, juxta *Text.*
in leg. cum Fisco 9. ff. ad Sen. Consult. Syllan.,
leg.2. ff. de aliment., *& Cibar. legat.*, *& leg.2.*
Cod. ad leg. Jul. de vi public., *Peregrin. cons.2.*
num.18. cum seqq., *& cons.3. nu. 109. & seqq.*
lib.1., *Card. de Luc. de Emphyt. disc.61. nu.3.*,
de Donat. disc.74. num.5., *de Feud. disc.35. nu-*
mer.2., *& disc.56. nu.5.*, *& de Judic. disc. 3.*
num.61.

num.61., *Rot. apud Capyc. latr. consultat. 75. num.279.*, *& in rec. decis.521. numer. 4. & 5. part..8. tom.2.*, prout reverà Eminentissimus Principatis facilè illa recuperavit, statim ac coram Fisco comparuit.

Minus urget, quod D. Marchio liberatus
71 fuerit nedum temporalibus, sed spiritualibus etiam pœnis, quibus innodatus reperiebatur; Novum namque prorsùs est, quod Gratia expedita ministerio Illustrissimi Gubernatoris absolutionem tribuat à pœnis spiritualibus censu-
72 rarum: quâ enim ratione solvere potest is, qui ligare nequit? Neminem latet, in illius Curia remitti solùm pœnas temporales, quæ à Fisco influguntur; Pœnæ verò spirituales pertinentes ad Forum Ecclesiæ infliguntur, ac re-
73 mittuntur à Tribunalibus Ecclesiasticis, illo nempè Eminentissimi Cardinalis Vicarii, ut observat *Card. de Luc. de Matrim.disc.1.nu.3.*, *de Judic. disc.3. nu.13.*, *in relat. Roman. Cur. disc.4. num.8.*, *disc.13. num.5.*, *& disc.34. numer.15.* quemadmodum audivimus in casu no-
74 stro à dicto Tribunali petitam fuisse Sententiam declaratoriam excommunicationis (prout certè nonnisi in illo peti debuisse rectè norunt Illustrissimi Patres), dictique Tribunalis Ministros ad illam non processisse, quia Curia Gubernii denegavit communicationem Processus. Cum itaque similis Gratia edita fuerit ministerio Illustrissimi Gubernatoris, minimè declarantis procedere auctoritate spirituali, sed nec etiam mentionem ullam facientis qualitatis Ec-
75 clesiasticæ Bonorum, dicendum est, quod, utpotè concessa auctoritate merè laicà, præbere nequeat reintegrationem ad feudum Ecclesiasticum, *Bursat. cons. 187. num. 35. & 37.*, *Castrens. cons. 300.*, *Odd. de restit. in integr. part.2. quæst.98. art. 15. num. 135.*, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.5. tit.2. num.75.*, *Boss. tractat. crimin. tit. quomodò procedatur per act. in delict. num.43. fol.105.*, *Frec. de subfeud. lib. 2. auctorit.29. nu.5. vers. secundo intellige*, optimè *Cyriac. contr.342. num.5. & seqq.*, *Afflict. dec.361. num.22. & seqq.*

Nec turbat auctoritas *Afflicti*, exadverso allegati, tum quia contrarium à *Sacro Consilio*
76 decisum fuisse, ipsemet testatur in mox citata *decis.361. num.32.*, & id confirmat *Bursat. d. cons.187. num.35. & seqq.*, ideòque Judicatum Supremi Tribunalis auctoritate prævalere debet sententiæ Doctoris, tametsi egregii, ad firmata per *Valenz. cons.166. num.58.*, *Boscul. in sua controv. apud Card. de Luc. post tract. de Feud. art.3. num.138.*, *Franch. dec. 260. n.6.*, *Rot. in Recent. decis.62. n.12.part.5.*, *dec. 256. num.17. part.7.*, *decis.112. numer.22. part.17.*, *& decis.277. num.8. part.18. tom.1.*, tum etiam quia *Afflictus* loco in contrarium allegato loquitur in casu, in quo devolutio, tamquam
77 ex sua causa immediata, procedebat à Banno, & Sententia condemnatoria; at disertè contrarium firmat in casu, quo devolutionis pœna ipso Jure imposita reperiatur; ideòque eadem immediatè procedat ab alia causa, quàm ab ipsa Sententia condemnationis, ut patet ex eodem *Afflicto*, cujus verba exscripsimus in §. *Porrò ità*, & benè etiam distinxit *Bursat. dict. cons.187. num.12. vers.1. quod*, *& numer.15.*, *& num.37. vers. secundo*, *& num. 40. vers.3.*, & docuit *Cyriac. contr. 341. num. 26. & seqq.*, aliique à nobis allegati *in d. §. Porrò ita.*

Quæ cum ita sint, & pœna devolutionis Castrorum, de quibus agitur, tamquam ipso Jure favore Domini directi sancita à Pontificiis Constitutionibus, non autem ex Sententia, aboleri nequiverit Gratià restitutionis, quæ cassando Sententiam confiscationis, causam ad non causam reducere dicebatur, quoad illos dumtaxat effectus, qui immediatè proficiscebantur ab ipsa Sententia; Certiùs verò in casu nostro, in quo agebatur de feudis Ecclesiasticis, ad quæ sicuti porrigi nequit pœna, ac Sententia confiscationis, præsertim lata merâ auctoritate Principis Laici, ita etiam comprehendi nequeunt sub restitutione; superfluum videri posset aliis immorari; Verumtamen, non ut Causæ, quæ plana est, sed ut plenius Parti adversæ satisfaciamus, non pigebit persequi cetera, quæ opponuntur à DD. contrariis Defensoribus, maximum defensionis momentum ponentibus in eo, quod Gratia restitutio- 78
nis supervenerit, antequam Eminentissimus Dominus directus Sententiam confiscationis tulerit adversùs Vassallum delinquentem, & illius vigore apprehenderit possessionem controversorum Castrorum, ideòque restitutio à Domino Marchione obtenta, qualiscumque illa sit, suffragari possit Vassallo, recuperare contendenti feuda Ecclesiæ, allegando *Rotam decis.16. post primum vol. consil. Farinacc.*; Objectio namque ista non subsistit in facto, & in Jure casui nostro non applicatur ratio d. *decisionis*.

Quod attinet ad factum, Eminentissimus D. Commendatarius, durante Banno Domini Marchionis, distulit apprehendere possessionem dd. feudorum, quia ille, interpositis officiis Principum, ac summæ dignitatis Virorum, supplicavit, ne manus eisdem apponeret, obtendens spem, quod omnia benevolâ 79
concordiâ componenda essent, cujus facti nonnisi ipsum Dominum Marchionem testem compellamus. Si itaque ipse huic facto causam dedit, illud opponere nequit Domino directo, ad *Text. in leg. si cum ipse cum ibi notat. ff. de excusat. Tutor.*, *Alexand. cons.92. numer.3. lib.1.*, *Purpurat. cons. 90. num.6.*, *Surd. consil.274. numer.7.*, *Rot. coram san. mem. Gregor.XV. decis.34. numer.2.*, *coram Buratt. decis.895. nu.2.*, *in Rec. dec.429. num.4. part.9.*, *dec.259. num 15. part. 10.*, *dec. 51. numer. 13. par.15.*, *dec.657. n.23. par.18.*

Si verò quæratur ratio Juris, cui talis *decisio* innititur, eadem locum sibi vindicare nequit in casu nostro; nam in illius hypothesi privatio feudi, tamquam ex causa immediatâ, processerat ab ipsa Sententia, ut legitur *in d. decis.* 80
num.23. & seq., ibi = *Cum illa immediatè provenerit ab ipsa condemnatione, & confiscatione.* At aliter res se habet in casu nostro, in quo ta-

lis

lis pæna non à Sententia, sed ab ipsa Constitu-
tione Piana ipso Jure irrogatur, ibi = *eo ipso
feuda devolvuntur* =; Quamobrem restitutio à
D. Marchione obtenta, illa comprehendere
nequit, ut latissime probavimus in *§. At verò
& seq.*

Ut autem ob pænam devolutionis, ipso Ju-
re sancitam contra Vassallum, Dominus dire-
ctus apprehendere posset Bonorum possessio-
81 nem, non requirebatur, quod novam contra
eum ferret Sententiam; nam omisso, quod
nulla requiritur Sententia, quoties pæna priva-
tionis incurritur ipso Jure, ut præter deducta
in *§. Facilè nos*, tradunt *Glossa magna in leg. 2.
Cod. de Jur. emphyt., eadem Glos. in leg. omis-
sione §. Qui deficiunt ff. de capit diminut., Bald. in
leg. Cum hereditas in fin. Cod. de pos., Zabarell.
cons. 128. num. 8. & seq., Roman. cons. 112. n. 7.,
ibique Add. lit. I., Alexand. cons. 6. colum pe-
nult., & ultim. lib. 3., Dec. cons. 146. num. 7.,
Soccin. Jun. cons. 111. col. 2. lib. 2., Rot. coram
Cassador. decis. 2. in princ. tit. de locat.*, respon-
82 demus, quod, si ad exequendam pænam con-
fiscationis Bonorum sufficit Sententia lata à Ju-
dice etiam alterius Territorii, ut Dominus di-
rectus absque impendio novæ Sententiæ illa,
tamquam devoluta, vindicare queat, *Bald.
cons. 141. numer. 2., & cons. 268. num. 1. in fin.
lib. 2., Oldrad. cons. 17. num. 3. & seqq., Alber.
Brun. consil. Feudal. 411., Natta cons. 580. nu-
mer. 14., Crouet. cons. 128. nu. 1., Bursat. con-
sil. 187. num. 8., Speculator. lib. 4. part. 3. tit. de
Feud. num. 62. & seqq., Boss. tract. crimin. tit.
de remed. ex fol. Clement. Princip. numer. 53.,
Clar. in prax. crimin. quæst. 78. num. 26., ibique
Bajard. num. 134. cum trib. seqq., Peregrin. de
Jur. Fisc. lib. 5. tit. 2. num. 139., Schrader. de
Feud. tom. 2. part. 9. sect. 8. numer. 41. in fin. fol-
lent. 18., Rosenthal. eodem tract. capit. 10. con-
clus. 18. num. 71., & conclus. 41. nu. 36. tom. 2.,
Boemer. decis. 264. sub num. 7., Guidop. dec. 76.
per tot., Afflict. dec. 182. num. 12., ibique Ur-
sill. num. 55. & seqq., Rot. d. decis. 16. numer. 6.
& seq., & num. 21., ibique Centulin. lit. C. post
prim. volum. consil. Farinacc.*, potiori Jure in
casu nostro Domino directo suffragari potuit
Sententia confiscationis lata à Supremo Princi-
pe, retinente altum dominium feudorum, de
quibus agitur.

Ut etiam non officit, quod Dominus dire-
83 ctus Castrorum possessionem apprehenderit
post concessam Vassallo Gratiam restitutionis;
quia hæc, utpotè simpliciter comprehendens
res, Jura, & Bona immediatè per Sententiam
ablata, ità quidem ut Supremus Princeps il-
84 lam concedens nunquam derogare voluisse præ-
sumatur Juri, Tertio ex alia immediata causa,
quàm ex Sententia, quæsito, *Decian. respons. 86.
num. 4. & plurib. seqq. lib. 3., Natt. cons. 470.
num. 21. & seqq., & cons. 471. num. 1. & plurib.
seqq., Brunor. à Sole quæst. 19. num. 61. & seqq.,
clar. mem. Card. de Luc. de regal. disc. 148. nu-
mer. 44., Rota decis. 17. nu. 2. & seq. post prim.
vol. consil. Farinacc., & ad ornat. Card. de Lu-
ca tit. de Legat. dec. 25. num. 14.*, aliique supe-
rioribus locis allegati; Procul dubio porrigi
nequibit ad feuda, ipso Jure devoluta, & fa-
vore Domini directi jam aperta, tametsi illo- 85
rum possessio minimè ab eo apprehensa fuisset,
*Fortunat. Garz. in leg. Gallus §. Et quid si tan-
tùm. nu. 237. & seqq. ff. de liber., & posth., An-
dr. de Isern. tit. de Vassall. decrepit. ætat. nu. 1.
fol. 107. à tergo col. 1., ubi etiam Lauar. nu. 77.
& seqq., Bursatt. d. cons. 187. num. 14. in fin.*,
ibi = *restitutio quamvis ampla adversus Senten-
tiam non restituet ipsos ad hæc feuda in præjudi-
cium Domini directi, & hoc sivè apprehensa sit
possessio, sive non*, & *num. seqq., Roland. con-
sil. 45. num. 19. lib. 4., Marcabrun. ab Anguill.
cons. 83. num. 201., Decian. cons. 86. num. 6. &
seqq., juncto num. 42. & seqq. lib. 3., Menoch.
cons. 186. num. 11. & seqq., Molin. de Primog.
lib. 3. cap. 2. num. 14., Gomez. de delict. cap. 13.
de Tortur. reor. à numer. 39.*, ibi *modò sit appre-
hensa possessio, modò non* = *Add. ad Clar. in §.
final. quæst. 59. num. 67.*, ibi = *ille, cui per Le-
gem, vel hominis dispositionem Bona Delin-
quentis sunt applicata, non tenetur ea restituere,* 86
*nec sibi auferuntur, sive sit apprehensa possessio,
sive non* = *Add. ad d. decis. 17. lit. C. post primum
vol. consil. Farinacc.*, præsertim verò in casu
nostro, in quo, ut notavimus in *§. At quo-
niam & sequenti, & §. Quæ cum ita sint*, Do-
minus directus Jura sua persequi paratus, illa
vindicare distulit interpellatus precibus Domi-
ni Marchionis, pollicentis, quod, nullo ex su-
spensione actuum judicialium illato præjudi-
cio juribus Ecclesiæ, omnia æqui, boniquè
ratione composita inter ipsos fuissent, ideòque
in dubium venire nequit, quin animo saltem 87
agnoverit Bona confiscata, quod sufficere tra-
diderunt *Caball. cons. 73. nu. 25. & seqq., Odd.
de restit. in integ. part. 2. quæst. 99. artic. 2. in
fin., Bellamer. d. dec. 743. num. 9. vers. en ista
secunda parte, Mart. Medic. decision. 41. nu-
mer. 13.*

Iterùm, iterùmque repetendo, quod non
agitur de pæna irrogata immediatè à Sententia,
sed tamquam à sua immediata causa, proma-
nante à Piana Constitutione, ipso Jure feuda
adimente Delinquenti; Quamobrem ab ipso
momento perpetrati delicti Jus quæsitum fuit
Ecclesiæ Dominæ directæ, quamvis executio 88
suspensa remansisset ad diem Sententiæ, quæ
retrotrahitur ad tempus, quo pæna ipso Jure
imposita fuit, juxta ea, quæ late firmavimus
in *§. Verumtamen tametsi & seq.*, & quæ potio-
ri Jure procedunt favore Domini directi, qui
ratione dominii directi, & civilis possessionis
naturalem attraxisse dicitur, *Isern. tit. de Vas-
sall. decrepit. ætat. fol. 107. à tergo col. 1. in prin-
cip.*, ibi = *Si autem perdatur feudum ipso Jure,
& ipso Jure sinè alio facto, vel apprehensione,
quia Dominus civiliter semper possedit, utile
Feudatarii dominium reconsolidatur directo Do-
mini*, = & infra = *Dominium ex culpa totum est
Domini* =, *Afflict. tit. quæ sint regalia verb. con-
demnatorum num. 23. fol. 350., Bosr. tract. cri-
min.*

min de crimin. læs. majest. num.71. & pluribus seqq., Dec. cons.235. col. 3., Bursat. consil. 43. num.3. & 7. lib.1., & cons.187. num. 11., Peregrin. de Jur. Fisc. lib.5. tit.2. nu.173., Rocc. disput. Jur. select. cap.179. num.3., Guidopap. dec.76. nu.2., ibique Adden. lit. E, Beniutend. dec.37. num.11.; Ideòque, utili dominio cum
89 directo, & naturali cum civili possessione Juris ministerio ipso Jure consolidatâ, gratiosa Principis restitutio adimere nequit Jus, Domino ex alia causa, quàm ex Sententia quæsitum, quia, cum dominium sit de Jure Gentium, tolli nequit Gratiâ Principis, derogare valentis
90 iis dumtaxat, quæ sunt de Jure civili, *Bartol. in leg. ex hoc Jure ff. de Jur. natural. gent., & Civil., Innoc., Abb., Felin., Dec., aliique in Cap. quæ in Ecclesiarum de Constit., Isern. in Cap. Imperialem num.49. de probibit. Feud. alienat., Afflict. titul. de Vassall. decrepit. ætat. fol.146. num.8., Intrigliol. de Feud. cent. 2. artic.1. num. 322. versic. contrariam sententiam, Lunar. eodem tract. pag.114. num.25., Martin. Laudens. de Feud. lib.2. tit.14. num.11., Molin. de Primog. lib.4. cap.7. num.21., Covar. variar. resol. lib.3. cap.6. nu.9., Cevall. quæst.2. n.38., Boss. de Princip. nu. 187., Peregrin. de Fideic. art.52. num.127. de Jur. Fisc. lib.1. tit.3. n.65., Monet. de commut. ultim. volunt. cap.5. quæst.2. num.89. & seqq., Cyriac. contr. 341. num.45., Mans. consult.85. num.15., Mart. repert. decis. tom.4. tit. Princeps cap.7. fol.104., Mobedan. decis.5. de re judic., Rot. in Rec. dec. 310. numer.11. & 12. part.18.*

Hæc igitur cum ita se habeant, & plenè demonstratum videatur, Juribus Eminentissimi Commendatarii præjudicium nullum irrogari potuisse virtute Gratiæ restitutionis Domino Marchioni Philippo impertitæ, evidens,
91 & apertum redditur, quod, ut idem Dominus Marchio ad Castra controversa redire possit, indigeat remedio novæ Investituræ, ut admonet *Andr. de Isern. in Cap.1. versus finem de controv. inter Vassallum, & Episcop.*, & ex eo *Afflict. in Constit. Neapol. lib.1. rubr.24. num. 55.*, quam Eminentissimus Dominus directus salvis Ecclesiæ suæ Juribus concedere non abnuet.

Ostenditur hic iterum, Feuda, ob delictum, ad Ecclesiam ipso jure devoluta, non comprehendi sub Gratiâ restitutoria: Et contrariis respondetur objectis.

92 *Patrini operam Duello præstans, præter alias pœnas, illâ etiam afficitur proscriptionis omnium Bonorum, & privationis Feudorum.*

93 *Hæc autem si sint Ecclesiastica, non ad Fiscum, sed ad Ecclesiam Dominam directam redeunt.*

94 *Feuda ad Ecclesiam devoluta ob Patrini operam Duello præstitam, non recuperat Delinquens, restitutus in gratiam Principis.*

95 *Confiscationis & devolutionis pæna ab iis qui Duello operam præstant, non ex Sententia, sed ipso jure incurritur.*

96 *Confiscationis & devolutionis pæna ubi ex Sententia provenit, Restitutus in gratiam Principis, Bona recuperat, in alium devoluta, secus ubi ex Jure, aut alio titulo, quàm ex Sententia.*

Hujus autem distinctionis fœdere d. numer. 96. & seq. num. 97., *conciliantur atque explicantur authoritates in oppositum allegatæ. Aliæ itidem explicantur* n. 105. ad 108. & num. 112.

97 *Gratia restitutoria Principis nequit auferre jus, quod Tertio ex natura Contractus fuerat quæsitum.*

98 *Gratia restitutoria Principis Juris Civilis effectus tollere valet.*

Intellige de effectibus Sententiæ condemnatoriæ, non de illis promanantibus a Jure aliquo positivo, ibid. Ratio nn. seqq.

99 *Pontificiæ Constitutiones specialem requirunt derogationem.*

100 *Feuda Ecclesiæ nunquam veniunt sub quavis generali, & amplissima dispositione, nisi expressa fiat eorum mentio.*

101 *Gratiis restitutoriis ea semper inest conditio, ut tantum restituant, quantum abstulit Sententia.*

102 *Jus quæsitum Domino directo pro devolutione Feudi, ob delictum, a Vasallo commissum provenit ex ipsa natura Contractus Feudi, non autem ex Sententia condemnatoria.*

Idemque jus dicitur primariò, non secundariò quæsitum n.103. & 104.

103 *Gratia restitutoria ut auferat jus, Tertio quæsitum secundariò dumtaxat, haud requiritur derogatio regulæ de Jure quæsito non tollendo.*

104 *Secus ubi primariò: Explicatur autem* decisio diei 16. Maii 1710. in Romana Primogenituræ & Fideicommissorum de Corsinis cor. Emo Aldrovando, *ut procedat de præjudicio tantùm secundario.*

109 *Duelli crimen quoad substantiam, & effectum pænæ æquiparatur crimini læsæ Majestatis.*

110 *Papa ut restituisse dicatur ad Beneficium, quæsitum Patrono, requiritur, quod id exprimat.*

Sic ut dicatur derogasse Juri, Domino directo ad Feudum quæsito ob delictum Vassalli, hæc pariter expressio requiritur, ibid.

111 *Lex ubi ipso Jure irrogat privationis pœnam ob aliquod delictum, jus & acquisitio Tertii ab alia radice, quàm a Sententia provenire dicitur.*

112 *Plenaria Gratia tametsi agatur de Confiscationis pæna, ipso Jure imposita, Delinquentem restituit ad Bona, Fisco applicanda, non autem ad ea quæ Tertio fuere quæsita & ad ipsum devoluta.*

113 *In Gratiis restitutionis subintelligitur semper conditio illa: ut Tertio non noceant.*

114 *Supremus Princeps, & præsertim Ecclesiasticus, nunquam censetur juri, Tertio quæsito, præjudicare voluisse.*

115 *Feuda ipso Jure confiscata, translata dicuntur in Dominum directum, etiam ante latam Sententiam, captamque possessionem.*

RESPONDENDUM videtur, constare de bono Jure Eminentiss. Abbatis Commendatarii; nam cum D. Marchio Bentivolus ejus subfeudatarius ob operam Patrini, & assistentiam præstitam in noto Duello, inciderit in pænas à Sacrosancta Tridentina Synodo, pluribusque Pontificiis Constitutionibus inflictas iis, qui detestabile hoc crimen perpetrant & præter alias gravio-
92 res pænas, quibus innodatur anima, in illis imposita etiam legatur pæna proscriptionis omnium Bonorum, & privationis Feudorum, quibus ipso jure decidisse declarantur, ut ex *S. Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. de Reform.* = ibi = *Ac dominio Civitatis, Castri, aut Loci, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur, & si feudalia sint, directis Dominis statim acquirantur* = ex *Constit. san. mem. Pii IV. la 21. Bullar. nov. tom. 2. fol. 30. §. 2.* ibi = *sub rebellionis, confiscationis, & privationis Statuum, & Dominiorum, ac Feudorum &c. pœnis, quas Contravenientes eo ipso incurrant &c.* = & ex *Constit. san. mem. Clement VIII. inter ejus impress. la XI.* ibi = *Eo ipso sint excommunicati, ac Jurisdictione, & dominio Civitatis, Castri, aut Loci, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur, & si feudalia sint, directis Dominis statim acquirantur*, ad normam dd. Constitutionum uno ore docuerunt Doctores allegati in *Restrictu §. Sacri enim Canones* Feuda verò sic devoluta, si sint Ecclesiastica, non ad Fiscum sæcularem sed rectâ via redeant ad Ecclesiam
93 Dominam directam tum ex dd. Constitutionibus, tum etiam ex certa Juris feudalis censura in *Cap. 1. §. Illud quoque præcipimus*, & *Cap. 1. §. Denique tit. quæ fuit prim. caus.* quibus Juris feudalis locis consonat *Textus in Cap. felicis de pæn. in 6*, cum concordantibus auctoritatibus lato calamo congestis in nostro *Restrictu §. Vassallo autem*; ex his, veluti ex necessario antecedenti, sequitur, quod licet D. Marchio Bentivolus vigore amplissimæ Gratiæ restitutus fuerit ad præcedentem statum, in quo ante Sententiam, contra ipsum latam à Fisco sæculari, reperiebatur, & ob talem restitutionem nedum ad dignitatem, sed Bona etiam reintegratus fuerit; nihilominùs istiusmodi plenaria restitutio, atque reinte-
94 gratio comprehendere nequeat Feuda, ob tale delictum ad Ecclesiam Dominam directam devoluta ob prævalidam illam justitiæ, ac æqui, bonique rationem, quæ præcipit, quod restitutiones omnes, tametsi plenariæ, & amplissimæ, nunquam concessæ intelliguntur in præjudicium Tertii, cui interim Bona quæsita fuerunt, ut in *d. Restrictu §. Facile & seqq.* in quibus animadvertitur, talem regulam duplicem dumtaxat admittere limitationem, in casu nempè, quo vel per viam justitiæ, vel publici boni caussâ talis restitutio concedatur.

Ulterior verò &, veluti à priori, ratio hujus immotæ Juris nostri regulæ latè constabilita fuit in d. nostro Restrictu *§. Jure igitur & plurib. seqq.*, ubi probavimus, quod si nullo justitiæ, aut æquitatis colore restitutus a Principe, vigore similis restitutionis, recuperare potest Feuda, quæ ab alio obtinentur, & ob delictum ad ejus favorem aperta fuerunt, multò potiori jure repellendus erit, quandò, prout in casu nostro, pæna privationis, veluti ex sua causa, non proveuit ex Sententia condemnatoria sed talis privatio Delinquentis, & acquisitio facta à Tertio procedunt ab alio titulo diverso â Banno, & Sententia condemnatoria; hoc enim casu quæcunque restitutio quamvis plenaria, atque amplissima, trahi nequit ad Bona, Tertio quæsita, nec ad Feuda devoluta ad Dominum directum, eo quod Gratia, ac restitutio Principis reintegrare quidem possit Bannitum ad ea, quæ ex Sententia, veluti ex sua immediata causa, amisit, illorum respectu causam reducendo ad non causam, sed non etiam ad alia, quæ ex alio titulo, quam ex Sententia Tertio quæsita fuerunt; in quo secundo casu nos versari dicebamus, quia pæna confiscationis, & privationis Feudorum, veluti ex sua causa, in nostro casu non provenit ex Sententia condemnatoria, sed ipso Jure & in 95
ipso momento commissi delicti pugnam Committentes in Duello, vel tamquam Patrini eidem assistentes incidunt in d. pænam confiscationis, & privationis, & longè antè quam feratur Sententia, ministerio, & auctoritate Legis, Pontificiarum nempe Constitutionum, Feuda, cæteraque Bona ammittunt, ex latè deductis in d. Restrictu *§. At verò & seqq.*; in quibus retulimus concordantia Juris loca, & auctoritates, ità quidem, ut Sententia non requiratur ad effectum pænæ committendæ, & rerum dominii transferendi in alterum, sed ad solum effectum declarandi factum, videlicet fuisse commissum crimen, ob quod incurritur pæna devolutionis, proindeque Sententia non dat, nec creat pænam, sed locum facit illius exequutioni, & vim minimè habens veræ causæ acquisitionis, solummodò vicem gerere dicitur implementi conditionis, sub qua sancita fuit pæna confiscationis, juxta egregias auctoritates, & Doctorum sententias allegatas in Restrictu *§. Sententia* & duob. seqq., ubi præsertim d. *§. Sententia excripsimus luculenta verba Benintendi decis. 37., & d. 46.; & in §. Quare* retulimus *Bellamer. decis. 743.* in *§.* verò *Et sanè* exposuimus ea quæ uberrimè, ac præclarissimè ad rem nostram firmavit *Sac. Rota in celebri Romana Primogenituræ &c. & Fideicommissorum de Corsinis.*

Li-

Libuit brevibus perstringere firmissimas hasce Juris nostri regulas, cum quibus DD., ac Tribuoalia io subjecta materia procedunt, tum quia illis constabilitis, veluti ex necessario antecedenti, ex eisdem sequitur, quod Gratia restitutioois obteuta à D. Marchione Beotivolo, eidem nullo pacto suffragari queat ad effectum recuperandi controversa Feuda, quæ non ex Sententia, tamquam ex sua immediata causa, ad Dominum directum de-
96 voluta fuerunt, sed auctoritate Legis ipso Jure, ac ipso facto, pænam hanc privationis, & devolutionis impouentis, ob delictum ab illo patratum cum Dominio directo, pleno Jure, consolidata fuerunt, tum etiam quia ex eisdem promanat responsio ad ea, quæ io contrario Restrictu afferuntur à DD. Defeosoribus D. Marchionis Bentivoli, prò quorum faciliori, & clariori confutatione sequemur ordioem, in d. Restrictu ab ipsis servatum.

Iidem verò *§. 10. & plurib. seqq.* plures cumulando auctoritates, conantur adstruere communem opinionem, juxta quam dicunt, virtute plenariæ restitutionis, obtentæ à Fisco Laico, Rebaonitum consequi reintegrationem etiam ad Feuda, ipso Jure vigore delicti, à Vassallo commissi, devoluta ad Dominum directum. At reverenter supplicamus Reverendissimos PP. ut ex eorum ore, ex auctoritatibus nempè quas allegant, ipsos, seu verius Causam judicent; allegant enim *Iserniam tit. de Vassall.decrepit. ætat. pag. 107. à terg., & 108.*, sed si retineatur, prout certè in subjecta materia retinenda semper est, solemnis illa &c, & ab omnibus Doctoribus recepta distinctio ioter privatiouem Delinquentis, veluti à sua causa immediata, proficiscentem ex Sententia, & illam, quæ non à Sententia, sed aliundè, & alio ex titulo Tertio quæsita fuerunt, perspicue patebit, quod locus in contrarium allegatus, loquitur de primo casu verbis illis = *verius videtur, ut etiam ad illa, Princeps enim tollit ea, quæ Juris Civilis sunt; Sententia est de Jure Civili, per quam privabatur, & privatus erat Bonis hujusmodi Crimiaosus, tollit ergò ea, quæ sequuta sunt ex Sententia, agit Princeps quod solet, scilicet indulgere peccantibus.* At in secundo summus ille Feudistarum vertex, ac Magister luculenter firmat mox traditam distinctiooem, ut patet ex ejus verbis relatis in *§. Porrò ita* quibus addimus illa, quæ idem *fol. 109.* subdit *in colum. ult.* ibi = *Unde si talis Dominus offensam sibi factam remitteret, & privatio ejus rei, quam Offendens tenet ab alio, deberet fieri per Seatentiam, non procederet ultra; secùs si ipso Jure, & ipso facto erant perdita; tunc remissà culpà non reconceduntur Bona perdita.*

Bellamera conclus. 742. de restit. in integr. lo-
97 quitur pariter ad rem nostram, ut patet ex ejus verbis relatis io nostro Restrictu *§. Qua de re*, ubi notavimus, eidem adhæsisse *Rotam in celebri Romana Primogenituræ, & Fideicommissorum de Corsinis*; retentà enim mox traditá distinctione, opportuoius in oostra Causa loqui non poterat, dum æquiparans morti naturali mortem civilem, qua Vassallus fit servus pænæ, ait, quod *si per talem damnationem ipse Vassallus efficitur servus pænæ, & ita mortuus civiliter, & sic d. consolidatio statim suum totam, & plenarium sortiatur effectum, illam consolidatiouem revocare non potest restitutio sequens; patet per præcedentia, quia istam consolidationem non consequitur Dominus directè, & principaliter ex ipsa condemnatione, sed potius ex natura Feudi, vel feudali conventione præcedenti; licèt ipsa damnatia servitutem irrogans aperiat viam huic consolidationi, in hoc, quod dat causam parificationi conditionis ipsius feudi, ut dixi supra in alio casu, modò directa causa, & principalis, non consecutiva, & accasionalis est consideranda &c. Si verò feudum non haberet talem naturam, sed esset transmissibile ad Successores, vel Sententia non esset talis, ex qua mors civilis, vel naturalis irrogaretur &c.; Dicerem primùm, quod dixi in prima illatione primæ partis principalis conclusionis, & in secunda quæstione tertiæ illationis ejusdem Conclusionis supra præcedentibus, restitutionem videlicèt, & Gratiam extendi ad hæc etiam Bona.*

Non immoror authoritati *Felini* allegati *§. 12.* contrarii Restrictus, quia Author ipse sequitur *Bellameram*, quem ostendimus nobis favere, idemque loquitur in hypothesi, in qua privatio immediatè proficiscebatur ex Sententia. Prout etiam sequendo *Iserniam, & Bellamerum*, distinctionem, à nobis traditam, confirmant *Peregr., Natta, Paris., Mans., & Rot. cor. Merlin. allegati §. At verò & quatuor seqq.*, ut Rm̃i PP. perspicere poterunt ex eorum lectura; *Oddus verò de restit. in integr. exadversa allegatus in §. 13.*, nemo non videt quantum nobis faveat, dum juxta verba, ex eo exscripta, perspicuum fit, quod Author iste admittit, non recuperari feudum, quod de sui natura perditur, & reconsolidatur cum directo domioio.

Quamobrem ex his patet, quod quoties agitur de delicto, ob quod pæna privatioois feudi, aut aliorum Bonorum differentium infligitur ipso Jure, & vigore contractus Investituræ, aut alterius tituli auctoritate, & ministerio Legis, non autem virtute Sententiæ deferuntur ad alium, sive devolvuotur ad Dominum directum, hoc casu reintegratio, tametsi plenariissima, operari nequit illorum recuperationem, quia ista tollere quidem potest effectus, tamquam à sua causa, immediatè proficiscentes ab ipsa Seutentia, illam penitùs reducendo ad non titulum, at non etiam efficere potest, ut Restitutus consequatur Bona, quæ ex contractu, Lege Investituræ, Majorum dispositionibus, aut alio quocunque titulo independente à Sententia, & ante illam præexistente Tertio, nullam à Fisco, nec à Senteotia fiscali habenti causam, quæsita fuerunt, juxta ple-

pleniſſimè firmata in noſtro Reſtrictu, & magiſtraliter tradita per *Rotam in d. Romana primogenitura, & fideicommiſſorum de Corſinis*; ita quidem, ut juſta ratione affirmare poſſe videamur, quod regula iſta nullum habeat contradictorem; quippè non ſolum oſtendimus, illam communiter receptam eſſe ab omnibus Doctoribus, à nobis allegatis, ſed prætérea demonſtravimus, quod authoritates omnes, quotquot in contrarium allegantur, conſtanter illi adhærent.

Et ſane, ſi deficerent authoritates, ea ſequenda eſſet, ob illam omnium ſummam rationem traditam in noſtro Reſtrictu *§. Verum enim verò* quæ præcipit, quod ſimiles reintegrationes, atque reſtitutiones à Supremo Principe nunquam factæ intelligantur in præjudicium Juris, Tertio quæſiti ex alio titulo, & jure, quam ex Sententia, & facto Principis; id vero præcipuè obtinere debet in feudis de dominio directo Eccleſiæ, quæ ob delictum inducens ipſo Jure pœnam privationis, ipſo pariter Jure, & recta via redeunt ad Eccleſiam, ex latiſſimè firmatis in Reſtrictu *§. Vaſſallo autem* ità quidem exigente contractu, & lege Inveſtituræ; nam ſi Vaſſallus patrando delictum factus fuit obnoxius pœnæ devolutionis ſancitæ in Inveſtitura, Gratia Principis Domino directo auferre nequit Jus, quod illi ex natura contractus quæſitum fuit, ex innumeris auctoritatibus allegatis in Reſtrictu *§. Jure igitur & §. ſeq.* ubi id confirmavimus inductione plurium ſimilium, & præſertim exemplo Clerici Beneficiati, qui ſi ob condemnationem, & degradationem paſſam amiſerit Beneficia, licet à Papa etiam ad illa reſtituatur, talis reſtitutio ei ſuffragari poterit quoad alia Beneficia, at non etiam quoad illa, ad quæ alius interim præſentatus fuit à Patrono laico, nullum enim præjudicium irrogatum cenſeri poteſt Juri præſentandi alium, ex fundatione illi quæſitum.

Hinc patet reſponſio ad ea, quæ in *§. 19. & 20. contrarii Reſtrictus* exadverſo dicuntur, videlicet, Gratiam reſtitutoriam Principis non tollere Jus Tertii, quando illud deſcendit non ex voluntate Hominis, aut ex diſpoſitione Juris Gentium, vel Juris naturalis, ſed ſecùs eſſe, ſi Jus Tertii proficiſcatur ex diſpoſitione Juris civilis, qualis eſſe dicitur privatio ex cauſa delicti, cui Juri Supremus Princeps mediante Gratiâ reſtitutionis derogaſſe cenſetur reducendo cauſam ad non cauſam; nam ſi in feudis, vigore contractus Inveſtituræ ob commiſſum delictum Bona reverti dicuntur ad Dominum, en igitur quod agitur de Jure quæſito ex facto Hominis, cui Supremus Princeps, ad ſenſum etiam Partis adverſæ, derogare ne-
98 quit; Dum verò auctoritates exadverſo allegatæ inquiunt, Gratiam reſtitutionis Principis, tollere poſſe effectus Juris civilis, intelligendæ ſunt in eo ſenſu, in quo illæ loquuntur, videlicet de effectibus Sententiæ, non autem de aliis effectibus promanantibus ab aliquo Jure poſitivo, peculiari nempè Conſtitutione, qualia ſunt Decreta Concilii Tridentini, & Pontificiæ Leges, pœna privationis feudorum ipſo Jure plectentes eos, qui pugnant, vel tamquam Patrini aſſiſtunt duello, hoc enim caſu ob duplicem, & quidem prævalidam rationem d. Gratia, quamvis ampliſſima, tollere nequit Jus Tertio quæſitum ex d. ſpeciali Jure poſitivo, ac Conſtitutionibus, quarum prima
eſt, quod illæ ſpecialem requirerent deroga- 99
tionem, juxtà *Text. in Cap. ſuper eo de offic. Judic. deleg., capit. quamvis de reſcript. in 6., Alexand. conſ. 3. num. 5. lib. 5., clar. me. Card. de Luca de Benefic. diſc. 52. num. 14., R. P. D. Anſald. in addit. ad dec. 32. num. 19., Rota cor. Cavaler. dec. 101. num. 2., & deciſ. 229. nu. 4., in rec. deciſ. 423. num. 4. & ſeqq. part. 2., & deciſ. 514. nu. 16. part. 19.*, præſertim verò quan-
do agitur de feudis, & quidem feudis Eccle- 100
ſiæ, quæ nunquam veniunt ſub quavis generali, & ampliſſima diſpoſitione, niſi expreſſa eorum mentio fiat, ut in Reſtrictu *§. Jam verò ſatis & ſeqq.*, præſertim verò in caſu noſtro, in quo eædem continent ampliſſimas clauſulas derogatorias. Altera eſt, quod iſtiuſmodi
Gratiis ſemper ineſt conditio illa, quod tan- 101
tum ipſæ reſtituant, quantùm abſtulit ſententia, ut latè dictum fuit *in Romana primogenitura & fideicommiſſor. de Corſinis 10. Decemb. 1710. §. 28. confirm. 17. Aprilis ſeq. anni §. 29. coram R. P. D. Aldrovando*, ideoque nullo pacto extendi poſſunt ad reſtitutionem, ſive reintegrationem ad feuda illa, quæ aliundè quàm ab ipſa Sententia, tamquam immediata cauſa, quæſita fuerunt, ex auctoritatibus allegatis in Reſtrictu *§. At verò & §. Veruntamen*, in quo
individualibus auctoritatibus firmatur, Jus quæ- 102
ſitum Domino directo pro devolutione feudi non provenire, tamquam ex ſua cauſa immediata, ex Sententia condemnatoria, ſed ex ipſa natura contractus feudi propter delictum à Vaſſallo commiſſum, ideòque nemo non videt quàm malè argumententur DD. exadverſo Scribentes, dum ex eo, quod Gratia Principis tollat effectus civiles proficiſcentes ex Sententia inferunt generaliter, quod tollere poſſit effectus omnes à Jure poſitivo promanantes, quando iſti, tamquam à ſua cauſa immediata, proveniunt ex ſpeciali aliquo Jure; hoc enim caſu malè exadverſo dicitur in *§. 20.* præjudicium Tertio illatum, eſſe ſecundarium; nam ſi quoties Jus immediatè quæritur ex ſpeciali Lege contractus, vel ex aliqua ſpeciali Lege poſitiva, dicitur Jus primariò, non au-
tem ſecundariò quæſitum Tertio; ſic etiam 103
præjudicium, quo tale Jus aufertur, dicetur primarium, & immediatum, & non per quamdam conſequentiam illatum, & hoc caſu verum non eſt, quod non requiratur derogatio regulæ de Jure quæſito non tollendo, ut Gratia reintegrationis præjudicium inferat Tertio, allegando primam deciſionem editam *die 16.
Maii 1710. in Romana primogenituræ, & fi- 104
deicommiſſorum de Corſinis*: Nam reſpondemus, dictam deciſionem fuiſſe revocatam in aliis

aliis posterioribus, eademque in §. 25. tu-
datur in dispositione Senatoris Barthiolomæi
fideicommittentis, qui expresse disposue-
rat, ut Bona propter delictum amissa recu-
perarentur statim ac Delinquens redisset in
gratiam Principis; Quamobrem cum hoc ca-
su vere ageretur de præjudicio secundario adi-
mente id, quod temporariè dumtaxat, & re-
vocabiliter Tertio quæsitum fuerat, nil mi-
rum, quod superveniente amplissima Gratia
restitutionis, hæc restituerit ad Bona, & Jura,
quæ interim Tertio quæsita fuerant; Ut igitur
hæc *decisio* casui nostro applicari posset, doce-
re oporteret, quod Pontificiæ Constitutiones,
& Investituræ, pœnam privationis infligentes,
adveniente reintegratione, restituant ad feu-
da, ipso Jure, ob delictum à Vassallo patra-
tum, devoluta ad Dominum directum, alio-
quin argumentum nullum ex dicta *decisione*
duci poterit ad rem nostram.

Non discedendo ab ordine contrarii restri-
ctus DD. exadverso Scribentes §. 21. impu-
gnare aggrediuntur certissimam illam tradi-
tionem Majorum nostrorum, qua firma-
tur, Gratiam Principis, tametsi amplissimam,
licèt restituat ad feuda, quæ Delinquens reco-
gnoscebat à Principe restituente, haud tamen
extendi ad illa, quæ ab alio obtinentur, &
propter delictum ad illius favorem aperta fue-
runt, ajunt enim quod si separarentur pura ab
impuris, nonnullæ ex auctoritatibus a nobis al-
legatæ, de materia non loquuntur, aliæ licèt
tractent quæstionem, eam non resolvant;
plures denique vel reprobatæ, vel à Sacro Au-
ditorio re maturè discussâ explicatæ noscantur:
Verùm tantùm abest, quod istarum auctori-
tatum segregatione, facta exadverso dici pos-
sit separatio puri ab impuro, ut revera fucum
veritati facere DD. contrarii Defensores co-
nati videantur, sed frustra.

De materia non loqui dicuntur *Thesaur. de-*
105 *cis. Pedemont. 266. num. 6. & seqq.*, & *Amad.*
de Ponte quæst. Laudemial. 24. eo quod loquan-
tur de emolumentis debitis Domino feudi in
hypothesi, in qua procedatur ad confiscatio-
nem. Verùm, si magis spectanda est ratio,
quàm litera, negari nequibit, Doctores istos
optimè applicari nostræ hypothesi, utuntur
enim ratione, qua ceteri præsentem quæstio-
nem decidunt.

Schrader. de Feud. tom. 1. 2. part. 9 part. prin-
106 *cip.* dicitur non definire quæstionem nostram,
sed satis est, quod post relatam primam con-
trariam sententiam secundo loco referat no-
stram, ut juxta notas regulas in ea resedisse
censeatur, sed frustrà de mente hujus Doctoris
contendimus, ejus namque verba retulimus
in Restrictu §. *Jure igitur* & §. *Veruntamen*
ideòque Reverendissimi PP. ex illis quid ipse
sentiat assequi poterunt. Prout etiam ex verbis
Rosenthal. relatis eod. §. Jure igitur, & *Verun-*
tamen perspicipoterit quid in hac quæstione
ipse firmet.

Inquiunt *Ancharan. cons. 161.*, *Bursat. con-*
sil. 187. lib. 2. reprobatam fuisse *decision. 16. post* 107
primum volumen consil. Farinacc., & *cor. Mer-*
lin. decis. 125.; Verum quod attinet ad *d. de-*
cis. 15., illa loquitur in casu, in quo privatio
feudi immediatè proveniebat, tamquam ex
sua causa, ex Sententia, ut in *num. 23. ejusd.*
decis., verbis illis = *Cum illa immediatè prove-*
nerit ab ipsa condemnatione, & confiscatione =,
quæ retulimus in §. *si verò quæratur* nostri Re-
strictus. At aliter res se habet in casu nostro,
in quo privatio, tamquam ex sua immediata
causa, non provenit ex Sententia, sed ex Pon-
tificiis Constitutionibus, Decretis Concilii Tri-
dentini, & Legibus feudalibus, quæ præci-
piunt, quod quando Vassallus ob delictum
ipso Jure privatur feudo, rectâ viâ revertatur
ad Dominum directum, ideòque Doctores
hoc casu rectè statuunt restitutionem tametsi
plenariam non præjudicare Domino directo.
Denique non obstat *decisio Merlini*, quia in 108
illius specie agebatur de Bonis liberis, & allo-
dialibus Delinquentis, ad quorum confiscatio-
nem cum Fisco Supremi Principis, Rev: vide-
licèt Cameræ, concurrebat Fiscus Baronis, qui
Jure rejectus, ac victus fuit à Fisco Supremi
Principis, eo quod ageretur de Bonis indiffe-
rentibus: At aliter res se habet in casu nostro,
in quo agitur de Bonis feudalibus, quæ vigore
Legum feudalium devolvuntur ad Dominum
directum, a quo illa habentur, & ex Pontifi-
ciis Constitutionibus, & Decretis Concilii non
applicantur Fisco Principis, pronunciantis Sen-
tentias confiscationis, sed deferuntur ad Do-
minum directum, eorumque utile dominium
consolidatur cum directo, ut distinguendo
tradunt *Caccialup. de Feud. num. 49. vers. vige-*
simo quia possessio, *Fachin. contr. Jur. lib. 7. ca-*
pit. 20. vers. limitatur opinio & seqq., *Farinacc.*
de Inquisition. quæstion. 25. n. 62., & *n. 66.*

Patet itaque ex his, quod si expendamus
authoritates, verissima, & communissima est
opinio firmata in §. *Jure igitur* nostri Re-
strictus, qua traditur, Gratiam Principis resti-
tutoriam non extendi ad feuda, quæ Delin-
quens ab alio recognoscit, quæ opinio frustrà
limitari contenditur, quod nempè procedat in
casu delicti feudalis, contra naturam feudi,
vel contra personam Domini commissi, vel
quando Bona ad Dominum directum devolu-
ta, non sunt sita in Territorio Principis resti-
tuentis; Nam Doctores à nobis allegati, gene-
raliter loquuntur nulla facta distinctione ho-
rum casuum, in quibus si militat eadem ratio,
eadem militare debet Juris dispositio, quæ in
hac materia ea est, ut Gratia Principis, tametsi
plenarissima, non præjudicet Tertio, cui ex
alia causa, quàm ex Sententia, Jus quæsitum
fuit; quamobrem si Doctores à nobis alle-
gati generaliter loquuntur, si ratio Juris
comprehendit casus omnes exadverso figura-
tos, Pars adversa ratione, & authoritate
distinctionem istam, quam facit §. 25., probare
deberet; Verùm, tametsi requireretur, quod
ut dominium utile feudi ob delictum Vassalli
con-

consolidari posset cum dominio directo Domi-
ni directi, tametsi, inquam, requireretur,
quod ageretur de delicto feudali, contra na-
turam feudi, tale dici posset delictum duelli,
quod in Pontificiis Constitutionibus, & præ-
109 sertim illa Pii IV., quoad substantiam, & effe-
ctum pœnæ, & confiscationis æquiparatur cri-
mini læsæ Majestatis, ibi = *perpetuæ infamiæ
criminibus læsæ Majestatis*, & tradunt Docto-
res relati a *Pignatell. consult.88.num.79.lib.9.*
Cum autem, ut admittunt DD. exadverso
Scribentes, regula à nobis firmata, procedat
in criminibus læsæ Majestatis, prout etiam,
ut ipsi inquiunt, cum agatur de feudo existen-
te in Territorio illius Principis, qui tali deli-
cto imposuit pœnam criminis læsæ Majestatis,
sanciendo quod feuda rectâ viâ devolvi debe-
rent ad Dominum directum, nihil proponitur,
cur in nostro casu dicta regula servanda non
sit.

Illam in nostro Restrictu confirmavimus
pluribus exemplis, & inductione similium,
quæ in contrario Restrictu §. 27. impugnan-
tur, sed frustrà: Nam supplicamus animad-
verti, qund *Lambertin. allegatus in dicto
§. 27.* retorquetur; Nam si ut Papa resti-
tuisse dicatur ad Beneficium quæsitum Pa-
trono, requiritur, quod id exprimat; profe-
ctò hæc specialis expressio ratione præjudicii
Domini directi, cujus Juri nunquam deroga-
110 tum censetur, requireretur etiam respectu feu-
di, ad illum ob delictum Vassalli ipso Jure de-
voluti; *De Marin. verò, Capyc. latr., & Rovit.*
loquuntur de Gratia plenarissima, ut sunt ver-
ba *Capyc. latr.*, qui scripsit in eadem Causa,
in qua *de Marin.*, & *Rovit.*, ut patet ex verbis
illis, = *etiam quod esset facta alicui restitutio ple-
nissima ad officium* = à nobis relatis *§. Communis*.
§. 29. & seqq. DD. contrarii Defensores im-
pugnare minimè valentes distinctionem, quam
in *§. At verò* nostri Restrictus diximus so-
lemnem, & ab omnibus Doctoribus rece-
ptam, dicunt, illam favere D. Marchioni
Bentivolo, & quod privatio Delinquentis, &
acquisitio feudi in nostro casu facta à Domino
directo, proveniat ab una, eademque causa,
Banno nempè, & Sententia, identitatem Cau-
sæ inferendo ex eo, quod, licèt agatur de pœ-
na ipso Jure inflicta; nihilominus semper re-
quiritur Sententia coudemnatoria subdendo,
quod privatio Delinquentia, & Tertii acquisi-
tio non ab una, eademque causa procedant,
sed à diversa, quando favore Tertii concurre-
ret actus præcedens, vel intermedius habilis
de Jure ad novam eorumdem Bonorum, vel
Jurium translationem.

Præventivè huic objectioni respondimus in
nostro Restrictu *§. Nilque turbus* quibus locis
111 ostensum fuit, quod quando Lex ipso Jure ir-
rogat pœnam privationis ob aliquod delictum,
tunc Jus, & acquisitio Tertii provenire dici-
tur ex alia radice, quàm ex Sententia, ut præ-
ter latissimè allegata locis mox citatis, tradunt
Mart. Medic. examin. 25. num. 41., *Mossin. de
confiscat. cap.41. numer.10.*, *Urceol. decis. Flo-
rent.30.num.14.*, simili objectioni sic respon-
dens = *quia pluribus modis responsum fuit, &
primò, quod in terminis ejus Legis, de qua agi-
tur, non est necessaria aliqua facti incorpora-
tio, cum à die commissæ rebellionis ipso Jure,
& absque ulla sententia propter sceleris atroci-
tatem Bona censeantur Fisco applicata, & illo-
rum dominium in Fiscum translatum* = Ex his
itaque patet, quod sola Legis authoritas, &
dispositio ob atrocitatem criminis ipso Jure
Delinquentem privans, constituit causam pri-
vationis, diversam à Sententia, & antè Sen-
tentiam præexistentem, quemadmodum dici-
tur de successionibus delatis tempore Banni,
quod ad illas non restituat Gratia, tametsi
plenaria, atque plenarissima, quia privatio
provenit ex Testamento, præexistente ante
Sententiam.

Nec Pars adversa fundari potest in *Decisione
Merlini*, in qua, licèt ageretur de pœna con-
fiscationis ipso Jure imposita, nihilominùs in
ea dictum fuit, vigore plenariè Gratiæ Delin-
quentem restitutum fuisse etiam ad Bona ipso
jure confiscata, quia iterùm dicimus, quod in 112
casu *d. decisionis* agebatur de Bonis liberis De-
linquentis, quæque Fisco Rev: Cameræ appli-
canda erant, juxta Constitntionem san. mem.
Sixti V. *In 6.*, contra Bannitos, & Recepta-
tores edita, de qua delicti specie ibi agebatur;
quamobrem nil mirùm, si postea Summo Pon-
tifice plenariam Gratiam elargiente, Rebanni-
tus recuperavit Bona, tametsi ipso Jure confi-
scata, quia idem Princeps, qui restituit, est
Dominus Bonorum confiscatorum, contra
quem proindè facienda est latissima interpre-
tatio, ut ait *Bellamer. decis.743. num.6. versic.
sed cave*. At aliter res se habet in casu nostro,
in quo Bona, quibus Delinquens ipso Jure spo-
liatus remanet, non applicantur Fisco Rev:
Cameræ, ideòque non pertinent ad Papam
restituentem, sed devolvuntur ad Dominum
directum, & cum ejus directo dominio statim
consolidantur ex Pontificiis Constitutionibus,
dispositione Concilii, & Legibus feudalibus;
proindèque ex his sublati remanent contrarii
discursus

Qui minimè coadjuvari possunt ex eo, quod
alioquin Gratia superflua redderetur, quia ne-
mo non videt quàm fragile sit argumentum
ductum à superfluitate; præsertim verò in ca-
su nostro, nedum quia dicta Gratia adeò profi-
cuos effectus tàm quoad Bona, quàm quoad
Personam operata fuit favore D. Marchionis
de Bentivolis; verùm etiam quia ex hoc fra-
gilissimo argumento Gratia extendi minimè
potest ad præjudicium Tertii, præsertim in
subjecta materia similium Gratiarum, in qui- 113
bus suapte naturâ subintelligitur semper condi-
tio illa, ut Tertio non noceant, ut in *§. Verùm
enim verò* nostri Restrictus, cujus proindè Juri
nunquam præjudicatum censetur, nisi id ex-
pressè dictum fuerit. Tantùm verò abest, quod
Summus Pontifex Emo Commendatario, aut
suæ

suæ Ecclesiæ Juribus præjudicare ullo pacto voluerit, ut expresse excepérit Bona Fisco incorporata. At verò si excepit Bona ipsi immediatè quæsita, quorum erat moderator, & arbiter, potiori jure excepisse censendus est Bona aliis quæsita, quibus sine justâ causâ illa auferre non poterat, *Bellamer. decis. decis.* 743. *princip.*, unde retorquetur argumentum, de quo in contrario Restrictu

Tantùm verò abest, quod, ut dicitur, exadverso §. 42. ex iis, quæ diximus, retractari debeant *decisiones* editæ in celebri *Romana Primogenituræ, & fideicommissorum de Corsinis*, in quibus D. Marchio Camillus Corsiuus, ejusdem criminis Reus, restitutus fuit ad Bona, ante Bannum possessa, ut ex argumentis, & rationibus desumptis ex dd. decisionibus plenè constabilitum videatur jus Eminentissimi Fabroni; nam in tantùm Marchio Camillus restitutus fuit ad Bona fideicommissaria, possessa ante Bannum, quia Testator ipse Bona Delinquentis, ante delictum translata ad Substitutum, voluit, quod post abolitum delictum, & cassatam Sententiam ad eundem redirent: At in casu nostro agitur de Bonis feudalibus, quæ tàm Constitutio Piana, quàm Sacrum Concilium Tridentinum mandat statim devolvi ad Dominum directum, & cum ejus dominio directo consolidari, & nihil prætereà disponit.

Consultò verba facere omittimus de iis, quæ habentur §. 45. & *seqq.*, quod nempè Summus Pontifex in hac Gratia processerit tamquam Princeps Ecclesiasticus, quodque parvi facienda sit qualitas Ecclesiastica feudorum, de quibus agitur, quia præventivè his omnibus satisfecimus in nostro Restrictu §. *Quæ ratio*, id unum etiam, atque etiam inculcantes, quod agitur de actibus Tertio præju-
114 dicialibus, in quibus nunquam Supremum Principem, & præsertim Ecclesiasticum præjudicare voluisse censetur Juribus Tertii, & præsertim Juri proficiscenti ex adeò solemnibus Pontificiis Legibus, & Decretis sacrosanctæ Tridentinæ Synodi: quamobrem si quoties agitur de derogando Juri, Tertio quæsito, semper requiritur, quod de eo fiat expressa mentio, quantò potiori jure illa requirebatur in nostro casu, in quo Jus Eminentissimi Fabroni adeò firmis fundamentis constabilitum reperiebatur.

His, inquam, omissis, reliquum est ut agamus de iis, quæ subduntur in contrario Restrictu ex §. 49. usque ad finem, videlicet Gratiam restitutoriam supervenisse antequam Eminentissimus Fabroni caperet possessionem Bonorum, ad Ecclesiam devolutorum, ideòque cum non agatur de Jure jam quæsito Ecclesiæ, sed quærendo, potuerint feuda, de quibus agitur, ad D. Marchionem redire. Præventivè ostendimus in nostro Restrictu §. *Facilè* & §. *Ut autem* quod quoties agitur de feudis, ipso jure confiscatis, Fisco Domini directi applicata censen-

tur, & illorum dominium in illum translatum dicitur etiam ante Sententiam, & sivè fuerit apprehensa possessio, sive noo, juxtà 115 auctoritates in dd. locis allegatas; Dominus namque directus semper civiliter possidens, quando feudum ipso Jure aufertur, sine alio facto, utile dominium Jure consolidationis attraxisse censetur, ex *Isernia*, aliisque adductis in §. *Iterum Iterumque*, sed in nostro casu quæstio omnis cessare videtur, quia hodie quæritur, an in Gratia restitutionis obtentæ à Domino Marchione comprehensa fuerint nec ne feuda, de quibus agitur, cumque juxta ea, quæ fusissimè deduximus in nostro Restrictu, illa comprehensa censeri nequeant, frustra quæritur quo tempore Eminentissimus Dominus Fabroni illorum possessionem adeptus fuerit; quocunque enim tempore eam cæperit, invenit vacantem, idque veluti rei evidentiâ confirmatur ex facto Domini Marchionis, nam si ille putabat, Gratiam restitutionis, ab ipso obtentam, plenariissimam esse, & eidem suffragari etiam quoad controversa feuda, cur statim illa recuperare distulit, & cur permisit, quod illa adeò facilè recuperaretur ab Eminentissimo Fabroni? certè id in non alia ratione factum fuit, nisi quia Dominus Marchio omni Jure destitutum se noscens, per concordiam, & benevolâ Amicorum interpositione beneficio Domini directi consequi posse sperabat id, quod de Jure ipsi minime debebatur.

ARGUMENTUM.

Notarius falsi crimine convictus, quâ pœnâ sit puniendus? Quæque indicia satis sint, ut author compertæ falsitatis Notarius censeri debeat?

DISSERTATIO V.

1 *Delinquendi caussa in omnibus criminibus potissimùm semper spectanda, utpote indicans nedum propositum, sed etiam Reum, quando ignoratur.*
2 *Obligatio mulieris, non accedentibus requisitis solemnitatibus, nulla est, atque irrita.*
3 *Qui unicè caussam delinquendi habuit, is deliquisse censendus.*
4 *Præsertim, si delictum nulli alteri publicè, & palam imputatur.*
5 *Fideicommissi Bona, ut vindicari possint, sat est illud adfuisse, quando eadem fuere vendita?*
6 *Hæres ex persona sui Authoris, Emptorem à molestiis liberare tenetur.*
7 *Qui alteri succedit, justam semper habet ignorantiæ caussam.*
8 *Delictum, ut ab aliquo commissum præsumatur, non oportet, caussam delinquendi verè extitisse, sed sufficit, ita illum credidisse.*

9 *Judex animadvertit, quo animo quid quisque faciat, non autem quo eventu utatur.*
10 *Testis Sacerdos æquipollet duobus.*
Estque præsertim attendenda ejus depositio, si alterius honestissimi viri testimonio coadjuvetur, num.11.
Maximè verò concurrente publicâ voce, & famâ, num.14.
11 *In ore duorum, vel trium, nedum humano, sed Divino etiam Jure, stat omnis veritas.*
12 *Adulteratarum scripturarum delictum illi tribuendum, qui solus eas habuit præ manibus.*
13 *Semel malus, semper malus in eodem mali genere præsumitur.*
15 *In delicto falsi severissimè contra quemlibet procedendum.*
16 *Falsitas similis est, & affinis proditioni, detestabilior homicidio ipso, ac veneficio.*
17 *Falsitate vix aliud crimen infestius humano commercio reperiri potest.*
18 *Reus falsitatis Leges 12. Tabularum è Saxo Tarpejo dejici jubebant.*
19 *Notarius, tamquam publica persona, etiam pro modico delicto in ejus officia, gravissimè est puniendus.*
20 *Reo culpabili reperto, omnia ejus expensis fieri debent.*
21 *Reus culpabilis, ad effectum refectionis expensarum, dicitur quando contra eum urgent indicia od ipsi inquisitionem transmittendam.*
22 *Accusator, suam accusationem probans per Testem unicum, vel semiplenam aliam probationem, nedum à pœna calumniæ, verùm etiam ab expensarum refectione excusatur.*
23 *Procedit tàm in civilibus, quàm in criminalibus.*
24 *Hacque est verior opinio in praxi servata.*
25 *Secus, quoties accusatio per meram, evidentemque calumniam facta est.*
26 *Falsi crimen callidà, exquisitissimàque machinatione perpetrari solet.*
27 *Ad Reum falsi condemnandum pœnâ præsertim extraordinariâ, exuberant argumenta univoca, atque ineluctabilia.*
28 *Ad falsitatem detegendam, ejusque Authorem, non seorsim, ac separatim, sed simul omnia expendenda.*

BON: me: Ser Severinus Liberati Nucerinus duo condidit testamenta, unum die 25. Februarii 1604., alterum verò die ultimâ mensis Augusti anno 1613. In primo heredes universales instituit Ser Liberatum, Dominum Franciscum, Ser Nicolaum, & Dominam Magdalenam suos filios dilectos legitimos, & naturales, & si aliquis dictorum suorum filiorum, & heredum decederet sinè filiis legitimis, & naturalibus, voluit, hereditatem suam remanere in superviventes, seù superviventem; In secundo autem revocando fideicommissum, inter prædictos filios ordinatum, instituit heredes Liberos masculos, Magdalenæ verò filiæ fœminæ reliquit victum, ac vestitum, decemque florenos.

Ex præfatis filiis masculis Franciscus uxorem duxit, pluresque reliquit filios, qui die 27. Augusti anno 1668., vendiderunt Patri Domini Joannis Baptistæ Forti quoddam Prædium pretio florenorum 1000., in qua quidem venditione sese obligavit etiam Bartholomæa Soror, quæ superstes fuit omnibus de familia Liberati, heredemque scripsit Thomam Coppari Liberati, inquisitum, uti natum ex Josepho Coppari Fratre Felicissimi sui Viri.

Occasione transmissionis, à Reverenda Fabrica Sancti Petri factæ cujusdam Commissarii ad Civitatem Nuceriæ pro recognoscendo piorum Legatorum adimplemento, deprehensum est, dictum secundum testamentum laceratum, ac scissum quoad omnem sui substantiam, Rubricellæ locus, qui tale testamentum indicabat rasus, ac lituris obductus, & denique primum testamentum alteratum; nam, ubi prius legebatur = *Dominum Franciscum, Dominum Nicolaum, Dominam Magdalenam suos filios dilectos legitimos, & naturales*, post nomen illud *Magdalenam* apposita fuit dictio ampliativa = *Et* = ibi = *Et suos filios dilectos &c.*, & loco verbi = *Heredum* = ibi = *Et si aliquis dictorum suorum filiorum, & heredum* = repositum fuit illud aliud = *Nepotum* = prout idem verbum etiam alio loco commutatum fuit.

Detectâ hac laceratione, rasurâ, atque alteratione, prævidens Dominus Joannes Baptista, quorsum eadem evaderet, querelam exposuit contrà Dominum Thomam Cappari coram R. P. D. Alterio, per id tempus Archiviorum Præfecto, qui Nuceriam transmisit Commissarium, compilatoque Processu, relatâque Causâ in sua Congregatione Criminali, prædictum Thomam moneri præcepit sub pœna Triremium ad septennium. Præcepto Thomas paruit, ad Urbemque veniens, elatus nimiâ sui fiduciâ, oblitusque facinoris, jam admissi, sese constituit in Capitolii Carceribus, à quibus tamen non est, cur speret egressum, nisi digna factis pœna ipsum comitetur, & nisi ab eodem omnes expensæ D. Jo: Baptistę Forti reficiantur, prout ità ab Illustrissimo Domino pro summa sapientia, atque integritate judicandum esse, certò confidimus, reverenterque supplicamus.

Porrò delicti corpus in dubium non revocatur, sed quæstio omnis vertit in reperiendo ejusdem delicti Auctore, qui sanè non alius fuisse dicendus est, quàm Thomas Coppari Inquisitus, sivè spectemus causam, sivè intueamur commoditatem, sivè inspiciamus consuetudinem delinquendi, sivè demum oculos, animumque intendamus ad Testium depositio- 1
nes; Remque ordiendo à causa delinquendi, quæ in omnibus criminibus investigandis semper potissimùm spectanda est, eo quòd non solùm

lùm indicat propositum, sed etiam Reum, quandò ignoratur, ut inquiunt *Farinacc. consil. 127. num. 13., & de Indit. quæst. 52. n. 144., Cason. eodem tract. de Indit. tract. 2. cap. 3. n. 7.* Dicimus, quod eadem unicè concurrit in persona Thomæ Inquisiti, quia, cum iste heres esset Bartholomeæ Liberati, voluit, alterando primum testamentum, addere dictionem illam ampliativam = *Et* = & loco *Heredum* reponere *Nepotes*, sicque fideicommissum reciprocum, inter solos filios primi gradus restrictum, extendere ad Nepotes, ut ità tale fideicommissum consolidatum dici posset in D. Bartholomæa Testatoris nepte, quæ omnibus de Domo Liberata supervixit, & ex suæ Auctricis juribus, in ipsum transmissis, ab eo posset subindè vindicari; Absque eo quod vindicatio impe-
2 diretur obligatione à Domina Bartholomæa contracta; hæc quippè, uti carens necessariis solemnitatibus, in obligationibus mulierum requisitis, nullius roboris est, atque momenti, ut aliis relatis firmat *Rot. in Nucerina Donationis 14. Junii 1709. §. Non attento & seqq. coram bon: mem: Caffarell., confirmata 9. Maii 1710. §. Nullitas coram eodem*; Quamobrem cum ex his evidens, & aperta reddatur causa delinquendi, & hæc privativè pertineat ad Dominum Thomam Inquisitum, utpotè heredem Bartholomææ, is deliquisse omninò cen-
3 sendus est, qui delinquendi causam unicè habuit, ut concorditer tradunt *Farinacc. consil. 50. num. 34. lib. 1., consil. 127. num. 13. & 17., & consil. 192. n. 1. lib. 3., & de Indit. quæst. 52. n. 141., Cason. pariter de Indit. tract. 2. cap. 3. num. 2., Conciol. resolut. crimin. in verb. Delictum resolut. 5. num. 6., Peguer. decis. 17. n. 8.*;
4 Certò que certiùs, quià delictum, de quo agitur, nulli alii publicè, & palam imputatur, quàm Inquisito, *Bald. consil. 427. n. 5. lib. ult.*, cum aliis relatis per *Farinacc. de Indic. quæstion. 52. num. 149.*

Ex quibus corruit contraria Domino exadversò Scribenti animadversio, quod nempè ad Bona, de quibus agitur, succedere nequaquam poterat Inquisitus, eo quòd uti prorsus extraneus, ac de familia Coppari, vocatus non erat ad fideicommissum relictum illis de familia Liberata; his etiam addendo, quod, licèt Inquisitus utatur cognomine Domus Liberatæ, id tamen ei minimè suffragabitur ad fideicommissi consecutionem, tum quia adoptio, cujus vigore Inquisitus fert cognomen familiæ Liberatæ, restricta fuit ad unicum dumtaxat actum, ad obtinendum nempè jus patronatus cujusdam Cappellaniæ laicalis, à Nicolao Liberato institutæ, tum etiam quia talis adoptio facta non fuit ex voluntate, & mandato Testatoris, quo casu, tametsi non particularis, sed universalis fuisset, prodesse tamen nullo modo posset. Etenim nos non dicimus, Inquisitum adulterando testamentum Severini Liberati, eâ mente, animoque fuisse, ut ipse, tanquam vocatus ex proprio jure, propriàque persona succedere posset ad Bona, ab illo relicta; sed dicimus, præfatum Inquisitum porrigendo reciprocam, inter filios primi gradus ordinatam, ad nepotes, voluisse jus quærere Bartholomææ suæ Auctrici, ut postmodum ex ejus persona agere ipse posset. Quamvis enim Bona, de qui- 5
bus agitur, in persona Bartholomææ, ultimæ heredis gravatæ efficerentur libera, attamen, donec in illam consolidentur, retinebant vinculum fideicommissi, quod ad effectum vindicationis Bonorum adesse sufficit per id tempus, quo eadem vendita fuerunt, ex firmatis per *Rot. in Romana Salviani, seù Canonum prima Decembris 1710. §. His autem coram Eminentissimo Card. Priolo.*

Quæ quidem Inquisiti voluntas succedendi ex juribus, & persona Bartholomææ minimè eliditur ex eo, quod ille post hujus obitum liberaverit D. Principalem à molestiis, quas super Bonis emptis patiebatur, quasi verò absurdum fuisset illum à molestiis liberare, quandò ipsum vigore fideicommissi spoliare potuisset; Nàm cum D. Inquisitus esset heres mediatus Riccardi Liberati, qui fuit unus ex Venditoribus in solidum Bonorum, super quibus intentatæ fuerant molestiæ, jure proindè, meritòque exceptionem fideicommissi non opposuit, sed Au- 6
thoris sui factum implevit, obligationique satisfecit, prout tenebatur, ex vulgato *Text. in leg. Cum à Matre Cod. de rei vindicat.*; Quibus additur, quod liberatio istæc à molestiis contigit anno 1707., quo nondum facta fuerat adulteratio, & nondum de illa facienda cogitatum fuerat, cum D. Thomas prævidere minimè posset tempus, & commoditatem adulterandi prædicta testamenta. Quapropter ab eo, quod gestum est anno 1707., nullum duci potest argumentum ad id, quod pluribus post annis factum fuit; Præsertim verò, quia, non detectâ adulteratione, liberatio prædicta haudquaquam officeret Inquisito; Semper enim obtendere posset errorem, suique juris ignorantiam, dum qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiæ, an id, quod petitur, debeatur, ut hisce verbis loquitur *Ca-* 7
jus Jurisconsultus in leg. Qui in alterius 42. ff. de reg. jur.

Satis his probatum dici posse videtur, non defuisse in nostra hypothesi causam delinquendi, & quidem veram, gravem, quæque, si feliciter cessisset, magnum Delinquenti peperisset emolumentum; Verumtamen, etiamsi eadem non subsisteret, ejusque vigore D. Thomas vindicare reverâ non potuisset Bona, à D. Joanne Baptista possessa, non idcircò tamen à gravissimis indiciis purgatus dicendus esset, nec tanquam innocens dimittendus; Neque 8
enim oportet, causam delinquendi verè existere, dummodò Delinquens adesse putaverit, nec refert, quidquam commodi ex ea fuisse perceptum, modò percipi posse crediderit, ut benè advertit *Cason. de Indit. tractat. 2. cap. 3. n. 3.*, ibi = *Is præsumitur fecisse, qui faciendi causam habuerit. Idem secundum Oratores probabile est, quod probatur Reo expedisse peccare, ut*

cum quæritur, nunquid commodum maleficio acquisierit, num honorem, num pecuniam, aut nunquid incommodum vitarit? Nihil tamen refert, non fuisse, aut non esse aliquid commodi, aut incommodi, dummodò ostendi possit, ei visum esse, qui arguitur, & in puncto *Farinac. de Indit., & Tortur. quæst.52. n.146.* verbis illis omninò exscribendis = *Amplia primo hujus 13. inditii conclusionem, ut procedat etiam nullâ existente causâ, dummodò tamen delinquens putasset causam adesse, ut puta credebat Cajus, per mortem Titii succedere in illius hæreditate mortuo Titio, præsumptio est contrà Cajum, qui de tali successione sperabat, etiam quod reverà de jure non potuisset succedere, vel quia alius aderat proximior, vel ob aliam causam* = Et rectè qui-
9 dem, quia Judex animadvertit, quo animo, quid quisque faciat, non autem quo eventu utatur, juxtà *Text. in leg. prima §. Si quis instrumenta Cod. de latin. libert. tollen.*, & prosequuntur *Cason.*, *& Farinacc. loco mox allegatis*.

Jam verò progrediendo ad commoditatem delinquendi, hanc quidem nullus alius habuit, præterquam D. Thomas, qui, & uti Archivista, & uti Cancellarius Commissarii Rev. Fabricæ perlegit, & apud se retinuit Protocolla Ser Francisci Jacobutii, in quibus aderant te-
10 stamenta, de quibus agitur, prout deponunt duo Testes, omni exceptione majores, quorum primus Author Legum, & Cathedralis Nucerinæ Canonicus si ob Sacerdotalem characterem æquipollet duobus, *Alexan. cons.143. n.5. lib 7.*, *Gabr. de Testib. conclus.4.*, *Rocc. disput. Jur. select. cap.177. num.17.*, *Rot. in Recent. decis.630. num.2. par.3.*, *decis.815. num.36. par.18.*, *decis.492. num.23. par.19.*, *& in Albanen. Donationis 9. Martii 1711. §. Absque eo quod coram R. P. D. Aldrovando*, quanto magis attendendus erit, dum ejus dictum coadjuvatur depositione alterius Testis honestissimi Viri, & Juris utriusque Doctoris? Neque enim humano solum, sed & Divino Jure constitu-
11 tum est, ut in ore duorum, vel trium stet omnis veritas, latè *Farinacc. de Testib. quæst.63. num.2. & 3.*, *Gratian. discept.551. num.29.*, cum aliis *in Romana Fideicommissi 20. Junii 1712. §. Evidentiùs coram R.P.D. Ansaldo*.

Eoque magis urget istiusmodi depositio in casu nostro, quia uterque Testis affirmat, quod, antequam dicta Protocolla ad manus Inquisiti pervenissent, plures illa percurrerant, atque versaverant, & nullam in eis lituram, nullam lacerationem, nullamque adulterationem viderant, quodque hæc omnia apparuerunt statim, ac Thomas Coppari, Inquisitus, dd. Protocollis manus apposuit, cum alius ea videre non posset, eò quod asservantur sub arctâ cu-
12 stodiâ clavis, retentæ ab altero ex Testibus uti herede S. Francisci Jacobutii; Qua de re, si solus Inquisitus habuit præ manibus prædicta Protocolla, & quidem integra, & intacta, postmodùm verò deprehensa fuit rasa, adulterata, lacerata, procul dubio id factum fuisse dicendum est manu, & operâ ipsius Inquisiti, ut bene disserunt *Vermigliol. cons.197. num.2.*, *& cons.198. num.6.*, *Mascard. de probat. conclus.256. num.8. & 9.*, *& conclus.1261. n.22.*, *Farinac. de falsit. quæst.153. num.87.*

Si vero agatur de consuetudine delinquendi, hæc profectò eò certiores nos reddit de Authore controversi delicti, quippè, si D. Thomas non semel, aut bis, sed pluries, pluriesque in in eodem genere mali, tanquam Reus, per hominum ora traductus fuit, imò verò accusatus, & damnatus, ut ex Processu constat, in dubium
revocari minimè posse videtur, quin idem 13
etiam criminis, de quo nunc quæritur, Reus dicendus sit, ità suadente illâ Juris nostri regulâ, quà traditur, quod semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali, teste *Cason. de Indit. tract.2. cap.3. n.11.*, *Farinacc. eod. tract. quæst.52. num.147.*, ibi = *Amplia secundò, ut multò magis hoc inditium procedat, quandò Inquisitus de sui natura est inclinatus in illam causam, proptèr quam deliquisse imputatur &c.*

Denique, si res sit de Testibus, Rev. D. Maganzellus deponit, se fuisse requisitum à Domino Thoma ad agendam suo nomine Causam adversùs D. Joannem Baptistam Forti pro vindicatione quorundam Bonorum fideicommissariorum domus Liberatæ, quod sanè fidei-
commissum, juxtà firmata superioribus locis, 14
adesse non poterat, nisi facta fuisset laceratio, atque adulteratio. Enim verò huic Testi, quamvis unico, maxima fides habenda est, tùm quia est Sacerdos, tùm etiam quia ejus depositio confirmatur dicto aliorum plurium Testium, qui deponunt non solum de propriâ, Verùm etiam de communi opinione, ac de publica voce, & fama, quod D. Thomas uti aspirans ad Bona domus Liberatæ, ad talem lacerationem, adulterationemque devenerit, per ea, quæ ponderat *Roman. cons.451. num.4.*, *Cason. de Indit. tract.10. cap.10. n.7.*, *Menoch. de Præsumpt. lib.1. præsumpt.89. num.11.*, *Farinac. quæst.37. num.56.*, *Guazzin. ad Defens. Reor. defens.30. cap.30. num.5.*

Hæc igitur cum ità se habeant, & ipsâ rei evidentiâ convictus dici debeat Thomas Cop-
pari, ex hoc, veluti ex necessario antecedenti, 15
sequitur, eundem gravissimè esse puniendum; Nam, si in hoc falsi delicto contrà quamlibet personam severissimè procedendum est, ut inquit *Imperator Constantin. in leg. Ubi falsi examen, Cod. ad leg. Cornel. de fals.*; Ob eam nem-
pè rationem, quòd falsitas similis est, & affinis 16
proditioni, ut ait *Tiraquell. de Pæn temper. caus.31. num.23.*, detestabilior ipso homicidio, ac veneficio, teste *Angel. in §. Minorem Auth. de Nupt.*, quem sequitur *Afflict. decis. finol.*,
quo vix aliud crimen infestius humano com- 17
mercio reperiri posse tradunt *Clar. in §. Falsum num.1.*, *Bosi. de Falsit. num.72.*, *Mastrill. de Indult. cap.38. num.2.*, quodque adeò Leges 12. Tabularum detestatæ sunt, ut hujus crimi-
nis Reos è saxo Tarpejo dejici juberent, ut re- 18
fert

ſert Aul. Gell. Noct. Attic. lib.10. cap.1. ;
Quanto durius, acerbiuſque animadvertendum
eſt in Notarium, qui, cum publica perſona ſit,
publicæque fidei Cuſtos, non à malo tantum,
ſed etiam à quacumque mali ſuſpicione procul
abeſſe debet, ideòque etiam pro modico deli-
cto graviſſimè puniendus eſt, juxtà Text. in
leg.1. Cod. de Primicer. lib.12., Luc. de Penn.
in leg.1. num.3. Cod. ut nemo ad ſuum patrocin.
lib.11., verbis illis = Notarius quidem eſt pu-
blica perſona, & habetur loco plurium Teſtium,
leg. Domitius, ff. de Teſtam., & ob hoc ab eo
multum exigitur, & ampliùs, quàm à privata
Perſona; Quarè, ſi delinquit in officio, gravan-
da eſt ejus conditio, non per interpretationem
indulgentiæ ſublevanda, cap. Ut famæ de ſentent.
excommun. = & ſequitur Raynald. obſervat.
criminal. tom.2. cap.18. §.1. num.8. fol.207.,
& §.7. num.159. & ſeqq. fol.234

At verò, ſi Inquiſitus graviſſimâ pœnâ ple-
ctendus eſt, longe faciliùs condemnandus vi-
detur ad refectionem expenſarum, à D. Jo: Ba-
ptiſta factarum; Quoties enim Reus reperitur
culpabilis, toties fieri debent omnia ipſius ex-
penſis, dummodò ſit ſolvendo, Aſin. in Prax.
§.32. part.2. ampliat.61. num.3., Addea. ad
Ambroſin. in Proceſs. lib.3. cap.2. num. 11.,
Guazzin. ad Defenſ. Reor. defenſ.13. cap 1.
num.4. & ſeqq., & num.12. & ſeqq., Conciol.
reſol. crim. verb. Accuſatio reſolut.3. num.2.;
Ad effectum autem, de quo agitur, Reus cul-
pabilis dicitur, quandò contrà eum urgent in-
21 dicia ad ipſi tranſmittendam inquiſitionem,
ità quidem ut in contumaciam poſſit condem-
nari, ut declarando obſervant Guazzin. dicta
defenſ.13. cap.1. num.14., Maſſin de confiſcat.
Bon. quæſt.2. n.53. & ſeqq., Conciol. loc. mox
citat. num.3.

Hinc verò licèt ſuperfluum videri poſſet re-
ſpondere ad ea, quæ exadversò dicuntur de
prætenſa viaticorum, aliarumque expenſarum
repetitione; Si enim ſuprà proximè probavi-
mus, expenſas D. Jo: Baptiſtæ eſſe reficiendas,
nemo non videt, quàm indebita ſit, quàmque
animoſa contraria petitio; Nihilominus non
ut Cauſæ, quæ bona, ac plana eſt, ſed, ut Parti
22 adverſæ pleniùs ſatisfaciamus, dicimus, con-
ſtanteſque affirmamus, quòd, quandò Accu-
ſator probat ſuam accuſationem per Teſtem
unicum, vel aliam ſemiplenam probationem,
certò certius excuſatur, nedum à pœna ca-
lumniæ, verùm etiam ab expenſis, tùnc enim
habere dicitur juſtam cauſam accuſandi, quæ
tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus excu-
23 ſat ab expenſis, proùt ità conſultus à Judice re-
ſpondit Paul. de Mont. Pich. conſ.29. num.12.
verſ. Nec obſtat ultimum, Honded. conſ.112.
num.39. lib.1., Surd. conſ.142. n.6., Menoch.
de Arbitr. caſ. 77. numer.1. lib.2., Bertazol.
conſ. crimin.212. num.12., Farinac. de Accu-
ſat. quæſt.16. num.45. & 71., quo loci reſpon-
det contrariis, teſtaturque, hanc eſſe veriorem
24 opinionem, & in praxi ſervatam, Caball. reſo-
lut. Crimin. caſ.166. num.15., ubi dicit, ita in
praxi vidiſſe ſervari, Antonin. Maceraten.
Variar. Reſolut. lib.3. reſolut.7. num.13. =
Ubi, quod Accuſator excuſatur ab expenſis, de
univerſali conſuetudine, ſi ultrà querelam ali-
quid Curiæ ſubminiſtravit =, & ita ſervari in
Statu Eccleſiaſtico, affirmant Bojard. qu.62.
num.24., Conciol. reſolut. Crimin. verb. Accu-
ſatio reſolut.1. num.11., Guazzin. ad Defenſ.
Reor. defenſ.3. cap.13. num.55., qui præcereà
teſtatur etiam de praxi Romanæ Curiæ, ibi =
Proùt ego in Curia nunquam vidi, nec audivi
aliter practicari, ut Accuſator in expenſis con-
demnetur, qui aliquem colorem; vel cauſam ha-
buit querelandi, & niſi fuerit in vera calumnia =
& num.56.; Pœnaque calumniæ, refectioniſ-
que damnorum, & expenſarum eo demùm ca-
ſu incurritur, quandò Accuſator per meram, 25
evidentemque calumniam ad accuſandum pro-
ſiluit, quippè qui optimè norat, Accuſatum
non admiſiſſe delictum, & tamen illum vo-
luit accuſare, & paſſus fuit, Judicem contrà
eundem procedere, ut benè monent Farinacc.
de Accuſat. dicta quæſt.16. num.55. & 74.,
Guazzin. ad Defenſ. Reor. defenſ.3. cap.13.
n.32. & 38. in fin., Urſell. concluſ.26. n.83.,
Conciol. Reſolut. Crimin. verb. Accuſatio re-
ſol.1. num.20.

Tantum verò abeſt, quod in caſu noſtro
D. Joannes Baptiſta non probaverit ſemiplenè
ſuam accuſationem, ut imò pleniſſimis, ac
concludentiſſimis probationibus illam confir- 26
maverit; Tot enim attulit univoca, atque
ineluctabilia argumenta, ut in hoc falſi crimi-
ne, quod callidâ, exquiſitiſſimâque machina-
tione perpetrari ſolet, Farinac. conſ.11. n.1.,
Pegas reſolut.19. numer.16., Lan. deciſ.96.
num.1., nedùm ſufficiant; Verum etiam exu-
berent ad Reum condemnandum, præſertim 27
pœnâ extraordinariâ, ad tradita per Farinacc.
conſ.18. num.5., conſ.23. num.20., & conſ.50.
in princip. lib.1., & conſ.109. num.1. lib.2.,
de Teſtib. quæſt.67. n.75., de Falſit. quæſt.152.
n.21. & 37., quo loci teſtatur de magis com-
muni opinione; Ad detegendam quippe falſi-
tatem, ejuſque Authorem non ſeorsìm, ac ſe-
paratìm, ſed ſimul, ac conjunctìm omnia ex-
pendenda ſunt, proùt concludunt Caſon. in
Practic. de Torment. cap.6. num.12., Boſſ. de
Indic. n.20. & 21., Joſeph Ludovic. deciſ. Lu-
cen.13. num.49.

* * * * *
* * * *
* * *

ARGU-

ARGUMENTUM.

Dominium, atque administratio Plateæ, quæ dicitur *di Pescaria*, ad Magistratum Præsidis Viarum pertinet: Nec Universitas Venditorum Piscium exemptam se valet asserere obtendendo vel qualitatem Loci pii vel possessionem oneroso titulo adquisitam, quæ unicè in Constitutione Innocentii XII. §. 14. fuere præservata. Usus autem illius Plateæ, eidem Universitati concessus, intelligi solùm debet de facultate inibi mercimonium exercendi, non verò ut exempta habeatur ab ipsius viarum Præsidis jurisdictione, & dictæ Plateæ emolumenta percipiat.

DISSERTATIO VI.

1 *Dominium, jurisdictio, atque administratio* Platearum, Locorum, & Viarum Urbis, *ex Constitutionibus Summ. Pontificum Martini V., & Innocentii XII., ad Ædilium, seu Præsidis Viarum Magistratum pertinet.*

2 *Plateæ, Viæque publicæ inter Regalia numerantur Supremi Principis.*

3 *Ædilium seu Præsidis Viarum Magistratui administratio competit Platearum, Viarumque publicarum.*

4 *Innocentius XII. a Viarum Præsidis dominio excepit Loca pia, seu etiam eos, a quibus dominium Platearum Viarumque publicarum fuerit titulo oneroso adquisitum.*

5 *Lex amplissimis munita clausulis contrariam declarationem non admittit.*

6 *Universitas Venditorum Piscium Urbis inter Loca pia recenseri nequit.*

7 *Loci pii qualitas in eo præsertim consistit, ut Ecclesiastica Ordinarii facultate fundatus sit, eidemque subsit.*

8 *Universitas Venditorum Piscium Urbis actu subjecta est Urbis Constitutionibus.*

9 *Universitatis subjectio arguitur, si nonnisi ex licentia, & in certo loco congregari possit.*

10 *Universitates Laicales, ac Confraternitates Ecclesiasticæ in eo maximè inter se differunt, quod primæ in unum coire nequeant sinè expressâ licentiâ, aliæ verò id possint sine illa in loco sibi beneviso.*

11 *Universitas Venditorum Piscium Urbis congregari nequit, nisi cum licentia Conservatorum Urbis, & nisi in loco ab iis destinato, cumque interventu unius ex illis, qui* Fideles Capitolii *appellantur.*

12 *Universitas Venditorum Piscium Urbis non ideo recenseri valet Locis piis quia aliqua pietatis opera exerceat, & alicui præterea Loco Sacro sit unita.*

13 *Rei dominium, adversus clarum Literam Pontificiæ alicujus Constitutionis, probandum per convincentia omnino argumenta.*

14 *Titulus* verè & proportionatè onerosus *requisitus in Constitutione* Innocentii XII., *ut dominium quæratur Viæ alicujus publicæ, vel Plateæ, dicitur ille, qui non exigua pecuniarum quantitate, Principi soluta, acquiritur.*
Idemque comparatus dici nequit solâ Viæ, vel Plateæ refectione, n. 15.

15 *Ad Viam publicam seu Plateam restaurandam ante fores Domus suæ quilibet tenetur, & a Judice cogi potest.*

17 *Viæ publicæ dominium non alia ratione in Privatum transferri potest, quàm Principis concessione oneroso nomine facta.*

18 *Fructuum ac Herbarum Venditores tenentur ad refectionem Platearum quæ usu longævo destinatæ quodammodo iis fuerunt, nec ideo dominium ullum super Plateis ipsis sibi valent asserere.*

19 *Emphyteuta, seu Livellarius Vias publices suis expensis reficit, simulque Domino directo pensionem solvit.*

20 *Titulus onerosus non resultat ex solutione Summæ, quæ rei valori non æquivaleat.*

21 *Ad præscribenda Principi Regalia Immemorabili opus est, nec centenaria sufficit.*

22 *Constitutiones Martini V. Innocentii XII., aliorumque successorum Pontificum abrogant quamcumque, etiam immemorabilem, possessionem Viarum Urbis.*

23 *Constitutio Innocentiana* Super Plateis, Viis, & Locis Urbis *Magistratui Ædilium jurisdictionem commisit quoad dominium non modò directum, sed etiam utile.*

24 *Regalium concessio, aut præscriptio versari solùm potest in dominio utili non verò in directo, quod inseperabile est a Principe.*

25 *Revocatio cujuscumque juris super* Viis, Plateis, aliisque Urbis Locis *necessariò complecti debet dominium illorum utile*, ratio ibid.

26 *Viarum, Platearumque dominii adquisitio titulo oneroso nequit de illarum proprietate intelligi.*

27 *Destinatio Plateæ usui vendendorum Piscium, efficit solùm, ut ne Venditores inde amoveri possint, non ut cura, administratio, ac perceptio emolumentorum ejusdem Plateæ ad Venditores pertineat.*

28 *Cuicumque Artificum speciei juxta veterem Urbis morem, aliqua Civitatis pars assignata fuerat, Unde* Fora Bovaria, Suaria, & Olitaria *nomen obtinuerunt, indeque similia etiam nunc habentur viarum nomina.*

At

29 *A Lege omnibus constitutu nullo Jure, nulloque sub obtentu sese quis potest eximere.*

RESCRIBENDUM esse videtur pro re-
cessu à decisis; Nam dominium
Plateæ nuncupatæ *di Pescaria*, quod
sibi adscribit Universitas Vendito-
rum Piscium, clarè reijcitur Constitutionibus
summorum Pontificum Martioi V., & Inno-
centii XII., quarum primà impressà Bullar.
1 nov.tom.1.fol.mihi 260. restitutus fuit Ædi-
lium, seù Præsidis Viarum Magistratus cum
amplissima, eoque Tribunali digna, Jurisdi-
ctione; secundà verò in Bullario san: mem.
Innocentii XII. *la* 14. dominium, Jurisdictio,
ac administratio *Platearum, Locorum, & Via-
rum Urbis*, Ædilium Magistratui confirmata
fuit, abrogato aliorum dominio, super eisdem
Viis titulo oneroso non quæsito, & præservato
illo dumtaxàt quod Locis piis, & Ecclesiis
quæsitum reperiretur.

Et quidem si Summus Princeps, inter cujus
Regalia Plateæ, Viæque publicæ nomerantur,
2 *cap. unic. quæ sint regal.*, ibique *Afflict. verb.
via publica in princip. leg. 2. §. 1. ff. ne quid in
loco publica*, *Bero consf.136. num. 11.*, *Borell.
de præst. Reg. Cathol. cap. 7. num. 1.*, *Sixtin. de
regal. lib. 2. cap. 2. num. 11.*, *Peregrin. de Jur.
Fisc. lib.1. tit.1. num.16.*, *Surd. decis. 42. numer. 5.*
illarum dominium expressè Tribunali Viarum
concessit, vel potiùs novà quadam dispositio-
ne, id ipsum decernente, quod Jure commu-
3 ni statutum est, illud sibi reservavit, admini-
strandum tamèn per Ædiles, ac Præsidem, *So-
la ad Decret. Sabaud. rubr. de mod.*, *& form.
supplic. Glos.1. num.5. fol. mihi 544. ab Eccles.
observ. forens.43. num. 22. port,1.*, *Cyriac. contr.
416. num 25.26.*, *& 27.*, *Balducc. decis.*, *& rer.
Judic. tit.4. dec.31. num.19.*, *& 31.* Universitas
Venditorum Piscium concludentissimè pro-
bare debet, vel eundem Summum Pontificem
à generali Platearum administratione, & do-
minio, eidem Magistratui commisso, exce-
4 ptam esse voluisse Plateam *di Pescaria*, vel
prædictam Universitatem censendam esse Lo-
cum Pium, seù Ecclesiam, quorum domi-
nium in illa san:mem: Innocentii XII. Consti-
tutione sarctum, tectumque servatur, vel de-
nique hujusmodi Plateæ possessionem valido,
onerosoque titulo ab ipsa acquisitam fuisse,
quod etiam prædicta Constitutione non tolli-
tur, proindeque si harum dominii probatio-
num una saltem hoc casu non concurrat, con-
troversia efformari dicetur contra expressum
5 casum Legis, tot amplissimis clausulis muni-
tæ, ideoque contrariam declarationem ne-
quaquam admittentis, *Rot. coram Coccin. de-
cis.1389. num.10. in Recent decis. 317. num. 16.
part.16.*, *& decis. 52. num. 13.*, *& decis. 314.
num.9.*, *& in Cabilonen.*, *seu Ordinis Cister-
ciensis Jurisdictionis 19. Junii 1702. §. Prate-
reà cor. Rmo Molines.*

Agnoscit Pars Adversa, quod frustra innite-
retur concessioni sibi factæ, quia prædictis
Constitutionibus, & præsertim illarum po-
stremâ revocatæ ac abolitæ fuerunt, ut dixi-
mus, quæcumquæ hujusmodi concessiones.
Undè conatur ostendere, Universitatem prædi-
ctam eodem Jure censendam esse, quo Summus
Pontifex incolume servare velle declaravit do-
minium, & Jus Locis Piis quæsitum super
Plateis.

Verùm nemo non scit, Universitatem Ven- 6
ditorum Piscium esse cætum merè prophanum,
coactum sub quibusdam Officialibus pro sola
directione proprii exercitii, non autem esse
Confraternitatem Sodalium, ad opera pieta-
tis exercenda unicè intentam, atque nomine
aliquo, pium munus præseferente, nuncupa-
tam; Nam cum qualitas Loci pii in eo præser-
tim consistat, ut ecclesiasticâ Ordinarii facul- 7
tate fundatus sit, eidemque subsit, *Gabr.
consf. 162. num. 7. lib. 1 Pignatell. tom. 4. Con-
sult. 21. nu. 2.*, *Amostaz. de Caus. Piis lib. 4.
cap.12. num.7.*, *Rot. decis. 248. num.19. par.11.
Recent.*, *Rota in Forolivien. Commendæ 11. Ja-
nuarii 1709. §. Assumptum, §. Indeque, §. Rur-
sus coram R.P.D. Scotto.*, Profectò eadem Uni-
versitas nedum Ecclesiasticà auctoritate erecta
non fuit, verùm ipsa actu subjecta est Conser-
vatoribus Urbis, ut ex *Statut. Urb. cap. 15.* 8
lib.1., *& cap.43. & 67. lib.3.*; Immò verò si li-
centia alicui Universitati necessaria, ut con-
gregari possit, si locus etiam intra alicujus Per-
sonæ Territorium existens, in quo eadem præ-
cisè cogi debet, Universitatis subjectionem 9
demonstrat, *Rot. in Mutulen. super bono Ju-
re 27. Jan. 1708. §. Collatis cor. R. P. D. meo
Ansaldo*; Si inter Universitates Laicales, ac
Confraternitates Ecclesiasticas versatur maxi-
ma illa differentia, quod primæ ex Juris com-
munis censura in unum coire nequeant in Pro-
vinciis, nisi Præside permittente, in Urbe au- 10
tem, nisi ex Senatus Consulti, vel Cæsaris
auctoritate, ut edocent *Text. in leg. mandatis
prima*, *& in leg. Collegia 3. §. In summa ff. de
Colleg.*, *& Corporib. illicit.*, *leg. observare C. de
decurion. lib. 10.*, latè *Cobell. ad Bull. Bon. Re-
gim. cap.31. nu.108.*, *& seqq.*, *Mastrill. de Ma-
gistrat. lib.5. cap.6. num.236.*, *Kammar. de pri-
vil. Civit. Baronal. §.2. nu.32. §.53. n.5. & 6.*,
Capiblanc. de Baron. lib.2. cap.72. num.8., *Rot.
decis.67. num.4. par.4. Rec.*, aliæ verò Ecclesia-
stica auctoritate erectæ liberè coadunari va-
leant in loco sibi benè viso absque novà Epi-
scopi licentià, *Ricciul. Eccles. lucubrat. lib. 4.
cap.3. in princip.*, *& cap.5. num.5.*, *Barbos. in
Summ. Apostol. decis. coll.207. nu.12.*, *R.P.D.
Petra ad Apostol. Constit. tom.1. ad Constit.1.
Leonis Magni sect.2. à num.48.*, *Rota in dicta
Motulen. super bono Jure §. Profligatis coram
R.P.D. meo Ansaldo*, in dubium revocari non
potest, Universitatem Venditorum Piscium
laicalem esse, dum illa sinè Conservatorum
Urbis licentiâ, nec in loco diverso ab eo, qui 11
ipsi destinatus fuit, nec denique absque inter-
ventu unius ex illis, qui *Fideles Capitolii* appel-
lan-

lantur, cogi, congregarique potest, ut edoce-
mur mox adductis Statuti Urbis locis, & praxi
etiam hodiè servata.

Parvique refert, hanc etiam Universitatem
aliqua pietatis opera exercere, & alicui præ-
terea loco Saero unitam esse. Hujusmodi nam-
que pietatis officia, argumenta dumtaxat sunt
Christianæ quidem, sed laicalis Congregatio-
nis, instar antiquorum Collegiorum, atque
12 Sodalitiorum, ab unius ejusdemque artis Per-
sonis compositorum, non enim exercentur ex
primario dictæ Universitatis Instituto, ad dicta
pietatis opera ordinato, cum principaliter ad-
dicta sit prophano exercitio venditionis, ac
mercimonii Piscium, ideòque aliqua pia ope-
ra, ab eadem exercita, efficere nequeunt, ut
inter Loca Pia, & Ecclesiastica connumerari
queat, benè *Abb. cons.31. num. 1. & num. 2.*,
Gabriel. tit. de pia Caus. conclus.1. n.1. 13.15.,
*Armendar. ad leg. Navar. lib. 3. tit. 20. de Con-
fratr. num.6.*, *Pignatell. consultat. Canon. 157.
num.2. tom.1.*, *Rot. divers. decis.574. numer. 6.
part.1.*

Minùs subsistit, quod ab illa titulo oneroso
acquisitum videri posit dominium Plateæ eo
quod cogatur quotidie sumptus majores emo-
13 lumentis impendere in illius restauratione, ut
dicunt DD. exadverso scribentes in præterito
Restrictu *§. Quod autem & seqq.*; Nam si nul-
la propositio in Jure nostro certior est illà, quà
14 docemur, argumentis omninò convincentibus
probandum esse rei dominium adversùs claris-
simam literam Pontificiæ alicujus Constitu-
tionis, *Carpan. ad Statut. Mediolan. capit. 310.
num.48.*, *Conciol. alleg. 10. num.6.*, *Rot. coram
Coccin. decis. 117. nu.1. in fin.*, *decis. 225. n. 2.
part.4.*, *& decis. 197. num.2. part.11. Rec.*; Si
præterea titulus verè onerosus, qualem nem-
pè Summus Pontifex Innocentius XII. prædi-
15 ctâ suâ Bullâ requirit eis verbis *titulo verè, &
proportionatè oneroso*, dicitur ille, qui non exi-
gua pecuniæ quantitate Principi Regalium pos-
sessori soluta acquiritur, *clar. mem. Cardin. de
Luc. de Emphyt. disc. 10. num. 4.*, perspicuum
fit, titulum verè, & proportionatè onerosum
comparatum dici non posse sola Plateæ refe-
ctione, nàm quilibet, ex nostri Juris censura,
16 debet, ac Judicis auctoritate cogi potest Viam
publicam, seu Plateam restaurare ante fores
Domus suæ, *leg. ad instructionem ubi Bartol.,
& Bald. C. de Sacros. Eccles.*, *leg. Ædiles §.
Construant, leg. fin. ff. de Via public.* nec idcircò
hac refectione consecutus censetur dominium
Viæ publicæ Principi reservatum, ejusque Re-
galibus insitum, nec alià ratione in Privatum
17 transferendum, quàm concessione oneroso no-
mine facta, *Mastrill. de Magistr. lib.3. cap.10.
num.278.*, *Borell. de potest. Reg. Cathol. cap. 7.
num.18.*, *Cepoll. de servit. cap.3. num.47.*, *Pi-
chard. ad princ. Instit. de Interdict. art.5. n.165.*,
Valasc. alleg.47. num 20. *A Ponte de potestat.
Proreg. tit.2. de abund. Civit. n.22.*

Et re quidem vera, si Piscium Venditores
Plateam Piscariæ, quantacumque illa est, fe-
rè obsident; *si Pupchos, & Posthas*, ut ajunt,
in ea jam erectos possident, si suas merces ibi
vendentes, non modica lucra sibi comparant,
æqui, bonique rationi consonum est, ut gra-
ventur onere illam reficiendi, ut ceteri Posses-
sores Domorum tale onus alibi substinentes,
quin sibi id circo Plateæ aut Viæ dominium, 18
vindicare Jure possint; Nec modò soli Posses-
sores Domorum eo onere tenentur, verùm
etiam Fructuum, ac Herbarum Venditores
in Plateis Rotundæ, Judæorum, & Agonali
quæ usu longævo destinatæ quodammodo ipsis
fuerunt, nec eorumdem Universitas hoc sub
obtentu dominium Plateæ sibi unquam arro-
gavit; Immò verò hac Plateæ refectione adeò
argui non potest illius dominium favore Uni-
versitatis, ut eà ratione liberari nequeat à
præstatione emolumentorum, quæ Tribunali
Viarum debentur, exemplo Emphyteutæ, seù 19
Livellarii, qui Vias publicas suis expensis refi-
cit, simulque Domino directo promissam pen-
sionem solvit, *leg. 2. Cod. de Jur. Emphyt.*,
*Avilez. in cap. 17. Prætorum in gloss. Esten.
num. 11.*, *Cepoll. de servitat. dicto cap. 3. num. 52.*,
*Afflict. in cap. unic. verb. viæ publicæ nu. 27. quæ
sint regalia.*

Cum igitur his omnibus demonstratum vi-
deri possit, nullo ex tribus titulis, quos san:
mem: Innocentius XII. in sua Bulla exceperat,
dici posse Universitati Venditorum Piscium
acquisitum dictæ Plateæ dominium; Non qui-
dem titulo concessionis, quam Pars Adversa
afferre non audet, non etiam titulo oneroso, 20
quia si ille talis non habetur quando Summa,
Principi soluta non æquivalet rei controversæ
valori, *clar. mem. Card. de Luc. de Emphyt.
disc. 10. num.4. in fin.*, considerari certè nequit
in sola Plateæ refectione, nàm huic impensæ
alii etiam absque ullo præjudicio dominii, soli
Principi reservati, subjacent, nec denique ju-
vari possit titulo qualitatis Ecclesiasticæ, nam
docuimus, illam esse merè laicalem, tum ob
exercitium, cui incumbit, tùm ob Superiorem,
cujus auctoritate regitur, Conservatorum
nempè Urbis; reliquum esset ut ostendere- 21
mus, eidem, nec etiam suffragari posse præ-
scriptionem, vel immemorabilem, vel cen-
tenariam; Id autem facilè perfici posset; Nam
præscriptio immemorabilis unicè spectanda in
materia Regalium, juxtà verba *cap. super qui-
busdam 26. de Verbor. signific. vel Regum largi-
tione concessa, vel ex antiqua consuetudine à
tempore cujus memoria non extat introducta*,
hoc casu non adest, nec revera allegatur; cen-
tenaria verò, etsi undique justificata concur-
reret, defectum tituli hac in re minimè sup-
pleret tum ex Censura Juris communis in
præd. *cap. super quibusdam, & Gloss. in cap. in-
novamus 10. verb. Regum de Censib.* tum, &
fortius ex prædictis Constitutionibus san: mem:
Martini V., ac Innocentii XII., nec non alio-
rum Pontificum, qui à Sixto IV., usque ad
Alexandrum VII. regnarunt, quorum Consti-
tutiones refert *Brugiott. in Epitom. Jur. viar.
cap. 3.*

cap. 3. à num.47. ad num.109., quæ Bullæ tum
expresse, tum vi Decreti irritantis abrogant
22 quamcumque contrariam etiam immemora-
bilem possessionem Viarum Urbis, illas omni-
no restituendo Ædilium Jurisdictioni, ut de
Apostolicis Constitutionibus, ac clausulis ir-
ritantibus docet *Rot. cor. Cavaler. decis. 111.
num.1. & 2., cor. Merlin. decis.814., numer.4.,
cor. Pentinger. decis. 30. numer. 2., & 3., cor.
Cerr. decis. 572. à num.9. ad 12., in Hispalen.
Juris Sedendi in Synodo 21. Junii 1697. §. Si-
quidem cor. bon:mem: Muto, & in Caputaquen.
subventionis super bono Jure 26. Junii 1702.
§. At verò in fin. cor. Eminentissimo de la Tre-
moille.*

Verùm frustrà his immoramur nedum quia quælibet præsumptio sublata jam fuit præteritis Scriptis verùm etiam quia DD. exadverso Scribentes hoc defensionis genus omiserunt in secundo Restrictu *§. Hoc posito* dicentes *superfluum esse circa Immemorabilem, vel centenariam immorari*, sed Universitati negari non posse concessionem Plateæ ad usum suæ artis, cui sanè destinationi eadem, valido ceteroquin dominii titulo destituta, adeò innititur, ut ex ea inferri posse contendat, sibi licitum esse pro libito erigere in ea Lapides, aliaque facere, quæ d. suæ artis usum, dictamque præservent destinationem.

At ex eisdem Pontificiis Constitutionibus facilè hoc etiam objectum submovetur, cum eò
præcipuè spectet tum restitutio Tribunalis
Ædilium à tot Pontificibus facta, tum etiam
eidem Magistratui facta amplissima restitutio
*Jurisdictionis, facultatum, curæ, administra-
tionis emolumentorum*, quibus verbis utitur
Constitutio Innocentiana *super Plateis, Viis,
& Locis Urbis*, tum denique omnimoda abro-
gatio cujuslibet Jurisdictionis quoad alios; vo-
23 luerunt enim Summi Pontifices, illam plena-
riè residere penès Magistratum Ædilium, per-
sonam Principis repræsentantem, suorumque
Regalium, quorum non ultima pars Plateæ,
ac Viæ sunt, possessione donatum, cum po-
testate recuperandi *Jurisdictionem*, in alios in-
justo Jure diffusam, & quidem non modò
quoad solam Regalium proprietatem, sive
directum dominium, sed etiam quoad utile,
de quo præcisè verificantur ea Constitutionis
verba = *curas, administrationes, nec non emo-
lumenta*; absurdum namque est, ut tot am-
plissima verba, & clausulæ res penitùs diver-
sas significantes solam Regalium proprieta-
tem, sive directum dominium comprehen-
dant, *leg. cum tale 72. §. ultim. ff. de condit.,
& demonstrat., Rot. decis.906. numer.9. coram
Cerr., & coram Emerix. Jun. decision. 940.
numer.17.*

Et sanè quemadmodum concessio Regalium
alicui facta à Supremo Principe, vel præscri-
ptio immemorabilis, defectum concessionis sup-
24 plens, nequaquam intelligitur de dominio di-
recto, idest de Regali superioritate, quæ uti
Principis ossibus, sive coronæ inhærens, ab illo
inseparabilis est, sed comprehendit dumtaxat
dominium utile, idest curam, administrationem, usum, ac redituum perceptionem, quia
in hoc tantùm utili, quod concessibile est,
non verò in altero, quod inseparabile est à
Principe, versari potest concessio, aut præscri-
ptio, per *Text. apertum in cap. unic. tit. quæ
sint Regalia in usib. feudor., & leg. 2. §. Hoc in-
terdictum ff. ne quid in loco public*, benè *Rovit.
cons.58. in princip., & nu. 1. & seqq., Peregr.
de Iur. Fisc. lib.1. tit.1. nu.22., Borell. de præ-
stant. Reg. Catholon. cap.7. n.9. & seqq., Cyriac.
controv.178. à n.7. ad num.10. num. 13.15. 52.
& 53., Abasuer. Fritsch. de Regal. Viar. cap.3.
nu.14. vers. viæ publicæ, Knipschilt. de privil.
Civit. Imperial. lib.5 cap.26. num.65.* Sic revo-
catio cujuscumque Juris super Plateis, ac Viis,
à Privatis usurpati, complecti necessariò de-
bet concessionem utilis dominii, quod solùm
concessum, usurpatum, præscriptumve fuisse 25
à Summo Pontifice credi poterat, ut inquiunt
Doctores in *§. Loca Sacra instit. de empt. &
vendit., Episcop. Rocc. disput. Iur. cap.161. n.8.
9. & 10., Balducc. rer. Iudic. tit. de prælat. de-
cis.6. num.34.*; Profectò quo colore affirmari
unquam poterit, Pontificias Constitutiones lo-
qui de proprietate Viarum, quum abrogant
*Curam, & facultatem super viis cuicumque Per-
sonæ etiam San. Rom. Eccles. Cardinalis, etiam
S. Romanæ Ecclesiæ Vice Cancellarii, Collegio-
rum, Capitulorum, Locorum Piorum, Basili-
carum, & Ecclesiarum*; Inverisimile namque
est, hujusmodi Personas Summo Pontifici ob-
sequentissimè addictas quidquam de suis Rega-
libus usurpasse; Prout etiam verisimile non
est, eàdem Constitutione sarcta, tectaque
relinqui dominia Viarum, quæ oneroso
titulo acquisita fuisse ostenderentur, si ser- 26
mo in illa haberetur Regalis Jurisdictionis,
Principi solùm reservatæ, & quæ ab ipsomet
Principe vindicanda recuperandaque illicò
fuisset, *Petr. Greg. de republic. lib.9. capit.10.
num.21., Azor. instit. moral. part.2. lib.11. ca-
pit.4. vers. via publica fol.1216., Cabed. par.2.
num.3. in fin., & nu.21. in fin., Rosenthal. de
feud. cap.5. conclus. 20., Montan. de Regal. §.
viæ publicæ fol.52.*

Destinatio itaque Plateæ usui Piscium ven-
dendorum id unum efficere poterit, quod ab
eo loco amovendus nequaquam sit cœtus hu- 27
jusmodi Personarum, non verò, quod cura,
& Jurisdictio Plateæ, ejusdemque emolumenta
pertineant ad Universitatem Venditorum Pi-
scium ut in re simili inquit *Text. in leg.3. §. Pla-
nè ff. quod vi, aut clam* his verbis = *Illi loci publici
procuratio data est, concessio tamen data non
est* =, *Capon. disceptat. forens. cap.171. num.3.,
Mart. decis.805. numer. 2. part.1.*, qui dicunt
*Viam publicam esse meræ facultatis, imò in illa
facultate non dari possessorium dominium*; ea
namque emolumenta, eaque administratio,
ac dominium si spectant ad Principem, si Prin-
ceps in iisdem suis Juribus Magistratum Ædi-
lium substituit, consequens est, quod ipse so-

lum Plateam moderari, & emolumenta exigere possit, ut benè *Barcholtem. de Regal. n.25., Hening. Arnisaus de Jurib. Majestat. lib. 3. cap.5. num.7., Rosenthal. de feud.conclus.21.n.2. & seqq.*

Hæc confirmantur exemplo Olitorum Plateæ Agonalis, ac Rotundæ, quos Loci destinatio juvat, ut possint ibidem suas merces vendere, suamque Artem ibi exercere, non etiam ut valeant à Præsidis Viarum Jurisdictione subduci; Quod si illi hac Loci destinatione consequerentur, jam non esset ubi Ædiles exercerent sibi longè, latèque concessam auctorita-
28 tem, cum juxta veterem Urbis morem quo cuicumque Artificum speciei aliqua Civitatis pars assignata fuerat (undè *Fora Bovaria, Suaria, & Olitaria* nomen obtinuerunt) modò etiam quamplures Artium Societates pluribi in Urbe positæ sint, integras Vias, ac Plateas occupantes, indèque nomina habentur Viarum, *vulgò degli Orefici, de Guipponari*, ac similium, sive igitur consideremus verba Constitutionis Innocentianæ, sive spectemus qualitatem dominii, quod Subditis fas est super Plateis adipisci, sive intueamur qualitatem Personarum, à quibus illud Summus Pontifex revocavit, sive denique respiciamus aliorum
29 Artificum frequentissimum in Urbe exemplum, pluraque absurda hinc oritura, perspicuum fit, quod Universitas Venditorum Piscium nullo Jure nulloque sub obtentu eximi potest à Lege omnibus constituta tot solemnibus Summorum Pontificum Sanctionibus, *Rot. decis.317. numer.16. part. 16., aliique apud Reverendissimum Zaulum in observat. ad Stat. Favent. rubric.14. lib.7. num.15. & seqq. tom.2.*

ARGUMENTUM.

Tribunal Gubernii ex sola apprehensione Rei, exilio ab alio Tribunali mulctati, omnimodam contra eum jurisdictionem exercere, pœnamque expetere valet; Idque nedum ex Juris communis censura, sed ex amplissimis ejusdem Tribunalis Gubernii privilegiis, tum inconcussa praxi, atque observantia.

DISSERTATIO VII.

1 *Præventio realis inducta per capturam, & Rei corporalem apprehensionem omnibus aliis potentior, atque efficacior.*

2 *In Judice præveniente per capturam consolidatur jurisdictio omnis, ut nemo alius Judex se in Causa ingerere valeat*, & numer.9.

3 *Reipublicæ interest Judices diligentiores reddere in persequendis, capiendisque Reis.*

4 *Constitutio S. M. Pauli V. super reformatione Tribunalium disponit, Processus omnes, & informationes esse transmittendas ad Judicem qui diligentior fuit in captura.*

5 *Exilii pœnam Reo comminatam in casu contraventionis persequi debet Judex, qui in captura prævenit.*

6 *Contraventio pœnæ exilii, dicitur novum delictum: & de eo judicare debet non Judex, qui illam inflixit, sed novus Judex, qui prævenit in captura.*

7 *Clericus, indictâ sibi pœnâ duplicati exilii si ante certum tempus reverteretur, laicus interim effectus ob viduam in uxorem ductum, est à sæculari Judice præveniente in captura, judicandus, ex* Alberici *sententia.*

Quæ tamen suos habet contradictores nu. 13. *& 14.*

8 *Illustrissimo Urbis Gubernatori plenissima est potestas, & jurisdictio in omnes Delinquentes.*

10 *Judex qui per capturam prævenit, etiam non requisitus, exequi potest Sententiam condemnatoriam alterius Judicis.*

11 *Illustrissimus Urbis Gubernator præveniens capturam, in criminali Causa, non tamquam merus executor, sed tanquam ordinarius Judex procedit.*

12 *Judex ordinarius, præveniens per capturam, jure petit, sibi consignari Processum, ab alio Judice factum.*

14 *Privilegio clericatus potest quis renunciare in sui præjudicium, at non etiam in præjudicium Clericalis Ordinis, & Superioris Ecclesiastici.*

15 *Judex Ecclesiasticus capax jurisdictionis etiam in Laicos.*

16 *Clericus subjici nequit jurisdictioni laicæ.*

17 *Urbis Gubernatoris amplissima in criminalibus potestas*, & n.19.

18 *Tribunalis Gubernii favore, ex Constitut:* Leonis X., *præventio inducta censetur per solam citationem domi factam.*

20 *Tribunali Urbis Gubernatoris facultas fuit ab Urbano VIII. attributa cumulativè quoad alia Tribunalia, privativâ jurisdictione donata, judicandi in criminalibus Causis, in quibus per capturam prævenerit* & n. 8.

21 *Impartitâ alicui Jurisdictione, concessum censetur quidquid ad illam exercendam necessarium judicatur.*

22 *Observantia est optima cujusque Constitutionis, & Legis interpres.*

23 *Eademque attendi debet, licèt contrarius intellectus esset de Jure verior.*

24 *Curia Gubernii quoties prævenit in Rei apprehensione, semper Processus, & acta ad eam fuere transmissa.*

Etiam per S. Consultam, n.25. *& 31.*

25 *Penes Sac. Consultam summa est potestas quoad ea, quæ ad regimen, rectamque Justitiæ administrationem pertinent.*

26 *Observantia per immemorabile tempus constabi-*

stabilita, præscriptivam observantiam inducere valet.

37 *Ad omnimodam jurisdictionem plenè assequendam sola quadragenaria sufficit.*

Præsertim, quando eadem fulcitur titulo, ibid.

29 *Ex solo discretivo loquendi modo arguitur diversa Disponentis voluntas, etiam quando agitur de ordinatione facta à Legislatore.*

Et ex discretivo agendi modo quomodò firmata jurisdictio dicatur n. 31.

30 *Facta sunt potentiora verbis, quia effectum ipsum demonstrant.*

31 *Privativa jurisdictio Curiæ Gubernii, in captura prævenientis, firmiùs à S. Consulta constabilita reperitur.*

32 *Præventio in captura privativam jurisdictionem tribuit, nedùm inter æquales Judices, sed etiam inter majorem, & inferiorem.*

33 *Sacra Consulta Causas Reorum apprehensorum ab Executoribus aliorum Tribunalium committit Curiæ Gubernii.*

34 *Curia Gubernii licèt prævenisset in contumaciali Rei condemnatione, adhuc à particulari Congregatione judicatum fuit, Causam spectare ad Curiam Capitolinam, quæ deindè in captura prævenit.*

35 *Clemens XI. per speciale Chirographum eidem Curiæ Gubernii concessit, seu restituit amplissimas facultates, ei à Leone X. impartitas.*

36 *Lex, & dispositio specialis dicitur dignior generali.*

37 *Lex specialis posterior Legi generali anteriori derogat.*

38 *Certiùs, quando per novam hanc Legem fit reditus ad jus antiquum.*

39 *Anteriori generali Legi derogatum censetur per posteriorem, licèt editam non per viam generalis Legis, sed per viam privati, ac specialis privilegii.*

40 *Pontificium Chirographum, publicum respiciens Bonum, benignum expostcit interpretem.*

41 *Ex jurisdictionalibus contentionibus persæpè impunitas nefariis Hominibus comparatur.*

42 *Pontificium Chirographum munitum clausula* sublatà, & Decreto irritante = *cuicumque Judici facultatem adimit aliter judicandi.*

LAURENTIUS Ponte Romanus ob extorsiones in suo officio commissas post publicè eidem inflictos tres ictus funis, exilio mulctatus fuit à Tribunali Illustrissimi Viarum Præsidis, sed injunctam sibi pænam spernens, dum temerè per Urbem vagabatur, comprehensus ab Apparitoribus Tribunalis Illustrissimi Almæ Urbis Gubernatoris, carceribus mancipatus fuit. Quamobrem ut affici ab eo posset pænâ, in illum constitutâ, petiit consignationem Processus, quâ denegatâ ab Illustrissimo Viarum Præside, post plura Decreta Illustrissimi Domini mei Auditoris Sanctissimi, controversia hæc remissa fuit ad Illustrissimam istam Congregationem, à qua illam demandandam fore speramus, freti tum Juris communis censurâ, tum dispositione Constitutionum Apostolicarum, tum denique inconcussâ praxi, atque observantiâ, juxtà quam in similibus Caussis Tribunali Illustrissimi Almæ Urbis Gubernatoris traditi semper fuerunt Processus, ut Rei, ab aliis Judicibus, & in aliis Tribunalibus condemnati, justæ pænæ subijci possent.

Porrò, si spectemus Juris communis dispositionem, cum præventio realis inducta per 1
capturam, & Rei corporalem apprehensionem, omnibus aliis potentior sit, atque efficacior, ex d. Juris locis, de quibus apud *Cancer. variar. resolut. part. 2. cap. 2. num. 228., Carleval. de Judic. disput. 2. quæst. 7. sect. 3. n. 884. & 886., Conciol. resol. criminal. verb. præventio resol. 3. num. 6. & seq., Raynald. observat. crimin. tom. 1. cap. 1. §. 10. num. 39., & tom. 3. cap. 33. §. 4. sub numer. 44.*, eadem efficit, ut jurisdictio omnis, quam ceteroquin parem,
& in solidum habent plures Judices competen- 2
tes, consolidata dicatur in Judice præveniente per capturam, adeò quidem, ut nemo alius Judex, quasi per præventionem istam manus habens ligatas, se in Causa ingerere amplius possit, *Carleval. de Judic. disputat. 2. quæstion. 7. sect. 3. num. 899.* Cui Juris dispositioni consulenti majori Reipublicæ utilitati, quia nempè
ejus summoperè interest Judices diligentiores 3
reddere in persequendis, capiendisque Reis, ut tradunt mox citati Doctores, conformis est
Constitutio *fan. mem. Pauli V.* super reforma- 4
tione Tribunalium, inter ejus impressas *la 71. §. 10.*, benè in proposito disponens his verbis = *quinimo Processus omnes, & Informationes transmittantur ad illum, qui fuit diligentior in captura* =.

Quamobrem, si per præventionem realem, orientem ex personali captura Rei, silet prorsus jurisdictio R. P. D. Viarum Præsidis, eademque adeò consolidata dicitur in Judice, qui sic prævenit, ut ad eum solum Causa per-
tinere dicatur, nequit ampliùs ab eo expetere 5
exilii pænam, in casu contraventionis eidem comminatam, sed eam persequi debet Judex præveniens; eoque certiùs in casu, de quo agitur, nam si ex eo solùm, quod contraven-
tio isthæc pænæ exilii dicatur novum deli- 6
ctum, *Sanfelic. decis. 320. sub num. 2.*, & tradunt alii mox allegandi, non ampliùs Judex qui d. exilii pænam imposuit, sed de illo cognoscere, ac judicare deberet novus Judex, videlicet Illustrissimus Urbis Gubernator, cui Reus hic ob novum delictum subijcitur, juxta doctrinam *Alberici in leg. meminisse 10. nu. 5. & 6. de offic. Proconsulis, & Legati*, quem sequuntur *Fermosin. in cap. Proposuisti 19. quæstion. 8.*

ſtion.8. num.14., optimè *Fagnan. in cap.magnus num.90. de obligat. ad ratiocin.*, ibi = *quà in re habemus expreſſam deciſionem Alberici in leg. meminiſſe num.5. ff. de offic. Proconſul.*, *qui in caſu converſo propoſitâ quæſtione de Officioli*
7 *Tholoſano, qui Clericum ad tempus relegaverat, reſervatâ ſibi pœnâ duplicati Exilii, ſi ante tempus reverteretur, eo interim Laico effecto ob Viduam in Uxorem ductam, & ante tempus reverſo, respondet, novum Judicem, ideſt ſecularem judicare debere, quia agitur de novo facto, & nova conditione perſonæ, quam opinionem Alberici non eſt cur improbare debeamus, tum quia magna eſt ejus auctoritas cum in hac re non habeat Contradictorem tum quia illum in terminis noſtris ſecutum eſt Neapolitanum Conſilium, teſte Vinceut. de Franch. deciſ.395.*, & *Alberici* ſententiam ſequuntur etiam *Anna conſ.140. num.12. & ſeqq.*, *Giurba conſ.15. num.3.*, *& num.32.*, *Carleval. de Judic. diſput.2.quæſt.7. ſect.1.num.909. in fin.*, quanto potiori Jure hæc Doctorum traditio juſtum locum ſibi vindicabit in præſenti caſu,
8 non ſolum quia Illuſtriſsimo Urbis Gubernatori pleniſsima eſt poteſtas, & juriſdictio cognoſcendi Cauſas omnes, omneſque in Delinquentes animadvertendi, exercendo, veluti in ipſum cumulativè collatam, univerſam juriſdictionem inter reliquos Judices, & Tribunalia diſpertitam; Verum etiam quia agitur de novo delicto commiſſo a Reo, qui per realem
9 præventionem effectus fuit obnoxius privativæ ejuſdem juriſdictioni; proptereàque Cauſa coram eo cognoſci, & abſolvi debet, executioni demandando pœnas contra eum conſtitutas.

Et ſanè, ſi, quoties agitur de Judicibus, qui ſunt ſub ejuſdem Principis dominio, Judex,
10 qui prævenit per realem Rei apprehenſionem, in Cauſa judicare debet, & etiam non requiſitus, exequi poteſt Sententiam condemnatoriam alterius Judicis, *Farinac. quæſt.7. nu. 53. in fin.*, juſtâ ratione noſtrum Tribunal petit ab Illo R.P.D. Viarum Præſidis, quod, prout præſcribitur in Bulla Reformationis *Pauli V.*, & expoſcere videtur juſta Juris ratio, ſibi conſignetur Proceſſus, nam, cum non agatur de
11 Cauſa civili, ſed criminali, & Illuſtriſsimus Urbis Gubernator in ea procedat non quidem tamquam merus Executor, ſed utatur ſuà ordinariâ juriſdictione, perſpicere poſſe debet ex Proceſſu, an Sententia, ob novum contra-
12 ventionis delictum, novam, ac graviorem imponens pœnam, ritè, & legitimis præcedentibus indiciis, ſive probationibus lata ſit, ad *Text. in leg. ſi ſe non obtulit §. Condemnatum ff. de re judicat.*, & ad tradita *per Mart. de Juriſdict.part.4.centur. 2.caſ.151.num.12.*, quomodo enim ſinè illo adhiberi poterit plena & exacta cognitio, facienda à novo Judice? ut ex *Textu in leg. ſi mater §. 2. ff. de except. rei judicat.* arguit *Fagnan. in d. Cap. magnus ſub num. 91. in med.*

Nec eſt cur fortè exadverſo opponatur, *Alberici* Sententiam ſuos habere Contradictores
nam omiſſo, an juſte eadem impugnetur in 13
caſu illo converſo, de quo ipſe loquitur, ambigi certe nequit, quin argumentis, & rationibus *Alberici* rectè in ſuo caſu utantur Doctores ſuperius allegati, & quin illæ rectè applicentur caſui noſtro, in quo non ſolùm agitur de novo facto, ac novo delicto, ſed ob realem præventionem ſuperveniſſe etiam dicitur nova perſonæ conditio, quæ illum novi Judicis juriſdictioni ſubjecit; Propterea que Doctores, qui in contrarium allegari fortè poterunt, ſi loquantur in caſu, in quo agatur de Laico, poſt commiſſum delictum effecto Clerico, ideoque ſubjecto Eccleſiaſticæ Juriſdictioni, & hic ſane caſus, de quo loquuntur Doctores, à nobis allegati, confert noſtro, ſi verò loquantur in converſo caſu, in quo Clericus effectus laicus ob viduam in Matrimonium ductam, contravenerit exilio, juxtà converſum caſum ab *Alberico* figuratum, & in hac hypotheſi, ju-
ſto colore ſuſtineri fortè poſſet, ob novum 14
hoc delictum Contravenientem à Judice Laico non eſſe puniendum, tum quia ille potuit quidem in ſui præjudicium renunciare privilegio Clericatus, at non etiam in præjudicium Clericalis Ordinis, & Superioris Eccleſiaſtici, per *Text. in Cap. Placuit de for. compet.*, *Panimoll decis.36.num.18.& ſeqq.*, apud quem alii tum etiam quia, cum certi Juris ſit, Judicem
Eccleſiaſticum eſſe capacem juriſdictionis 15
etiam in Laicos, ex *Cap. Per Venerabilem qui fil. ſint legit.*, *Canon. relatum 11. quæſt.1.*, *Can. ſi quis Preſbiter 2. quæſt. 5.*, *Marta de Juriſdiction. part. 4.centur. 2.caſ. 146. num.8.& 11. & ſeq. & caſ. 151. num.13.*, *Bellett. diſquiſit. Clericul. part. 1. de favor. Cleric. Perſon. §. 2. num.32.*, apud quem alii plurimi, *Murga de Beneſ. quæſt.3. ſect. 3. num.45.in fin. Panimoll. in annot. 3. ad deciſ.12.num.55. & ſeqq.*, con-
tra verò, ut pariter Juris eſt, Clericus ſubijci 16
nequeat juriſdictioni Laicæ, rectè Judex Eccleſiaſticus retinendo juriſdictionem, ratione Clericatus ſibi in Reum quaſitam, eundem punire poterit ob novum factum, licèt commiſſum poſtquam ob Matrimonium contractum cum Vidua Laicus effectus fuerat.

Satis argumentis hiſce, deſumptis ex Juris communis cenſura, demonſtrata videri poteſt juriſdictio Tribunalis Illuſtriſſimi Almæ Urbis Gubernatoris. Verùm illa firmiùs conſta-
bilita dignoſcetur, ſi intueamur ampliſſimam 17
poteſtatem ob publici boni cauſam, ejuſque ſupereminentiam à Summis Pontificibus impartitam eidem Tribunali, in quod, teſte *clar. mem. Card. de Luc. in relatione Romana Curiæ diſc. 37.num.16.* = *majorem vigilantiam, longèque majorem copiam, ac peritiam Judicum, & Notariorum*, omne fere Juriſdictionis criminalis exercitium, ac graviorum Cauſarum cognitio tranſlata quodammodò vel ſaltem per præventionem præoccupata reperitur. Porrò ſi ſpectemus Conſtitutionem *Leonis X.* incipien. *Etſi pro Cunctarum 8.*, poſtquam in
illa

18 illa §. 5. constitutum fuit, quod per solam ci-
tationem domi factam, favore Tribunalis Gu-
bernii præventio inducta censeretur, ibi = *Ità
quod quam primum citationem contrà aliquem
Civem Romanum, vel alium quemcumque ex
prædictis quomodolibet delinquentem ad ejus do-
mum factam, quoscumque alios Judices præve-
nisse censearis: Ità quod aliis nullatenus contrà
eundem, ut suprà citatum, quomodolibet proce-
dere possint* = §. 13. illius jurisdictionem unde-
quaque amplificando, Illustrissimum Almæ
Urbis Gubernatorem etiam tamquam Viceca-
19 merarium auxit, decoravitque eximiis facul-
tatibus, atque prærogativis, mandando cete-
ris, ut ipsi, tamquam Summi Pontificis Per-
sonæ, obtemperarent, ibi = *mandantes præfa-
to Camerario nostro nec non dilectis filiis Præ-
latis, Præsidentibus, & Clericis Cameræ præ-
dictæ, Urbis Senatori, & Conservatoribus &
aliis, ad quos spectat, & pertinet, ac spectare,
& pertinere poterit, quomodolibet in futurum,
ut ad d. officium, ejusque liberum, ut præmitti-
tur, exercitium, nec non honores, onera, &
emolumenta hujusmodi recipiant, & admittant,
ac in omnibus, quæ ad officium ipsum pertinent,
tibi veluti Personæ nostræ propriæ efficaciter
pareant, obediant, & intendant.*

Præterea Summus Pontifex *Urbanus VIII.*
20 ut alia quædam Urbis Tribunalia, quæ in non-
nullis Caussis privativâ jurisdictione donata re-
periebantur, majori curâ, ac diligentiâ uteren-
tur in persequendis Reis, Caussisque instruen-
dis, atque expediendis, cumulativam juris-
dictionem contulit Tribunali Gubernii, sta-
tuendo, quod, si illud quomodocumque præ-
venisset alia Tribunalia, hæc negligentiæ suæ
pænas subitura erant, aperta sunt verba Con-
stitutionis d. Summi Pontificis inter ejus im-
press. la 93. ita se habens = *Cum itaque sicut ac-
cepimus, varia diversis Almæ Urbis nostræ Tri-
bunalibus, & Judicibus etiam S. R. E Cardi-
nalibus Protectoribus &c. indulta quascumque
Caussas, vel earum aliquas super quibuscumque
delictis, criminibus, & excessibus quarumcumque
Personarum &c. privativè quoad alios quos-
cumque cognoscendi per Romanos Pontifices
Prædecessores nostros, ac etiam nos concessa
sint. Nos debitæ earumdem Caussarum cogni-
tioni, atque expeditioni, quantum cum Domino
possumus, consulere volentes, nec non omnium,
& singulorum Indultorum prædictorum tenores
ac datas præsentibus pro expressis habentes, motu
proprio, & ex certa scientia: ac matura de-
liberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis
plenitudine &c. quod omnia, & singula indul-
ta hujusmodi non privativè quoad modernum, &
prò tempore existentem d. Urbis Gubernatorem,
sed cumulativè eam eo concessa intelligantur &
intelligi debeant* = quam Constitutionem re-
fert etiam *Seannarol. de Visitat. Carcer. lib. 1.
cap. 2. §. 8. sect. 3. n. 9. fol. mihi* 78.

Si igitur Curia Almæ Urbis Gubernatoris
per solam citationem Domi Delinquentis fa-
ctam, adeò prævenisse censetur reliquos Ju-
dices, ut eisdem facultas omnis procedendi
penitus adempta censeatur, sublatâ cetero-
rum omnium Tribunalium privativâ jurisdi-
ctione, eadem illi cumulativè concessa repe-
ritur, ii denique Supremis omnibus Magistra-
tibus, tametsi sublimiori quacumque digni-
tate, atque potestate fulgentibus, præcipitur,
ut *in omnibus, quæ ad officium ipsum* (nempè
Gubernatoris) *pertinent tibi veluti Personæ
nostræ propriæ efficaciter pareant, obediant, &
intendant* = ut his verbis præcipit *Leo X.*, quo-
nam pacto R. P. D. Viarum Præses detrectare
potest consignationem Processus, à Tribuna-
li Gubernii petitam, ut Reum, quem per rea-
lem personæ apprehensionem carceribus
mancipatum habet justâ pænâ afficere queat?
Impartitâ enim alicui jurisdictione, si eidem 21
concessum dicitur quidquid ad illam exer-
cendam necessarium esse judicatur, ex regula
Textus in leg. 2. ff. de Jurisdict. omn. Judic.,
*Fragg. de Reg. Patron. Iudiar. tom. 2. cap. 79. nu-
mer. 57., & seqq.*, inde certe sequitur, quod, si
per præventionem realem adeò, ut alibi di-
ctum est, tota jurisdictio consolidata est in Il-
lustrissimo Gubernatore, ut ipse solus de Cau-
sa cognoscere, & etiam non requisitus, Reum
subjicere possit pænæ, in quam ille incurrit, ob
factum contraventionis, justè requiret Proces-
sum, ut adhibere queat illam Causæ cognitio-
nem quam delicti natura, & ratio exposcit,
ut superioribus locis dictum est.

Verùm enim verò, si quæ adhuc vel in in-
telligentia dispositionis Juris, vel in Pontifi-
ciarum Constitutionum interpretatione, du-
bietas superesse posset, ea penitùs sublata vide- 22
retur subsecutâ observantiâ, quæ si est optima
cujusque Constitutionis, & Legis interpres,
*leg. si de interpretatione 37. ff. de legib., & ca-
pit. Cum dilectus 8. de Constitut.* etiam quum
agitur de Bullis, & Pontificiis Constitutioni-
bus, ut post *Rotam coram san. mem. Alexan-
dro VIII. decis. 575. num. 10.* tradit *Palm. alle-
gat. 107. num. 18. & seq.*, & de quibuscumque
Indultis, ac Privilegiis *Larr. allegat. fiscal. 15.
num. 10. part. 1., Rosa consult. 9. nu. 37., Palm.
allegat. 397. num. 32.*, imò verò si eadem in-
terpretativa observantia tanti valet, ut atten- 23
denda sit, etiamsi contraria intelligentia esset,
de Jure verior, & etiamsi illa ex eadem data
esset mala, & vim inferret verbis, *Palm. dict.
allegat. 107. num. 19., & allegat. 397. num. 32.,
Rota coram Dunoz. Jun. decis. 737. num. 27. &
seqq., decis. 411. numer. 10. para. 18., decis. 99.
num. 9., & decis. 132. num. 6. para. 19.* Profectò
nulli ampliùs quæstioni locus relinqui videtur 24
in nostra hypothesi, in qua, quotiescumque
Rei contumaciali Sententia condemnati, capti
fuerunt ab Executoribus Curiæ nostræ, ad ean-
dem à Judicibus transmissi fuerunt Processus,
& acta.

Quotidie enim Sacra Consulta, penes quam,
tamquam repræsentantem Supremum Princi- 25
pem, est summa potestas quoad ea omnia,
quæ pertinent ad regimen, rectamque justitiæ
pu-

publicæque vindictæ administrationem, ut
apud *clar. mem. Card. de Luc. in relat. Roman.*
Cur. disc.25., quum contingit, Reos contu-
maciali Sententia condemnatos capi ab Execu-
toribus Curiæ Guberoii, mandat Gubernatori-
bus Status Ecclesiastici, ut Processus, & acta
ad eam transmittant, & quamvis agatur de
executione Sententiæ, quæ [postquam Præ-
lati Gubernatores cum Summario, vel etiam
cum ipsomet Processu transmiserunt ad Sa-
cram Consultam, modò eorum Votum adpro-
bantem, modo illud reformantem, pro cri-
minum qualitate augendo, vel etiam minuen-
do pænam] ab eisdem Prælatis lata reperitur,
ut apud eundem *Card. de Luc. d. disc.25. nu.7.*
nihilominus supremum illud Principis Consi-
storium adimens nedum Judici condemnanti,
sed à se abdicans jurisdictionem omnem, Cau-
sæ cognitionem, & executionem Sententiæ,
tametsi ejus auctoritate latæ, relinquit Curiæ
Gubernii, quæ idcircò propriâ, & indepen-
dente Jurisdictione servatis servandis exami-
nat, an d. Sententia executioni demandanda
sit, vel potiùs illâ circumscriptâ, Reus ad-
mittendus sit ad novas defensiones; Hæc au-
tem praxis, atque inconcussus Sacræ Consul-
tæ stylus referendus certè videtur ad legiti-
mum illum titulum proficiscentem ex præven-
tione per apprehensionem Rei, quæ nedum
ex Juris communis censura, sed multò magis
ex dispositione Pontificiarum Constitutionum
Leonis X., & *Urbani VIII.* inhibendo prorsùs
Judicem sic præventum, efficit, ut jurisdictio
omnis consolidata censeatur in Illustrissimo
Urbis Gubernatore. Propterea que nil mirum,
quod eadem Sacra Consulta in converso casu,
in quo iidem Rei, in contumaciam damnati,
apprehendantur ab Executoribus aliarum Cu-
riarum, quæ à Summis Pontificibus tantis
privilegiis donatæ minimè reperiuntur, licèt
traducantur ad Carceres novos Urbis, nihilo-
minus tamen quia in hoc casu privilegium,
quod Pontificiæ Constitutiones ob præventio-
nem in captura concesserunt Curiæ Gubernii,
locum non habet, eadem nullam in Reum
exercet jurisdictionem, sed ipsa Sacra Consul-
ta Causam prosequitur, & tamquam suo De-
legato eidem committit relationem Processus,
& confectionem actorum.

Eoque fortius urget observantia isthæc, quia,
26 tamquam per immemoriale tempus constabi-
lita, inducere valeret observantiam præscri-
ptivam, licèt pro omnimoda jurisdictione plenè
27 acquirenda satis sit sola quadragenaria, *Rota co-
ram Bich. decis.448. num.8. & seq.*, confirma-
ta *decis.474. num. 2. & seq.*, præsertim verò,
quando eadem fulcitur titulo, ad notas Juris
nostri regulas; præsumendum namque est,
ideò Sacram Consultam ità semper uniformi-
ter observasse, quia optimè gnara dispositionis
28 Juris, & Apostolicarum Constitutionum, no-
verat, per realem præventionem Jurisdictio-
nem omnem in hujusmodi Causis consolida-
tum fuisse penes Curiam Guberoii; apertiùs id
confirmando diversâ agendi ratione, quam,
ut mox diximus, servat eadem Sacra Consulta,
nam quoties Curia Gubernii per præventionem
jurisdictionem nullam sibi quæsivit, tunc illâ
utitur, tamquam suo delegato, in relatione 29
nempè Processus, & confectione actorum; at
verò, si ex solo discretivo loquendi modo
semper arguitur diversa Disponentis voluntas
etiam quando agitur de ordinatione facta à
Legislatore, ut in *Ferrarien. Fideicommisso-
rum de Turchis* inter decisiones impress. *ad or-
nat. clar. mem. Card. de Luc. tit. de Fideicom.
decis.90. numer.10. vers. neque huic*, *decis.91.
sub num.24.*, *& decis.92. sub num.2.*, cum Fa-
cta sint longè potentiora verbis, quia effectum 30
ipsum demonstrant, *Castill. contr. Jur. lib. 1.
cap.2. num.117. & seqq.*, *Rot. in Rec. decis.25.
num. 10. part. 17.*, quantò magis ex hisce di-
scretivis actibus, & discretivo modo agendi,
in istiusmodi Causis semper observato à Sacra 31
Consulta, declarata, firmiùsque constabilita
dici poterit jurisdictio Curiæ Gubernii? *clar.
mem. Card. de Luc. de Donation. disc. 8. n.23.*,
Rot. in rec. dec.453. n.15. & seq., *& dec. 457.
num.21. part.9.*, *decis.81.*, *& dec.193. utrobi-
que num. 10. part.17.*, *& apud Constantin. ad
Statut. Urb. decis. 41. numer. 26.*; Cur enim
ejus jurisdictio nunquam agnita quando defi-
ciebat præventio, vice autem versâ ea, veluti
privativè pertinens ad eandem Curiam, adpro-
bata semper fuit quando illa per Rei corpora-
lem apprehensionem omnem aliorum Judi-
cum jurisdictionem præoccupasse, atque penes
se consolidasse reperiebatur?

Frustrà verò adversus argumenta desumpta
ex stylo, & praxi, quam respectu Curiæ Gu-
bernii servat Sacra Consulta, opponitur, quod
illa rectè quidem locum sibi vindicare queant
respectu inferiorum Judicum, qui per Ditio- 32
nem Ecclesiasticam Jurisdictioni præsunt, at
alia Juris ratio statuenda sit respectu Supremo-
rum Tribunalium Urbis, coæqualem, sive cu-
mulativam Jurisdictionem habentium; nam,
præter illam generalem rationem, quà respon-
deri posset, quod cum quoad rem nostram
exercitium jurisdictionis non pendeat à loco,
nec à præstantiori qualitate Judicis, sed tribua-
tur soli præventioni, & hæc locum sibi vindi-
cet nedum inter æquales Judices, sed etiam
inter majorem, & inferiorem, dummodò in-
feriori Judici à Superiore collata non reperia-
tur, *Guazzin. ad defens. reor. defens.1. cap.10.
num.6.* proptereaque in præsenti casu satis esset
quod Curia Gubernii per capturam Rei præve-
nisset Tribunal R.P.D. Viarum Præsidis, di-
cimus, quod contraria ratio urgere posset, si
in similibus Causis respectu aliorum Tribuna-
lium afferretur observantia contraria illi, quam
Sacra Consulta servat cum Curia Gubernii.
Verùm tantum abest, quod id exadverso pro-
bari queat, quod, ut diximus §. præcedenti,
eadem Sacra Consulta, quoties agitur de Reis
apprehensis ab Executoribus aliorum Tribuna- 33
lium, eisdem nec etiam utatur tamquam suo
De-

Delegato in relatione Caularum, quam committit Curiæ Guberoii, falque nobis fit iterùm repetere, id veluti d. Curiæ præcipuum in more esse non aliâ ratione, nisi ob eximias prærogativas, & plenitudinem Jurisdictionis, Pontificiis Constitutionibus eidem impartitam.

Minus etiam obesse potest exemplum desumptum ex quadam resolutione ab Illustrissima Congregatione deputata recenter edita
34 favore Curiæ Capitolinæ contra nostram, inter quas disceptabatur, an in Causa Jacobi della Gianna, qui per Sententiam contumacialem Tribunalis Gubernii pro homicidio in perpetuum damnatus fuerat ad Triremes, deindè verò, cum idem apprehensus esset ab Executoribus Curiæ Capitolinæ, disceptabatur, inquam, inter eas, an jurisdictio competeret Tribunali Gubernii, à quo Sententia emanaverat, vel potiùs Causa spectaret ad Curiam Capitolinam, quæ quidem inchoaverat solummodò Processum, verumtamen prævenerat in captura: In qua controversia placuit Illustrissimæ Congregationi respondere, quod Processus, & acta Guberni i traderentur Curiæ Capito'inæ; Nam cum illa ad ita decidendum mota fuerit ex Constitutione *fan. me. Pauli V.* in ordine *la 1. tit. de Judicibus criminalibus §.10.*, quâ moderatæ, atque limitatæ fuere ampliores facultates à *Leone X.* Illustrissimo Urbis Gubernatori concessæ, censuit, quod, licèt Tribunal Gubernii in condemnatione contumaciali prævenisset; nihilominus quia Curia Capitolina nedum Processum efformaverat, sed etiam prævenerat in captura, acta, & Processum ad eandem transmittenda esse.

35 Verùm enim verò Summus Pontifex sedulâ illâ solicitudine quâ justitiæ administrationi advigilat, animadvertens, hoc exemplo grave nimis vulnus infligi supremæ illi jurisdictioni, quam *Leo X.*, *ac Urbanus VIII.* Illustrissimo Urbis Gubernatori pro felici Almæ Urbis regimine impartiti fuerant, propterea mente secum reputans, quod non sinè publicæ tranquillitatis detrimento potestas, atque jurisdictio Illustrissimi Gubernatoris minuebantur, expedire idcircò censuit illas restituere ad eam amplitudinem, ad quam, veluti in sua origine, habuerant à *Leone X.*, expressè igitur hac ex parte derogando reformationi *Pauli V.*, per Chirographum editum die 2. Augusti anni præteriti 1719, in eundem contulit tum universas, tum singulas omnes facultates sive ordinarias, sive extraordinarias, quæ speciatim cuivis Prædecessori Illustrissimi moderni Gubernatoris elargitæ reperiebantur, nominatim eidem restituendo illas omnes, in Constitutione *Leonis X.* contentas, utque eædem perpetuæ firmitatis robur obtinerent, nedum, ut dictum est, nominatim derogavit Bullæ reformationis, & quibuscumque aliis Constitutionibus, verùm prætereà d. Chirographum communivit clausulâ sublatâ, & Decreto irritante.

At verò si lex, & dispositio specialis dicitur
36 dignior generali, quemadmodum species dicitur dignior genere, ut ex *Baldo in leg. 1. ff. de Offic. Consul.* ait *Menoch. de præsumpt. libr. 6. præsum. 35. num. 18.*, rursùs, si lex specialis
posterior derogat Legi generali anteriori, *Bar- 37
bos. in cap. generi 34. numer. 5. de regul. Jur.*, *Suarez. de legib. lib. 6. cap. 27. num. 12.*, *Salas eod. tract. quæst. 96. tract. 14. disput. 17. sect. 15. num. 5.* Certius quando per novam hanc Le-
gem fit reditus ad jus antiquum, per *Text. in 38
leg. si unus §. Pactus ne peteret ff. de pact.*, *Dec. cons. 3. num. 5. in fin.*, *Cacheran. decis. Pedemont. 167. num. 15. & seq.*, prout contingit in casu nostro, in quo vigore memorati Chirographi restituitur omnimoda jurisdictio, à *Leone X.* concessa Almæ Urbis Gubernatori, nominatim prætereà derogando intermediis Constitutionibus generalibus contrariis: Frustra hodiè recurritur ad Bullam reformationis, sed servanda omninò est Constitutio *Leonis X.* præcipientis quod = *in omnibus quæ ad officium ipsum* (Gubernatoris videlicet) *pertinent tibi veluti personæ nostræ propriæ efficaciter pareant, obediant, & intendant* =, prout disponitur in d. Chirographo, quo derogatum intelligitur d. Bullæ reformationis, 39
licèt non per viam alterius generalis Legis, sed per viam privati, ac specialis privilegii editum fuerit, *Salas loco mox. citat.*, *Suarez. de legib. lib. 8. cap. 19. num. 5.*; Prætertim verò quia agitur de Chirographo, quod benignum, 40
non autem rigidum exposcit interpretem, quia idem non respicit privatum, privatæ pariter Personæ commodum, sed Summus Pontifex providè, prudenterque illius vigore restituere constituit Tribunali Gubernii primævam jurisdictionem, ut justitia, publicaque vindicta magis expeditè administretur, rejectis, sublatisque impedimentis, quæ illius exercitio afferre solent hujusmodi contentiones jurisdictionis, 41
ex quibus nefariis hominibus persæpè impunitas comparatur; licet enim agatur de Tribunalibus habentibus cumulativam jurisdictionem, neminem tamen latet, quanto illud Illustrissimi Gubernatoris locupletetur majoribus prærogativis, & quanto validioribus, magisque paratis abundet mediis, quibus cum celeri delictorum punitione publicæ tranquillitati consulatur. Cumque Chirographum istud munitus 42
fuerit *clausulâ sublatâ, & Decreto irritante*, juxta omnium ore tritum effatum, Parti os claudere, & cuicumque Judici potestatem aliter judicandi adimere dicitur.

* * * * *
* * * *
* * *

ARGUMENTUM.

Tertio, Bona fideicommissaria possidenti ex caussa detractionum, ejus Authori competentium, nequit objici, eadem fuisse subjecta posteriori fideicommisso, ab Herede condito favore alterius lineæ Personarum; certius quoties portio ipsi Heredi debita, detractionibus, aliisque oneribus, nec non alienationibus consumpta appareat; Idem autem Possessor rectè se tueri potest ex transactione, cum ejus Authore inita. Mandatum speciale ad transigendum quando ex illius enunciativa in instrumento transactionis satis probatum dicatur? Inventarii omissio an & quando præsumptionem consumptionis detractionum inducat nec ne? Legitimationis nullitas quando, & à quibus opponi valeat?

DISSERTATIO VIII.

1 *Actor fundamentum suæ intentionis pleuè probare tenetur.*

2 *Reo ad repellendum Actorem satis est ejus actionem reddidisse dubium.*

3 *Actore non probante, Reus absolvitur.*

4 *Reo sufficit vincere per non jus Actoris, absque eo quod ostendere teneatur suæ possessionis titulum*, & n.43.

5 *Dominium directum cum utili consolidatur, Juris ministerio favore Possessoris.*

6 *Possessio vetustissimi temporis Reo multùm favet contra Actorem*, & n.130.

7 *Pro constabiliendo Jure ultimi, & antiquissimi Possessoris tantum valet putativa, quantum vera proprietas.*

8 *Fideicommissario ut immissionem consequi valeat, satis non est docuisse de sua vocatione, nisi demonstret, Bona fideicommissa esse obnoxia, ac probet quæ, qualis, & quota sit portio ad ipsum pertinens.*

9 *Maximè, si contra tertium Possessorem agat.*

10 *Nec petat immissionem in genere sed ad certum corpus, certarumque rerum universitatem, maximam patrimonii defuncti partem constituentes.*

11 *Substitutio plurium, proprio eorum nomine facta à Transversali, ordine simultaneo, non autem successivo facta censetur.*

12 *Transversalis solo charitatis, & dilectionis impulsu motus præsumitur.*

13 *Patre una cum ejus filiis non collectivo tantùm, sed proprio nomine ad fideicommissum vocatis, divisio pro virili facienda est.*

14 *Enumeratio Personarum, ad fideicommissum vocatarum, efficit, ut eædem exæquatæ censeantur.*

15 *Ad fideicommissum vocato Patre nomine proprio; ejus autem filiis nomine appellativo, & collectivo, Pater solus tantam habebit partem, quantam ejus filii simul.*

16 *Filiis super Bonis Patris competit detractio tum legitimæ, tum trebellianicæ.*

17 *Fideicommissum a Patre ordinatum subsistere in eo solùm potest, quod superest, legalibus factis detractionibus, filiis competentibus*, & n.24., & 73.

18 *Fæminæ licèt non faciant partem, faciunt tamen numerum pro augenda Legitima.*

19 *Filio unà cum Legitima, etiam trebellianica debetur, nisi prohibita sit*, & n.20.

20 *Procedit, sive purè, sive conditionaliter fuerit gravatus.*

21 *Neque in caussam trebellianicæ imputare tenetur fructus medio tempore perceptos.*

22 *Etiam quando ex fideicommisso duæ quartæ detrahendæ sunt.*

23 *Detractionum jam factarum exceptio tertio Possessori, absque ulla etiam legitimi tituli probatione suffragatur, licèt secus esset, si pro iis faciendis ageret adversus Fideicommissarios, Bona fideicommissi possidentes*, n.63. & 85.

25 *Agnitio Legitimæ, utpotè actus lucrativus, nullique periculo expositus, ex lapsu duorum & ultra sæculorum optimè præsumi valet.*

Idem de trebellianica, num.30.

26 *Successio in hæreditate, tamquam jus non quæsitum, sed quærendum, & eventualibus damnis obnoxium, nonnisi per aditionem agnosci, & in heredem transferri potest.*

Secus de Legitima n.27.

27 *Legitimæ nulla requiritur agnitio, sed ipso Jure, & ministerio Legis Legitimario adquiritur cum dominio fructuum productivo.*

28 *Legitimæ repudiatio, quoties deficit, eadem ipso jure ad filium delata, fideicommisso non accrescit, sed in filii Bonis esse dicitur.*

29 *Filii, statim ac paterna hereditas ad eos delata fuit, trebellianicam ab illa separasse censentur.*

31 *Generalis obligatio Bona, & Jura omnia comprehendit.*

32 *Tertius possessor allegare contra Fideicommissariam valet jura detractionum, ejus Authori competentium*, & n.62.

33 *Mala fides in possessore, ut inducatur, requiritur judicialis Scripturarum, & documentorum productio.*

34 *Titulus donec ad non titulum non reducatur Possessoris bona fides præservata dici debet tàm pro possessione justè retinenda, quàm pro fructibus justè percipiendis.*

35 *Creditor possidens non jure pignoris, sed jure Creditoris, facit fructus suos, donec doceatur de non credito, vel illud solutum fuisse.*

36 *Jura detractionum jam antea favore alterius obligata, allegari nequeunt.*

37 *Creditores heredis, qui omnia dissipavit fidei-*

deicommissi Bona, quique inventarium nullum confecit, nequeunt ex illius personâ obtendere jura detractionum, præsertim pro vindicandis Bonis à Tertiis, justo titulo possidentibus.

38 Bona anteriori fideicommisso subjecta, nequeunt posteriori heredis fideicommisso subjici favore diversarum Personarum.

39 Legitimatus à Summo Pontifice, sub nomine filiorum legitimorum, & naturalium comprehenditur.

40 Legitimatio subreptitia, invalida est.

41 Ejus tamen nullitas non ab aliis opponi potest, quàm ab eo, de cujus præjudicio agitur.

42 Legitimati à Supremo Principe succedunt in fideicommisso avita, tametsi ad illud vocati legantur filii legitimi, & naturales, ex legitimo Matrimonio nati.

44 De sui vocatione ad fideicommissum non docente Actore, Possessor se contra eum tueri potest vulgato illo effato tua non interest, & quoad te liberas ædes habeo.

45 Legitimationes factæ à Supremo Principe benigniori interpretatione intelligendæ, quoties cum filiis naturalibus legitimatis non concurrat proles legitima, quæ ad successionem adspirare possit.

46 Legitimationis nullitas ex capite subreptionis eo minùs ab aliis opponi potest quoties is, de cujus solùm præjudicio agebatur, ut ea impetraretur summopere curavit.

47 Lex rebus, & non verbis posita dici debet.

48 Legitimatio quoad omnes Juris effectus à Summo Pontifice concessa censetur, licèt usus fuerit verbo = Dispensamus = quando capacem quem reddidit in omnibus, ac per omnia, perinde ac si de legitimo Matrimonio procreatus esset.

49 Plenaria dispensatio omnes parit effectus, in linea ipsius dispensationis contentos.

50 Gratiam habilitationis quoad successiones omnes testatas, & intestatas si Summus Pontifex concedere voluit, frustra quæritur, quibus verbis!

51 Verbum = quibuscumque = (nempe Bonis) suâpte naturâ comprehendit Bona omnia cujusvis generis, & undecumque provenientia.

52 Gratia succedendi in quibuscumque Bonis de cujuscumque generis Bonis intelligenda est.

53 Gratiam succedendi in quibuscumque Bonis non restringit enunciatio Bonorum paternorum, facta ob speciale Patris interesse.

54 Expressio certorum Bonorum demonstrativè, non autem taxativè facta, non derogat generalitati denotatæ per dictionem = quibuscumque.

55 Dispositio generalis non minuitur ex re nominatim expressa, sed potiùs ex abundanti adjecta censetur.

56 Capacitas succedendi in Bonis paternis per legitimationem impartita, ut ad Bona etiam Avi porrigatur, satis est, hæc in possessionem, & dominium Patris transivisse.

57 Rei judicatæ auctoritas non satis constabilitur ex sola illius enunciativa ab aliquo Doctore facta.

58 Res judicata pro uno lata, in alio non obstat.

60 Antiquioris fideicommissi exceptio tum excipiendo, tum agendo opponi potest, non obstante lapsu temporis longissimi.

61 Quæcumque observantia innixa falso supposito, tamquam erronea, attendenda non est.

62 Detractionum jam factarum consumptio, contra Tertium, perspicuis probationibus est demonstranda.

Tertio namque sola dubietas sufficit, ibid. & n.86.

65 Detractionum consumptio à Fideicommissario probata dici nequit ex omissione Inventarii, junctis etiam alienationibus, quoties mensuram detractionum eas adæquare illicò non appareat.

66 Præsumptio consumptionis detractionum oriens ex omissione inventarii junctis etiam alienationibus, non est Juris, & de Jure.

67 Ac proinde ex se sola perfectum probationis gradum constituere nequit, nisi plenè demonstretur, alienationibus detractiones fuisse consumptas.

68 Sola Inventarii omissio satis non est, ut heres Legitimâ, aliisque detractionibus privetur.

69 Obligatio conficiendi Inventarium hæredi à Jure imposita est favore præcipuè Creditorum, & Legatariorum.

70 Hæres adversus Creditores, & Legatarios nequit excipere de juribus ex propria persona sibi competentibus, nisi docto de inventario, & redditis rationibus; Limita, ut n.72.

71 Hereditas in dubio opulenta præsumitur.

72 Heredi gravato, quum de universali agitur fideicommisso, & controversia cum Fideicommissario vertitur, sola Inventarii omissio non adimit detractionum emolumentum.

Eique sufficit probatio hereditarii status desumpta ex Bonorum descriptione in Libro memoriali, vel eorum divisione, aliisque similibus, n.80.

74 Inventarii confectio spectat ad Substitutos, non verò ad heredem, statim restituere obligatum.

75 Inventarii omissionem contra heredem, statim restituere obligatum, nequeunt Substituti opponere.

76 Inventarii omissio Legitimæ impedito opponi nequit.

77 Præsumptio consumptionis detractionum oriens ex omissione Inventarii, contraria præsumptione tolli potest.

78 Suspicio omnis dolosæ occultationis submota dicitur, quoties status hereditarius aliunde, & per æquipollens ad certitudinem redigi potest.

79 Locum id habet etiam ad effectum tuendi heredem contra Creditores hereditarios.

Et tum ad effectum consequendi detractiones si.e legales, sive quantitativas, quàm ad effectum ostendendi, illam non fuisse consumptam, ibid.

81 Bonorum descriptio singillatim facta in testamento Patris argumentum præbet, nulla alia Bona fuisse comprehensa in fideicommisso filii, nisi doceatur, alia Bona ab eo quæsita fuisse, & n.103.

82 Ac per consequens descriptio ejusmodi dici potest supplevisse vices Inventarii Bonorum, à filio relictorum, ibid.

83 Maximè, si inter istius Successores divisione factà, eadem ab ipsis acceptata, atque executioni demandata fuit.

84 Confessio Authoris liquidissimam probationem præbet.

85 Factum Authoris ab ejus heredibus, qui illud religiosè observarunt, impugnari amplius nequit, & n.88.

87 Pro validitate alienationis Bonorum, in Tertium factæ, in dubio præsumptio urget,

Et invaliditatem allegans, eam tenetur concludenter probare, ibid. & n.89.

89 Possessori, ac validitati actus favet Juris præsumptio.

90 Sola possibilitas, quod à Gravato aliæ alienationes fieri potuerint, apta non est sive quotitativas, sive legales detractiones illi adimere.

91 Sed adminiculis saltem id probandum est.

92 Legitima ante Legata, atque hereditaria onera est detrahenda.

93 Coheredum portiones debentur ex eo dumtaxat, quod superest detractis Legatis, atque hereditariis oneribus.

94 Legitima detrahi debet antequam quidquid filiis naturalibus, & spuriis assignetur.

95 Alienationes quæ fiunt longè infra Legitimam, in eam quidem imputantur, sed illius consumptionem non inducunt.

96 Alienatio Bonorum fideicommissi facta semper censetur ex titulo Creditorum, competentium heredi gravato, qui in hanc caussam illam praelegisse, & acceptasse præsumitur.

97 Legitimæ, ceterarumque detractionum consumptio elicita ex possibilibus alienationibus excluditur, quoties constat, quæ, quantæque fuerint alienationes, in detractionum caussam referendæ.

98 Legitimam, cæterasque detractiones alienationibus non fuisse consumptas, arguitur ex assignatione Bonorum heredi facta, quæ alioquin fieri non debuisset, si de illarum consumptione constitisset.

99 Detractionum consumptio, ignota primis heredibus, nequit dici posterioribus heredibus post duorum Seculorum decursum innotuisse.

100 Legalis taxa Seculo etiam decimo quinto servabatur in æstimandis Feudis, & Castris jurisdictionalibus.

101 Legitimam, ac detractiones, Filiæ debitas, quæ & qualia augere valeant?

102 Confessio Patris nequit à Filio impugnari, qui illius testamentum acceptavit.

103 Filius præsumitur, quod continuando paternam possessionem, & dominium, sola Patris Bona obtineret, nisi alia Bona quæsita ab eo fuisse doceatur.

104 Dictio = dicti = repetit id solum, quod antecedenter expressum est.

105 Dominium, ac jurisdictionalis potestas erga Subditos, utpote divisibilis solùm quoad exercitium, integrè, & tamquam in sui substantia, individua manere dicitur penes omnes Condominos.

106 Fideicommisso obnoxia ut res aliqua dici queat, docere oportet, illam tempore obitus a Fideicommittente fuisse possessam.

107 Dominia rerum facilè mutantur.

108 Fideicommissarius apertè non docens de dominio, & possessione Defuncti usque ad ejus obitum, adversus tertium Possessorem agere prohibetur.

109 Transactio obstat iis, qui à Transigentibus caussam habent.

110 Transactionis non minor, quàm rerum judicatarum est auctoritas.

111 In caussam detractionum alteri ex Transigentibus debitarum permissa eidem dici debet certorum Bonorum retentio, si alii pro eorum portionibus assequendis convenerunt, se à violentis Occupatoribus Bona recuperaturos.

112 Speciale mandatum ad transigendum, etiam præsumptivè adfuisse probatur, veluti si illud in ipso transactionis Instrumento enunciatur sub rogitu certi Notarii, diei, & anni.

Præsertim, si adsit Notarii, in ipsa stipulatione attestatio, sibi traditum illud fuisse, ibid.

113 Mandatum speciale ad transigendum ex lapsu 30. annorum præsumitur, præsertim concurrentibus conjecturis.

114 Mandati ad transigendum enunciativa in antiquo Instrumento plurimùm valet.

115 Ex speciali mandato ad transigendum consensus transactioni resultat.

116 A transactione recedere non licet post illam ab altero ex Transigentibus acceptatam.

117 Regula, quæ traditur, contractus ab initio esse voluntatis, & ex post facto effici necessitatis, locum habet etiam in transactionibus, & etiamsi res sit integra.

118 Observantia alicujus actus non minùs ex facto, quàm ex non facto elici valet.

119 Tran-

119 *Transactione suum omne jus peremptum fuisse agnoverunt Prædecessores, qui nihil contra illam attentarunt*, & numer.122.

120 *Negligere quis non censetur, quod negligi non expedit, nec solet.*

121 *Transactionis inobservantia probari nequit ex facto illorum, qui eidem non intervenerunt.*

123 *Contractus omnes ita interpretandi, ut Justitiæ regulis conformes intelligantur.*

124 *In actu celebrato coactè atque in vim contrariorum judicatorum considerari nequit transactionis inobservantia.*

125 *Culpâ, & dolo vacant actus, qui fiunt cogente Judice, aut vi, cui resisti non potest.*

126 *Heres factum sui Authoris adprobare tenetur.*

Præsertim, si huic ex tali facto maxima utilitas obvenit, ibid.

127 *Longissimam silentium illius, qui alterum in sui exclusionem possidere permisit, promanasse censetur ex agnitione sui mali juris.*

128 *Centenaria concordia observantia efficit, ut illa nec impugnari possit, nec jus alteri ex ea quæsitum everti amplius valeat.*

129 *Juri per immemorabilem observantiam quæsito non derogat conventio habita, seu cautela, ante inceptam litem adhibita pro casa, quo lis ipsa amitteretur.*

Imo illud præservat, ibid.

ILlustrissimi DD. Marchiones fratres de Ursinis Actores, ex substitutione à Petro Francisco, nuncupato Vicino de Ursinis, ordinata in fideicommisso ab eo condito anno 1501., Ulissi de Ursinis, ejusque filiis (dempto triente pro Legitima Violantis unicæ filiæ legitimæ, & naturalis dicti Vicini, aliisque ejus creditis) debitam fuisse contendunt reliqui octuncii medietatem, alium nempè trientem; restans enim tertia pars Bonorum hæreditatiorum Vicini delata fuerat Joanni Corrado, unà cum Ulisse pro æquali substituto: ideòque hodie agentes ex alio ejusdem Ulissi, eorum Auctoris fideicommisso, sub quo comprehendi dicunt dictum quoque trientem, illi à Vicino relictum, quem nec ipsum, nec ejus Successores, unquam adeptos fuisse conqueruntur, illum consequi instant, vindicando post ducentos, & ultra annos controversa quinque Castra, quæ à Reverenda Camera possidentur, quæque tempore obitus à Vicino possessa, deque ejus patrimonio extitisse supponunt. Verùm, antequam meritorum examini manum admoveam, reverentèr priùs supplicabo Eminentissimis Patribus, ut veniam mihi dent, si longius sermonem produxero; agitur enim Causa, in qua e vetustatis latebris facti notiones eruendæ sunt, pluresque in jure sese offerunt enucleandi articuli; ideoque vitanda potiùs videtur brevis, quam longa oratio, ne, ut inquit Poeta = *dum brevis esse laboro, obscurus fiam* = deinde verò duo præmittam, quæ ad rectam hodiernæ controversiæ decisionem plurimum profutura reor.

Primum est, quod præfati DD. Marchiones
de Ursinis, utpotè gerentes personam Actoris, plenè fundamentum suæ intentionis, actionis videlicèt, & petitionis probare tenentur, 1
ex nota Juris regula, de qua *in Lege Ei incumbit 2., Leg. Ab ea 5., Leg. Veniens 21. ff. de probat., Leg. Si de possessione 20., & leg. Actor. 23. Cod. eodem*, ita quidem, ut Reo exempto ab onere cujusvis probationis, satis sit pro repellendo Actore, suis exceptionibus dubias reddidisse illius actionem, atque probationes,
Cap. In præsentia 8. de probation. ibique Gloss. 2
in verb. dubium, & sequuntur *Innocent. Hostiens., Panormitan., & alii, Bartol. in Leg. Si quis intentione 66. ff. de Judic., Bald. in Leg. Quotiens 9. ff. de hæred. instituen., Rota cor. Priolo decis. 263. num.13., in Recent. dec.466. num.18. part. 19.*, juxta illud omnium sermone vulgatum effatum, quo traditur, Actore
non probante, Reum esse absolvendum, *Leg. 4.* 3
Cod. de edend., & apud *Thabor. axiom. Jur. lib.1.cap.24.axiom.7.*

Qua propterea retenta regula, si Jura Rev. Cameræ competentia pro retentione dd. Castrorum, valida, firmaque esse comperiantur, res, hoc casu, illius favore plana erit, ut etiam si DD. Marchiones, nonnisi dubium jus, ac titulum, dubiasque afferant probationes, & id quoque juvabit Reverendam Cameram: quippe ei sufficit vincere per non jus
Actoris, *ut in dicta Leg. Actor Cod. de proba-* 4
tion., Card. de Luc. de Judiciis disc. 120 & seqq cum aliis *in Bononien. Fideicommissi de Ghisleriis 29. Aprilis 1718. §. Quandoquidem, & 28. ejusdem mensis sequentis anni §. Tantum vero abest coram bon. mem. Ansaldo, confirmatu 16. Junii 1721. §. Hujus autem, & 27. Aprilis 1722. §. Inmodum coram bona memoriæ Cerro.*

Eoque certiùs in casu nostro, tum quia ex
sola exclusione tituli allegati ab Actore, illi- 5
cò consurgit titulus, ac Jus Rev. Cameræ, quæ vigore directi, ac supremi, attraxit utile Castrorum, de quibus agitur, dominium, juris ministerio cum directo favore Possessoris consolidatum, ut per *Bartol. ad Leg. Si arrogator 21. num. 12. circa med. versic. Sed hodiè ff. de adoptionib., & emancipat.*, & tradit *Rosenth. de Feud. tom.2.cap.10. conclus.41. num 53., & seqq.*, tum etiam quia, ejusdem Reverendæ Cameræ possessio, ac jura confirmata reperiuntur auctoritate vetustissimi tem-
poris, quod nemo non scit, quantum faveat 6
Reo, quantumque valeat pro repellendo Actore, *Franch. in Cap. ad decimas num.4. in quarta limitat. de restitut. spoliator. in 6., Posth. de manut. observat.44. num.23., & seqq., Rota penes eundem decis. 635. numer. 13., & d. ersor.*

part.1.dec.595.num. 7., & docuit *Hug. Grot. de Jur. bell.*, *& pac. lib.2. cap. 1. §. 1. etiam*
enim, ut loquar verbis *Pufendorfii de jur. natur.*, *& gent.tom primo lib. 4. cap. 12. §. 9. in*
fin., *cum enim dominia rerum introducerentur,*
id quoque pacis causa placuisse, ut qui aliquid
neque vi, neque clam, neque precario suo nomi-
ne possideret, tantisper Dominus præsumere-
tur, quoad ab altero contrarium probaretur: qui
autem per longissimum temporis spatium, per
quod nemo mediocriter diligens, rem suam ne-
gligere creditur, quod bonâ fide possederit, ferum
petitorem planè posset repellere, quia non citiùs
rem suam vendicatum iverit, & ibi in suis notis
Joan. de Barbeyrac. nota prima, qui rectè in
tertia nota ad præcedentem *§.* ait, pro con-
stabiliendo jure ultimi, & antiquissimi Posses-
7 sessoris, tantum valere putativam, quantum
valet vera proprietas, & post *Grot.*, *& Pu-*
fendorf. benè *Rota in Melevitana devolutionis*
26. Junii 1712. sub initium coram bon. mem.
Lancetta. Cum itaque ab anno 1501., quo
obiit Vicinus de Ursinis, controversa Castra
possessa semper fuerint vel à Rev: Camera,
vel ab ejus Auctoribus, indè evidens, & aper-
tum redditur, quali, quantoque probationum
onere premantur DD. Marchiones.

Quinimò, tametsi eisdem feliciter accidat
probasse suæ intentionis fundamentum, vide-
licèt Ulissis vocationem ad fideicommissum
Vicini, suamque ad illud Ulissis; non idcirco
tamèn, veluti eorum favore confecta jam Cau-
sa, vindicare poterunt dicta quinque Castra, à
Reverenda Camera possessa: nam, supposito
etiam, quod illa pertinuissent ad patrimonium
Vicini (quod tamen verum non esse, suo lo-
co probabitur) nihilominùs actio nulla super
eisdem exerceri posset à præfatis DD. Acto-
8 ribus. Nam certi Juris est, quod, ut fideicom-
missarius Immissionem consequi valeat, illi
non sufficit docuisse de sua vocatione, nisi eti-
am demonstret, Bona, quæ vindicare conten-
dit, obnoxia esse Fideicommisso, cujus vigo-
re petit Immissionem, & præterea probet, quæ,
qualis, & quanta sit portio Fideicommissi ad
ipsum pertinens, ex notatis per *Merlin. de le-*
git.lib. 5. tit. 4. quæst.10. num.16., *& post eum-*
dem decis. 7.num.13., *& in Rec. dec. 142. n. 2.*
part.16., *& decis. 614. num. 6. part. 19.*; id
quod eò certius procedit, quoties actio non di-
rigitur contra Heredem gravatum, sed Fidei-
commissarius impetendo tertium Possessorem,
9 illum sua possessione, & quidem perantiquâ
deturbare contendit, per *Rot. in Recent. de-*
cis. 51. num. primo, *& sequen part. 16.*, *& in*
Spoletana Fideicommissi die 19. Junii 1702.
§. Non subsistente coram bon.memor. Lancetta,
& 26. Januarii 1703. coram clar. memor. Car-
din. li Caprara intèr ejus impressas decis. 625.
num 20., & non agitur de canonizanda voca-
tione, vel decernenda Immissione in genere,
sed directè agitur ad vindicandum certum
corpus, certarumque rerum universitatem,
maximam patrimonii Defuncti partem consti-
tuentes, prout inter unum casum, & alium 10
distinguendo, tradit *Rota decis. 71. num.3.in-*
ter impressas ad ornat.clar.mem.Cardin.de Luc.
de fideicom., *& in Mantis. ejusdem tit. dec. 77.*
num. 6.

Profectò probatio isthæc qualitatis & quan-
titatis portionis Bonorum, vel debitæ lineæ Ulissis
ex substitutione Vicini, vel ex Ulissis fideicomis-
so debitæ DD. Marchionibus, nedum nullo pa-
cto in hodierna controversia certo demonstra-
ta dici potest: verum, quod magis est, ob
deficientem hanc certam demonstrationem,
eorum quævis actio aut penitus excluditur,
aut, nonnisi ad quid minimum redigitur. Nemo
enim non videt, impossibile prorsus esse post la-
psum duorum seculorum, & ultra, & postquam
patrimonium Vicini pluribus violentis occupa-
tionibus dilaniatum, & Bonorum assignatio-
ne, auctoritate etiam judiciali, Supremique
Principis voluntate aliis facta, in frusta pro-
scissum fuit; nemo, inquam, non videt, nul-
lo pacto statui certè posse, quæ, quantaque
esse deberet portio debita lineæ Ulissis Au-
ctoris DD. Marchionum. Et rursùs, tametsi
talis portio certò demonstraretur, non propte-
rea eadem tota effecta fuisset obnoxia fidei-
commisso, cujus vigore hodie agunt DD.
Marchiones.

Et ad rem propiùs accedendo, pro faciliori
Causæ resolutione, sequemur optimam, & di-
ligentem methodum, in luculenta allegatione
R.P.D. mei Commissarii nobis indicatam. Di-
cimus itaque, quod tertia illa pars Bonorum
provenientium ex fideicommisso Vicini, quæ
à DD. Marchionibus debita contenditur Ulissi,
licet, ut mox innuebatur, justâ mensurâ ad cer-
tam quantitatem redacta dici posset, atta-
men ex ipsius Vicini judicio, integrè ad eun-
dem Ulissem non pertinuisset. Nam Vicinus
eveniente casu, quod Troillus, & Petrus An-
gelus filii sui legitimati, *ambo decederent sinè*
filiis masculis, *voluit dictus Testator*, *quod præ-*
dicta omnia sua Bona deveniant, *& devolvan-*
tur ad Magnificum D. Ulissem de Mugnana,
ejus filios legitimos, *& naturales*, *videlicèt*
D. Matthæum, *Ursinum*, *Danesium Gabrielem*,
Joannem Corradum nepotem dicti Ulissis.

Ex *consilio Decii 319.* habemus, idque agnitum
fuisse, tertiam partem Bonorum ex dicta sub-
stitutione delatam Ulissi, minimè ipsi debi-
tam integrè fuisse, sed eandem ab illo com-
municandam, & dividendam fore cum filiis,
eò quod non ageretur de dispositione ab A-
scendente facta favore Descendentium, quo-
rum respectu, ultra charitatem, urgeret neces-
sitas instituendi, sed agebatur de dispositione
Transversalis, & Extranei, qui solo dilectionis
impulsu ad disponendum motus præsumeba-
tur, quique substituerat Ulissem unà cum fi- 11
liis, tempore conditi testamenti natis, & Te-
statori cognitis, & non quidem appellativo,
sed proprio nomine, videlicèt *Matthæi*, *Ursi-*
ni, *Danesi*, *& Gabrielis*, conjunctim, ac co-
pulative cum Patre vocatis; quo casu non ordi-
ne

ne successivo, ut in primo, sed ordine simul-
taneo vocatio facta censetur, juxta distinctio-
nem à *Baldo* traditam *in Leg. Gallus §. Quidam*
rectè num. 5. ff. de liber. & post., communiter
receptam per Doctores, plena manu congestos
apud *Roccam Episcopum Isolanum disputat. Jur.*
select. tom. primo cap. 29. per tot., clar. mem. Card.
de Luc. de Donat. disc. 47. num. 2., quos refert,
& sequitur *Rota in una Auximana Prædii*
20. Martii 1705. §. Patefactam autem ibi =
Quandoquidem cum Donatio facta non sit ab eo,
in quem cadat necessitas instituendi, sed gesta
fuerit à Transversali, qui solo charitatis, & di-
12 *lectionis impulsu, ad disponendum motus præ-*
sumitur, collectiva Patris, & filii nominatio in
Donatarios ordine simultaneo, non autem suc-
cessivo facta intelligitur, juxtà communem di-
stinctionem, de qua Bald. &c. cor. bon. mem.
Omanna.

Rursus ex eodem *Decio* habemus etiam, quod
quæstio solum vertebatur super modo faciendi
dictam divisionem; an videlicet illa fieri de-
beret pro virili, vel potiùs, eàdem factà in
duas partes æquales, earum una tribuenda es-
set Ulissi, altera verò ad ejus filios deferenda.
Profectò nobis expediret, quod dicta portio
fideicommissaria prò virili dividenda fuisset
inter Ulissem, & ejus filios, prout sustinere
possemus, ob prævalidam illam rationem,
quod videlicèt filii Ulissis non appellativo, &
13 collectivo tantùm, sed veluti proprio nomine
vocati, censeri idcircò debeant exæquati in Fi-
deicommisso, *Leg. Si hæredes 124. ff. de legat.*
primo, & Leg. Cuifundus ff. de condit., & de-
monstrat., atque ita etiam respondit *Papinia-*
nus lib. 15. quæstion. relat. in Leg. Nonnunquam
24. ff. ad Trebellian., & ibi Cujac. oper. posthum.
tom. 1. fol. 405. litt. B. inquiens = *qui exprimit*
14 *propria nomina enumerat personas. Enumera-*
tio autem personarum hunc effectum habet, ut
exæquentur in fideicommisso legali hæredes &c.,
Gloss final. in leg. final. Cod. de impuber., & ibi
Angel. versic. Sed quando duo, & Salycet. n. 7.
ante med., Surd. consil. 150. num. 34., & seq.,
Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 70. n. 17.,
Afflict. decis. 309. per tot, & *in annotat., Rota*
coram Buratto decis. 481. num. 1., & in Recent.
decis. 574. num. primo, decis 633. numer. 3., &
seqq par. 4. tom. primo, & in d. Auximana Præ-
dii 20. Martii 1705. §. Neque ad excludendam
coram bon. mem. Omanna; Veruntamen, ne
longissimi temporis lapsu jam sopitas quæstio-
nes refricando, lites novas creare velle videa-
mur, libentèr (cum alioquin satis id sit ad rem
nostram) sequimur divisionis modum præscri-
ptum à *Decio dicto consil. 319., ubi num. 7.* il-
lam statuit his verbis = *Inter D. Ulissem, &*
ejus filios divisio dictæ partis debet fieri hoc mo-
do. Solus Ulisses habebit tantam partem, quan-
tam omnes ejus filii simul &c. quia ipse D. Ulis-
ses est nominatus nomine proprio, & ejus filii
15 *nomine appellativo, & collectivo, per ea, quæ*
supra dixi in primo intellectu, quia nominati
sub nomine collectivo, habentur pro uno.

At verò, si Ulisses ex substitutione ipsius
favore facta à Vicino, jure proprio successit in
dimidia dumtaxat tertiæ partis d. fideicom-
missi, inde sequitur, quod super sua portione
dumtaxat fideicommissum ordinare potuerit,
cui tamen non integrè subjiciebatur, sed fa- 16
ctis illis deductionibus, quæ ex dispositione Ju-
ris faciendæ erant. Nam cum ejus filiis super
ejus Bonis deberetur detractio tum Legitimæ,
tum Trebellianicæ, *Carvall. de utraq. quart.*
part. 1. num. 17. in fine, & num. 40., & seqq.,
Merlin. de Legitim. lib. 1. tit. 3. quæst 1. num. 11.,
& seqq., Peregrin. de Fideicom. art. 3. num. 56.
vers. Horum opinio, latè Torr. de Majorat., &
Primog. Ital. quæst. 25. à num. 13. ad plures seqq.,
Thesaur. decis. Pedemont. 252. à num. 2. ad seqq.,
Rota in Recent. decis. 142. num. 5., & coram
clar. mem. Card. Caprara decis. 678. numer. 7.,
& seq., Fideicommissum ab ipso ordinatum
subsistere poterat in eo dumtaxat, quod supe-
rerat, factis hisce legalibus detractionibus, ad
Text. in leg. Subsignatum 39. §. Bona ff. de 17
verbor. signific., & in responso Pauli in leg. Se-
quens quæstio 70. ff. de Legat., & Fideicomm. 2.
ibi = *Ea extra Bonorum causam Defuncti com-*
parari debere, & propterea fideicommisso non
contineri, quia ea habitura esset, etiam alio hæ-
rede existente = & tradunt *Paris. cons. 98.*
num. 13. lib. 2., Roland. à Valle cons. 71. num. 26.
lib. 2., Marescot. variar. resol. lib. 1. cap. 30.
num. 26., & seq., Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 2.
quæst. 8. num. 11., & 12., & quæst. 19. n. 2., &
seqq., & num. 10. eodem tit., Rota coram Coc-
cino decis. 2202. num. 3.

Singillatim verò agendo de utraque hac le-
gali detractione; si de Legitima res sit, hæc
capit medietatem trientis, ex d. substitutione
delati ad Ulissem. Nam admisso etiam, quod,
ut asseritur a DD. Marchionibus, tempore obi-
tus præfati Ulissis, prædefunctis jam R. P. D.
Matthæo, & Danello, superstites illi fuissent
Ursinus dumtaxat, & Gabriel; nihilominùs
tamen, cum in humanis adhuc essent quatuor
illius filiæ, videlicet Julia, Rodulpha, Eleo-
nora, ac Sigismunda, eædem proculdubio, 18
licèt non facerent partem, faciebant tamen
numerum pro augenda Legitima de triente ad
semissem, juxta Sententiam, Doctorum
omnium consensu receptam, & Supremo-
rum Tribunalium oraculis confirmatam; sa-
tisque esset ad id probandum allegasse celebre
votum bon. mem. R. P. D. Severoli impress.
post *decis. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc.*
tom. 2. il primo ex num. 7., in quo disertissimè,
ac magistraliter res pertractatur, at præterea
id cum aliis docuerunt *Constantin. ad Statut.*
Urb. annot. 25. art. 2. num. 120., & seqq., Rota
inter decis. ab eodem collect. ad præfatum Statu-
tum decis. 54. num. 23., coram Bevincasa decis. 29.
num. 5., & coram clar. mem. Card. Caprara de-
cis. prima num 3., & num. 17., apud quos plu-
res concordantes; quapropter si in nostra hy-
pothesi Legitima augenda erat de triente ad
semissem, in reliquo dumtaxat semisse fidei-
com-

commissum Ulissis substineri potuisset, nisi
alia detractio ex illo facienda esset.

Prout certe ex eodem detrahenda erat
quarta Pars referenda in causam Trebellianicæ
19 pariter debitæ filiis. Ambigi quippe nequit,
quin illa unà cum Legitima eisdem compe-
tente, deduci queat, id enim etsi jure canoni-
co non obscure declaratum sit in *Cap. Ra nu-
tius* 16., *& cap. Raynaldus* 18. *de Testament.*;
Attamen Juri quoque civili consentaneum es-
se, & ex illius Regulis, & Constitutionibus
evidenter elici demonstratur à *Fachineo con-
trovers. Jur. lib. 5. cap. 2., & latissimè a Carvall.
de utraq. part. prima à num. 25. ad plurimos
seqq.*, concludente *num. 30., & seqq.*, sive aga-
tur de filio pure, sive conditionaliter grava-
to, & probatur ex aliis mox allegandis, ita
20 quidem ut illis debita dicenda semper sit,
quoties, ut in nostro casu, eidem prohibita
non reperitur, *Altograd. cons. 68. à num. 63.
ad 71. lib. 2., Peregrin. de Fideicom. art. 3. sub
num. 88. vers. Quamobrem, & num. 89., Rot. in
Rec. decis. 423. num. 7. part. 13., & coram clar.
mem. Card. Caprara decis. 675. num. 12., &
decis. 728. n. 4., & seq. aliique ibidem relati.*

Quinimo adeo illis debetur, ut tametsi post
tempus restituere Gravati, in eandem fructus
medio tempore perceptos imputare minimè
21 teneantur, quemadmodum, antiqui Juris ri-
gore mollito, sancitum fuit à *Zenone Impera-
tore in leg. Jubemus 6. Cod. ad Senat consult.
Trebell., Peregrin. de Fideicom. art. 49. nu. 55.,
Mangil. de imputat. quæst. 125. num. 28., Car-
vall. de utraqu. quart. part. prima num. 37., &
part. 4. cap. 3. num. 95. vers. Secundum tempus
fuit, & num. 103., Rota coram Duran. decis. 76.
num. 5., coram Cavaler. decis. 540. num. 6., in Rec.
decis. 136. num. 14. part. 12., in Romana Immis-
sionis 5. Julii 1688. §. Haud enim coram bon.
mem. d'Hervault Archiepiscopo Turonen.*; A'
qua porrò fructuum in causam Trebellianicæ
22 imputatione, filii primi gradus, universali
fideicommisso gravati liberantur, etiam quan-
do ex fideicommisso duæ quartæ detrahendæ
sunt, *Peregr. de Fideicom. art. 3. num. 112.,
Carvall. de utraque quarta part. 4. cap. 3. n. 95.
vers Itant etiam procedat*, & latè disserit *Mer-
lin. de Legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 32. num. 5., & sub
num. 6. §. Hac autem ratione*, ubi etiam de ve-
riori, & firmat *Rota coram Coccin. decis 1664.
num 1., & duob seqq., coram clar. mem. Card. Ca-
prara decis. 678. num. 7., & 8. tom. 2., in Rec. de-
cis. 142. num. 5. par. 16.*

Jam vero ex tertia parte Bonorum Vicini,
in qua Ulisses substitutus ab eo fuerat, detra-
cta medietate debita ejus filiis simultaneè cum
ipso vocatis, & rursus ex alia medietate ad
præfatum Ulissem pertinente, detracto semis-
se ex causa Legitimæ, & facta etiam deductio-
ne Trebellianicæ, quisque illicò perspicere po-
test, residuum, super quo subsistere poterat
fideicommissum ab illo conditum, ad quid
minimum redigi, ut clarius demonstratur
arithmetico calculo,

Frustra autem pro evitandis dd. diminutio-
nibus, exadverso opponitur, quod Rev. Ca-
mera pro repellendis Fideicommissarius acto-
ribus, petentibus Immissionem, allegare ne-
queat detractiones Legitimæ, & Trebelliani-
cæ debitas filiis Ulissis, tum quia illi cum nun-
quam dd. detractiones agnoverint, sine tali
agnitione, jura nulla in alios transmittere po-
tuissent; tum etiam quia, tametsi eas agnovis-
sent, juvare non possent Rev. Cameram, quæ
neque hæres, neque eorumdem creditrix est.

Verum objectio isthæc facile elidi valeret
eà solà animadversione, quod hodie non agi-
tur pro hujusmodi detractionibus faciendis ad-
versus Fideicommissarios, qui possideant Bo-
na ulla fideicommissi, & à quibus illarum ju-
re, ac colore aliquid vindicari contendatur:
At è contrario Rev. Camera tertia posseditrix 23
nullamque causam habens à Fideicommitten-
te, ejusque hæredibus, innititur sola sua detra-
ctionum jam factarum possessione, quæ justo,
ac legitimo titulo suffulta præsumitur, quini-
mò absque eo quod de ullo titulo ipsa do-
cere cogatur, DD. Marchiones de Ursinis
qui sunt Actores, & à Camera avocare con-
tendunt controversa Castra vigore Feicom-
missi ordinati ab Ulisse, non solum de illo cla-
rè docere debent, sed ut dicebamus *§. Quini-
mo tametsi, & seqq.*, certò demonstrare te-
nentur, quota, & quanta sint Bona subjecta d.
fideicommisso, eò quod Immissio, seu resti- 24
tutio Fideicommissariis facienda, concedi dum-
taxat valeat ad Bona, quæ factis detractioni-
bus superesse comperiuntur.

Idque sanè agnoscentes ipsi etiam DD. Mar-
chionum Defensores, idcirco a nobis oppositas
detractiones elidere contendunt ajendo,
quod Legitima, nisi agnita, & petita à filio
fuerit, dici nequeat eidem debita, minusque in
Extraneum transmissibilis effecta. Verùm sem-
per repetentes, semperque inculcantes, quod
Rev. Cameræ hodie minimè agenti pro detra-
henda Legitima, satis esset respondere *possideo,
quia possideo*, dicimus, quod præterquam quod
nimis sero, elapsis videlicet jam duobus, & 25
ultra seculis, negatur petitio, sive agnitio Le-
gitimæ post obitum Ulissis facta ab ejus filiis;
Nam cum versemur in actu lucrativo, nulli-
que periculo exposito, quando etiam illa ne-
cessaria esset, ex tanti temporis lapsu, jure
optimo præsumi valeret, eo quod in hujusmo-
di actibus sola scientia habeatur pro accepta-
tione, *Altograd. cons. 38. num. 11. lib. 2., Can-
cer. variar. resol. part. 1. cap. 8 num. 49., Surd.
decis. 111. num. 12., & 13., & decis. 206. nu-
mer. 11., Rota coram Burat. decis. 149. nu. 4.,
ibique Adden. num. 8., cum aliis plene relatis
decis. 40. n. 22., & seqq. part. 9. tom. 1. Rec.*

Dicimus, inquam, quod ad differentiam
successionis in hereditate, quæ tamquam jus
non quæsitum, sed quærendum, & eventua-
libus damnis obnoxium, nonnisi per aditio- 26
nem agnosci, & in Heredem transferri potest,
*Peregrin. de Fideicomm. artic. 36. numer. 19. &
seqq.*

seqq., *Antonell. de tempor. legal. lib.2. cap. 98. num.6.*, *Rota coram Bichio dec.320. num.27.*, *& alii in Romana Pecuniaria* 10. *Martii* 1719. *§. Ejusdemque & seq. coram bon. mem. Cerro*; vice autem versâ, nullum, quod attinet Legitimam, requiritur factum, seu petitio, &
27 agnitio Legitimarii, sed illa ipso jure, & ministerio Legis eidem acquiritur cum dominio fructuum productivo, *Merlin. de legitim.lib.2. tit.1. quæst.1. num.3. & seq.*, *& nu.18.& 19.*, *quæst.32. num.2. & seq.*, *& lib.5. tit.4. quæst.9. num.1. & seqq.*, *Rota coram Coccino decis.1886. num.26.*, *& coram bon. mem. Emerix. Jun. decis.6. num.1. & cum pluribus*, *Adden. ad Burat. dec.165. nu.final.*, *& coram Cerro dec.776. num.2.*, *& dec.939. num. 3.*, *& in Prænestina Fideicom. super detractionibus* 16. *Junii* 1719. *§. Quinimò cor. Reverendissimo Crispo Archiepiscopo Ravennaten.*

Adeò quidem ut, quoties deficit Legitimæ repudiatio, eadem ipso jure, & rectâ viâ per
28 obitum Parentum delata ad filium, fideicommisso ab illis ordinato minimè accrescere, sed in filii Bonis esse dicatur, *Rota penes Farinac. inter collect. de ultim. volunt. decis.39. num.3.*, *& in mox citata Romana Pecuniaria §. Non adversante*, *& in dicta Prænestina Fideicommissi super detractionibus eodem §. Quinimò*, optimè *Rota in Romana Pecuniaria*, *& redditionis rationis* 2. *Junii* 1719. *§. Etenim coram R.P.D. de Gamaches*, cujus particulas per extensum relatas in nostra Facti *§.23. & seq.*, repetere hic omittimus. Si igitur Legitima debita filiis Ulissis, utpotè Legis ministerio effecta de ipsorum patrimonio, coalescere nequiverat in illius fideicommissum, indè fit, DD. Marchionibus agentibus pro eodem vindicando, jure opponi posse, quod ex eo detrahenda priùs sit Legitima filiorum, consistens in semisse.

Ut etiam frustra ob similem defectum agnitionis, objicitur, quod Rev: Camera allegare nequeat exceptionem detractionis Trebellianicæ, quia cum *d. leg. jubemus* præcipiatur, quod filius rogatus portionem hereditatis suæ restituere Substitutis =, *ut omnibus modis retentà quartà pro auctoritate Trebelliani Senatus Consulti*, *non per imputationem redituum* (*licèt hoc Testator rogaverit*, *vel jusserit*) *sed*
29 *de ipsis rebus hereditariis dodrans restituatur* = statim ac ad filios Ulissis paterna hereditas delata fuit, ab ea separasse censentur Trebellianicam, quam *omnibus modis* retinere, Lex ipsis permittebat, præsertim verò quando non docetur, eosdem renunciasse juri illam detrahendi; hoc namque casu, ut mox dicebamus, cum ageretur de actu lucrativo, nulli damno exposito, ex sola scientia, juncto præsertim longissimi temporis lapsu, trebellianica agni-
30 ta, atque acceptata censenda est, per ea, quæ tradit *Gratian. disceptat. 78. num. 18. & seq.*, *Mastrill. decis.211. num.11.*, *Sperell. decis.81. num.19.*, *Rot. dec.446. num.6. & seq. part.13.*, *& dec.85. num.17. part.17.*, nemo enim non videt quantum ab æqui, bonique ratione aberret, quod Ulissis filii lucro *omnibus modis*, sibi à Lege permisso carere voluerint, ut commodo Extranei substituti fideicommissum impinguarent.

Quæ rationes magis magisque urgent contra hujusmodi Substitutos extraneos, qui in hoc Judicio substinentes personam Actoris, ut opulentius fideicommissum consequantur, allegant incompetentiam detractionum contra Tertium, nempè Rev: Cameram, cui super illis certum competebat interesse, apertè resultans ex d.transactione celebrata anno 1504., de qua alibi longiorem sermonem instituemus, & quâ cavetur, quod *Ulisses*, *ejusque filii cum effectu agere debeant*, *quod nullum damnum inferatur in parte*, *seu portione D. Violantis* = Si enim præcipuæ causæ, ob quas illa stipulata legitur, fuerunt, ut præcluderetur aditus controversiis, quæ inter Ulissem, ejusque filios ex una, & Violantem, quam repræsentat Rev: Camera, ex altera partibus, oriri poterant; utque etiam d. Violantes molestiam nullam unquam pateretur super Bonis, & Castris, quæ 31
ex hereditate Vicini ab ea retinebantur, ideòque Contransigentes sese obligarunt ad illam incolumem semper præservandam, indè fit, quod ad hunc effectum obligata remanserint Bona, & jura omnia, quæ Ulissis filiis competebant, utpotè sub ejuscemodi generali obligatione comprehensa, ad tradita per *Rot. in Romana Pecuniaria*, *& redditionis rationis* 2. *Junii* 1719. *§. Quod enim coram R.P.D. de Gamacher*, & per consequens jure, meritòque Rev:Camera posseditrix, pro repellendis Actoribus opponere valeat Jura detractionum Legitimæ, & Trebellianicæ, & alia quæcumque 32
jura, quæ dd. Contransingentibus competebant, *Rota apud Merlin. de Legit. decis. prima num.4.*, *in Rec. decis.77. numer. 13. part.15.*, *decis.270. num.3. & seqq. part.18. tom.1. Rec.*, *& in Prænestina Fideicom.* 30. *Aprilis* 1688. *§. Ratio resolutionis cor. bon. me. Ursino.*

Nec est cur exadverso obtendatur, dictas detractiones consumptas præsumendas esse, seu compensandas cum fructibus Castrorum, de quibus agitur, malà fide à Rev: Camera perceptis post litem anno 1631. ab Auctoribus DD. Marchionum contra illam instructam. Nam ejuscemodi mala fides exadverso opposita, pluribus responsionibus excluditur. Earum prima est, quod in lite tunc acta prodiit solummodò resolutio = *Constare de descendentia* = 33
ex eo autem, quod tunc probatum extiterit, DD. de Ursinis Actores (prout præliminaliter in omni Judicio requiritur] legitimando suas personas, docuisse se descendere ab Ulisse; non idcircò tamen in Rev: Camera Collitigante, indè inducta dici poterat mala fides, cum ad hunc effectum requireretur judicialis productio scripturarum, & documentorum, ex quibus dignosci posset, intentionem Actorum bene fundatam esse, *Castrens. in Leg. ait Prætor §. Si Judex ad med. ff. de re judic.*, *Ro-*

ta

ta coram Priel. deciſ. 335. numer. 11., deciſ. 390.
num. 14., coram Celſo deciſ. 196. nu. 5., coram
bon. mem. Emerix. Jun. deciſ. 140. num. 20., &
coram Benucaſa deciſ. 204. nu. 5., de qua pro-
ductione hactenus doctum non fuit, nec doce-
ri ullo pacto poſſe, ex eo ſolo clarè conijci va-
let, quod, ſi reverà in dicto Judicio exbibita
fuiſſent in actis documenta, ex quibus innote-
ſcere potuiſſet bonum Jus DD. de Urſinis, Mi-
niſtri Rev: Cameræ non fuiſſent adeò negli-
gentes, ſocordeſque in conſulendo illius inco-
lumitati, ut in tranſactione, de qua decem an-
nis poſt, anno nempè 1641. celebrata, pro con-
ſequenda, retinendaque dictorum, & aliorum
Caſtrorum poſſeſſione, ſolvere voluiſſent de-
ſcendentibus Violantis ingentem quantitatem
ſcutorum quinquaginta millium, Rev: Came-
ram exponendo periculo illorum amiſſionis,
vel litium.

Quinimò, tametſi exadverſo indicaretur
productio Inſtrumentorum, quibus ab Actori-
bus plenè probata dici poſſent extrema omnia
pro immiſſione obtinenda vigore fideicommiſ-
ſi ordinati ab Uliſſe, id tamen ſatis non erat,
ut Rev: Camera conſtituta dici potuiſſet in ma-
la fide; perſpicuum ſanè id redditur ex eo,
quod dicto anno 1631. ipſa independenter à
perſona, & Juribus DD. de Urſinis, tam-
quam Domina directa, jure proprio, jure
nempè devolutionis in controverſorum Caſtro-
rum poſſeſſionem immiſſa fuerat, ut patet ex
mandato de immittendo à claræ memoriæ
Cardinali Aldobrandino Camerario expedito
illius favore; Quapropter, ut ex Juribus
in eo Judicio productis inducta dici potuiſ-
ſet ulla mala fides, probare oportuiſſet inſub-
34 ſiſtentiam tituli devolutionis: quippè, tametſi
dd. Caſtra ſubjecta fuiſſent fideicommiſſis Do-
mus Urſinæ; nihilominus, illo minimè offi-
ciente, juſtè ad Rev: Cameram devolvi po-
tuiſſent, vel ob culpam Gravatorum, vel quia
Inveſtituræ limitatæ eſſent ad certum tempus,
vel aliis pluribus de cauſis, ob quas feuda fa-
vore Domini directi aperiri poſſunt. Donec
igitur dictus titulus minimè redactus ad non
titulum, manſit in implicito ſtatu validitatis,
nulla contrariorum jurium productione obum-
brato, incolumis præſervata dici debet bona
fides oriens ex titulo alioquin valido tàm pro
poſſeſſione juſtè retinenda, quàm etiam pro
fructibus juſtè percipiendis, *Bald. in Leg. Irri-*
tam ſub nu. 3. Cod. de uſucap. pro donat., Poſth.
de Subbaſt. inſpect. 53. num. 5. & ſeqq., Sami-
niat. controv. 115. num. 15. & ſeqq., Rocc. di-
ſput. Jur. ſelect. cap. 45. nu. 62. & ſeqq., Gobb.
conſultat. deciſ. 97. num. 7. tom. 1., Rota coram
Buratt. deciſ. 714. num. 5. & ſeqq., coram Coc-
cin. dec. 235. num. 4., & deciſ. 295. num. 3., &
coram Bichio deciſ. 285. num. 19.

Nec omittenda tertia ratio, ob quam Rev:
Camera fructus ſuos feciſſe dicitur: cuncta
namque Bona, quæ ſupponuntur hereditaria
Vicini, & ab ipſa poſſeſſa, cum ſemper reten-
ta fuerint tum jure Legitimæ Violantis, & qui-
dem *cum pleno, & perfecto dominio fructuum*
productivo, ut probant auctoritates allegatæ
in *§. Dicimus inquam*, tum etiam jure crediti
tàm dotis maternæ, quam Legati debiti Vio- 35
lanti, indè fit, quod nullo jure obligata cen-
ſeri poteſt ad reſtitutionem fructuum, ex re-
gula, quod Creditor poſſidens non jure pi-
gnoris, ſed jure Creditoris, facit fructus ſuos,
donec doceatur de non credito, vel illud ſo-
lutum fuiſſe, *Gratian. diſcept. 422. num. 15. &*
ſeq., Neguſant. de pignor. part. 3 membr. 1. nu-
mer. 27. & ſeqq., Merlin. eodem tract. lib. 5.
quæſt. 45. num. 73. & ſeqq., Gait. de credit. ca-
pit. 4. num. 1098., Rot. coram bon. mem. Emerix
Junior. deciſ. 693. num. 6. & duob. ſeqq., coram
Priolo deciſ. 376. num. 23., in Recent. dec. 46.
num. 7. part. 6.

Hinc inutiliter à DD. Marchionibus deduce-
rentur Jura Caroli Fauſti, ex Carolo filio Ne-
potis Urſini, alterius ex filiis Uliſſis, periudè
ac ſi in eum tranſmiſſis dd. detractionum Juri-
bus, eadem obligata cenſeri poſſent favore
dictorum DD. Marchionum, plura adver- 36
sùs Carolum Fauſtum ejuſque hereditatem,
credita obtendentium. Quia, ſi talia Jura
uſque ab anno 1504., quo dicta tranſactio cele-
brata fuit, ab omnibus filiis Uliſſis obligata,
atque hypothecata fuerunt favore Violantis
mediatæ auctricis Rev: Cameræ, fruſtra ex
perſona Caroli Fauſti, ultimi ſuperſtitis ex linea
Uliſſis, & longè poſt nati, exadverſo illa al-
legantur, utpotè longè antea favore Violantis
obligata.

His addendo, tum illud videlicet, quod
ex Caroli Fauſti perſona opponi poſſent jura
dumtaxat Urſino ejus Avo competentia, non
autem illa, quæ competebant Gabrieli altero
filio Uliſſis ſuperſtiti, & cujus heredem exti-
tiſſe non docetur Carolum Fauſtum, tum etiam
illud aliud, quod Pars ipſa adverſa ſuſtinet,
præfatum Carolum Fauſtum, nullum confe- 37
ciſſe Inventarium, & univerſa Uliſſis Bona
diſtraxiſſe, quo nam itaque pacto ex ejus per-
ſona, & tamquam ejus Creditores DD. Mar-
chiones obtendere poſſunt Jura detractionum,
& fideicommiſſi Uliſſis, quando omnia ejuſ-
dem Bona diſtracta, atque diſſipata dicuntur ab
Herede, qui nullum confecit Inventarium?
Quodque magis eſt, non excipiendo, ſed agen-
do, ex hujus perſona, & Juribus Bona vindi-
care contendunt à Tertio, qui juſtis undequa-
que titulis illorum poſſeſſionem nactus fuit?

Jam verò plenè his omnibus demonſtrato,
quod tertia pars Bonorum proveniens ex ſub-
ſtitutione Vicini, & ab Uliſſe ſuppoſita fidei-
commiſſo, vel nulla, vel nonniſi quid mi-
nimum ſit, progredimur ad examen merito-
rum, in quo demonſtrare confidimus, quod,
qualecumque ſit præfatum Uliſſis fideicom-
miſſum, nihilominùs Illuſtriſſimi DD. Fratres
de Urſinis Actores illius vigore nullo pacto con-
ſequi valeant quinque Caſtra controverſa; id-
que triplici fundamento evinci poſſe credi-
mus.

Pri-

Primum est, quod illa subjici nequiverunt
fideicommisso condito à Vicino, utpotè subje-
cta anteriori fideicommisso Petri Angeli illius
Patris, qui non vocavit lineam de Mugnano,
de qua erant substituti à Vicino, sed vocavit
filios legitimatos ejusdem Vicini.

Secundum fundamentum in eo positum est,
quod Rev: Camera causam habens à Violante,
justè retinet dicta Castra pro Legitima, aliis-
que creditis, illi debitis.

Et tertiò denique dicimus, DD. Marchionibus
obstare solemnem transactionem initam anno
1504, qua vel extincta, vel novata fuerunt
jura omnia Ulissis eorum Auctoris.

Initium autem facientes à primo nostro fun-
damento, illud solidè constabilitur ex testa-
mento præfati Petri Angeli; compertum nam-
38 que ex eo habemus, Castra *Montis S. Joannis*,
Casuprote, *Collis Longhi*, *Montis Leonis*, &
Ornani ad eum pertinuisse, utpotè in dicto te-
stamento descripta inter Bona, tempore obi-
tus ab eodem possessa, ideòque subjecta fue-
runt fideicommisso ab ipso condito, quo fit,
ut obnoxia effici nequiverint alteri posteriori
fideicommisso Vicini: cumque illud præfati
Petri Angeli, ordinatum legatus favore filio-
rum masculorum legitimorum, & naturalium
Vicini; controversa idcircò Castra vigore ejus-
dem anterioris fideicommissi deferri debebant
ad Troilum, & Petrum Angelum Vicini filios,
39 naturales quidem, sed amplè legitimatos ab
Alexandro VI., utpotè qui, juxta communem
Doctorum opinionem de jure comprehende-
bantur sub nomine *filiorum legitimorum*, & *na-
turalium*, ducto argumento à *Textu in leg. ex
facto §. Si quis rogatus ff. ad Trebell.*, & à *§.
Liceat igitur*, ac *§. Sit igitur Auth. quibus
modis naturl. effician. legitim.*, latè *Michelor.
de Fratribus cap. 26. numer. 1. ad seqq. part. 3.*,
Torr. de Majorat., & *Primogenit. Ital. part. 1.
cap. 29. nu. 15.*, & *part. 2. in respons. Bosculi 4.
num. 26.*, *Rota coram Ubaldo decis. 217. num. 1.*,
coram Ninot. decis. 13. num. 15. & seqq., *coram
Dunoz. Jun. decis. 981. num. 1.*, & *coram bon.
mem. Emerix. Jun. decis. 326. num. 8.*, *dec. 334.
num. 4.*, *in Recent. dec. 600. nu. 1. & seq. par. 3.*,
decis. 329. numer. 19. part. 5. tom. 1., *decis. 279.
num. 25. part. 6.*, *decis. 31. num. 9. part. 11.*, *de-
cis. 39. num. 28.*, & *decis. 379. num. 1. part. 13.*,
decis. 11. num. 7. part. 16., & *decis. 88. num. 17.
part. 19.*

Nec turbat, quod dicta legitimatio reputata
fuerit subreptitia, ideòque invalida, subre-
40 ptionis vitium eliciendo ex eo, quod Summo
Pontifici à Vicino expressa non fuerit existen-
tia Violantis ejus filiæ legitimæ, & naturalis, à
Supremo Principe legitimante ignorata, ut
consuluit *Decius dicto cons. 319.*, à Parte Adver-
sa allegari solitus. Quia pro hujusmodi obje-
ctione submovenda satis esset se referre ad ea,
quæ de hac legitimatione solidissimè examina-
ta, & firmata fuerunt à *Ruino cons. 93. lib. 3.*,
quem secuta fuit *Rota coram Gregor. XV. de-
cis. 82. num. 10.*, ubi pluries illum allegat: ut
enim optimis rationibus probat dictus Auctor,
talis legitimatio, cum in sui substantia esset
valida, ac ritè, rectèque ab habente plenam
potestatem facta, reticentia idcircò, quod
existeret Violantes filia legitima, & naturalis
Vicini, retrahere quidem potuisset Summum
Pontificem à concedenda legitimatione in il-
lius præjudicium, ideòque hæc nullitas jure 41
allegari potuisset ab ea, de cujus præjudicio,
respectu hereditatis paternæ agebatur, at non
etiam opponi valet ab aliis lineis de Domo
Ursina, quibus cum dicta legitimatio non no-
ceret, de eisdem mentio nulla facienda erat,
ut apud eundem *Ruin. dicto consilio*, & pluri-
bus aliis locis, nempè *cons. 36. num. 4. lib. 1.*, &
cons. 68. num. 3., *cons. 80.*, & *cons. 81.*, *utrobi-
que num. 8. & seqq.*, *cons. 85. num. 3. & seqq.*,
cons. 87. num. 6., *cons. 94. nu. 1.*, *cons. 103. n. 11.
dicto lib. 3.*, & *cons. 28. versus finem lib. 5.*, ac
sequendo dictum *cons. 1.*, & *cons. 93.*, de simili
legitimatione concessa aliis de Domo Ursina
dixit *Rota decis. 100. numer. 26. & seqq. part. 5.
tom. 1. Recent.* sic inquiens = *ubi etiam illud*,
objectum nempè, *intraret*, *non tamen potest
opponi per D. Paulum Æmilium transversalem*,
*quia cum de eo non debuerit fieri mentio in legi-
timatione*, *Alvint. &c. licet legitimatio aliis*,
de quibus mentio facienda fuisset, *non noceret*,
*quoad ipsum tamen Paulum Æmilium sustine-
tur* = & benè etiam *dicta decisio 82. loco citat.*,
& consonant *Jason. cons. 63. col. penultim. vers.
quartò notabiliter lib. 3.*, *Honded. cons. 89. n. 21.
& 22. lib. 1.*, *Gabriel. de legitimat. lib. 6. con-
clus. 7. num. 23. & seqq.*, *Cyriac. controv. 236.
num. 33.*, *Gratian. disceptat. forens. 496. n. 70.*,
& *duobus seqq.*, & *discept. 653. num. 28. & seq.*,
*Boscul. respons. 4. num. 86. apud Torr. de Majo-
rat.*, & *Primogenit. Ital. part. 2. fol. mihi 548.*

At vice versâ, quod attinet hereditatem,
& fideicommissum dicti Petri Angeli, ambigi
nequit, dictam legitimationem, nec aliis li-
neis de Domo Ursina, quas in dicto fideicom-
misso minimè vocaverat, neque etiam Vio-
lanti præjudicium ullum attulisse; quippè ille
perpetuò Fœminas excluserat, ibi = *Filiabus
Fœminis à successione semper*, & *in perpetuum
totaliter exclusis* = Quapropter, licèt, ut di-
ctum est, nullitas dictæ legitimationis, rectè
opponi valeret à Violante filia legitima, & na-
turali, respectu hereditatis Vicini Patris sui,
eo quod si Summo Pontifici exposita fuisset
ipsius existentia, difficiliùs, in ipsius præjudi-
cium, natalibus restituisset filios naturales:
non eadem tamen Juris ratio locum sibi vin-
dicare poterat respectu hereditatis Petri Ange-
li, ex cujus Judicio, & expressa voluntate,
fœminæ semper excludebantur, aliæque Ursi-
norum lineæ non vocabantur, ut ex ratione
cessantis præjudicii probant auctoritates supe-
riori §. allegatæ.

Neque verò obesse potest, quod Petrus An-
gelus vocaverit filios Vicini ex legitimo Ma-
trimonio procreandos, inquiens = *Heredem
universalem instituit Petrum Franciscum*, *alia*

42 *Vicinum suum dilectum filium legitimum, & naturalem, cui substituit Bartolum, & Joannem Robertum Nepotes ipsius Testatoris, & alios filios legitimos masculos nasciturox ex dicto Petro Francisco ex legitimo Matrimonio &c.*, ideoque præmortuis Vicino Patri filiis legitimis, & naturalibus, Troilus, & Petrus Angelus Junior, qui illi superstites fuerunt, tamquam non progeniti ex legitimis nuptiis, vigore dictæ legitimationis [veluti resistente voluntate ipsis Petri Angeli Testatoris) effici minimè potuerint capaces successionis, ac per consequens Castra, & Bona omnia subjecti fideicommisso Petri Angeli ob defectum Substitutorum ab omni vinculo libera effecta, à Vicino subjici potuerint fideicommisso ab ipso ordinato.

Difficultas namque omnis submoveri videtur ex litera Brevis Alexandri VI., qui amplâ legitimatione ad instantiam Vicini Patris concessâ Troilo, & Petro Angelo, penitus delevit quamcumque illegitimitatis maculam, eosdemque expresse capaces reddidit cujusvis, tum testatæ, tum intestatæ successionis in Castris, & Feudis, perindè ac si de legitimo Matrimonio procreati fuissent, dictum autem Breve ità se habet = *Ut in quibuscumque Castris, & Feudis &c. tàm ex testamento, quàm ab intestato succedere, nec non ad quoscumque honores, dignitates &c. liberè, & licitè valeatis in omnibus, & per omnia perindè acsi de legitimo Matrimonio procreati essetis, dictis prædictis, Constitutionibus Apostolicis, Legibus, Statutis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, dispensamus &c.*

Cum itaque non ageretur de legitimatione, quæ invalida, & irrita esset in radice, & in substantia, ut puta ob defectum Jurisdictionis, & potestatis in Legitimante, sed ea impartita legitur à Supremo Principe, plenâ pollente potestate: indè fit, quod si ab illo elutâ prorsus quacumque illegitimitatis notâ, præfati Troilus, & Petrus Angelus æquiparati in omnibus fuere filiis legitimis, & naturalibus ex vero, & legitimo Matrimonio procreatis; inde, inquam, fit, quod effecti fuerint capaces succedendi in fideicommisso avito, tametsi ad illud vocati legantur filii legitimi, & naturales ex legitimo Matrimonio editi, *Alexand. consil.2. num. 19. versic. Denique per legitimationem lib.1., Menoch. consil.459. num.13. vers. Respondeo secundò*, ubi ait, hanc esse veram, & receptam Sententiam, *Honded. consil.37. n.5. & seq. volum.2.*, optimè *Marescott. variar. resolut. lib.2. cap.88. num.9. & seqq., & num.11. §. Ex his itaque, & §. Aliud verò*, ubi contrarius respondet, quam adprobat *Rodulphin. allegat.103. num.39., Rocca disput. Jur. select. cap.8. num.17. tom.1.*, ubi plures concordantes, *Gabb. consult. decis.9. num.16. & 17.*, cum ibi allegatis, *Rota diverss. decis.168. num.8. par.1.*, & agendo de similibus legitimationibus concessis favore DD. de Ursinis, huic met objectioni respondendo, firmavit *Rota decis.283. num.11. & seq. part.11.*, & favore Auctorum DD. Marchionum dictum fuit *coram bon. mem. Emerix. Jun. decis.334. num. 5.*, quarum postremarum Decisionum verba referuntur in *hodierna Facti §.37.*

Immo ejusdem, si Illustrissimi DD. Marchiones de Ursinis in hac Causa pati debent Legem, quæ in aliis Causis eorum favore lata est, res plana certe erit favore Reverendæ Cameræ; Nam cum Leonidæ de Ursinis eorum Auctrici opponeretur illegitimitas, & idcircò incapax diceretur succedendi Joanni Corrado, ut habetur apud *Rodulphin. allegat. 103.*, in qua ex hisce rationibus Leonida excludi contendebatur; nihilominùs à *Sacra Rota* eisdem nullo numero habitis, constabilita fuit illius capacitas succedendi vigore legitimationis concessæ à san. mem. Gregorio XIII., ut habetur in pluribus Decisionibus editis in celebri *Romana, seu Balneoregien. Fideicommissi*, & præter etiam deducta in mox *allegata Decisione coram bon. mem. Emerix. Jun.*, id firmatur etiam in *decis.173. part. 19. num.8. & 9.*, quinimmò Decisio illius confirmatoria *à bon. mem. Muto edita die 2. Decembris 1699. §. Altera*, expresse profitetur, ejuscemodi legitimatione derogatum censeri contrariæ voluntati Testatoris, quarum pariter Decisionum particulæ exscribuntur in *d. Facti §. 38.*

Ex constanti itaque Sententia *Sacræ Rotæ*, & communi Doctorum traditione, cum virtute clausulæ illius = *Ac si de legitimo Matrimonio nati fuissent* = contentæ in legitimatione, ad instantiam Vicini Patris concessa Troilo, & Petro Angelo, elutâ qualibet illegitimitatis, sorde, iidem plenè rest tuti statui legitimitatis exæquati fuerint filiis legitimis, & naturalibus ex veris, & justis nuptiis susceptis, succedere per consequens debebant in universo fideicommisso Petri Angeli, præter alia quamplura, comprehendente quinque Castra, de quibus agitur, exclusis prorsus DD. de Ursinis de linea Mugnani, ex qua descendunt DD. Marchiones, utpotè quæ, nec vocata, nec ullo 43
unquam casu substituta legitur; proindèque, si Reverendæ Cameræ sufficit vincere per non Jus Actoris, absque eo quod ostendere teneatur titulum suæ possessionis, ut ait *Rota in Romana Fideicommissi 23. Aprilis 1717. §. Bene autem, & 24. Januarii 1718. coram bon. mem. Herrera Episcopo Seguntino, in Bononien. Fideicommissi de Ghisleriis 28. Aprilis 1719. §. finali coram bo. me. Ansaldo, & 16. Junii 1721. §. Quandoquidem, & 22. Januarii 1723. §. Hinc autem coram bon. mem. Cerro*; Justè eadem submovere potest DD. Marchiones, Jus nul- 44
lum, nullamque vocationem habentes ex dicto fideicommisso Petri Angeli, possessionem suam defendendo vulgato illo effato *tua non interest, & quoad te liberas ædes habeo =, ut in mox. citata Bononien. Fideicommissi de Ghisleriis §. Exclusa coram bon. mem. Ansaldo, & in alia 27. Aprilis 1722. §. Ità potiori coram bon. mem. Cerro.*

Cer-

Certòque certius hæc omnia, quæ ex mente *Sacræ Rotæ*, & Doctorum traditionibus, hactenùs firmata sunt, locum sibi vindicant in nostra hypothesi, ob duplicem circumstantiam,
45 quæ in ea concurrit. Prima est, quod, licèt Doctores rectè tradant, magis rigidâ interpretatione ejusce modi legitimationes intelligendas esse, quoties cum filiis naturalibus legitimatis, concurreret proles legitima, quæ per illorum admisionem, successione ei debita, vel aliqua ipsius portione privaretur: benigniorem tamen Juris rationem sequendam censent quando nulli supersunt filii, aut descendentes primi heredis, qui ad successionem adspirare possint, ut per *Surd. consil.472. num 4.*, *Bardellon. consil. 85. num. 16. & 19.*, ubi testatur de communi, æquiori, & benigniori opinione, *Panzirol. consil.169. num. 9.*, & alii quamplures apud *Gubb. consult. dec.9. numer.36. & 61. tom.1.*, *Urceol. consultat. forens. 57. num. 40.*, *Fattinell. respons.77. num. 21.*, *Gonzal. ad regul.8. gloss.5. num.124. in fine*, *Rota decis.157. num.10. part.8. recent.*; Quemadmodum contingit in casu nostro, in quo licèt Vicino superstes esset Violantes, hæc tamen pro extranea habenda erat, utpotè ex Judicio, & expressa voluntate Petri Angeli Testatoris incapax cujuscumque successionis, ut probatum est §. *Nec turbat*.

Altera circumstantia ea est, quod Vicinus filius unicus Petri Angeli, cujus solius interesse potuisset impugnare dictorum filiorum legitimatorum vocationem, seu capacitatem succedendi in fideicommisso Patris sui, tantum abest, quod de hoc nè mente quidem cogita-
46 verit, ut ipse humilibus, & enixis precibus à Summo Pontifice impetrare curaverit præfatam suorum filiorum legitimationem, ut legitur in dicto Brevi, ibi = *Pro quibus Vicinus Genitor vester, nobis super hoc humiliter supplicavit* = Quinimmò post illam obtentam, eosdem, veluti effectos capaces cujuscumque successionis tàm testatæ, quàm intestatæ, heredes universales instituit. Frustra igitur à DD. Marchionibus contenderetur, ex dicta legitimatione Troilum, & Petrum Angelum succedere nequivisse in Bonis Petri Angeli Avi, quando Vicinus eorum Pater, de cujus principali interesse agebatur, ut eosdem capaces redderet successionis cujuscumque, impetravit legitimationem hanc, cujus vigore, respectu præsertim fideicommissi Petri Angeli, nulli alii præjudicium ullum illatum censeri poterat, ut tradit *Gobb. consultat. decis.9. n.60. & seqq. tom.1.*, & firmat *Rota coram Ludovis. dicta decis.82. num.12.*, & quidem, si contigisset, Vicinum mori nullo condito testamento, an fortè in dubium revocari potuisset, quod ex Judicio Petri Angeli, exclusâ Violante, succedere debuissent Troilus, & Petrus Angelus Junior, qui in Pontificia legitimatione habilitati fuerant ad succedendum = *In quibuscumque Castris, & Feudis &c. tàm ex testamento, quàm ab intestato &c., perindè ac si de legitimo matrimonio procreati essent?* = certè quod non, quia Violantes filia Vicini, expresse, ut dictum est, exclusa fuerat, & nemo alius de Domo Ursina substitutus, aut vocatus reperiebatur.

Agnitâ idcircò vi, & efficaciâ dictæ legitimationis, plura contra illam à Dominis contrariis Defensoribus opponuntur. Et primò quidem loco inquiunt, quod in dicto Brevi Alexandri VI. verè, & propriè concessa non fuerit legitimatio, sed quod idem contineat simplicem quamdam dispensationem; Secundò opponunt Rem Judicatam, cujus meminit *Dec. dicto consil. 319.*, per quam rejectâ tamquam invalidâ dictâ legitimatione, præfati Troilus, & Petrus Angelus exclusi fuerunt.
Verùm, quod attinet primum, responde- 47
mus, quod, si Lex rebus, & non verbis posita dicenda semper est, ut admonemur concordantibus Pontificii, ac civilis Juris locis, relatis apud *Thabor. axiom. Jur. lib. 10. capit.3. axiom.38.*, parvi refert, quo nomine à Parte Adversa vocetur Gratia à Summo Pontifice Troilo, & Petro Angelo in dicto Brevi concessa; Quippè id dumtaxat inspiciendum, quærendumque hodiè est, an videlicèt iidem illius vigore capaces redditi fuerint cujuscumque successionis *tum testatæ, tum intestatæ*.

Profectò si spectemus personam concedentis, talis Gratia emanavit à Supremo Principe, summam, & absolutam potestatem habente: Si verò spectemus, quid ille concedere volue-
rit, idem annuendo precibus Vicini humiliter 48
supplicantis, nihilque aliud optantis, quàm filios suos, indulgentia Principis, capaces effici cujuscumque successionis, Gratiam, & habilitatem hanc concessit amplissimis illis verbis = *Vobiscum, ut in quibuscumque Castris &c. succedere &c. licitè valeatis in omnibus, ac per omnia, perindè ac si de legitimo Matrimonio procreati effetis, defectu prædicto non obstante &c. dispensamus* = Si igitur Summus Pontifex potuit, si etiam voluit, ut, non obstante defectu natalium, Troilus, & Petrus Angelus, perinde ac si de legitimo Matrimonio procreati essent, capaces efficerentur cujuslibet successionis, parvi refert, quod usus fuerit verbo =
Dispensamus = quia tametsi dicendum esset, 49
quod dispensatio parere nequiret uberiorem illum effectum, quem plenaria restitutio, sive aliæ plenioresGratiæ operantur, ambigi nequit, quin quoad effectus omnes contentos in linea ipsius dispensationis eadem efficax sit, *Pirrh. Corrad. in prax. Dispens. Apostol. lib.7. cap.5. nu.35.*, *Palm. allegat. 202. num.17.*, *Monach. decis. Lucen. 62. num.14.*, *& Rota coram Dunoz. Jun. decis.768. num.10., ac decis.830. numer.20.*; ideòque, si Summus Pontifex Sup-
plicantes plenè habilitavit ad successiones om- 50
nes *testatas, & intestatas*, frustrà immoramur verbis, quibus talis Gratia explicata fuit, *Jason. in leg. Juris gentium §. Prætor ait. & Leg. penultima ff. de pact.*, *Decian. respons.3 .. n.23. volum.3.*, *Tranchedin. consult. 10. nu.2..*, *Palm. alleg.387. n.4. & seqq.*

Nec est, cur exadversò objiciatur, capacitatem succedendi in dicto Brevi indultam, tamquam restrictivo adsonia paterna dumtaxat Vicini, comprehendere minimè potuisse Bona provenientia ex hereditate Petri Angeli. Contrarium namque elicitur ex tenore, & litera
51 d.Brevis: in eo enim Summus Pontifex disponens, quod Troilus, & Petrus Angelus succedere valerent = *in quibuscumque Castris, Locis, Dominiis, Feudis &c.*, verbo illo = *quibuscumque* = suàpte naturâ comprehendente Bona omnia cujusvis generis, & undecumque provenientia, ad *Text. in cap. Solita de majorit.*, & *obedient.*, *Gloss. in cap. Quicumque de sentent. excommunicat.*, *Jason. in leg. Quodcumque n.1. ff. de verbor. oblig.*, *Marc. Antonin. var. resol. resol.40. num.2. decis.198. numer.4. part.6.*, & *coram Dunozzet. jun. decis. 1209. numer. 3.*, succedendi capacitatem indefinite impartitus
52 fuisse censetur respectu cujuscumque Bonorum generis, ut præseferebat dictio illa *quibuscumque*.

Absque eò quod restrictio ulla elici possit ex eo, quod in dicta Gratia facta reperiatur enunciatio de Bonis paternis, quia illa necessariò facienda erat ob speciale interesse Vicini, de
53 cujus præjudicio agebatur: quippè eidem, ipso invito, dandi non erant novi heredes ab intestato, in præjudicium aliorum ejus heredum, *Oliver. Textor. de Success. intestat. nu.64. inter tract. Magn. tom.8. part.1. fol.mihi 377.* quem sequitur *Michelor. de Fratrib. cap.25. num. 18. part. 3.*; Quamobrem, si Summus Pontifex tribuendo capacitatem succedendi, nominatim enunciavit Bona paterna, quia de his specialis mentio facienda erat; Si Vicinus supplicavit, ut dicti filii sui capaces efficerentur ad sibi succedendum, potiori jure credendum est, quod tàm Supplicans, quàm Concedens voluerint, dictos filios legitimatos capaces effici cujuscumque alterius successionis, cujus respectu in concreto casus, de quo agebatur, minimè urgebat necessitas illam exprimendi, quemadmodum urgebat respectu Bonorum paternorum, ad tradita *per Rot. decis.832. num. 23. coram Merlin.*, specialis itaque expressio Bonorum paternorum, utpotè tum ex mente Legitiman-
54 tis, tum etiam ex voluntate Petentis legitimationem non facta taxativè, sed demonstrativè, nec restringere, nec derogare valuit generalitati, atque universalitati denotatæ per dictionem *quibuscumque*, argumento *Text. in leg. quæsitum 12. §. final.* ubi *Ulpianus ex Papiniano* respondit, dispositionem generalem non
55 minui ex re nominatim expressa, sed potiùs ex abundanti illam adjectam censeri *ff. de fund.instruct.*, *Palm. decis. Lucens.176. nu.12. tom.2.*, *Rota in recen.decis.181. num.6.& seqq par.19.*, & *in Mantis. ad clar.mem. Card. de Luc.lib.13. decis.2. num.*10.

His addendo, quod, cum Bona Petri Angeli senioris transivissent in possessionem, & dominium Vicini ejus filii, & re ipsâ ab eo pos-
56 siderentur, id satis erat, ut ad eadem porrigi posset capacitas succedendi in Bonis paternis impartita per dictam legitimationem, ad ea, quæ notat *Caiac. in lib.7. respons. Papinian. ad leg. legata 9. ff. de supellectil. legat. tom. 1. oper.posthum. fol.309. lit.B.C.*, & tradunt *Alba cons.1. num.2. & seqq.*, & *cons.73. num. 6. & seqq.*, *Surd. cons.73. num.7a. & seq. ad fin.*, *Natta cons.159. num. 30. & seqq.*, *Menoch. de Præsumpt. lib.4. præsum.197. num.18. & seqq.*, *Ros. coram Ludovis. decis.194. num.10. & seq.*, *coram Peuting. decis. 145. nu. 7.*, & *in recent. decis.75. num.9. & 10. part.2.*; Eòque certius, quia id non adversabatur voluntati Vicini, nec etiam Judicio Petri Angeli senioris, sub cujus fideicommisso filii etiam legitimati comprehendebantur, ut superioribus locis demonstratum est.

At urget DD. exadversò Scribentes ajendo, juxta alteram objectionis partem, nobis obstare rem Judicatam, cujus vigore præfati Troilus, & Petrus Angelus, tamquam naturales exclusi fuerunt à successione istorum Feudorum, quæ vigore clausulæ Codicillaris delata dicebantur ad Substitutos in testamento Vicini, quorum unus erat memoratus Ulisses, ejusque Descendentes. Profectò pro elidenda d. Rei Judicatæ vi, justâ ratione à Rev: Camera objici posset, quod sinè ullâ actorum, ac Sententiæ alicujus Indicatione, Rei Judicatæ auctoritas frustrà constabiliri contendatur solâ 57
enunciativâ de ea facta in dicto *consilio Decii 119.*

Verum his omissis, quando etiam d. Res Judicata, tamquam plenè probata, supponenda esset; Nihilominùs illa, in præsenti controversia non læderet jura Rev: Cameræ, quæ possessionem suam tuetur, excipiendo Bona, de quibus agitur, obnoxia fuisse fideicommisso anteriori Petri Angeli, ad quod nullo pacto vocatus legebatur Ulisses, sed vigore legitimationis in illo succedere debebant Troilus, & Petrus Angelus: quapropter, cum Res Judicata loquatur de hereditate Vicini, pro qua consequenda dictum fuit, illius filiis suffragari non posse legitimationem, quia hæc nocere nequibat Violanti, cujus existentia Summo Pontifici reticita fuerat, ideòque directè ipsa capiens hereditatem vigore clausulæ Codicillaris, eandem restituere tenebatur Fideicommissariis substitutis, indè sequitur, quod d. Res Judicata nihil commune habens cum successione in hereditate Petri Angeli, obesse nequeat Rev: Cameræ, quæ ex tenore testamenti d. Petri Angeli demonstrat, controversa Castra ad ipsum spectasse, ab eoque subjecta fuisse fideicommisso, ad quod Ulisses Author DD. Marchionum non vocabatur; ita 58
præcipiente regulâ, quâ traditur, Sententiam, & Rem Judicatam, tamquam stricti Juris, latam pro uno, non obstare in alio, ut loquitur *Gloss. in cap. Dilectus 18. in fin.de Offic.Ordin.*, *Faber.in Cod.lib.8.tit.16.d:finit.1.n.6.fol.1007.* & *sunt nota jura.*

Ut etiam inutiliter DD. Marchiones de Ursinis

finis contenderent, tertiam saltem partem Bonorum Petri Angeli ex causa Legitimæ spectasse ad Vicinum, ex cujus fideicommisso ipsi agunt, quia, si, ut late probatum fuit *§. Quinimmò tametsi & plurib. seqq.*, quando etiam supponendum esset, quod universa Bona pertinuissent ad Vicinum; nihilominus portio spectans ad Ulissem, quæque sub fideicommisso ab ipso condito cadere potuisset, vel ad nihilum, vel ad quid minimum redacta reperiretur: quid dicendum esset in casu, quo triens dumtaxat ex Bonis Petri Angeli debitus fuisset Vicino? Ex quo sanè nihil hodiè superesse posset, quia, ut diligenter animadvertitur in hodierna Facti, d. tertia Bonorum pars consumpta fuisset tum voluntariis detractionibus, Debitis, & Legatis, tum etiam Legitimâ debitâ Violanti, tum denique Dotibus filiarum naturalium Vicini. His addendo ingentem Bonorum alienationem, quę vigore fideicommissi ordinati à Vicino facta fuit in Joannem Corradum alium Consubstitutum, ejusque Descendentes, quibus assignata fuerunt Castra Foleæ, Collistatis, Turris, Montis Nigri, & Collis Piccoli, comprehensis Tenutis Castrorum dirutorum Petrabellæ, & Rocchæ Salicis, aliisque Tenutis in Territorio eorumdem Castrorum existentibus, quæ sanè omnia Bona proculdubio pertinebant ad Petrum Angelum, utpotè quæ nominatim recensentur in ejus testamento; Ex his itaque, omissis aliis, constat, quod portio quævis Bonorum ex hereditate Petri Angeli debita Vicino, consumpta penitùs dicenda esset hac solâ illorum assignatione facta Jo: Corrado, sive ejus Descendentibus authoribus DD. Marchionum.

Submoto autem obstaculo dictæ Rei Judicatæ, facilè eliditur observantia præcipuè elicita ex illius adprobatione facta primùm à Violante, deindèque ab ejus Descendentibus in so-
59 lemni transactione ab eisdem inita cum Joanne Corrado prævio Laudo clar: mem: Cardinalis Flavii de Ursinis: quia talis observantia cum processerit ex erroneo supposito, quod Bona, de quibus transigebatur, subjecta essent fideicommisso non Petri Angeli, quod ignorabatur, & de quo actum non fuit, sed Vicini, super quo, ut patet ex ipso *Decio*, edita fuit supposita Res Judicata, indè fit, quod exhibito hodiè testamento Petri Angeli, & comperto, quod Bona controversa obnoxia sint illius fideicommisso, ex quo linea Ursinorum de Mugnano jus nullum, nullamque vocationem desumere potest, id profectò satis est Rev: Cameræ, quæ, ut pluries, pluriesque dictum est, tamquam posseditrix, vincet per non jus Actoris, illum repellendo exceptione promanante ex hujusmodi antiquiore fideicommisso,
60 quod ambigi nequit, quin excipiendo, post longissimum etiam tempus, allegari nequeat, quando non curato d. temporis lapsu, etiam agendo, illius vigore à Fideicommissario vindicari possent Bona subjecta tali fideicommisso, ut per *Rot. in Romana Domus, seu Palatii 2. Decembris 1707. §. His coram bo. me. Omanna, in Bononien. Jurispatronatus de Ghisleriis 13. Januarii 1695. coram bon. me. Pio impress. in Mantiss. ad clar. mem. Card. de Luc. libr. 13. decis. 8. la 2. nu. 16. & 17.*, in cujus hypothesi jam excurrerant duo secula; immò non officere decursum mille annorum, ut eum *Peregrin. de Fideicomm. art. 41. num. 16. & seq.*, ac *Rota in rec. dec. 291. num. 12. & seqq.*, latè disserit *Roccu Disput. Jur. Select. cap. 7. num. 2. & seqq.*: quæcumque igitur observantia innixa erroneo supposito, quod Bona, & Castra, de quibus agebatur, subijcerentur fideicommis-
so Vicini, tamquam, & ipsa erronea, nullo 61
numero habenda est, *Palm. allegat. 153. n. 66. tom. 2., Crescent. decis. 4. in fin. de privileg., Rot. in recen. decis. 16. num. 16., & decis. 110. n. 10. & seq. part. 6., decis. 153. num. 13. part. 7., & dec. 192. num. 21. coram Bichio.*

Quamquam vero hac solâ exceptione fundatà in testamento, & Fideicommisso Petri Angeli, penitus perimantur Jura omnia DD. Marchionum; Nihilominùs tamen morem ipsis gerendo, quando etiam dicta quinque Castra comprehensa dicenda essent sub posteriori Fideicommisso Vicini Ursini; non idcircò tamèn illa hodie avocari possent à Rev. Camera, justo titulo eadem possidente: se namque tueri, illaque retinere rectè potest jure detractionum, Violanti competentium.

Certum namque est, quod tàm ex dispositione Juris, quàm ex testamento Vicini, & demum etiam ex re judicata, cujus meminit *Decius cons. 119.*, Violanti unicæ illius filiæ legitimæ, & naturali, debebantur detractiones Legitimæ, Dotis maternæ, & Legati florenorum mille aquilanorum: Quapropter, cum Rev. Camera Jura sua desumat ex persona Violantis, ejusque Descendentium, à quibus, ut
innuebamus *§. Nec est cur exadverso*, titulo 62
oneroso, ingentis nempè pecuniæ extraditione dd. Castrorum possessionem acquisivit, vigore idcircò dd. detractionum Violanti competentium, justè eadem retinet. Illas namque pro repellendo Fideicommissario, allegari posse etiam à Tertio causam habente ab eo, cui eædem competunt, generaliter traditur per *Rotam cor. san. mem. Alexandro VII. decis. 25. num. 9., coràm bon. mem. Emerix Jun. dec. 1323. num. 3., in Pisauren. Fideicommissi 27. Aprilis 1703. §. Exponendo, confirmata 21. Januarii 1704. §. Et sanè coram bon. mem. Lancetta*, tribuuntque Possessori jus retentionis, *Rot. in Fanen. Fideicommissi 11. Decembris 1716. §. Nec dictarum coram bon. mem. Herrera Episcopo Seguntino, & in Romana Fideicommissi 23. Aprilis 1717. §. fin. coram eodem*, & in specie de retentione jure Legitimæ *Rota in Firmana Immissionis super Legitima 4. Julii 1698. §. Moti ex eo cor. bon. mem. Lancetta, & in Camerinen. Fideicommissi 20. Januarii 1731. §. Quatenus autem coram Reverendissimo Aldrovando Decano*, & de retentione Jure Dotis *Rot. in Beneventana Nullitatis Te-*

Testamenti super retentione 13. *Februarii* 1708.
cor. clar. mem. Card. Scotto, *&* 13. *Januarii* 1710. *§. Prætermissa coram bon. mem. Lancetta*, *in dicta Fanen. Fideicommissi* 11. *Decembris* 1716. *§. Inter Jura*, *& §. Vindicata*,
& seqq. & de retentione jure legitimæ simul,
& Dotis *Rot. in Fulginaten. Censuum* 4. *Maii*
1714. *§. Prætermissa coram bon. mem. Cerro*.

Pro elidenda hac exceptione DD. Marchio-
nes, minimè negantes, Violantem conse-
qui debuisse detractiones istas, opponunt præ-
sumptam earumdem consumptionem, inde eli-
citam, quod deficiat Inventarium Bonorum
hæreditariorum Vicini, & concurrant non mo-
dicæ alienationes à Successoribus Violantis fa-
ctæ, quæque non controvertuntur ascendere
ad quantitatem scutorum quadraginta mil-
lium, & ultrà. Verum, ut faciliùs elucescat,
dictam præsumptam consumptionem nullo pa-
cto esse allegabilem in casu nostro, abs re non
erit præmittere, atque ad memoriam Eminen-
tissimorum Patrum revocare, quod fidei-
commissum, cujus vigore DD. Marchio-
63 nes Fratres de Ursinis Actores repetunt
controversa Castra, conditum fuit an-
no 1501., contra verò Rev. Camera pro illis
repellendis, ac eisdem Castris retinendis, op-
ponit detractiones, non quidem faciendas, sed
statim. post obitum Vicini jam factas a Vio-
lante unica ejus filia legitima, & naturali, post
cujus mortem ab ejus descendentibus Castra
prædicta possessa semper fuèrunt, donec in di-
cta transactione celebrata anno 1641. cum d.
Violantis Successoribus devenerunt in tertium
Possessorem, nempe Rev. Cameram, quæ ti-
tulo oneroso solutionis grandis pecuniæ, spa-
tio octoginta annorum ex dd. detractionum
causa controversa Castra possedit.

Hoc autem casu, quisque secum reputare
poterit, quàm perspicuis probationibus Fidei-
commissarius demonstrare teneatur assertam
64 detractionum consumptionem, benè *Cyriac.
contr.* 5. *num.* 15., favore namque Tertii, ut
ipsius intentio fundata dicatur, sufficit sola du-
bietas, *Mangil. de imput. quæst.* 136. *num.* 50.,
Rota in Recent. decis. 142. *num.* 12. *part.* 16., *co-
ràm clar. mem. Caprara decis.* 169. *num. final.*,
proptereàque d. præsumpta consumptio à Fi-
deicommissario probata censeri nequibit ex
omissione Inventarii, junctis etiam nonnullis
65 alienationibus, si hæ per se spectatæ, primo
oculorum conjectu, detractiones minimè ad-
æquare conspiciantur, *Cyriac. d. contr.* 5. *n.* 67.
vers. tum, *& quinto*, *& num.* 222. *vers. Si enim
dicamus*, *Rota coràm clar. mem. Card. Caprara
decis.* 523 *num.* 20., *& seqq.*, *& decis.* 623. *nu-
mer.* 14. & latiùs dicetur *§. Satis superque*, *&
seqq.*

Et optimà quidem ratione, quià quod atti-
net d. omissionem Inventarii, ex ea oritur qui-
66 dem præsumptio consumptionis detractionum,
verum talis præsumptio cùm non sit Juris, &
de jure (quippè ob talem dumtaxàt omissio-
nem junctis etiam alienationibus, lex non di-
sponit, aut condemnat hæredem, sivè ab eo
causam habentem, ad illarum amissionem,
clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. disc. 249.
num. 5. *in fin. supplem. part.* 3., *in Romana Cen-
sus*, *seu Canthelæ Angeli* 27. *Junii* 1696.
§. penultim. coram bon. mem. Pio) absque alio
idcirco adjumento sola dicta præsumptio per-
fectæ probationis gradum constituere nequit,
sed Fideicommissarius contendens, Bona, quæ
ab hærede gravato, vel ab illo causam haben- 67
tibus possidentur, retineri non posse titulo de-
tractionum eò quod deficiat Inventarium, &
anteriores alienationes illarum mensuram jam
excesserint, plenè id demonstrare tenetur,
idem *Cyriac. d. contr.* 5. *num.* 26., *& seqq.*,
Rot. coram cl. mem. Card. Caprara. decis. 532.
num. 20., *in Bononien. Fideicommissi de Bur-
zanis* 16. *Junii* 1697. *§. Quoniam coram bon.
mem. Molines*, *&* 31. *Februar.* 1696. *§. Haud
relevante cor. bon. mem. dell' Olmo*, *&* 4. *De-
cembris* 1699. *§. Præmissa coram bon. mem. Pio*,
in Camerinen. Censuum 20. *Maii ejusdem anni
§. A qua quidem coram eodem*.

Has sequendo regulas, contrariæ objectionis
partes, sivè singillatim, sivè unitim accipian-
tur, facilè eliduntur. Si enim consideretur
omissio Inventarii, hæc sola proculdubio non 68
sufficit, ut hæres Legitimà, aliisque detractio-
nibus privetur, *ex Gloss. in Authent. de hæred.*,
*& falcid. §. Hinc nobis vers. Si vero non fue-
rint*, *verb lucrari*, *& in Authent. hoc amplius
post leg. quæstionem* 32. *verbo naturali C. de Fi-
deicomm.*, *Cyriac. d. controv.* 5. *num.* 3., *& n.* 222.
vers. si enim dicamus, *Surd. dec.* 316. *num.* 8.,
Rota post Merlin. de legitim. decis. 109. *num* 3.,
coram Peuting. decis. 369. *num.* 1., *coram Card.
Celso decis.* 1. *num.* 3., *coram Beniucasa dec.* 29.
num. 7., *& seq.*, *in Recent. decis.* 399. *nu.* 26.,
& num. 30. *part.* 9., *decis.* 294. *num.* 3. *part.* 12., *de-
cis.* 251. *num.* 3. *part.* 18., *in Ravennaten. Immis-
sionis* 20. *Junii* 1707. *§. Præterea coram Reve-
rendissimo Aldrovando Decano*, *in Faventina
Fideicommissi super detractionibus* 11. *Februa-
rii* 1718. *§. Competentia*, *&* 16. *Januarii* 1719.
§. Jam verò coram bon. mem. Lancetta, *& in Ro-
mana Fideicommissi de Avila super reintegra-
tione* 15. *Januarii* 1723. *§. Locum coram bon.
mem. Foscaro*.

Eòque magis in casu nostro, si animadver- 69
tatur, obligationem conficiendi Inventarium
ab Imperatore Justiniano injunctam fuisse Hæ-
redi, favore præcipuè Creditorum, & Lega-
tariorum, nè isti illius malignitate frustrentur,
ideoque constitutum fuit, quod hæres adver-
sus eos excipere nequiret de juribus ex propria
persona sibi competentibus, antequam docto
de Inventario, &, redditis rationibus, doce-
ret de insufficientia virium hæreditatis, quæ in
dubio idonea, & opulenta præsumitur, *clar.* 70
mem. Card. de Luc. de fideicomm. dict. disc. 246.
num. 6. *in fin. supplement. part.* 3. At alia Juris
ratio obtinet, quum res est de fideicommisso
universali, & controversia vertitur cum Fidei- 71
commissario, tunc enim omissio Inventarii,
Hæ-

72 Hæredem gravatum restituere, tametsi obliga-
tum conficere Inventarium, non privat emo-
lumento detractionum illi debitarum in fa-
cienda restitutione fideicommissi, utpotè quod
consistere nequit, uisi in eo, quod superest, fa-
ctis detractionibus tam legalibus, quam acci-
73 dentalibus, ut sequendo magistralem distin-
ctionem Castrens. in L. Ita tamen 27. §. Si ex
Trebelliano num. 2. ff. ad Senat. Consult. Tre-
bell. firmant Andreol. controv. 141. num. 3.,
& seqq., clar. mem. Card. de Luc. de Legit. disc. 25.
num. 55., Rota coram Cerro decis. 331. numer. 5.
coràm Celso decis. 1. num. 5., in Rec. decis. 58. nu-
mer. 3., & seqq. part. 10., & in discursu à bon.
memor. Emerix Jun. edito in Ferrarien. Fidei-
commissor. de Turchis, inter dec. impress. ad or-
nat. clar. mem. Card. de Luc. tit. de fideicomm.
decis. 90. sub num. 6. vers. nec attendendum, &
num. seq., decis. 91. num. 19., & seqq., dec. 92.
num. 2., in d. Romana Census, seu Cauthelæ An-
geli 27. Junii 1696. §. Quoniam præterquam
quod, & §. penultimo cor. bon. mem. Pio, & in
dicta Romana Fideicommissi de Avila super re-
integratione 15. Januarii 1723. §. Locum vers.
signanter coram bon. mem. Foscaro.
At verò, si hæres universalis fideicommisso
gravatus, licèt alioquin obligatus ad conficien-
dum Inventarium; præservatur nihilominus à
suarum detractionum amissione elicita ex præ-
sumptà illarum consumptione; multò certè
magis his æquitativis regulis juvabatur Vio-
lantes, ejusque hæredes, aut ab hiscausam ha-
bentes, quia illa non fuit Hæres Vicini Patris;
quippè ejus Hæreditas, ex institutione ab eo-
dem facta in testamento, debita fuisset Troi-
74 lo, & Petro Angelo filiis masculis legitimatis,
nisi ob nullitatem illorum legitimationis, eis-
dem exclusis, hæreditas, irrità factà dictà In-
stitutione, vigore clausulæ Codicillaris, illicò
restituenda fuisset Substitutis, quibus idcircò
incumbebat onus conficiendi Inventarium, ad
Text. in Leg. final. Cod. de Jur. deliber., Faber.
in Cod. lib. 6. tit. 11. definit. 24., Cyriac. d. con-
tr. 5. num. 169., Peregrin. de fideic. art. 4. n. 8.,
Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 28. num. 6., Rot. de-
cis. 251. num. 14. coràm Bich. Quinimò, quan-
do etiam Violantes ob momentaneam illam
successionem consideranda fuisset tamquàm
hæres, obligata tamen statim restituere Sub-
stitutis, ab his tamquam re ipsa, ac cum effe-
ctu veris hæredibus, ideoque obligatis ad con-
75 fectionem Inventarii, adversus eam opponi
nequivisset illius omissio, Marescot. var. re-
sol. lib. 2. cap. 72. n. 9., Barry de successſ. lib. 11.
tit. 9., clar. mem. Card. de Luc. de Fideicommiss.
disc. 199. num. 4., Ofasch. decis. Pedemont. 147.
num. 7., Rot. penes Massol. Trismegistr. legal. de-
cis. 73. num. 12., & divers. part. 4. dec. 519. nu-
mer. 4., in Recent. dict. dec. 294. num. 10., &
seqq. part. 13. dec. 532. num. 19. part. 14., in Ro-
mana Successionis, & Dotis 31. Januarii 1718.
§. Et quidem coram bon. mem. Foscaro, in Ro-
mana, seu Veliterna Successionis prima Aprilis
ejusdem anni §. Præsertim, & in d. Romana
Fideicommissi de Avila super reintegratione
15. Januarii 1723. §. Verum præterea coram
eodem.
Sola autem aliorum heredum existentia, ab
onere conficiendi inventarium eximere valens
Violantem, tametsi ulli obligationi illud con-
ficiendi obnoxia fuisset, multò magis eam ju-
vabit, quia nec ipsa, nec etiam DD. de Ursi-
nis Auctores Partis adversæ, qui vocabantur
ad universum fideicommissum, etiamsi vo-
luissent, conficere nullo pacto potuissent le-
gale, & integrum Inventarium: ut enim co-
piosè enarratum fuit in expositione Facti, vix
secuto obitu Vicini, omnes, qui vel ex testa-
mento, vel ex aliis titulis ad successionem ad- 76
spirabant, armata manu in e us hereditatem,
& Bona irruerunt, illisque in plures partes
proscissis; Violantes eorum tantum partem
pacificè possidens, nuquàm integrè eadem pos-
sidere valuit, quamobrem injustè contra ipsam
opponitur Inventarii omissio, quando, tamquam
vi extrinsecà legitimè impedita, tam etsi voluis-
set, illud conficere nequivisset, ad Text. in leg.
Tutor qui repertorium, ibi = Nisi fortè aliqua
necessaria, & justissima causa allegari possit,
cur id factum non sit = ff. de administrat. Tutor.,
ubi Bartol. num. 17., Abb. cons. 63. num. 8. lib. 2.
Cancer. variar. resol. lib. 3. cap. 2. num. 21., &
seqq., Salgad. in Labyr. Credit. par. 2. cap. 1.
num. 42., & seqq., Rot. coram Card. Cerro de-
cis. 386. sub num. 1. §. Justa siquidem, & nu. 5.,
coram cl. mem. Card. Caprara decis. 200. sub
num. 3., in rec. decis. 83. num. 2. part. 13., & in
Romana Hæreditatis super redditione rationis
5. Junii 1719. §. Nec eadem vers. defectus
verò Inventarii coram bon. mem. Cerro.
Quamquam verò satis, superque demon-
stratum fuisse videatur, quod ob omissionem
Inventarii exadversò oppositam, nullo pacto
induci possit præsumpta consumptio detractio-
num, quià præsumptio indè promanans, ut
dictum est §. Hoc autem casu & seq., cum non 77
sit Juris, & de jure, cedit veritati, & contra-
ria præsumptione tolli potest, cl. mem. Card. de
Luc. de Fideicom. d. disc. 246. nu. 4., Rot. in rec.
decis. 123. numer. 22. & seqq., allique allegandi
§§. seqq.; multò magis talis præsumptio peni-
tus cessabit, quotiès status hæreditarius aliun-
dè, & per æquipollens ad certitudinem redigi
potest; cum hoc casu submota dicatur suspicio 78
omnis dolosæ occulationis, Cyriac. contr. 411.
num. 22., Saminiat. contr. 48. num. 17., & seqq.,
latè tradens, id locum habere etiam ad effe-
ctum tuendi Hæredem contra Creditores hære-
ditarios, quorum præcipuè favore injuncta fuit
Hæredi obligatio conficiendi Inventarium,
Trancbedin. consult. 58. n. 1. & seqq., Balducc. ad
Ramon. cons. 50. num. 125., Rota Lucana inter 79
collect. ab eodem Balducc. ad Ramon. tom. 2. de-
cis. 59. num. 38., & seqq., Rota coram Card.
Cerro decis. 331. num. 11., in rec. decis. 264.
num. 4. par. 14., in dicta Romana Census, seu
Cauthelæ Angeli 27. Junii 1696. §. penultim.
coram bon. mem. Pio; ex qua habemus, id pro-
desse

desse tàm ad effectum consequendi detractiones sive legales, sive quantitativas, quam etiam ad effectum ostendendi, illas non fuisse consumptas alienationibus à Fideicommissario oppositis, *& in Romana Fideicommissi de Cæsarinis 11. Decembris 1699. §. Cum itaque coram bon. mem. Molines*.

Justâ propterea ratione, quum res est inter Hæredem gravatum, detractiones facere, vel retinere contendentem & Fideicommissarium opponentem earum consumptionem, ob omissionem Inventarii, & alienationes ab illo factas, justâ, inquam, ratione asseri posse videtur, quod constans sit Sacri Auditorii opinio, admittendam semper esse superlativam proba-
80 tionem status hæreditarii, & hanc desumi posse vel ex simplici etiam Bonorum descriptione exarata in Libro memoriali, vel ex eorum divisione aliisque similibus documentis, & actibus, ut præter mox allegatas decisiones habetur apud *Coccin. decis. 1863. num. 1., Priol. decis. 320. num. 8., & seq., in rec. decis. 595. n. 4. part. 19. tom. 2., coràm bon. me. Ansaldo decis. 21. num. 18., in Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium 11. Junii 1706. coram bon. mem. Molines, in Mantis. ad clar. mem. Card. de Luc. decis. 38. num. 47., & seqq. lib. 9., & in Ariminea., seu Anconitana Fideicommissi 26. Martii 1708. §. Altera demùm, & seqq. coram Eminentissimo D. Card. Falconerio*.

Quæ porrò superlativa probatio nobis sese offerri videtur ex testamento Petri Angeli, Patris Vicini, in quo singillatim enumerantur
81 omnia illius Bona, & Castra: Quamobrem cum Vicinus fuerit unicus illius filius, nullaque alia Bona præterea sibi à Patre relicta, ab ipso quæsita fuisse doceatur, fit locus celebri *Consilia Fulgosii 145. num.* 2. constanter à Doctoribus, & Tribunalibus recepto, adeò quidem ut ex tali Bonorum descriptione facta in testamento paterno, oculis penè subijci dicantur Bona, quæ verisimiliter reperta in hæreditate, & comprehensa fuerunt sub Fideicommisso Vicini,
82 ac per consequens eadem descriptio supplevisse, vicesque gessisse dici potest Inventari hereditarii, *Angel. in leg. Imperatores §. ultim. num 2. ff. de appellation., Soccin. Jun. cons. 132. num. 5. lib. 1., Decian. cons. 85. nu. 53. lib. 5., Gratian. discept. forens. 822. num. 15. Rota cor. Coccin. decis. 1886. num. 10., & seq., coram bon. mem. Emerix Jun decis. 135. num. 3., in Ravennaten. Fideicommissi 4. Decembris 1699. §. Verum coram clar. mem. Cardin. Priolo., & in Romana Fideicommissi 24. Junii 1718. §. Cessante coram bon. mem. Herrera Episcopo Seguntino*.

Quæ superlativa probatio per se spectata, plurimùm alioquin valens pro assequenda veritate status hereditatis Vicini: longè tamen magis urget, quià coadjuvatur ex quadam subsecuta divisione Bonorum, facta inter Successores Vicini, filios nempè Joannis Corradi, pa-
83 riter auctores DD. Marchionum de Ursinis, & descendentes Violantis, à quibus causam habet Rev. Camera, inter quos Bonorum quota, unicuique debita, distributa fuit. In dubium siquidem revocari minimè posse videtur, quin ex simili divisione celebrat ut quisque ex Condividentibus portionem suam Bonorum omniū Vicini integrè consequeretur, suppletum dici debere Inventarium, cujus confectio tanquàm à Lege demandata, nè fraus ulla fiat: profectò quævis ejuscemodi suspicio removetur ex eo, quod Condividentes acceptando, atque executioni demandando talem divisionem, quotam Bonorum sibi debitam, sinè ullà reclamatione accepisse agnoverint, *Paris. cons. 25. numer. 50., & seqq. lib. 2., Cyriac. controv. 5. nu. 17. Rot. coram Pentinger. decis. 186. num. 5.* ibi = *Quæ divisiones acceptatæ, & effectuatæ, faciunt cessare quamcumque suspicionem occultationis, & dissipationis, ac succedunt loco Inventarii legitimè, ac solemnitèr confecti = In Camerinen. Fideicommissi 20. Januarii 1710. §. .... coram Reverendissimo Aldrovaado Decono, in Balneoregien. Redditionis rationis 4. Februarii 1722. §. Quamvis, & §. His itaque coram bon. mem. Lancetta*.

Tantòque magis in nostro casu, tùm quià, ut dictum est, subsequens hæc divisio, veluti ex primordio veritatis, coadjuvatur ex descriptione Bonorum facta in testamento Petri Angeli, ut considerat *Rot. coram Card. Cerro decis. 443. num. 15.*, tùm etiam quià, si intueamur ejuscemodi actus qualitatem, atque solemnitatem, idem celebratus fuit auctoritate præclarissimi Cardinalis communis Consanguinei; Si verò spectemus Personas, inter quas talis Bonorum divisio, & assignatio facta fuit, eadem gesta reperitur cum Auctoribus DD. Marchionum fratrum de Ursinis, in re sanè sua curanda non indiligentibus: tùm denique quià, si perpendamus ejusdem divisionis exitum, & effectum, cum illa nedùm acceptata, sed pacificè deinceps observata semper fuerit; frustrà hodiè opponitur incertitudo status hereditarii, ob defectum Inventarii, & alienationes à Violante, sivè ejus Successoribus factas: quippè cum tres essent, quorum unicuique ex heredibus Vicini triens debebatur; Violantes nimirum, Jo: Corradus, & Ulisses: Si duo ex illis dictæ hæreditatis statu diligenter rimato, atque examinato, æstimatisque etiam alienationibus, trientem sibi debitum sese integrè consequutos agnoverunt, indè certè assequimur, qualis, quantaque fuerit præfati Vicini hereditas. Non omittendo, quod si fortè DD. Marchiones ex hoc solemni Laudo, & divisione, plusquam illis deberetur Condividentes accepisse conquererentur, quasi non trientem, sed comprehensa, in divisione, Ulissis quoque portione, semissem habuerint: non contrà solam Rev. Cameram habentem causam à Successoribus Violantis dumtaxàt, sed contra Successores etiam Joannis Corradi Auctores suos, actionem dirigere tenerentur: At reverà Ulissis triens non fuit in dicta divisione comprehensus, quià occupabatur ab aliis, à quibus Ulisses, ejusque filii, illum se recuperaturos ali-

aliquando fore sperantes, in Transactione anni 1504., de qua alibi copiosius agendum erit, convenerunt, inde quotam ipsis debitam, consequuturos.

Ut etiam prætereunda non est illa alia, magnâ notâ digna, animadversio, quod videlicet adeo solemnis actus absque ulla reclamatione
84 utrinque acceptatus, atque plenariæ executioni demandatus, continere videtur confessionem Authorum DD. Marchionum de Ursinis, quâ præbetur omnium liquidissima probatio, ut omissis generalibus, de quibus apud *Posth. de manut. observ.19. num.7. & pluribus seqq.*, benè ad rem nostram tradit *Rota decis. 415. num.1. par.13. & decis.532. num.6. & sequen. part.14.*, ubi quod simile Factum impugnari nequeat ab eorum Heredibus, qui illud religio-
85 se observarunt, & in *Romana Fideicommissi pro Prælatura de Vecchiarellis super alienationibus 2. Decembris 1722. §. Quoad secundum in fine coram Eminentissimo D. Card. Falconerio*, & conferunt tradita per *Cyriac. contr.5. num.222. vers. ex superiùs in fine*: nullo itaque pacto ejusdemodi adeò solemnis actus involvens, sive æquivalens dictæ confessioni, impugnari poterit sub obtentu, quod hodie non constet de integritate status hereditarii Vicini, defuncti anno 1501. quando anno 1572. ii, quorum intererat super eo inquirere, illum integrum esse agnoverunt, nullumque defectum contra talem integritatem opposuerunt.

Satis superque hactenus probatum dici potest, quod in nostra hypothesi ex solo defectu legalis Inventarii præsumptio nulla elici valeat consumptionis detractionum, Violanti competentium: reliquum modò est, ut osten-
86 damus, nec etiam alienationes, quæ exadverso adferuntur, obesse posse. Semper enim, semperque repetentes, quod Rev. Camera tertia Posseditrix, & quidem titulo oneroso retinens Castra controversa, hodiè non agit de faciendis detractionibus, sed illarum exceptione suum possessionem tuetur, ideoque Fideicommissarii onus est concludenter demonstrare, præcedentibus alienationibus detractiones jam fuisse consumptas, tum quia ex fusiùs alibi notatis, id exigit favor impartitus Posses-
87 sori, tùm etiam quia, quum agitur de rescissione, & irritatione actus, alienationis videlicet Bonorum in Tertium factæ cum pro illius validitate in dubio urgeat legalis præsumptio, indè fit, quod allegans ejusdem invaliditatem, rejectâ præsumptâ, gravatur onere perfectæ probationis, ut præter generalia, quæ præliminaliter attulimus sub initium, in nostris terminis cum aliis tradunt *clar: me: Card. de Luc. de legitim. disc.28. num.55. & seq., de fideicom. dict. discurs.246. n.13. & seqq. in supplement. part.3., & in Summ. num.329., Mansf. consult. tom.4. consult.305.*, referens post dictam consultationem *decisionem Rotæ Florentinæ* commendatam *dict. disc.246. num. 21., Bonden. collect. legal. tom. 2. collect. 47. numer. 226. & seqq., Rota coram Card. Cerro decis.331. num.16. & seqq., in recen. decis.123. num.13. & seqq. part.16., decis.368. num.13. & seqq. par.19., in dicta Bononien. Fideicommissi de Burzanis 16. Januarii 1697. §. Quoniam pro omnimoda & seqq. coram bo: me: Molines, in Ariminen., seu Anconitana Fideicommissi 26. Martii 1708. §. Et Domini coram Eminentissimo D. Card. Falconerio, in Firmana Commendæ 3. Julii 1713. §. Subnectere & seqq. coram bo: mem: Ansaldo, & in Romana Fideicommissi de Avila super reintegratione 15. Januarii 1723. §. Locum sibi coram bo: me: Foscaro.* Certiùs, quando favore Possessoris concurrerit etiam titulus transactionis celebratæ cum Authoribus Fideicommissarii, prout in casu nostro, in quo, præter dictum Laudum editum anno 1572., affertur alia etiam antiquior transactio, anno 88
1504. celebrata cum Ulisse, ejusque Descendentibus, ex cujus fideicommisso hodie agunt DD. Marchiones, ut considerat *Cyriac. dicta controv.5. num.15. & seqq., Rot. coram Card. Cerro decis.391. num.19., & in recen. decis.364. num.14. par.19.*

At vero, si Fideicommissario, in hoc Judicio gerenti personam Actoris, non sufficit allegare præsumptam detractionum consumptionem, eò quod contra similem præsumptionem non minùs urget contraria possibilitas, perfectam probationem excludens, quùm etiam 89
alia contraria præsumptio favens Possessori, atque validitati actus, *clar: mem: Card. de Luc. dicto disc.246. num.9.* aliique superiori §. citati. Proptereàque Doctores rectè animadvertentes, periculosum esse, quod ejusdemodi quæstiones definiantur nudâ, ac simplici præsumptione, præsertim desumpta à possibili, quod nempè àGravato fieri potuerint aliæ alienationes, & quæ ignorantur, quæque detractiones consumpserint: censent idcirco, quod 90
argumenta ducta à possibili non concludant pro illis adimendis certo suarum detractionum Creditori, sivè quotitativæ hæ sint, sivè accidentales, benè *Rot. coram clar: me: Card. Caprara decis.374. num.11. vers. non obstat, & num.12., & in Romana Pecuniaria 20. Martii 1713. §. Absque eo quod ad probandas alienationes coram clar: me: Card. Scotto.*

Sed tradunt, quod dicta præsumptio coadjuvanda fortè sit adminiculis, quibus animus Judicis suadeatur, alias verisimiliter adesse alienationes, nedùm voluntarias, sed anteriores 91
illâ, cujus vigore Tertius, & Reus conventus possidet, *clar: me: Card. de Luc. de legitim. dicto disc.25. num.58., & de fideicom. dicto disc.246. num.13., Rot. in recen. decis.123. num.20. & seqq. part.16., in Prænestina Fideicommissi 30. Aprilis 1688. §. Ratio resolutionis coram bon: mem: Ursino, in Firmana Commendæ 3. Julii 1713. §. Quin etiam & seqq. coram bo: me: Ansaldo, quæ §. Secùs autem prosequitur verbis illis = vel saltem afferre compellitur tales, & tales considerabiles alienationes, quæ in sua quantitate queant suadere animum Judicis ad justè opinandum, quod junctâ prædicta negligentiâ* omis-

omissi Inventarii, eædem detractiones fuerint jam factæ, & per alias nimium verisimiles alienationes, etsi non apparentes absortæ.

A quibus sane regulis, pro juridico ordine, & recta, ac justa similium Causarum decisione præscriptis, cum recedere integrum minime sit; profectò, si illas sequamur, statim conspicietur, frustra à DD. Fideicommissariis Actoribus obtendi consumptionem detractionum, ex omissione Inventarii, junctis alienationibus deductam, nam iidem assumere tenentur probationem duplicis extremi, quorum primum est, quanta sit legitima debita Violanti, & alterum quot, & quales sint alienationes, in illam imputandæ.

Si de primo res sit, inquiunt, Legitimam debitam Violanti, non excedere quantitatem scutorum 78333. 30., quanta erat tertia pars, quæ vigore dicti Laudi editi anno 1572. assignata fuit Jo: Corrado Consubstituto, atque etiam Auctori DD. Marchionum, quemadmodum conspici dicunt ex quodam calculo efformato coram D. Auditore Illustrissimi Domini Thesaurarii, & elicito ex documentis à Parte adversa exhibitis.

Respectu verò secundi extremi sustinent, alienationes sivè à Violante, sivè ab ejus Descendentibus factas, attingere quantitatem scutorum 62850., quæ juncta cum valore controversorum quinque Castrorum, longè exuperat Legitimam, d. Violanti debitam, & hæc idcircò, veluti jam consumpta dd. alienationibus, Rev. Cameræ suffragari nequit pro repellendis Fideicommissariis, suaque tuenda possessione. At neutra ejusmodi extremi probatio in facto subsistit.

Legitimæ quippè mensura malè exadverso statuitur in quantitate æquali portioni, seu ter-
92 tiæ parti debitæ Joanni Corrado Auctori DD. Marchionum, sed illa major, & pinguior esse debebat dicta tertia parte: explorati namque Juris est, Legitimam non minui Legatis, atque oneribus hereditariis, à Testatore injunctis, sed eandem antè hæc detrahi ex universo Parentis defuncti patrimonio: Contrà verò Co-
93 hæredum portiones deberi ex eo dumtaxat, quod superest, illis defunctis, ex *Bartol. in leg. si quis ad declinandum num.6.*, ubi etiam *Glossa Cod. de Episcop., & Cleric.*, plenè *Merlin. de Legit. lib.2. tit.1. quæst.10. per tot.*, *clar: mem: Card. de Luca de Legit. disc.29. num.2., & de success. ab intest. disc.35. num.3.*, *Cyriac. controv.221. num.33. & seqq.*, *Giurba ad Consuetud. Messanen. par.1. cap.2. Glos.7. num.1.*, *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.485. num.22. par.2.*, *Gratian. discept. forens. cap.247. n.58.*, *Grass in §. Legitima quæst.44. num.2.*, *Borgnin. Cavalcan. de usufruct. Mulier. relict. cap. unic. sub num.95. vers. nam Legitima, impress post tract. var. de Tutor., & Curator. pag. mihi 681. & seqq.*, *Amat. decis. Ferrar.4. num.71.*, *Rovit. decis.100. num.26.*, *Paitell. annot.15. ex num.16.*, *Rot. post Merlin. de Legit. decis.34. num.1., decis.64. num.4., & decis.86. n.4. & 5.*

Certò autem constat in nostra hypothesi, quod portio, quæ ex hereditate Vicini debebatur tum Jo: Corrado, tum Ulissi altero Substituto, plures patiebatur, & quidem graves diminutiones, ob plurima onera à Testatore imposita, à quibus exempta erat Legitima Violantis, ille enim non solum præstari voluit Legata, aliaque omnia ab ipso ordinata, sed insuper præcepit, quod adimplerentur cuncta, quæ disposita reperiebantur in suorum Parentum testamentis, ibi = *Item voluit, quod omnia, & singula relicta facta per fel: mem: Petri Angeli de Ursinis, & Magnificæ D. Margharitæ ejus Parentum in eorum ultimis Testamentis* = quàm vero multa, & quidem ingentia fuerint sola Legata relicta à PetroAngelo, perspici potest ex ejus testamento.

Præter hanc non modicam diminutionem portionum hæreditariarum, eædem extenuabantur etiam ex eo, quod filii naturales Petri Francisci, licet exclusi à successione; nihilominus occuparunt nonnulla Castra, & Bona ejusdem, illaque retinuerunt vel titulo alimentorum, vel ex causa dotium solutarum filiabus Troili ex medietate Castri Foleæ, & Castri Turris, ac Collistatis, aliisque Bonis ingentis valoris; Hæc autèm tamquam onera hereditaria Testatoris, minores quidem reddebant portiones debitas heredibus, ut non etiam præjudicabant Violanti Legitimariæ; cum Legitima detrahi debeat, antequam quidquam vel 94
ex judicio Testatoris, vel ex Juris æquitate, sive commiseratione, filiis naturalibus, & Sororis assignetur, ad notata per *Cordubens. in leg. si quis à liberis §. Idem rescripsit num.59. ff. de liber. agnoscen.*, *Calcan. cons.18. num.24. & 29.*, *Gratian. discept forens. cap.562. n.55.*, *Sabell. verb. legitimatio num.18.*, *Surd. de aliment. tit.7. quæst.11. num.16.*, *Merlin. de Legit. lib.. tit.2. quæst.8. num.17.*

Accedit his, quod Violantes, præter Legitimam, consequi quoque debebat dotem maternam Cęciliæ de Sabellis, & Legatum florenorum mille aquilanorum, quæ Vicinus in suo testamento filiæ præstari jussit, eademque deberi, comprobatum etiam fuit in pluries enunciata transactione anni 1504., in qua, ut bene animadvertitur *in nostra Facti §. 61. & seqq.*, ab Ulisse, Patris Adversæ Auctore, agnitum fuit, longè majorem triente, debito unicuique ex Substitutis, esse portionem Bonorum, quæ consequi debebat Violantes; huic enim semissis assignatus, reliquo semisse relicto Substitutis, inter quos dividendus erat; ex his itaque omnibus perspicuum fit, quod Pars Adversa graviter errat in stabiliendo primo extremo, quantitate videlicet Legitimæ, & detractionum debitarum Violanti, illas commensurandas esse inquiens portioni Bonorum assignatorum Jo: Corrado, valoris dumtaxat scutorum 78333 33.

At palmari etiam errore labitur in statuendo altero extremo, alienationum nimirum, quibus Violantis detractiones consumptas fuisse conten-

tendit: illæ namque omnes, quæ reverâ factæ apparent ab illius Descendentibus, & Heredibus, non excedunt quantitatem scut. 41350., ut ex alio Calculo pariter desumpto ex documentis exadverso exhibitis in antecedenti Cau-
95 sæ hujus disceptatione; Ejusdemodi autem alienationes, cum longe infra Legitimam sint, in eam imputandæ quidem erunt, sed illius consumptionem operari minimè valebunt, *Rota coram Card. Cerro decis. 391. num. 18., in recen. dicta decis. 123. par. 16., in Pranestina Fideicommissi 30. Aprilis 1688. §. Ità pariter coram bo: me: Ursino, & in Avenionen. Fideicommissi super Manutentione 10. Junii 1697. §. penultim. coram bon: me: dell'Olmo Episcopo Concben.*

Non benè autem ad augendum alienationum cumulum affertur illa Castri Gavignani, quod anno 1601. distractum dicitur pretio scutorum 21. mil.; illicò namque in facto demonstratur, non in causam Legitimæ Violantis, sed in aliam dictum Castrum distractum fuisse. Siquidem illud spectabat ad Cæciliam de Sabellis Uxorem Vicini, & Matrem Violantis, prò cujus dote cum specialiter à Petro Angelo, Vicini Patre, hypothecatum fuisset, ejusdem restitutioni in suo testamento subjectum ab illo fuit, ibi = *Item confirmavit dictus Testator obligationem, & hypothecam prò dote dictæ Cæciliæ de Sabellis Uxoris D. Vicini, filii ipsius Testatoris in Castro Gabiniani, tàm prò parte dotis receptæ, quàm recipiendæ* = Et consonat Vicini etiam testamentum, quo idem = *Mandavit, restitui eidem Violanti quantitatem dotis D. Cæcilia Matris d. D. Violantis, & Uxoris ipsius Testatoris per ipsum habitæ* = Alienatio itaque dicti Castri à Francisco, descendente Violantis, facta anno 1601., referenda certè est in eam causam, dotis videlicet Cæci-
96 liæ, pro qua idem reperiebatur hypothecatum, ex regula, quà admonemur, quod distractio Bonorum fideicommissi facta semper censeatur ex titulo creditorum competentium Heredi gravato, qui in hanc causam illam præelegisse, & acceptasse præsumitur, ad *Textum in leg. Marcellus 3. §. Res quæ ff. ad Trebellian., Rota coram Coccin. decis. 1155. num. 6. & seqq. coram san: mem: Alexandro VIII. decis. 105. num. 10. & seqq., & decis. 150. num. 19. & 20., coram clar: mem: Card. Caprara decis. 434. n. 1. & seqq., & decis. 669. num. 7. & 9.*

Demptâ igitur alienatione mox dicti Castri, referenda in causam dotis Cæciliæ, illæ, de quibus certò constat, non excedunt, ut dictum est, quantitatem scutorum 41350., imputandam quidem, at non adæquantem Legitimam, tametsi illa, juxta Partis Adversæ calculum, consisteret in scut. 78333. 33. dumtaxàt. Quamobrem, quando etiam procedendum esset cum calculis, & rerum statu, à DD. Marchio-
97 nibus figurato, frustrà pro vindicandis à tertio Possessore controversis Castris ab eisdem obtenderetur consumptio Legitimæ, & ceterarum detractionum, Violanti competentium, elicitam ex possibilibus alienationibus, quæ non apparent, quando ex facto, & confessione Authorum DD. Marchionum, resultante ex divisione Bonorum inter illos, & Descendentes Violantis facta, certò constat, quæ, quantæque fuerint alienationes in dd. detractionum causam referendæ, & à per arithmeticam demonstrationem probatur, illas nedum minimè fuisse consumptas, sed illarum mensuræ implendæ ingentem quantitatem deficere, si demendæ essent dicta quinque Castra, penes Descendentes Violantis in dicto Laudo, & divisione Bonorum relicta.

Idque in nostra hypothesi, veluti per rei evidentiam, confirmari videtur ex valdè notabili facto Vicini Junioris, & Maherbalis filiorum Joannis Corradi Authoris DD. Marchionum; nàm, cum Bona, & Castra, istis assignata, excederent in scutis 1450. valorem, & mensuram tertiæ partis Bonorum, illis debitæ, iidem dictam quantitatem restituerunt Henrico, & Francisco Descendentibus Violantis: & hæc quoque quantitas relata reperitur inter alienationes, ut his omnibus insimul coacervatis conflarentur dd. scuta 41350. imputata in causam detractionum, Violanti debitarum. Ex hac autem adeò diligenti, seù, veriùs dixerim, scrupulosa hinc inde dati, & accepti peræquatione facta in solemni Laudo, 98
celebrato post longas lites, quæ, ut notabitur §. *Præterea quod sanè*, inter Partes diu agitatæ fuerunt, ut unicuique portio sibi debita integrè assignaretur, manifestum redditur, quod penès Descendentes Violantis non reperiebantur, nec relicta fuerunt Bona ulla, quæ excederent valorem, & quantitatem detractionum, ex persona eorum authricis ipsis competentium; quodque multò minùs tempore dictæ decisionis tot, tantæque anteriores alienationes apparerent, ut eisdem illæ consumptæ dici possent: Si enim de alterutro ex his tunc constitisset, quonam pacto Vicinus junior, & Maherbal filii Joannis Corradi dicta scut. 1450. restituissent Henrico, & Francisco, quos alioquin retinere, & possidere videbant controversa quinque Castra, quæ non ignorabant reperta fuisse in hereditate Vicini Sen., quæque post jam consumptas detractiones, sinè justo titulo ab eisdem occupari novissent, ad tradita apud *Paulut. dissert. 66. num. 70. tom. 2., Rota coram Ubaldo decis. 223. n. 6., coram bon: me: Ansaldo decis. 89. num. 38., coram clar: me: Card. Caprara tom. 1. decis. 426. num. 9., & in Viterbien. Dotis, & Cautelæ Angeli 11. Februarii 1718. §. Id ipsum, & duobus seqq. coram bo: me: Herrera*; Dum igitur illos non solum reliquerunt in pacifica possessione dictorum Castrorum, sed præterea eisdem ultrò restituerunt d. quantitatem, ambigi nequit, quod dd. Castra ab eis justè retinebantur ex causa detractionum, quodque nihil habebant, aut alienaverant, quod illarum quantitatem excederet.

Si quæ igitur à Violante, ejusque Descendentibus factæ fuerunt alienationes, adscriben-

dæ Causæ detractionum, cum nedum verisi-
mile, sed minimè dubium videri possit, eas
non fuisse ignoratas ab Auctoribus DD. Acto-
rum, qui tempore magis proximo morti Vici-
ni Sen., & occasione tot controversiarum, quæ
super ejus hereditate extiterant, illas procul
dubio diligenter investigaverant, atque repe-
rire curaverant, illasque, quas reverà repere-
99 rant, in eam causam imputaverant, ut inte-
gram portionem hereditatis sibi debitam, con-
sequi possent: concludendum idcircò videtur,
quod post duorum seculorum decursum, mo-
dernis DD. Actoribus innotescere nequiverint
consumptiones detractionum, eorum Auctori-
bus prorsus ignotæ: Quinimo eædem adeò
claré, atquè perspicuè ipsis hodie pateant,
ut ex illis parata eis dici valeat prompta
actio, qua veluti ex privilegiato remedio
leg. finalis, illicò tertium, & vetustissimum
possessorem titulo oneroso rem detinentem
sua possessione deturbare possint, ut benè ad-
vertit *Cyriac. contr.5. sub num 53. versic. cum
etiam quia*.

Gravissima profectò hæc sunt, sed non mi-
nùs gravia adhuc supersunt: quamquam enim
ex ejuscemodi Facti circumstantiis, atque præ-
validis argumentis satis superque probatum
dici queat, Violantem, ejusque descenden-
tes, nullas, præter illas, quæ tunc apparuerunt,
fecisse alienationes, in detractiones imputan-
das, nihilque ultra earum mensuram penes eos-
dem relictum fuisse; nihilominus aliæ suppe-
tunt demonstrationes, quibus evincitur, Legi-
timæ, Violanti debitæ, exadverso calculatæ
in quantitate scutorum 78333: 33. dumtaxàt,
alia superaddenda esse, quæ illam, ac detra-
ctiones, eidem debitas, augeant. Vice autem
versa ex statu hereditario Vicini Senioris quæ-
dam esse detrahenda, quæ detracta, per con-
sequens minuebant portionem, sive tertiam
illam partem, quam ex persona Ulissis DD.
Marchiones hodie petunt.

Legitimæ siquidem Violantis, exadverso
redactæ ad dicta scuta 78333. 33., supperad-
denda sunt scuta 10333., quanti valet tertia
pars medietatis trium Castrorum Foleæ, Tur-
ris Ursinæ, & Collistatis ab heredibus Jo: Cor-
radi venditorum pretio scutorum 31. mil.;
Rursus Violanti debebantur floreni mille Aqui-
lani, eidem legati in testamento paterno; Præ-
tereà, ut alibi diximus, habenda est ratio Le-
gatorum, & onerum à Petro Angelo, & Vi-
cino heredibus injunctorum, minuentium qui-
dem portiones hereditarias, sed non etiam Le-
gitimam. His autem omnibus perpensis,
100 compertum fit, controversa quinque Castra ju-
stè retineri per Rev. Cameram ex causa Legi-
timæ Violantis: Si enim eadem æstimanda sunt
ex fructibus non excedentibus annua scut.818.,
eorum pretium non excedet scuta 40. mil. cir-
citèr; juxta legalem taxam, quæ seculo etiam
decimo quinto servabatur in æstimandis Feu-
dis, & Castris Jurisdictionalibus, teste *Rota co-
ram Seraphino decis.*1030., quam taxam secu-
ta semper est *Rota*, ut in *Recent. decis.94.
num.57. part.7., decis.249. num.4. par.17., in
Interamnen. Castri Polini 23. Junii 1687. §. fi-
nal. coram bon: mem: Ursino*, superadditis au-
tem dd. Castrorum pretio aliis scutis 41350. ex
causa dd. alienationum, quæ simul juncta,
constituunt quantitatem scutorum 81350., in-
dè conspicitur, Violantem Auctricem Rev. Ca-
meræ nondum plene consecutam fuisse inte-
gras detractiones, sed, ut in calculo exarato,
etiam nunc earum causâ illi deberi sc.7316.33., 101
quæ potuisse ab ea peti, tradit *Rota coram
Card. Cerro decis.391. num.18., in Prænestina
fideicommissi 30. Aprilis 1688. §. Ita pariter
coram bon: mem: Ursino, & in Avenionen fidei-
commissi super manutentione* 10. *Junii* 1697.
*§. penult. coram bon: mem: dell'Olmo Episcopo
Conchen*.

At è contrario portio, quæ vigore substitu-
tionis, à Vicino ordinatæ favore Ulissis, exad-
verso vendicari contenditur, diminuitur detra-
hendo ex pretio dictorum quinque Castrorum
valorem medietatis Castri Montis Leonis, quæ
medietas, nec ad Petrum Angelum, nec ad
Vicinum pertinebat. Compertum id fit ex
aperta confessione à Petro Angelo facta in suo 102
testamento, in quo ita fuit loqutus = *In om-
nibus autem aliis ipsius D. Testatoris Castris,
videlicet medietate Castri Montis Leonis in
Diœcesi Reatina quoad fructus, & reditus, cum
toto dominio, & potestate Subditorum, & Vas-
sallorum dicti Castri &c. heredem universalem
instituit Petrum Franciscum, aliàs Vicinum
suum filium* =; Isthæc autem confessio cum
impugnari non posset à Vicino, qui acceptave-
rat testamentum Patris sui, per *Text. in leg. In
contractibus §. Sed quoniam Cod. de non nume-
rat pecun., Rota coram Ludovis. decis.62. n.2.
& seqq., coram Bich. decis.492. num.5., & co-
ram bon: mem: Emerix Jun. decis.689. num.7.*,
& ad ornat. *clar: mem: Card. de Luca lib.4. de-
cis.12. num.5.*, docendum exadverso esset,
quod dicta medietas, quam Petrus Angelus
fassus fuit ad se non pertinere, acquisita deinde
fuerit ab ipsius Filio, alioquin urget præsum- 103
ptio, quod ipse continuando dominium, &
possessionem paternam, solam medietatem
dicti Castri obtineret, juxta alibi allegatam
theoricam traditam *à Fulg. cons.145.*, apud
omnes communiter receptam.

Rursùs in eodem Petri Angeli testamento,
dicitur, tertiam partem dicti Castri spectasse
ad Brigittam de Brancaleonibus Uxorem Troi-
li, ejusdem Petri Angeli filii jam præmortui,
ibi = *Domina Brigitta de Brancaleonibus possit
frui Bonis, quæ habet in Castro Montis Leo-
nis &c. pro tertia parte sibi tangente de dicto
Castro Montis Leonis &c., spectan. ad dictam
D. Brigittam* =, absque eo, quod huic dotali
Credito contraponi posset Creditum Petri An-
geli in quantitate scutorum 756., quia istud
ab illo Nurui remissum fuerat, donec vitam
vidualem servaret, ibi = *septingentis quinqua-
ginta sex ducatis jussit, & voluit dictus Testa-
tor*,

tor, quod dicta D. Brigitta non molestetur ab infr. sc. ip ofuo herede, & successoribus, donec bonestè, & caste vixerit, & vitam vidualem servaverit.

Præterea alia portio ejusdem Castri Montis Leonis una cum Castro diruto Bulgaretto, usque ab anno 1546. à Blanchina de Brancaleonibus vendita reperitur Abbati Francisco Ursino de Aragonia pretio scutorum quinquaginta millium auri in auro; quonam itaque pacto in detractiones debitas Violanti referri poterunt portiones dd. Castrorum, quæ non ad Vicinum Patrem, sed ad alios pertinuisse, ab eisdemque distractas fuisse, reperitur.

Nec obesse potest, quod dictum Castrum quoad fructus dumtaxat, & reditus pro medietate spectabat ad Rev: Cameram; Quo verò ad alteram medietatem redituum, cum integra tamen Jurisdictione totius Castri ad Petrum Angelum pertineret, id eliciendo ex verbis illis *medietatem Castri Montis Leonis in*
104 *Diœcesi Reatina quoad fructus, & reditus, cum toto dominio, & potestate Subditorum, & Vassallorum dicti Castri Montis Leonis*, verba namque hæc referri quidem possunt ad Jurisdictionem, sed non important totalitatem dominii, seu pertinentiæ totius Castri, ut percipi potest tum ex eorum grammaticali sensu, nam Dictio illa *dicti* repetit solummodò medietatem Castri, a recedenter expressam, *Barbos. de Diction. usufreq. Dict. 87. nu.2., Palm. decis. Lu en.256. num.38., Rota coram Buratt. decis.272. nu.6. & seq., coram Cerro decis.339. num.10., & coram bon. mem. Emerix. Junior. decis.535. num.3.*, tum etiam ex legali interpretatione enunciati dominii, & potestatis Ju-
105 risdictionalis erga Subditos, hæc enim, utpotè divisibilis solùm quoad exercitium, cum integrè, & tamquam in sui substantia individua manere dicatur penès omnes Condominos, *Bald. in cap.1.S.Prætereà dictus num 3. d. prohib. t. Feud. alienat.*, per *Friderie. Felin. in cap. Prudentiam num.3. & 5. de Offi. Delegat., Fagnan. in cap.Statuimus num.47. de supplend. negligentia Prælatorum, Schrader. de Feud. part.8. cap.2. sub nu.33. verf. Quarto licèt Feuda*, ubi concordan., *Spad. cons 593. num. 1., & num.12. & seqq., Rota coram bon. me. Emerix. Junior. decis.1361. num.5.*, rectè dici poterat, totam Jurisdictionem manere penès unum ex Condominis, nullo tamen pacto excluso altero Condomino, penès quem illa integrè pariter residebat.

Quæ intelligentia confirmatur ex Instrumento memoratæ venditionis portionis ejusdem Castri, deindè factæ à Blanchina de Brancaleonibus, quæ vendere professa fuit portionem suam *cum Vassallis, Vassallorumque juribus, & actionibus omnibus*, ex quo perspicuum redditur, quod integra Jurisdictio non pertinebat ad Petrum Angelum, seu Vicinum dumtaxat, dum eadem unà cum medietate Castri, & fructibus, dictisque Juribus spectabat ad Familiam de Brancaleonibus, à qua deinde distracta fuit in Abbatem Franciscum Ursinum de Aragonia.

Nec turbat, quod totum dictum Castrum Montis Leonis cum plenaria Jurisdictione, possessum deindè fuerit a Successoribus Violantis, & modo possideatur à Rev: Camera. Certi namque Juris est, quod, ut res aliqua fidei- 106
commisso obnoxia dici queat, oportet docere, illam tempore obitus pertinuisse, & possessam fuisse à Fideicommittente, per verba *Textus in vulgata lege final. de Edict. Div. Adrian. tollen.*, ibi = *Mutatur quidem in possessionem eorum rerum, quæ Testatoris mortis tempore fuerunt* =, *Peregrin. de Fideicommiss. artic.44. num.1., Fusar. de Substit. quæst 616. num. 1., & quæst.618. num.51., Ridolphin. allegat. 59. num.final., Rota coram Dunozzett Junior. decis.144. num. 1., decis. 937. num. 4., & coram bon. mem. Ansaldo decis.46. num.6.*, Hoc verò dominio, & possessione in nostra hypothesi per mox relatas facti demonstrationes excluss, parvi refert, quod eadem reperta deindè fuerint penes Gravatos, aliosque Possessores. Do- 107
minia quippe rerum cum facilè mutentur, *Rota coram Bichio decis.124., in Recent. dec. 88. utrobique num.6. part.7., & decis. 161. nu.15. part. 15.*, inde fit, quod Fideicommissarius apertè non docens de dominio, & possessione per Defunctum usque ad obitum retentis, agere prohibeatur contra tertium Possessorem, qui quum possidet independenter à Juribus, & persona Fideicommittentis, de suæ possessionis 108
titulo docere non tenetur, sed ab Actore adferendus est titulus, dictam possessionem illicò vi suâ absorbens, ut alibi sæpiùs dictum est.

Prima, & secunda nostri assumpti pars confecta jam est: Quippè plene probavimus, Castra, de quibus agitur, minimè pertinuisse ad Vicinum, sed obnoxia fuisse fideicommisso Petri Angeli, ad quod vocabantur Troilus, & Petrus Angelus Junior filii legitimi Vicini. Prætereà ostendimus, quod, tametsi subsisteret fideicommissum ordinatum à Vicino, quodque illius vigore Ulisses ex eo consequi valens tertiam Bonorum partem, illam deindè subjicere valuisset alteri fideicommisso, ab ipso conditori nihilominùs, eodem redacto ad quid minimum, frustrà hodiè Domine Marchiones agere contra Rev: Cameram pro vindicandis Castris, quæ ab illa retinentur ex Juribus Legitimæ, aliarumque detractionum debitarum Violanti, unicæ Filiæ legitimæ, & naturali Vicini. Reliquum modò est, ut progrediamur ad tertium fundamentum, super quo non minùs firmitèr collocata videri possunt Jura Rev: Cameræ.

Obstat enim Dominis Marchionibus sæpiùs memorata transactio ab Ulisse, ejusque filiis anno 1605., & sic tribus post annis ab obitu Vicini celebrata cum Violante. Illi enim animadvertentes, quod universa fere Vicini hereditas ab omnibus, qui ad eam adspirabant, vel violenter occupata, vel à Rev: Camera sub se-

sequestro posita reperiebatur, ut consequi pos-
sent tertiam ejusdem partem, ipsis debitam,
si aliquando contingeret recuperari Bona, à
Troilo, & Petro Angelo filiis illegitimis, aliis-
que invasa, transigentes cum Violante con-
venerunt, quod, detractâ prius dote Cęciliæ
ejus Matris, portionem suam consequi debe-
rent ex medietate Bonorum recuperandorum
ab iis, qui illa detinebant, relictâ alterâ me-
dietate præfatæ Violanti pro suis omnibus Juri-
bus. Prætereà ejusdem favore adjecta fuit illa,
speciali notâ digna, conventio, nimirùm præ-
fatum Ulissem ejusque Filios, non solum cura-
turos, quod Violanti præjudicium nullum,
aut damnum inferretur super portione eidem
assignanda, sed prætereà se satisfacturos, atque
præstituros fore portionem debitam Jo: Corra-
do alteri paritèr Substituto.

In dubium autem revocari nequit, Ulissem,
ejusque Filios tempore stipulatę dictæ transa-
ctionis novisse, quod juxta sæpiùs memoratum
consilium Decii 319. in restitutione vigore clau-
sulæ Codicillaris à Violante facienda Substitu-
tis in testamento Vicini, ipsis debebatur tertia
pars totius hereditatis: Ut etiam æquè certum
est, præter Legitimam, ante omnia Legata,
& onera hereditaria detrahendam, Violanti
debitas etiam fuisse alias detractiones quantita-
tivas: à qua demum plura insuper Bona Vici-
ni, & controversa quinque Castra retineri vi-
dentes, illaque penès eam liberè relinquentes,
ex Bonis solummodò recuperandis contenti
fuerunt capere id, quod ipsis debebatur. Ex
hoc autem facto, cum non solùm apertè de-
monstretur, tempore celebratæ dictæ transa-
ctionis, Violantem nondum consecutam fuis-
se detractiones suas sive legales, sive acciden-
tales, minùs verò ab eadem ullas factas fuisse
alienationes, in illas imputandas; verùm præ-
tereà cum expresè conventum reperiatur,
quod Ulisses, ejusque Filii nihil, nisi ex Bo-
nis recuperandis quidpiam consequi possent,
109 indè assequimur, quod, cum non doceatur,
Violantem Bona ulla recuperasse, vel si quæ
fortè recuperavit ab illorum Occupatoribus,
eadem certè non excedere medietatem, ex
transactione ipsi debitam, & quidem exem-
ptam ab obligatione aliquid dandi Joanni Cor-
rado, frustrà hodiè ab habentibus causam ab
Ulisse petitur portio ex substitutione Vicini
illi debita; ipsis siquidem obstat dicta transa-
ctio cum eorum Auctoribus inita, *leg. Cum
motu 6. Cod. de Transaction.*, cujus non mino-
110 rem auctoritatem, quàm rerum Judicatarum
esse, statuitur *in leg. non minorem 10. Cod. eo-
dem*, & sunt nota omnibus Jura.

Nec sinè justâ ratione ita ab Ulisse, ejusque
filiis conventum fuit; Videntes enim in eo re-
rum statu, tot violentis occupationibus, atque
usurpationibus adeò perturbato, quod, si
quæ Bona ad Violantem pervenerant, ab ea
avocari non poterant, utpotè justè, & irrevo-
cabilitèr ab illa retenta ex causa Legitimæ, &
aliarum detractionum quæ potiores erant Jure
omni Substitutis competente, magis idcircò è
re sua esse putarunt, veluti cum Violante ini-
to fœdere, Bona á violentis Occupatoribus re-
cuperare, ut portionem sibi debitam conse-
qui possent: alioquin enim vix credi potest,
quod, neglectis, omissisque Bonis, quæ actu
possideri videbant à Violante, tertios Occupa-
tores persequi voluissent, si super talibus Bonis
Jus aliquod ipsis competiisset, facilius namque
ex istis, quàm ex Bonis recuperandis conse- 111
qui illud potuissent, ad tradita per *Rot. in Ro-
mana Jocalium 26. Martii 1708. §. Exordien-
do & seqq., & 13. Maii 1709. §. Augetur cor.
Eminentissimo D. Cardinali de Polignac., & in
eadem super Adamantibus majoribus 27. Apri-
lis 1711. §. Hisque geminis coram bon: memor:
Molines, & super Margoritis eadem die, &
Anno §. Hanc veritatem, & §. Sine ulla &
seqq. & coram eodem, in Viterbien. Dotis, &
Cautbela Angeli 11. Februarii 1708. §. Prate-
reà versic. Cum alias illud coram bon: me: Her-
rera Episcopo Seguntino, & in Romana Here-
ditatis de Rivoldis 14. Februarii 1711. §. At-
que hinc coram clar: mem: Cardinali Scotto.*
Dum itaque Ulisses, ejusque Filii pacto ex-
presso convenerunt, portionem sibi debitam
consecuturos fore solummodò ex Bonis recu-
perandis, taxativè in transactione expressis;
nihilque attingendo de iis, quæ retinebantur
à Violante, eidem prætereà præservarunt Jus
faciendi, complendique integras detractiones,
eumque exadverso non doceatur, controversa
Castra esse de Bonis post dictam transactionem
avocatis à tertiis Possessoribus; indè sequitur,
quod DD. Marchionibus Actoribus, illa ho-
diè vindicare contendentibus, obstet, ut di-
ctum est, dicta transactio facta cum eorum
Autboribus.

Neque verò pro elidenda illius vi objici po-
test, quod eadem inutiliter hodie adferatur,
quando in ipsa sui origine perempta fuit, &
executioni nunquam demandata reperitur.
Ulisses enim illam reprobando, atque impu-
gnando in suo testamento, ait, sinè suo con-
sensu celebratam fuisse, ideòque præcepit suis
Heredibus, quod nullo unquam colore eam
observarent.

At exceptio ista, defectus videlicet consen-
sus Ulissis, insubsistens evincitur ex tenore,
& litera ipsius Instrumenti transactionis, eo-
dem mandante, perfectæ à R.P.D. Matthęo,
qui illam stipulatus fuit tàm nomine suo, ce-
terorumque suorum Fratrum, quàm etiam no-
mine Ulissis Patris, & uti ejus Procurator con-
stitutus vigore specialis mandati, sibi ab eo da- 112
ti, ut legitur verbis illis relatis in Instrumento
dictæ transactionis, ibi = *& R.P.D. Matthæus
suo proprio nomine, & ut Procurator præfati
Ulissis ejus Patris &c. de cujus mandato constu-
re dixerunt manu Servasti Gorica publici No-
tarii à me viso, & lecto, & penès me exi-
stente.*

In dubium igitur revocari nequit existentia
mandati, juxta ea, quæ tradit *Urceol. de
tron-*

transact. quæst.13. numer. 5. & seqq., dicens=
Docetur ergò de mandato speciali ad transigen-
dum, non solùm quando illud effectivè ostendi-
tur &c., sed etiam ubi præsumptivè probatur
adfuisse, veluti si in ipso transactionis Instru-
mento enuncietur, mandatum ad transigendum fa-
ctam fuisse sub rogita talis Notarii de tali anno,
& die cum assertione ejusdem Notarii stipulan-
tis, se illud vidisse, & legisse, Rota decis.332.
num.9. part. 5., coram Gregor. decis.111: n.2.,
coram Dunoz. Junior. decis.350. num. 15., ubi
& fortius si Notarius attesletur, in ipsa stipula-
tione illud fuisse traditum numer.16. in manibus
habuisse ad effectum stipulandi, & reponendi in
filzia mandatorum, Rot. post Oleam de Cession.
Jur. in addit. decis.88. num.7., præsertim hoc
procedit si de mandato non principaliter, sed in-
cidenter dubitari contigerit, quia tunc satis pro-
batur enunciativa Notarii asserentis, rogatum
fuisse à tali Notario, & à se lectam, quamvis
illud non exhibeatur, Gratian. discept. forens.
737. num.20. & seqq., Rota coram Buratt. de-
cis.13. num.3., ubi Ferentill. sub litt.B., & ad
decis.209. num.20.; Hactenùs Urceol. ubi post-
quam num. 12. dixerat, meram, & simplicem
Notarii attestationem non semper sufficere,
numeris sequen. plures affert limitationes, &
præcipue illam, quod ex lapsu 30. annorum
113 præsumatur mandatum speciale, præsertim
concurrentibus conjecturis, quæ frustra quæ-
rerentur in casu nostro post nunquam interru-
ptam duorum seculorum possessionem, &
præter Urceol., ad effectum probandi in simili
hypothesi mandatum tradunt Doctores apud
Gabriel. comm. conclus. lib. 2. tit. de Procura-
tor. conclus.1. num.2. & 10., & apud Cravett.
de antiquit. temp. part.2. numer.69., Honded.
cons.38. num.14. lib.1., Antonell. de tempor.
legal. cap.30. num.1. & seq., ubi cum ibidem
relatis ad rem animadvertit, plurimùm valere
114 enunciativam ipsius mandati factam in Instru-
mento antiquo.

Si autem ex mandato ab Ulisse dato ad tran-
sigendum, constat, ipsum transactioni consen-
115 sisse, cap. contingit 3. de transaction., ibique
Gloss. lit.H. & I., Bartol. in leg. si is, qui pro
emptore numer.71. ff. de usucap., & in leg. sub
conditione num.3. Cod. quando liceat ab emptio-
ne discedere, & Rot. coram Coccin. decis. 736.
num.19. Parvi refert, quod in suo testamento,
illam deindè reprobaverit, atque impugnave-
rit, quia postquam alter ex Contrahentibus,
116 Violantes nempè, transactionem acceptaverat,
non licebat Ulissi ab ea recedere, quia non
alterius dumtaxat, sed, nonnisi mutuo utrius-
que Contrahentis consensu à jam placitis re-
cedere licebat, leg. si diversa Cod. de transact.,
regula enim illa, qua traditur, contractus ab
initio esse voluntatis, & ex post facto effici ne-
cessitatis, locum habet etiam in transactioni-
117 bus, leg. quamvis 39., ibi Glossa dicens, id
locum habere etiamsi res sit integra Cod. de
Transact., cap. contingit eodem tit., Gobb. con-
sult. decis.107. num.15. & seq., & consult.109.
num.13.

Ut etiam defectus dicti consensus frustra pro-
bari contenderetur ex inobservantia dictæ tran-
sactionis, ajendo, illam effectu caruisse. Quia
cum observantia alicujus actus non minus ex 118
facto, quàm etiam ex non facto elici queat, Rot.
decis.30. nu. 7. post primum vol. collectat. Bon-
deni, & in rec. decis.56 nu.7. part.6., in Ur-
gellen. Beneficii, seu Canonicatus 22. Junii
1716. §. Pro cujus coram bon: mem: Herrera,
ex eo, quod spatio duorum seculorum, & ul-
tra tàm Violantes, quàm omnes ejus Succes-
sores, controversorum Castrorum possessione,
& dominio gavisi fuerint, justâ ratione infer-
re inde possumus, Auctores, Prædecessoresque
DD. Marchionum nihil in contrarium atten-
tantes, agnovisse, quod jus omne suum per- 119
emptum fuerat vigore ejuscemodi transactio-
nis, sub qua dd. Castra comprehensa fuerant,
ad tradita per Tondut. quæst. civil. part.2. quæ-
stion.169. num.8., Paulut. dissert. legal. tom. 2.
part.2. dissert.86. artic.1. num.66., Rot. in Ro-
mana Hereditatis de Rivaldis 1. Februarii 1709.
Ex triplici 5. Maii 1710. §. Solida namque, &
4. Februarii 1711. §. Præsumpta coram clar: me:
Card. Scotto, in Bononien. Parochialis 26. Ja-
nuarii 1711. §. Prout itidem coram bon. mem.
Caffarello, in Sarsinaten. devolutionis 17. Februa-
rii ejusdem anni §. Idem procedit coram Reve-
rendissimo Aldrovando in Salisburgen. Vicariæ
super bono Jure 4. Februarii 1715. §. Replicari
coram Reverendissimo Crispo Archiepiscopo Ra-
vennaten., in Viterbien. Dotis, & Cautbelæ
Angeli 11. Februarii 1718. §. Id ipsum coram
bon. mem. Herrera. Alioquin enim, nisi no-
vissent, quod jura sua ob transactionis obstacu-
lum contra Violantem, ejusque Successores
exercere prohibebantur, non neglexissent rem 120
tantam, quam negligere non expedit, & pro
communi usu negligi non solet, Carena reso-
lut.204. num.5. & seq., clar. me. Card. de Luc.
de regular. disc.2. num.22., Rot. coram Bichio
decis.522. num.19.

At fortè opponetur Laudum clar: me: Card.
Flavii Ursini, ex eoque non leve inobservan-
tiæ indicium præberi dicetur. Verùm tantum
abest, dictum Laudum obesse posse, ut potiùs
indè argui valeat transactionis observantia;
nam omisso, quod illud celebratum fuit inter
Successores Violantis, & DD. de Ursinis alte-
rius lineæ, Vicinum nempè Juniorem, & Ma-
herbalem filios Joannis Corradi, qui quemad-
modum Ulisses, in alia æquali Bonorum por- 121
tione à Vicino Sen. substitutus fuerat, ideòque
quidquid ab istis actum fuit super portione ab
eisdem consequenda, nullo pacto probare po-
test inobservantiam transactionis, cui nec ipsi,
nec Joannes Corradus eorum Auctor non in-
tervenerant. Dicimus, quod, si rem ipsam,
& subsecutum factum inspicere volumus, cum
etiam post editum dictum Laudum favore Fi-
liorum Joannis Corradi, Successores Ulissis,
nihil unquam in causam suę portionis petierint,
aut assequi potuerint ex Bonis penès Violan-
tem, ejusque Successores post utramque tran-
sa-

factiooem remanentibus, indè proficisci vide-
122 tur firma, atque inconcussa transactionis, cum Ulisse initæ, observantia, per ea, quæ tradit *Rota ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Jurisdict. decis. 15. num. 12. & seq.*; Ecquis enim justâ ratione affirmare poterit, quod Successores Ulissis, dum videbant, filios Joannis Corradi integrè portionem suam consequi, adeò indiligentes extitissent, ut nullo pacto quidquam ipsi consequi curassent, nisi probe novissent, sibi obstare transactionem, quæ ex eorum memoria oondum exciderat, *Caren. resolut. 10. num. 6., Rota apud eundem numer. 19., coram Burat. decis. 83. num. 23., coram cl: me: Card. Cerra decis. 566. num. 19., in rec. dec. 679. num. 15. part. 18.*

At rursus inquiet Pars adversa, ambigi non posse, quin inobservantia transactionis eliciatur ex dicto Laudo, quando, licet in illa caveretur, quod nemo ex Transigentibus concordare posset super hereditate, de qua agebatur, nisi mutuo consensu, indictâ insuper Contravenienti privatione cujuscumque sui Juris, quod alteri accrescere debebat; nihilominus tamen Descendentes Violantis transigendo cum illis Joannis Corradi, non solum dictam concordiæ pactum minimè adimpleverunt, sed illam non observando, eidemque contraveniendo, à quocumque Jure cecidisse dicuntur.

Profectò, postquam DD. Marchiones ob defectum consensus, veluti in radice nullam, semper impugnarunt dictam transactionem, perabsurdum videretur, si vigore mox relatæ pœnæ indictæ Contravenienti, lucrum aliquod consequi contenderent. Verum propius ad rem accedendo, primo loco dicimus, dictum pactum referri debere ad Personas indebitè occupantes Bona hereditaria Vicini, quales erant Troilus, & Petrus Angelus filii illegitimi, aliique, qui, licet omni jure, & titulo destituti, maximam Bonorum partem occupaverant; quippè ipsorum respectu justa urgebat ratio, quod nemo ex Contransigentibus, altero invito, & in ejus præjudicium per voluntarium actum dimittere valeret certam ullam Bonorum partem.

At aliter res se habebat respectu Joannis Corradi, cui, reluctantibus etiam ipsis Contransigentibus, tertia Bonorum pars debebatur, propterea que iidem, id agnoscentes, non impugnarunt illorum jura, sed caverunt solummodò & convenerunt de modo, & de Bonis, ex quibus dicta portio Joannis Corrado præstanda erat, ne igitur injusta, & imprudens dicatur dicta transactio inita inter Ulissem, & Violan-
123 tem, dicendum est, quod, ut benè perspicitur ex toto illius contextu, impedire quidem voluerunt transitum Bonorum in Personas omni jure carentes, at non etiam in illas, quæ jure suo aliquam Bonorum partem petere, ac consequi valebant, ità præcipiente regulâ, quâ admonemur, contractus omnes ità esse interpretandos, ut justitiæ regulis conformes intelligantur, *Bero cons. 176. nu. 16. & 17. lib. 1., Gallia cons. 115. num. 31., Decian. cons. 83. n. 6. lib. 1., Altograd. cons. 85. num. 3. lib. 1., Gobb. consult. decis. 109. num. final. tom. 1., Rota cor. Cavaler. decis. 550. numer. 3., & deision. 643. num. 4.*

Preterea, quod sanè magis urget, his addimus, concordiam, vigore Laudi celebratam cum Descendentibus Jo: Corradi, non fuisse voluntariam, sed coactam, nam præcesserant judicata, & quidem Sacræ Rotæ, quibus canonizabatur jus Joannis Corradi, ut legitur, ibi = *In Causa, & Causis, quæ diu versatæ fuerunt in Sacro Palatio coram diversis illius Auditoribus, & ultimo loco coram R. P. D. Oradino Decano &c. inter. ipsarum Partium Auctores, & deindè inter Vicinum Juniorem, & Maberbalem frotres, hæredes Jo: Corradi, & Henricum, & Franciscum hæredes Violantis &c. accasione Bonorum, Castrorum, & Hæreditatis Petri Francisci &c.* = Quapropter, cum ex his pateat, Descendentes Violantis transegisse coactos auctoritate contrariorum Judicatorum, in-
de sequitur, in ejuscemodi actu celebrato ità 124
imperante necessitate, & judiciali auctoritate, considerari minimè posse culpam, aut contraventionem ullam pactis inter Transigentes conventis, *Cravet. cons. 6. num. 95., & seql, Rolond. à Valle cons. 57. num. 6., & seq. lib. 1., Alexand. cons. 32. num. 8., & 9. lib. 2., cons. 66. num. 4. lib. 5., Rota cor. Coccino decis. 1796. numer. 10., coram bon. mem. Emerix jun. dec. 18. num. 3., & seq., coram bon. mem. Ausaldo decis. 89. num. 19., in rec. dec. 208. num. 12. par. 5. tom. primo, & decis. 191. num. 8., & decis. 320., num. 13., & seq. par. 17.*, culpa enim, & dolus imputari potest iis dumtaxat actibus, qui voluntariè geruntur, at illis vacant actus, qui fiunt cogente Judice, aut vi, cui resisti non
potest, *Cagnol. in leg. Non videtur §. Qui jus-* 125
su num. 1. ff. de regul. Jur., Mascard. de probation. tom. 1. conclus. 531. num. 90., Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 134. num. 16., Rot. d. dec. 18. n. 3. coram bon. mem. Emerix Jun.

Denique posterior concordia, quà ad sensum Partis adversæ violata supponuntur pacta adposita primæ concordiæ factæ cum Ulisse, ejusque Filiis, celebrata fuit cum Descendentibus Jo. Corradi Authoribus DD. Marchionum. Quonam itaque pacto ipsi in hoc Judicio gerentes personam Actoris, agere poterunt impugnando actum ab eorum Authoribus celebratum, illicò enim repellentur exceptione,
qua cavetur, Heredes teneri ad adprobanda ge- 126
sta per eorum Auctores, vulgata *leg. Cum à matre Cod. de rei vindicat.*, Certius in casu nostro, in quo Descendentes Jo. Corradi, Auctores, ut dictum est, DD. Marchionum, ex dicta concordia maximum commodum acceperunt, illius vigore consequentes tertiam Bonorum partem, ipsis debitam, qua diu caruerant, quapropter multò minùs eisdem licebit hanc secundam concordiam impugnare sub obtentu, quod gesta fuerit contra pacta, & formam prioris, quando tantam utilitatem ex illa eorum

Au-

Auctores adepti fuerunt, bene *Cyriac. contr. 3. à num. 33. ad 78., & contr. 5 sub. numer. 222. vers. En superius, Rot. post Urceol. de Transact. dec. 42. num. 15., & sub num. 16. vers. Utilitas autem, & seqq., coram Penting. decis. 66. num. 4., & seqq., & in rec. dec. 116. num. 2., & 3. par. 18., & dec. 598. sub. n. 1., & n. 2., & 3. part. 19. tom. 2.*

Non omittendo id, quod toties, totiesque inculcavimus, longissimum nempè duorum seculorum decursum, quo, ad normam transactionis celebratæ cum Ulisse, DD. Marchiones, eorumque Authores, se agnoscentes obstrictos d. transactione, nunquam quidquam egerunt contra Violantem, ejusque Descendentes, & Rev. Cameram, ab illis jus suum
127 metientem, silentium namque adeo diuturnum promanasse censetur ex agnitione mali juris illius, ad cujus exclusionem diù alter Bona possedit, *Molin de Primogen. Hispan. lib. primo cap. 5. sub num. 59., Torr. de majorat., & Primog. Ital. par. 1. cap. 40. §. 6. num. 58., & seqq., Rota Lucen. inter collect. apud Palm. decis. 277. num. 18., Rot. in rec. decis. 407. num. 36. part. 9.*, & his aliisque relatis *in Reatina Primogenitura de Nobilibus 26. Aprilis 1717. §. Et ratio rationis coram Reverendissimo Crispo Archiepiscopo Ravennaten.*

Quæ quidem longa acquiescentia, & vetustissima observantia minimè turbatur instantiis judicialibus ab eorum Authoribus jamdudum promotis, quia ut animadvertimus *§. Nec est cur & seqq.*, judicialis petitio, nonnisi anno 1631. exadverso proposita reperitur, ut in cōtrario *Sum.* eoque tempore, præterquamquod nullà factà productione Jurium super controversorum Castrorum pertinentià, disputatum
128 solummodò fuit super descendentià Authorum Partis adversæ, ut nempè suam legitimarent personam: Dicimus, quod, cum ab anno 1504. celebratæ concordiæ cum Ulisse jam effluxissent centum, & viginti septem anni, ob lapsum plusquam centenarii temporis, adeò constabilita erat firmitas Concordiæ, ut eadem nec impugnari posset, *Decian. cons. 28. num. 11., & seq. lib. 3., Rota coram Cavaler decis. 407. nu. 9. coram Celso decis. 101. num. 6., in recent. dec. 86. num. 7. par. 6., & dec. 110. n. 10., & seqq. part. 13.*, nec jus Partibus ex illa quæsitum, & auctoritate centenariæ plenissimè confirmatum, labefactari amplius valeret, *Abb. in cap. Auditis num. 10. in ultim. notab. de præscript., Felin. in cap. Illud n. 13. eodem tit., Rota coram Mantic. decis. 296. num. 4., & 5., Adden. ad Ludovis. decis. 51. num. 8., & seq., coram Burat decis. 734. num. 10., & coram Bichio decis. 274. n. 19., & in rec. decis. 251. num. 35. part. 19.*

Nec obesse potest, quod in Instrumentis locationis dd. Castrorum factæ à Rev: Camera, cavetur, quod in eventum = *Che la Rev. Camera fosse obbligata alla restituzione di dette Terre, sempre, che si verrà all' effetto della restituzione, s'intenda l'Affitto finito* = Quia non idcircò dici potest, Rev. Cameram adprobasse assertum jus Partis adversæ, ut ipsa malè ex hoc facto argumentatur. Sed ex hoc facto inferri solùm potest, quod sentiens ipsa Camera, ab Au- 129
thoribus DD. Marchionum animo revolui seras petitiones jurium, quæ vigore d. transactionis, & longissimi temporis vetustate sublata jam penitus fuerant, prudenter agendo, incolumitati jurium Fisci consulere voluit, in casu, quo lis exadverso instaurata, contrarium exitum haberet, hæc autem prudens cautela adhibita pro evitando quovis præjudicio, pendente ab incerto litis eventu, non derogavit Juri jam per immemorabilem, seu centenariam observantiam quæsito antè inceptam litem, *Rot. in recent. dec. 257. num. 13. part. 4. tom. 1., decis. 219. num. 10. part. 7., & decis. 339. num. 27. part. 17., decis. 35. num. 4. par. 14., & dec. 182. num. 18 par. 15.* Quinimò jus omne Rev. Cameræ præservatum potius dici debet pro ulteriori Judicii prosecutione, ad tradita per *Felin. in Cap. Cum ordinem 6. n. 3. de rescript., Roman. cons. 497. num. 6., & seq., Rocc. disput. Jur. select. cap. 116. n. 17., Rota in rec. decis. 36. numer. 56. par. 5., coram Ludovis decis. 267. nu. 3., & coram fel. mem. Alexand. VIII. decis. 141. num. 23.*

Hæc igitur cum ità se habeant, & jam plenè demonstrato, quod, ut aliàs diximus, fideicommissum ab Ulisse ordinatum super portione ipsi debita ex hæreditate Vicini, vel ad nihilum, vel redigitur ad quid modicum ob detractiones, quæ ex ea fieri debent, id certè in Causa manere oportet; quod nimirùm illud qualecumque sit, DD. Marchionibus nihil ejusdem virtute consequi possunt super Castris à Rev: Camera possessis, quia reppelluntur triplici exceptione copiosè deductâ, atque fundata superioribus locis, quibus sanè omnibus exceptionibus, licèt plenè elisa videri possit quævis Actorum actio, satis tamen esset, quod eadem dubia reddatur, præsertim verò in casu nostro, in quo possessio Rev. Cameræ sivè ejus Auctorum, duorum seculorum præsidio confirmata reperitur, ut præter tradita *§. Eoque certius, & seq.*, firmatur per *Rot. coram Bich. dec. 241. in fin., in recent. dec. 480. n. 6. par. 13.*, cum aliis *in Reatina Primogenituræ de Nobilibus 26. Aprilis 1717. §. Et sanè coram Reverendissimo Crispo Archiep. Ravennaten., in Romana Primogenituræ de Capizucchis 15. Martii 1720. §. final. cor. bon. mem. Lancetta, & 14. Februarii 1721. §. Quoniam coram R. P. D. Coiro.*

ARGUMENTUM.

Vectigalis exactio nulla in Nundinis facienda pro mercibus, quas Mercatores ad illas advehunt, nisi a Supremo Principe fuerit indicta. Permissio exigendi vectigalia *sennon quanto li concedessero gli Statuti*, nil prodest nisi Statuta in medium proferantur. Immemorabilis inutiliter allegatur contra expressam Legem, damnantem ac perimentem quamcumque contrariam consuetudinem. Probatio Immemorabilis quæ & qualia requirat?

DISSERTATIO IX.

1 *Vectigalis nomen generale est, comprehenditque omnes similium contributionum, atque impositionum species.*

2 *Vectigal propriè est illud, quod pro rebus venalibus, ad nundinas portandis, exportandisquè persolvitur.*

Vectigal dicitur a vehendo: *prout etiam* Portorium *dicitur a* portando, ibid.

3 *Olim in quota earumdem Rerum pendebatur, eratque pars illa octava.*

Et aliquando fuit vigesima, centesima, ac etiam ducentesma, unde Exactores dicebantur octonarii, vigesimarii, ducenarii &c. ibid.

4 *Vectigalis exactio est de Regalibus majoribus, imponi non valens nisi a Supremo Principe.*

5 *Vectigalia neque Domini inferiores, nec Magistratus supremi imperare possunt.*

6 *Vectigalium impositio ardua res est, adeo ut nec ab ipso Summo Principe sinè magna circumspectione & justa causa imponi soleant, ac debeant, &* n. 7.

7 *Vectigalia imperare est proprium Principis, ut Lex ipsa.*

8 *Vectigalia exigi nequeunt, nisi ex peculiari privilegio Principis.*

10 *In jure exigendi vectigalia manutentio non datur, non docto de titulo.*

11 *Nundinis suâpte naturâ implicitè impartita censetur immunitas a quibuscumque Datiis, & Peasitati nibus &* n. 15.

12 *Nundinæ nonnisi a Principe Supremo impetrari possunt.*

13 *Solius Principis est vectigalium immunitatem concedere.*

14 *Mercatus, secus ac Nundinæ publicæ, fiunt sinè Principis licentiâ.*

15 *Siliquas, seu siliquatica, in Nundinis, exigendi mos sublatus atque abrogatus.*

16 *Nundinantes quæ commoda in Rempublicam conferant?*

17 *Nundinarum finis est Societatis humanæ utilitas.*

18 *Mercaturam necessariam fecit humana rerum indigentia.*

19 *Mercatores spectato vitæ & fortunarum discrimine, in quo versantur, eò magis a solutione Vectigalium immunes linquendi sunt.*

20 *Urbini Duces Edicto caverunt, ne quid Nundinantes cogerentur solvere Regalium nomine.*

21 *Principis Lex titulum omnem præcidit jus adquirendi, removendo actum, & potentiam.*

22 *Principis lex prohibitiva, nullatenus ambigua, religiosè servanda.*

23 *Verba* = Sennon quanto li concedessero gli Statuti &c. = *haud indicant Statutum aliquod præexistens, sed potius futurum.*

24 *Verba subjunctivi modi, sive præsentis temporis sive præteriti imperfecti, semper futurum tempus comprehendunt.*

25 *Generalis prohibitio, a Principe non revocata, immota remanet.*

26 *Dictio* = Sennon = *conditionalitatem inducit.*

27 *Dictio* = quanto = *latinè* = quatenus = *conditionem importat.*

Præcipuè quando limitativa est generalis orationis, ibid.

28 *Verba* = Sennon in quanto li concedessero gli Statuti = *impersonalia sunt, ob idque conditionaliter intelligenda: quatenus nempe reverà Statuta existere probentur.*

29 *Relatio ad Statuta præcedentia nil prodest, nisi in medium illa proferantur &* num. 36., & 38.

Verba Legis præsuppositiva minimè probant præsuppositum, & neque ad probationem prosunt, ibid.

31 *Præservatio tantùm conservat id, quod est, nilque de novo tribuit.*

32 *Dispositio merè concessiva benignum exposcit Interpretem.*

33 *Dispositio permissiva in certo casu, concessionem restringit ad casum expressè permissum.*

34 *Dictio* = Nisi = *post negativam posita, ponit, & determinat affirmativam in casu nominato.*

Et est quædam exceptio a præcedenti contraria determinatione ibid.

Ac veluti Regulæ limitatio, & modificatio. ibid.

35 *Limitatio, & exceptio confirmat generalem contrariam dispositionem pro omnibus casibus, in quibus exceptio non verificatur.*

36 *Statuti inexistentia satis probata censetur, si ab eo qui illud allegat, non exhibeatur.*

37 *Legis alicujus, aut Statuti negativa coarctata satis probata dicenda est, si inspectio omnium Legum, & Statutorum volumine, nil de dicta Lege seu Statuto appareat,* & num. 38.

39 *Reservatio juris Tertii tacitam habet conditionem: Si illud existat.* *Ar-*

40 *Argumentum ductum a superfluitate levissimum in quacumque materia reputatur.*

41 *Reservatio nihil ponit in esse, nisi reservatum aliunde probetur.*

42 *Juris reservationem dubitativis conceptam verbis superfluam remanere, absurdum non est.*

43 *Consuetudo non usque adeo valere debet ut Legem vincat.*

Consuetudo Principi subest, nec subsistere valet contrà declarationem Principis, eam uti injustam, reijcientis, ibid.

44 *Immemorabili unquam præsumitur Princeps derogasse in præjudicium Juris, Tertio quæsiti.*

45 *Limita in consuetudine per Legem reprobata, uti abusiva, injusta & publicæ utilitatis inimica.*

46 *Consuetudo ut, tamquam irrationabilis, reprobata censeatur, sat est, quod tacitè constet de mente Legislatoris illam reprobandi.*

47 *Consuetudini non convenientem casum nova Lex excipiens, omnia non excepta, & sic etiam immemorabilem abrogasse censetur.*

48 *Dictio* = Nisi = *exceptionis nota est.*

Et nedum conditionem, & formam inducit, sed vim quoque habet taxativæ, ibid.

49 *Forma, & conditio modo specifico adimpleri debent.*

50 *Immemorabilis nomen mereri nequit consuetudo illa, de cujus initio constat.*

51 *Ad Immemorabilem comparandam vix centenaria ipsa sat est.*

52 *Pro Immemorabili efformanda bona fides requiritur.*

Excluditur hæc autem prohibitione Principis, abrogante quamcumque contrariam consuetudinem, ibid. & n. 53.

54 *Immemorabilis fundatur in tacito Principis consensu, vel præsumpta illius concessione.*

Immemorabilis nequit perfici ex actibus sequentibus prohibitionem Principis, ibid.

55 *Pro statuenda Immemorabili requiritur fama publica, quodque nunquam fuerit aliquid contra observatum, & auditum, ita quidem ut unicus actus, imo etiam solus contrarius rumor illam perimat.*

56 *Testes spectatæ conditionis, ac deponentes de re ad proprium officium pertinente debent præferri.*

57 *Testium depositio conformis dispositioni Juris prævalere debet Testibus, contra eam deponentibus.*

58 *Immemorabilem ut probent Testes, debent deponere, se ita observari vidisse quadraginta annis ante.*

59 *Ac legitimæ ætatis esse debent.*

60 *Lex non verbis imponitur, sed rebus: Et quod unà vià prohibetur, non debet alià permitti.*

61 *Vectigal, seu pensitatio pro rebus advectis a Nundinantibus, inter maxima Regalia reputatur.*

Ejusque exactio, deficiente titulo, nec etiam præscriptione adquiri potest, ibid.

62 *Officialium si unam comprimat manum, plures alias extendunt.*

63 *Nundinantium immunitas minuenda non est, imo potius augenda.*

ANTIQUISSIMÆ, ac percelebres sunt Nundinæ, quæ Senogalliæ quotannis mense Julio celebrantur, maximâ Nundinantium frequentiâ, & mercium cujusque generis copia; Cum enim Civitas sita sit ad Oram Adriatici sinus, pro loci opportunitate eò non solùm confluit Umbria, Marchia, atque Æmilia tota, sed & Veneti, Brixienses, Veronenses, Vicentini, Bergamenses, Tergestini, Illyrici, plurimique Insubres, & ex Regno Neapolis Picentes, Vestini, Marucini, Peligni, Ferentani, & Apuli, qui pariter Plagas incolunt Adriatici Maris, adeò quidem, ut inter Italiæ Emporia, vel primùm, aut certè nulli secundum dici debeat. Hæc tanta rerum affluentia, Terra Marique advectarum, persæpè illexit oculos animumque sollicitavit eorum, qui Portui, & Arci præerant, ut inde lucrum aliquod sibi compararent, idque re ipsa tentare non destiterunt, per abusum nempè potestatis, & militari quadam licentiâ, quippè simul erant Moderatores Militum; At Urbini Duces, Principes verè prudentes, sapientesque (quemadmodum testantur tot per eos editæ saluberrimæ Constitutiones pro felici regimine eorum Ditioni subjectæ Regionis) primum ac intellexerunt hoc irrepsisse malum, longiùs illud serpere non sinuerunt, quamobrem Edicto promulgato anno 1615. constitutum fuit, nè quidquam omninò exigeretur, imò nec spontè oblatum acciperetur, nisi si, & quantum Statuta, vel ipsorummet Ducum Decreta permitterent.

Stetit hæc Lex cum Imperio Ducum, sed per devolutionem universo Ducatu Urbini translato ad Sanctam Sedem, antiqua cupiditas, & lucri spes erexit Officiales, quos anno 1650. compescere oportuit Literis Eminentissimi Legati, relictà illis solà facultate exigendi consuetam pensionem pro locatione quorumdam Locorum Arci adjacentium; At non idcircò suis lucris, commodisque servire, & Nundinarum libertati insidiari destiterunt, prohibendo Mercatores, & Naucleros, ne merces in Litore exponerent, prout evenit anno 1671. Hæc res indignè, ut par erat, accepta, novas excitavit turbas, & conquerentibus unà simul Mercatoribus, ac Civitate tum apud Eminentissimum Cardinalem Legatum, & Ministros Rev: Cameræ, tum apud ipsam Sanctam Sedem, plures prodierunt Jussiones, quibus præfectus Portui, & Arci prohibebatur, nè præter pensionem pro locatione dicto-

dictorum Locorum, colore ullo quidquam exigere auderet.

At quia nec omninò cessabant hinc molestiæ, inde querelæ, Instrumento quodam exarato anno 1607., suis finibus designata, atque terminata fuerunt Loca, pro quibus Præfecto Arci, & Portui pensionem exigere fas esset: & planius rem agendo, anno 1700. celebratum fuit alterum Instrumentum. Primo autem hujusce Instrumenti capite penitus aboletur damnaturque jus Stalliæ, quod jamdudum ejus Antecessores sibi arrogaverant, hoc enim titulo, pro statione nempe in Portu, & Navium exoneratione, merciumque in Litore, viis publicis, aut juxta muros Civitatis expositione pecunias corradebant, quod injustum esse agnoscens Præfectus ipse Arci, dictæ Stalliæ Juri cessit, atque renuntiavit, obsequendo Superiorum Decretis, quibus illud prohibebatur; Secundo verò capite, confirmata mox dicta Locorum terminatione, eidem præservatur facultas pro illis exigendi pensionem; Tertio denique capite continentur pensitationes, quas titulo Regalium idem Præfectus præcipuas habere contendebat de omnibus mercibus, quæ in Portum, & Nundinas advehuntur, super quo hodierna controversia versatur; Cujus decisio tunc remissa Judicio Eminentissimi Cardinalis Legati, hodiè demùm ferenda videtur ipsâ Supremi Principis auctoritate, quæ totâ pene residet, ac effulget in Sacro isto Consessu, ut humiliter supplicat Senogalliensis Civitas, rogans, ut perpetuo silentio intercludatur contributio ista, nedum contraria Juris dispositioni, sed maximè perturbans libertatem commercii, maximoque cum publici Boni detrimento Mercatores avertens à Nundinis.

Porrò si spectemus Juris dispositionem, hæc
1 apertè resistit istiusmodi contributionis exactioni, ea enim vectigalis nomine verè appellari meretur, nam, si tale nomen generale est, comprehenditque omnes similium præstationum, atque impositionum species, *Antunez. de donat. tom. 2. part. 3. cap. 1. num. 2.*, Vectigal proprie erit illud, quod pro rebus venalibus,
2 ad Nundinas Senogallienses portandis, exportandisque persolvitur, sic dictum à vehendo, prout etiam Portorium dicitur à portando, *leg. inter publica 17. §. 1. ff. de verb signif*, *leg. si Publicanus 4. §. 1. ff. de Publican.*, *& Vectigal. Doctores in rubr. Cod. de vectigal.*, *& commiss*, *Alciat. in leg. Cum qui 16. ff. de verb. significat. num. 1.*, *Rebuff. in leg. Inter publi a ff. eodem*, *Brisson. verb. vectigal.*, *Mynsing. §. Universitatis num. 3. Institut. de rer. divis.*, *Curac. ad leg. 3. Cod. de vectigal.*, *& capit. 1. verb. Portus tit. quæ sint regal.*, *Duaren. tit. de vectigal. cap 2.*, *Roudens. de analog. capit. 13. num. 23.*, *Paul. Christin. dec. Belgic. 259. n. 9. lib. 1.*, *& decis. 101. num 3. lib. 3.*, *Scacc. de commerc.*, *& camb. §. 3. Gloss. 4. num. 2.*, *Parlador. quotidian. quæst. lib. 1. capit. 3. numer. 9.*, *Laurent. Mattheu. de regimin. Regn. Valent. capit. 4. §. 10. num. 104.*, *Joan. Gripbiander. de Insulis cap. 31. nu. 169. & seqq.*, *Ageta de Reg. Ærar. tom. 1. §. 6. de Jur. Dohanar. membr. 6.*, *Joseph Rosa in prælud. feud. lect. 5. nu. 1. 2. & 4.*, *Vulterius lib. 1. de Feud. capit. 5. num. 7. verb. Portus.*, quod olim in quota earumdem rerum
pendebatur, quemadmodum etiam, in casu 3
nostro exigi contenditur, eratque pars illa octava, *leg. ex præstatione Cod. de vectigal.*, *leg. 7. Cod. de locat.*, *& conduct.*, *Cuiac. in parotitl. Cod. tit. eodem*, licèt aliquando fuerit vigesimâ, centesima, atque etiam ducentesima, undè Exactores dicebantur octonarii, vigesimarii, ducenarii &c., *Alciat. in d. leg. eum qui 16. numer. 3. & seq. ff. de verbor. signific.*, *Cujac. in lib. 6. observ. cap. 28.*, *Parlador. quotidian. quæst. lib. 1. cap. 3. num. 16.*, *Paul. Christin. decis. Belgic. 101. num. 1. lib. 3.*

Hinc vero duplici ratione submovetur istiusmodi Regaliæ exactio, quam sibi licere contendit D. præfectus Arci; Altera repellit, om-
nemque actionem Actori præripit; altera verò 4
Reos tuetur. Porrò si de prima res sit, cum agatur de exactione vectigalis, certum est, illud nullum deberi, nisi Supremi Principis auctoritate fuerit indictum, quippè cum sit de Regalibus majoribus, *capit. 1. quæ sint regalia lib. 2. Feudor.*, ubi communiter Scribentes, *Loffred. cons. 24.*, *Abb. cons. 13. nu. 4. lib. 2.*, nonnisi ab ipso Principe potest imponi, ut rescripsit *Hermogenian. in leg. 10. ff. de publican.*, *& vectigal.* verbis illis = *Vectigalia sine Imperatorum præcepto neque Præsidi, neque Curatori, neque Curiæ constituere, nec præcedentia reformare, & his vel addere, vel diminuere licet* =, *leg. 1. §. 3. ff. ad leg. Jul. de ambit. leg. 2.*, *& 3. Cod. nov. vectig. instit. non poss.*, *leg. unic. Codic. de superind. lib. 10.*, *leg. placet 8. Cod. de excusat. muner. eodem lib.*, *& capit. innovamus de Cens.*, *Cujac.*, *Vvesembec.*, *& alii in rubric. Cod. nov. vectigal. impon. non poss.*, *Rebuff. in leg. eum qui 16. vers. imponere ff. de verb. signific.*, *Amaya in leg. 3. numer. 5. Cod. de Annon.*, *& tribut. lib. 10.*, *Sanchez. cons. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 1.*, *Arnald. Clapmar. de Arcan. rer. public. lib. 1. capit. 21.*, *Ramirez. de leg. reg. §. 26. per tot.*, *Molin. de just. & Jur. disp. 666.*, *Florez. de Mena lib. 2. variar. resol. quæst. 21. per tot.*, *Ripoll. de regal. cap. 7. n. 11.*, *Rosenthal. de Feud. cap. 5. concl. 33.*, *Borell. de præstant. Reg. Cathol. cap. 9. numer. 2. & seq.*, *Freccia de subfeud. lib. 1. tit. de offic. magn. Admirat. numer. 26. cum seqq.*, *Mynsing. centur. 5. observ. 29.*, *clar. me. Card. de Luc. de regal. discurs. 130. nu. 10.*, *Christin. decis. Belgic. lib. 3. decis. 105.*, inquiens, in hoc exclusam esse potestatem omnem inferiorem à Principe, *Antunez. de donat. reg. lib. 3. cap. 1. numer. 5.*, ubi quod neque Domini inferiores, neque Magi-
stratus Supremi possunt illa imperrare, *Galeot.* 5
resp. fiscal. 10. num. 17. & seqq., *Larr. alleg. 12. num. 9.*, *Reverter. decis. 388. num. 2.*, aliique apud *Campell. ad decret. stat. Urbin. decret. 55. num. 1.*, *Rocc. disput. Jur. select. cap. 78. nu. 1.*

ardua

ardua namque res est Vectigalium impositio,
ut notat Solorzan. emblemat.82.num.28. & seq.,
6 quem refert Antunez. de donat. reg. lib. 2. cap.
24. num.89. cum seqq. adeò quidem, ut nec ab
ipso Supremo Principe, sine magna circum-
spectione, & sinè justa causa imponi soleant,
ac debeant, Innocent., & Canonistæ communi-
ter in cap. innovamus de cens., Cyn., & Bald.
in leg. neminem Cod. de Sacros. Eccles., Ama-
ya in leg.3. num.36. Cod. de Annon., & tribut.
lib.10., Capyc. in cap. unic. §. firmiter de pro-
hibit. feud. alien. per Frideric., Molin. de just.,
& Jur. disput.667. in fin., de Pont. de potest.
Proreg. tit. de regal. imposit. nu.3., Guttierez.
de Gabell. lib.2. quæstion.25., Sixtin. de regal.
lib.2. cap.6. num.43.; Quamobrem admonen-
tur Principes ut priùs Ærarii vires diligenter
7 excutiant, omnique alia ratione publicis con-
sulant necessitatibus, quam ad vectigalis indi-
ctionem deveniant, Joern. in cap.1. numer. 27.
tit. de Capitan. qui Cur. vend., Luc. de Penn.
in leg. fin. nu.9. Cod. de fend. limitroph. lib.11.,
Valenz. cons. 99. num. 20., Guidopap. sign. 13.,
Antunez. de donat. part.2. lib.2. cap.24. n.91.,
Larrea allegat.59. numer.27., Parlador. quotid.
quæst. lib.1. cap.3. num.5., Mastrill. de Magistr.
lib.3. cap.10. num.225., Joan. Andr. Georg. in
repetit. feud. part.1. cap.57. plura eruditè Ar-
nisæus de Jur. Majest. lib.3. cap.2. n.4.

At verò si tàm grave negotium est vectiga-
8 lia imperare, tamque Principi intimum, ut
perindè Regalis Majestatis proprium sit, ac
Lex ipsa, ut ait Bodin. de Republ. lib. 1. capit.
final., Antunez. de Donation. tom.1. por.2. lib.1.
cap.24. num.79., & part.3. cap.1. num.4., Bo-
vadill. lib.5. cap.5. num.1., Borell. ad Bellug.
in specul. Princip. rubr.46. vers. tributum, Ar-
nisæus de Jur. Majestat. lib.3. cap.7. num.61.,
Rosenth. de Feud. cap.5. conclus.85. nu.1 lit. A.,
hinc sequitur, facultatem hanc tàm longè abes-
se à præfecto Portui, sive Armorum Modera-
9 tore, quantum ipse recedit à Majestate Supre-
mi Principis, proindèque carere dicitur prin-
cipio, & titulo justè illa exigendi, nisi pecu-
liari privilegio, ac Jure potestas ista à Supremo
Principe, velutì à suo fonte, in eum proma-
naverit, Jason. cons.45. num.6. lib.1., Roland.
cons.42. num.7. lib.2., Peregr. cons.102. nu. 8.
lib. pariter 2., Sixtin. de regal. lib.1. capit. 5.
à num.1., Capiblanc. de Baron. lib.2. cap.77., de
Pont. de potest. Pro-Reg. tit. de Regal. impositiom.
§.6. num.38., Cancer. variar. part.3. capit. 14.
num.42., Rosenth. de Fend. lib. 1. cap.8. con-
clus.33. num.9., Merlin. Pignattell. contr. 13.
num.15. lib.1., exindè inferentes, quod neque
10 manutentio datur, non docto de titulo, ut
tradunt etiam Spad. cons.67. num.5. vol.2., &
cons.79. lib.3. num. 4., Afflict. super Constit.
Regn. rubr.91. nu.3., Menoch. de retin. possess.
remed. ultim. num.24., Galeot. resp. Fiscal.1.
num.393., de Marin. resol.115. num.16. lib.2.,
& ad Reverter. observ.111. num.2., Campell. ad
Decret. Stat. Urbin. decret. 55. num. 4. & 5.,
Larrea alleg.77. num.9. lib.2., clar. mem. Card.
de Luc. de Feud. disc.40. numer.2., & de regal.
disc.138. num. eodem, Rocc. disput. Jur. select.
cap.77. num.2., & num.7., de Philipp. dissert.
Fiscal.1. num.39. & seq., Gratian. discept.441.
num.1., Reverter. decis. 111. §. final., Capyc.
decis.77. num.7., Rot. decis.646. numer.9. apud
Postb. de manut., decis.312. num.12. & 13. co-
ram Buratto, & decis.605. num.8. part.5. rec.,
hic verò titulus, sive privilegium expressum
non affertur, imò verò in nostra hypothesi
excluditur, tum quia D. Præfectus Arci, &
Armorum Moderator confugit ad immemora-
bilem, tum etiam quia contra eum urgent
Edicta prohibitoria, ut infra demonstrabi-
mus.

Altera ratio, quæ Reos tuetur, est, quia
agitur de vectigali, inani Regalium colore,
& nomine velato, exigendo tempore publica-
rum, atque solemnium Nundinarum, quibus 11
suàpte naturâ implicite impartita censetur im-
munitas à quibuscumque Datiis, & Pensitatio-
nibus, leg. unic. Cod. de Nundin. & mercation.,
quid enim aliud est indictio, atque publicatio
Nundinarum, nisi invitatio Mercatorum sub
fide publica, qua eisdem, præter promissio-
nem securitatis in itinere, & mora, immunita-
tem quoque ab omnibus impositionibus, &
molestiis tacite Princeps pollicetur ? Bald.
in dict. leg. unic., ubi etiam Sichard. num. 4.,
Capyc. in Invest. Feudal. verb. Mercatus, Ca-
piblanc. de Baron. Pragmat.8. part.1. num.51.,
Novar. de gravam. Vassall. part.1. gravam.326.,
Borell. de præstant. Reg. Cathol. cap.36., Capon.
discept.91. art.2. num.2.; quamobrem nonnisi
à Supremo Principe Nundinæ publicæ impetra- 12
ri possunt, leg.1. ff. de Nundin., ibi = Nundi-
nis impetratis à Principe, ibique Alberic. &
alii, & leg. unic. in princip. Cod. eodem titul.,
Rebuff. ad leg. Gall. tom.2., Capyc. in Invest.
Feudal. §. Feudorum clausula dict. verb. merca-
tus, Natt. cons.511., Randens. cons. 23. n.10.
lib.2., Menoch. cons.302. num. 31., Joan. Bo-
din. de Republ. lib.1. cap.10., Petr. Gregor. Syn-
tagm. Jur. lib.25. cap.3., Mastrill. de Magistr.
lib.3. cap 10. num.11., Sixtin. de regal. cap. 6.
num.31., Castald. de Imper. quæst. 110. versic.
centesimo, Renat. Koppin. de Deman. Franchor.
lib.1. tit.4. cap.43., Arnald. Clapmar. de Ar-
can. rer. public. lib.1. cap.21. vers. ejusdem gene-
ris, ex Svetonio, & Plinio, referens, Impe-
ratorem dedignatum minimè fusse Nundinas
impetrare à Senatu, à quo priscis temporibus
illæ concedebantur, Dominicus Arumæus in
disc. Accademic. de Jur. public. disc.7. thes.22.
num.10., & disc.9. num.133., Antunez. de do-
nat. tom.1. part.2. lib.1. cap.23. num.6. & seq.,
Brisson. select. antiquit. lib.1. cap. 15., Gotho-
fred. in leg. unic. Cod. de Nundin., Arnys. de
Jur. Majest. lib.2. cap.3. nu.18., Franc-Mar-
cus decis. Delphin.53. lib.1., Thesaur. dec.264.
num.2., quia nimirùm solius Principis est Ve- 13
ctigalium immunitatem concedere, leg. sunt
munera 11. ff. de vacat. muner., leg. unic. Cod. de
his, qui a Princip. vacat. accep. lib.10., leg. Im-
mu-

manitates, ubi Gloss. Bartol., Joan. de Platea,
& alii Cod. de Agricol., & Censit. libr. 11.,
Surd. cons.18. num.7., Peregrin. de Jur. Fisc.
lib.6. tit.5. num. 2., Arnys. de Jur. Majestat.
lib.3. cap.7. num.2., Antunez. de donat. tom.2.
part.3. cap.1. num.27., Capiblanc. super Prag-
matic. 8. de Baron. part.2. num.51., Novar. de
gravam. Vassallor. part. 1. gravam. 326., & in
14 eo differunt Nundinæ publicæ à Mercatibus,
qui sinè Principis licentià fiunt, veluti Cætus
ad vendendum, & emendum Jure gentium
permissi, Bald. in dict. leg. unic. Cod. de Nun-
din., & ibi Nicol. de Mattarell., Cobell. in Bull.
Bon. Regimin. cap.31. sub num.233. vers. verum,
& sub num.234. in fin., Novar. de gravamin.
Vassallor. part.1. dict. gravam.326., Thesaur.
dec.264., & ibi Add. num.4.

Sunt itaque publicæ Nundinæ, de quibus
agimus, ipso Jure immunes ab omnibus Datiis,
Vectigalibus, Pedagiis, & Portoriis, ita qui-
dem, ut Nundinantibus nullum quis debeat,
aût propter merces, aût propter portorium,
aût propter privatum aliquod debitum, nego-
tium facessere, id quod à superioribus Cæsari-
bus jàm constitutum, confirmarunt, atque
ampliarunt Imperatores Valens, & Valenti-
nianus in dicta leg. unic. expresè sancientes nè
15 quid etiam pro loco, in quo merces exponun-
tur, exigatur verbis illis = ut nullum in Mer-
catibus, atque Nundinis ex Negotiatorum mer-
cibus conveniant, vel in venalitiis, aût locorum
temporali quæsta, & commodo privata exactione
sectentur, & notat ibidem Accursius in verb.
locorum, quem sequuntur Bartol., Bald., Sa-
lycet., Aloys. de Leo, Sicard. pluresque alii.
Eàdemque Lege sublatum quoque fuisse im-
probum mòrem exigendi quasdam Siliquas (à
quibus distare, vel dissimiles esse non viden-
tur regaliæ) notat Cujac. tom.5. Oper. posth. in
tit. Cod. de Nundin. lit.B., ibi = Constitutio-
ne hujus tituli restituitur Jus antiquum, ut sci-
licèt non agatur cum eis, qui veniunt nundinan-
di causâ; Item ut ne quid ab eis exigatur pro lo-
cis, in quibus disponunt merces ob venditionem
proponendam, quamobrèm olim exigebantur ma-
lo more Siliquæ quædam &c., quas Siliquas, si-
vè Siliquatica, Fisco olim pendi consuevisse
ex notis Valentiniani, & Martiani de Siliquar.
action. advertit idem Cujac. in paratitl. Cod. de
Nundin. & Mercatorib., Gutber. de Offic. Do-
mus August. lib.3. cap.23. circà fin.; Etenim
Imperatores plena hac Immunitate publicas
Nundinas donare voluerunt, ut libentiùs eò
confluant Mercatores, quæ causa fuit, ut Rex
Theodoricus olim prædicta Siliquatica abro-
gasset, cujus Decretum refert Cassiodor. dicto
lib.4. variar. epistol.19., ibi = Ut hæc remissio
solutionis copiam possit præstare Provinciis, &
respirent aliquatenùs fessi, præsentis salubritate
Decreti, quis enim ad vendendum non invitetur,
largius cui solita dispendia subtrahuntur? &c.
& notant Borell. de præstant. Reg. Cathal. ca-
pit. 36. num.19. & seqq., Capyc. in Invest. Feu-
dal. verb. Mercatus fol.112., de Ponte de potest.
Pro Reg. tit.10. de Mercat. §.2., Ripol. de re-
gal. cap.43. num.28. & seqq., Mastrill. de Ma-
gistr. lib.3. cap.10. num.14., Antunez de donat.
tom.1. lib.2. cap.23. num.14., Gregor. Lopez.
lib.3. tit.7. partit.5. Parlador. quotid. tom.2.
cap. final. §.4. num.13., Narbon. leg.10. reco-
pilat. gloss.1. & seq., Osvald. ad Donell. lib.14.
cap.7. lit. Q., Cobell. in Bull. Bon. Regim. ca-
pit.31. sub num.234., ubi quod Nundinæ de-
bent essent liberæ de Jure communi, Capon.
discept. forens.91. art.2. num.1., Rodulph. For-
ner. lib.1. rer. quotid. cap.6., Novar. de elect.
& var. for. par.2. quæst.19. num.2., Pignatell.
consult. canon. tom.1. consult.84. num.1., Ne-
via de commerc. Naval. & Terrestr. lib. 1.
cap.10. num.14., Joan. Marquard. de Jure
mercat. & commerc. lib.2. cap.3. n.5. & seqq.,
Nicol. Ageta in annot. pro Reg. Ærar. tom.1.
§.6. de Jur. Dohan. memb.3. num.21., Paulut.
dissert.31. tom.1. num.10., Fritsch. de Jur.
Nundin. cap.8., Franc. Marcus decis. Delphi-
nal.268. & decis.415. in fin., Capyc. Latr. de-
cis.191. num.1. & seqq.; Jure igitur merito-
que cum Nundinarum concessione, prædicta
quoque immunitas, à Supremo Principe con-
cessa censetur, ut præter alibi allegatos docent
Capiblanc. de Baron. par.2. pragmat.8. num.51.,
inquiens, Supremum Principem, quasi affidare
Mercatores ab omnibus molestiis Vectigalis,
& Contributionis, Borell. de præstant. Reg.
Cathal. cap.36. num.40., Petra de potest. Prin-
cip. cap.10. num.28. & seqq., alter Petra super
Rit. Magn. Cur. rit.117. num.19., Gilian. ad
Statut. Perus. verb. Nundinæ num.1., Reiger.
in Thesaur. Jur. verb. Nundinæ, Manfrell. ad
Capyc. Latr. decis.191., clar: me: Card de Luc.
de regal. disc.131. num.7., Pignatell. consult.
Canon. tom.1. dict. consult.84. num.1. & 2.,
Laganez de fructib. part.1. cap.23. n.6. & 27.,
Bonden. collect. legal. tom.2. collect.37. n.32.,
Nicol. Ageta in annot. pro Regio Ærario par-
te 2. §.14. de Jur. passuum quæst.4. num.99., &
super §.9. de Jur. Bajulat. quæst.2. n.7. & seq.,
Christin. decis. Belgic. tom.3. decis.99. n.4.

Quid ni enim Privilegia isthæc, atque Im-
munitates non concedantur Nundinantibus,
qui tanta commoda conferunt in Rempubli-
cam? etenim impinguant locum ipsum, in 16
quo Nundinæ celebrantur, ut loquitur Accur-
sius in d. leg. unic. verb. locorum Cod. de Nun-
din. & Mercat., & afferendo quæ deficiunt,
quæque abundant, evehendo, Regionem to-
tam adjuvant communicatione mercium,
quibus mutuò indigemus, nec sinunt, pretia
rerum, particularibus monopoliis, pro libito
augeri, ut considerant Salycet. num.2., aliique
in dicta leg. unic., Scacc. de commerc. §.2.
gloss.4. num.6. & seqq., Amaya in leg. fasce-
ptores 23. num.31. Cod. de Decurion. lib.10.,
Rificat. de stat. homin. tom.2. tit. de mercat.
cap.6. fol. 524., Petr. Pecch. de jur. sistend.
cap.9. num.2., Marquard. de jur. mercat. lib.1.
cap.13. num.25., ubi quod finis Nundinarum
est utilitas Societatis humanæ, cui consulitur 17
data

data securitate, atque immunitate, *& num.43. & seqq., & lib.2. cap.3. num.8. & seqq., Capon. discept.91. art.1. num.4. & 7.*, aliique relati à *bon: me: Advocat. Constantiu. ad Status. Urb. tom.2. annot.61. num.1. & seqq., Christin. dec. Belgic. tom.3. decis.99. num.16.* rectè itaque, semper cordi fuit, Nomothetis, ac Principibus gratiis fovere, & favoribus amplificare mer-
18 caturam, quam necessariam fecit humana rerum indigentia, atque communi bono utilissimam experientia demonstravit, *Bodin. de Republic. lib.3. fol.359.*, afferens locum Platonis, cujus meminerat *Callistratus in leg.2. ff. de Nundinis, Valenz. cons.52. num. 86., Petr. Gregor. de Repub. lib.4. cap.7., Pined. de reb. Salomon. pag.242., Scacc. de commerc. quæst.1. §.1. ex num.17., Velasc. de privileg. miserab. personar. par.1. quæst.14. num.61., Solorzan. de Jur. Indiar. tom.2. lib.5. cap.1. num.60., Marquard. de Jur. Mercat. lib.1. cap.3. n.4., & cap.15. lib.2. cap.3. num.20., Reverendissimus Zaul. ad Statut. Favent. lib.7. rub.2. n.25. & 26.*, & post *Hug. Grot. de Jur. Bell. & pac. lib.2. cap.2. num.13., Nicol. Ageta de Reg. Ærar. tit. de Jur. Bajulat. §.9. quæst.2. n.7.*

Magis verò justa ratione, privilegio plenariæ Immunitatis compensanda sunt publica ista commoda, si intueamur peregrinationum la-
19 bores, calamitates, atque pericula, quibus illa à Mercatoribus comparantur = *qui navigant Mare, enarrent pericula ejus* =, dicitur *Ecclesiast. cap.43. vers.17.*; Quotiès pallent navim jactantibus austris? In quanto vitæ, ac fortunarum discrimine versantur digitis à morte remoti quatuor, aut septem? adeò quidem, ut meritò propinquæ mortis obnoxios periculo illos censeat Jurisconsultus in *leg.3. ff. de mort. caus. Donat.* eosdemque inter miserabiles personas, quibus Juris auxilia debentur, adnumeret *Innoc. in capitul. Significantibus de Offic. Delegat.*, quem sequitur ibidem *Felin. num.6., Stracc. de Mercat. par.2. num.38., Marquard. de Jur. Mercat. lib.1. cap.4. num.22.*, illosque miserans, sui ævi, atque sexus, immortale decus, Victoria Columna, venustè de eisdem cecinit,

E quando ha d'arrichir più certa speme,
Perde la vita, e la speranza insieme.

hæc igitur est altera justissima causa illorum pericula largè remunerandi, ad *Text. in leg. semper in Civitate 5. §. Negotiatores*, quo loci Jurisconsultus sic loquitur = *nam remunerando pericula eorum, quin etiam & hortandos præmiis meritò placuit, ut qui peregrè muneribus, & quidem publicis cum periculo, & labore funguntur, ff. de Jur. immun., leg. nullam vim 3. Cod. de Navicular., seù Naucler. lib.11.*, latè *Marquard. de Jur. Mercator. lib.1. cap.3. & 4., & cap.15.*; quippè periniquum esset novas illis, in ipso amicorum Portu, creare molestias, quibus in itinere, & navigatione tot subeunda incommoda, tot solvenda Vectigalia, ut vix eisdem precarius spiritus relinquatur, ut conqueruntur *Bald. in leg. hoc Jure circà finem ff. de just. & Jur., Roland. consil.66. num.22. lib.1., Vvesembecb. consil.45. num.5., Montan. de Feud. lib.5. cap.7., Vasq. controv. illustr. lib.1. cap.8. num.8.*, optimeque tradens *Cassiodor. lib.4. dict. Epistol.19.* ait = *Portus noster Navis advenient non pavescat, ut certum Nautis possit esse refugium, si manus non incurrerint exigentium, quos frequentèr plus affligunt damna, quam solent denudare Naufragia*, quem refert *Solorzan. de Jur. Indior. tom.2. lib.5. cap.1. num.60.*

Quæ cum ita sint, etiamsi res ageretur cum Principe, qui decrevisset hujusmodi Regalia exigere, confidere adhuc possemus, fore, ut à sententia discessurus esset, ne videretur violare Juris censuram, qua Nundinæ liberæ esse jubentur, & ne cœtus ipsos nundinales, quos sperata immunitas convocavit, odiosa hac exactione dissolveret: nunc verò suadendum non est Principi, quid conveniat, ejus enim voluntas, & authoritas, atque studium favet libertati Nundinarum, prout Decreta Ducum, aliæque provisiones, & Edicta huc usque edita, satis demonstant, quo magis appareat, hanc Præfecti Arcis, & Armorum Moderatoris prætentionem, uti est publicæ quieti inimica, odiosa Civibus, invisa Mercatoribus, & ad communem vergens perniciem, ità omni authoritate, Jure, titulo, & æquitatis colore esse destitutam.

Si Decreta Ducum spectemus, illicò sese offert illud anno *1615.* editum à clar. mem. Duce Francisco Maria, qui, ut coerceret cu-
piditatem tum Capitanei Portus, tum cetero- 20
rum Officialium, qui istiusmodi Regalium nomine Nundinantes vexare consueverant, edixit = *essendo noi desiderosi, e tenuti di levare qualsivoglia abuso introdotto col tempo dall' ingordigia delle Persone in cotesto nostro Porto di Sinigaglia, acciocchè quelli colle loro merci, e Legni vi capiteranno, abbino à restar sodisfatti, e liberi da ogni disturbo, e ben trattati, tanto più volentieri vi abbino à venire. Vogliamo, e comandiamo per l'innanzi, che li Capitani, che saranno pro tempore di detto Porto, ò altri per loro non possino pigliar regaglie di veruna sorte tanto da Marinari, quanto da oltri, che vengono, ò partono da quello, se non quanto li concedessero gli Statuti, ò Decreti nostri, e questo intendiamo, che debba osservarsi inviolabilmente, ancorchè le dette regaglie spontaneamente li fossero offerte, e date in nome di cortesia, recognizione, o qualsivoglia altro pretesto, o titolo sotto pena in caso di contravenzione al Capitano di cinquanta scudi, e perdita dell' Offizio, & al Cancelliere oltre parimente la perdita dell' Offizio, di scudi venticinque, e Corda, nella qual pena incorreranno tutti gli altri, ancorche per loro medesimi, o per li sudetti Capitano, e Cancelliere ciò facessero, da applicarsi la pecuniaria per un quarto all' Accusatore, per l'altro all'Esecutore, & il restante alla nostra Camera* = Si igitur Urbini Duces, ut sarctam, tectamque facerent Nundinarum im-

immunitatem, adeò abstinentes esse voluerunt Capitaneum Portus, ceterosque omnes Officiales, ut etiam quod urbanè, quod liberalitèr, ac sponte eisdem oblatum esset, recusare deberent; qua ratione, veluti Jure actionis, & quasi eorum officio debitum emolumentum, usurpare poterunt Regalia ista, quorum exactio proscripta fuit Juris communis censurà, ac gravibus pœnis tùm pecuniariis, tum amissionis Officii, & denique pro qualitate Officialium, pœnà quoque afflictiva corporis mulctatur, atque damnatur Supremi Principis peculiari Lege, quæ, veluti in ra-
21 dice, præcidit titulum omnem adquirendi tale Jus, removendo actum, & potentiam? ut ex *Textu in leg. non potest ff. de furt.* & alia Jura scribit *Bartol. in leg. fin. num. 8. ff. de feriis, & in leg. de his num. 4. ff. de transact., Curas. in l. usus fructus num. 8. & seqq. ff. de servit., Peralta in leg. heredem eu num. 79. ff. de legat. 2. Guttierez in repetit. leg. nemo potest num. 145. ff. de legat. 1. Aldobrandin cons. 61. nu. 5. vol. 1., Alvar. Valasc. consultat. 85 num. 6.* cum aliis plena manu cumulatis à *Paeian. de probat. lib. 1. cap. 35. num. 28. vers. quartus effectus, Castill. tom. 2. capit. 54. num. 37., Rota in rec. decis. 211. num. 31. & seq. part. 6., decis. 415. num. 29. & decis. 427. num. pariter 29. part. 9. decis. 81. n. 17. part. 15.* Cumque in verbis dictæ Legis prohibitivæ ambiguitas nulla sit, nihil proponitur, cur eadem religiosè non servetur, ut tradide-
22 runt *Surd cons. 58. nu. 3., Gratian. discept. 651. num. 30., Rub. in annot. ad decis. 67. n. 82., & ad decis. 254. num. 427. par. 9., Rot. in rec. dec. 413. num. 15. par. 12.*

Neque verò sanctissima hæc Lex, verbis non dubiis prohibens exactionem Regalium, dictæque prohibitionis observantiam præcipiens, tametsi illa spontè offerrentur = *E questo intendiamo, che debba osservarsi inviolabilmente, ancorchè dette regaglie spontaneamente fossero offerte, e date in nome di cortesia, recognizione, ò qualsivoglia altro pretesto, ò titolo sotto pena &c.* = non, inquam, adeò justa Lex, adeòque clara prohibitio eludi potest eo sub obtentu, quod in eadem præservata legantur Regalia illa, quæ a Statutis, aliisque Decretis Ducalibus concederentur, ibi = *sennon quanto li conce-*
23 *dessero gli Statuti, ò Decreti nostri*, inferendo ex his verbis, quod si in dicto Decreto agnoscuntur in genere Regalia aliqua, quæ permissa sint, eorum qualitas, & quantitas, ad speciem redacta videri possit observantià immemorabili, quam Dominus Præfectus plurium Testium depositionibus jam probatam fuisse, ait; Objectio namque ista submoveri posset, dicendo, talia verba referenda non esse ad tempus præteritum, ad aliquod nempè Decretum vel Statutum jam præexistens, sed eisdem potiùs connotari tempus futurum, idest, quatenùs deinceps ab ipso Principe permitteretur ulla exactio Regalium; hanc etenim interpretationem recipere posse videntur verba illa *glè*
24 *concedessero*, quæ tamquam subjunctivi modi, sivè sint præsentis temporis, sivè, prout in casu nostro, præteriti imperfecti, semper comprehendunt tempus futurum, *leg. qui Romæ §. Callimacus ff. de verbor. oblig. leg. si ità quis §. Seja cavit. ff. eodem, Bartol. in leg. 1. num. 11. vers. in contrarium ff. de Jur. Codicill., Angel. cons. 51., Dec. cons. 242. n. 3., Petroch. cons. 8. num. 85. lib. 1., Peregrin. de fideicommiss. artic. 46. nu. 29., Rocc. disput. Jur. select. cap. 174. num. 20., Rota coram Coccino decis. 48. num. 7.*;
Quamobrèm, cum nihil tale fuerit à Princi- 25
pe deindè concessum, immota remanet generalis prohibitio, ex regula *Text. in leg. si quis ità legaverit 72. aliàs 75., ibique Angel. de Legat. 1., Cyriac. controv. 283. num. 48., Surd. decis. 8. num. 25., decis. 205. nu. 13., Rota coram Ludovis. decis. 347. n. 16.*

Verum enim verò, tametsi verba illa omninò connotare dicenda essent tempus præteritum, nihilominùs cum eadem non stent causaliter, & purè, sed conditionaliter., tum quia impersonalia sunt, ex infra allegandis, tum
etiam quia conditionalitatem inducit tàm di- 26
ctio illa = *se non* =, *leg. quibus diebus § Quidam Titio in fine ff. de condit., & demonstrat., Bartol. in leg. 1. quæst. 3. ff. de condit., & demonstrat., Gratian. cons. 48. num. 6. lib. 1., Altograd. consil. 9. num. 50. lib. 1., Monach. decis. Lucens. 67. nu. 35., Rota in recent. decis. 142. n. 7. part. 13., Barbos. de diction. dict. 217, num. 9.,*
Bonden. collect. legal. 8. num. 9. tom. 1., Mans. 27
consult. 166. num. 2. consil. 426. num. 1., quàm etiam alia dictio = *quanto* = quàm latinè redditam = *quatenùs* =, *ad Text. in leg. heredem ff. de dol. mal.*, conditionem importare docuerunt, *Bartol. in leg. 1. num. 20.*, ubi etiam *Castrens., Imol., & Soccin. ff. de condit., & demonstrat., Rebuff. in leg. Litus publicum 112. ff. de verb. signif., Cravett. cons. 82. num. 1., Bero cons. 51. num. 12. lib. 2., Honded. cons. 57. num. 20. lib. 2., Surd. cons. 186. n. 10., Valenz. cons. 115. n. 23., Prat. in Lexicon. verb. quatenùs, Rota cor. Ludovis. decis. 555., decision. 2. numer. 9., decis. 335. num. 14. part. 18.* præcipuè quando, ut in casu nostro, est limitativa generalis orationis, *leg. si quis crediderit*, ubi *Gloss. verb. quatenùs ff. de pact., Dec. in leg. quatenùs 24. in princip. ff. de regul. Jur., Cagnol. ibidem nu. 1., Rebuff. in leg. locum colum. 10. ff. de verb. signific., Dec. cons. 384. num. 2., Honded. cons. 57. num. 21., & cons. 58. numer. 12. lib. 2., Prat. in Lexicon. verbo quatenus Cæved. sing. 86., Rot. in recent. dec. 12. num. 28. part. 6., & decis. 80. numer. 13. & seqq.*, ubi quod dictio prædicta nihil firmat, sed omnia sub conditione relinquit, *& decis. 28. num. 4. coram Merlin.*, hinc sequitur, quod istiusmodi Regalium permissio facta = *se non in quanto li concedessero li Statuti*,
intelligenda quatenùs revera talia Statuta, aut 28
Decreta existere probentur, juxtà apertam dispositionem *Textus in cap. Abbate S. Silvani 25. §. Contrà de verbor. signific.*, ubi ità definitum legitur = *Contrà quod fuit exadverso responsum, quod hæc determinatio, secundùm præ-*

*teriti temporis morem, & causalis, & conditio-
nalis potest intelligi, & tàm ad personale,
quàm ad impersonale verbum referri. Si enim
impersonale verbum determinet, conditionalis
intelligitur, & est sensus: Concedimus, subro-
gationem Abbati S.Silvani apud Alciaten. Mo-
nasterium in vestra semper dispositione consistere
secundùm præteriti temporis morem: id est si
mos præteriti temporis talis fuerit. Si verò ver-
bum determinet personale, causalitèr debet in-
telligi, ut sit sensus concedimus secundum præ-
teriti temporis morem, id est quia mos præteriti
temporis sic obtinuit*, & hanc distinctionem se-
quuntur *Bolognet. in leg. Edicta num. 141. Cod.
de Edict., in Salisburgen. Juris Metropolitici 13.
Februarii 1693. §. Deveniendo coram Eminen-
tissimo D.Card. Priolo, & in Dertusen. Juris-
dictionis 28 Januarii 1693. §. Absque eo quod
coram bon. mem: Pio, in Nullius, seù Fulden. Ju-
risdictionis 28. Junii 1700. §. Pari quoque co-
ram Eminentiss. Domino Cardinali de la Tre-
moille*; oportebit igitur, quod, ut vaga ista
29 præservativa & relatio ad Statuta, & Decre-
ta præcedentia, juvare possit D. Præfectum,
in medium illa proferantur, nàm verba Legis
præsuppositiva, minimè probant præsupposi-
tum, & neque ad dispositionem, neque ad
probationem prosunt, ut communitèr ex *lege
Cum tale §. fin. ff. de condit., & demonstrat.* do-
cent *Riminald. consil. 31. num. 31. & seqq. lib.
primo, & consil. 158. num. 25. libr. 2., Cravett.
consil. 186. num. 3., & consil. 966. num. 12., Fe-
lin. in cap. Sedes column. 8. de rescript., Dec. in
leg. prima num. 14. Cod. de edend., Cephal., con-
sil. 90. num. 51. lib. 1., Roman. singular. 495.,
Cardin. Tasch. lit. P. conclus. 636. num. 7., &
15., Gratian. cap. 675. num. 17., Castill. quotid.
resolut. libr. 7. cap. 13., num. 8., Surd. decis. 122.
num. 14., Cæsar. Barz. decis. Bonon. 122. nu. 38.,
Rota divers. decis. 108. num. 3. part. primo, &,
coram Emerix Jun. decis. 835. ubi plures concor-
dan.*, proindeque nil proderit permissio exa-
ctionis Regalium facta in Decreto referente,
30 utpotè facta non pure, & absolutè, & per mo-
dum dispositivum, sed dubitativè, quatenùs
scilicèt eadem permissa reperirentur in aliis
Statutis, & Decretis, ad quæ fit relatio, *Surd.
consil. 186. num. 10., & 11., Signorol. consil. 70. nu-
mer. 14., Eugen. consil. 7. nu. 38., Paris. consil. 35.
num. 7. lib. 1., Castill. lib. 4. cap. 43. num. 24., Al-
tograd. Jun. controv. 43. num. 58., Roccu disput.
Jur. select. cap. 77. nu. 16., Grammatic. decis. 59.
num. 23., & seq., Ossasch. decis. 71. num. 12., Rota
in Recent. decis. 156. num. 3., & 4. par. 9., de-
cis. 80. num. 13. par. 12., & decis. 159. num. 10.
par. 16.*

Id verò si requireretur etiam in casu, quò
absolutè, in dicto Edicto facta esset mentio
præcedentium Decretorum, potiori Jure requi-
ritur in nostro casu, tum quia ità exigit natura
simplicis præservationis, quæ tantum conser-
31 vat id, quod est, ut si nihil existat, nihil de
novo tribuat, nihilque operetur, sed omnia in
suo primævo statu relinquat, ut monet *Bald.
in Auth. intercedimus Cod. de Sacrosanct. Ec-
cles., Oldrad. consil. 204., Becc. consil 34. nu. 23.
consil. 74. num. 6., Cephal. consil. 441. num. 99.,
Peregrin. consil. 45. num. 10. lib. 6., Surd. con-
sil. 377. num. 21., consil. 421. num. 38., consil. 458.
num. 33., & consil. 5 9. num. 36., Mart. de claus.
clauf. 66. num. 4. part. 2., Cyriac. controv. 4. nu-
mer. 86., & controv. 283. numer. 48., Galeot.
controv. 6. num. 37., & seqq., Cardin. de Luca
de regul. disc. 104. num. 4., de Jurisdict. disc. 14.
num. 3., Roccu disputat. Jur. select. cap. 59. nu-
mer. 10., Salgad. in Labyrint. Creditor. part. 2.
cap. 6. num. 84., Surd. decis. 8. num. 28. inter col-
lect. apud Palm. decis. 21. num. 3., & decis. 259.
num. 14., Rota coram Ludovis. decis. 85. num. 22.,
coràm Merlino decis. 851. num. 2., coram bon.
mem. Emerix Jun. decis. 534. num. 5. & ad ornat.
Cardin. de Luca tom. 5. decis. 17. num. 12., in Re-
centior. decis. 278. num. 8., & seqq. part. 9., &
decis. 100. num. 17. par. 19.*, tum etiam quia non
agitur de dispositione aliqua merè concessi-
va, quæ non rigidum, sed benignum expo- 32
scat interpretem, sed res est de Edicto edito à
Principe cupido = *di levare qualsivoglia abusa
introdotte col tempo dall' ingordigia delle perso-
ne in cotesto nostro Porto di Sinigaglia* = qui
dum deindè in secunda Edicti parte permisit
Regalium exactionem = *se non quanto li conce-
dessero gli Statuti, ò li Decreti* = dispositio-
ne prorsùs limitativa, concessionem restrin-
xisse censetur ad casum expressè permissum, 33
*cap. 1. ne Cleric., vel Monach., leg. actione ubi
Bartol., Salycet., Alexan., Jason. & alii Cod. de
Transact., Surd. consil. 71. n. 6., Tusch. lit. D.
conclus. 314. nu. 6., Gratian. cap. 416. num. 3.,
idem Surd. decis. 225. num. 19., & decis. 264. nu-
mer. 17., Rota in Recentior. decis. 96., & de-
cis. 197. utrobique num. 1. part. 1.*, ubi quod di-
ctio = *nisi* = post negativam posita, ponit, &
determinat affirmativam in casu nominato
coram *Seraphin. decis. 1244. num. 1., & coram
fel. mem. Alexandro VIII. decis. 202. num. 6.*,
& est quædam exceptio à præcedenti contraria
determinatione, ut loquitur *Surd. dicta de-* 34
cis. 225. num. 19., & veluti regulæ limitatio,
& modificatio, *Gemin. consil. 15. num. 18. in
princip., Rota coram Dunoz. Jun. decis. 748.
num. 45., & decis. 404. numer. 11.*, efficiens,
quod exactiones omnes non permissæ, neque
comprehensæ sub Statutis, & Decretis, ad quæ
fit relatio, tamquam non contentæ in exce-
ptione, veniant sub generali prohibitione, ex
illa satis nota regula, quod limitatio, & exce- 35
ptio confirmat generalem contrariam dispositi-
tionem pro omnibus casibus, in quibus exce-
ptio non verificatur, *leg. quæsitum §. Denique
ff. de fund. instruct., leg. nam quod liquidè §. 1. ff.
de pen. legat., Bald. consil. 119., & consil. 141. li-
br. primo, Dec. in leg. primo ff. de regul. Jur.,
Eugen. consil. 25. nu. 41. lib. 1., Valenz. consil. 14.
num. 43., & consil. 54. num. 19., Rota coram Du-
noz. Jun. decis. 725. num. 13., coràm fel. mem.
Alexandro VIII. decis. 67. num. 14., & coràm
bon. mem. Emerix Jun. decis. 32. numer. 4., de-
cis. 740.*

cif. 740. numer. 5., *& decis. 1192. numer.* 8.
Cum itaque Pars adversa pro licite exigen-
dis dictis Regalibus intentionem suam fundet
in antiquioribus Statutis, vel Decretis, ad quæ,
conditionalibus, atque dubitativis verbis re-
latio habetur in Edicto, à Duce Francisco Ma-
ria edito anno 1615., generaliter alioquin pro-
36 hibente quamcumque istiusmodi Regalium
exactionem, in medium proferenda, exhi-
bendaque ab eo essent tamquàm fundamen-
tum suæ intentionis, *leg. 2., & leg. veriùs 21. in
fin. ff. de probat.*, ubi concordan., nec Senogal-
liensis Civitas ullo probationis genere de il-
lorum non existentia docere teneretur, satis
enim illam probasse censenda esset ob illorum
exhibitionem non factam ab eo, qui eadem
pro titulo allegat, *leg. Actor. Cod probat., leg. 1.
§. 1. ff. de edend., leg. qui accusare 4. cum ibi no-
tat. Cod. eodem*, *leg. nimis grave Cod. de Te-
stib., leg. Siquidem C. de except. cum concordan.,
Pacian. lib. primo cap. 7., Rota in Recent. de-
cis. 334. num. 10. part. 19.*; Verumtamen, ut
plenius Parti adversæ satisfactum dici possit,
supplicamus Eminentissimis Patribus, ut ani-
madvertere dignentur, quod si quæ talis Lex
extitisset tempore, quo editum fuit dictum De-
cretum, vix, ac ne vix quidèm credi potest,
eam latere potuisse Serenissimum Ducem;
non enim solent Principes novas Leges ferre,
nisi veteribus diligentèr exploratis, ut sciant
quod prius per eas de re eadem dispositum
fuerit, qua de re eo casu usus minimè fuisset
dubia illà loquendi formà = *sennon quanto li
concedessero &c.* Sed potiùs certò statuere de-
buisset, quid, & quantum Lege permittente
posset exigi, ità enim juxtà sua vota Legis Con-
ditor abusus omnes sustulisset, imo verò si
sciebat, aut credebat, aliquid justè exigi posse,
non debebat quamcumque exactionem sim-
pliciter, & absolutè prohibere, sed potiùs ex-
cessum moderari. At in nostro casu, non exi-
stentia Statutorum, vel Decretorum, ullam
permittentium Regalium exactionem, rei,
quasi dicam, evidentià, probata videtur, tum
ex antiquo Libro Statutorum Civitatis Seno-
galliensis, tum etiam ex volumine omnium
Decretorum, quæ à Ducibus Urbini pro bo-
no eorum Ditionis regimine edita fuerunt, &
quæ beneficio, & providentià Eminentissimi
Cardinalis Astalli, tempore, quo feliciter suæ
Legationis munus obibat, in unum collecta,
Typis evulgata fuerunt, tùm deniquè id con-
firmatur ex volumine aliorum Ducalium De-
37 cretorum, pertinentium ad particulare regi-
men dictæ Civitatis, diligentèr in ejus Archi-
vio custodito, in quibus omnibus volumini-
bus, alioquin complectentibus omnes Ducales
Leges, & Decreta, cùm nihil reperiatur, quod
Parti adversæ favere possit, superlativè proba-
ta dicenda erit negativa coarctata alicujus
Statuti, aut Decreti, Regalium exactionem
permittentis, *Gratian. discept. 748. num. 15.,
Cardinalis de Luco de Decim. disc. 1. num. 20.,
Mans. consult. 39. num. 5., Rota in Recent. de-
cis. 353. num. 21. part. 10., decis. 218. numer. 52.
part. 16., & decis. 247. num. 8. par. 1.*, ideòque
donec ipsa exhibeat extravagantem aliquam
Constitutionem, in qua intentionem suam 38
fundare queat, nihil prorsus præservatum dici
poterit in Decreto edito anno 1615. tamquam
deficiente subjecto præservabili, *Rota decis. 10.
num. 17. part. 15., decis. 128. num. 11. part. 16.,
decis. 125. num. 7. par. 17., decis. 358. num. 39.
part. 19., Cyriac. controv. 67. num. 19.*, bene
ad rem nostram inquiens = *Secundò, nullum
adest Statutum, Privilegium, seu Decretum,
quod in præsenti casu statuat, aliquod deberi Sa-
larium, igitur nullum etiam prætendi potest,
quia ex expresso Ordine publicato de anno 1588.
cautum est, non posse peti aliqua Salaria, nisi quæ
expressè taxata sunt Statutis, vel Ordinibus,
abrogando quamcumque consuetudinem contra-
riam*, = & magis generaliter *Cravet. cons. 33.
num 20., & cons. 70. num. 6., Surd. cons. 205.
num. 24., Honded. cons. 84. num. 33. lib. 2., Cephal.
cons. 370. num. 60., & seqq., & numer. 75.*, ubi
quod reservatio Juris Tertii tacitam habet con-
ditionem, si illud existat, *Tusch. lit. R. con- 39
clus. 243. num. 19., & n. 37.* ubi quod ex reser-
vatione non bene infertur, Jus aliquod compe-
tere illi, cui fuit reservatum, *& lit. C. conclus.
334. num. 8., Barbos. claus. 139. num. 5., Ga-
leot. contr. 6. num. 37., Noguerol. alleg. 25. nu-
mer. 142., Grat. cap. 732. num. 35., Rota coram
Arguell. decis. 154. num. 34., coram Pamphil.
decis. 72. num. 6., decis. 57. num. 3. par. 19. Rec.,
& decis. 42. num. 39., & 40. apud Ramon.*
Neque verò negativa ista, adeò convincen-
tibus argumentis demonstrata, excludi posse
videtur consideratione illa, quod videlicèt si
Regalia prorsus nulla competiissent, superflua
fuisset illorum præservatio, quæ facta suppo-
nenda est ex eo, quod Conditori dicti inno- 40
tesceret, Regalia aliqua saltem in genere de-
beri, quia argumentum istud, ductum à super-
fluitate, levissimum in quacumque materia
reputatur, ut docuerunt *Alciat. in leg. 3. nu-
mer. 3. ff. de legat. primo, Surd. cons. 325. nu-
mer. 14., & seqq., Peregrin. de Fideicomm.
art. 14. sub num. 21., Rodulphin. alleg. 64. nu-
mer. 10., alleg. 114. num. 35., Rota coram Merlin.
decis. 22. num. 14., in Recent. decis. 523. nu 17.,
& seq. part. 4. tom. 3.* Levius certè censendum
erit in casu nostro, quia non versamur in dis-
positivis, sed in reservativis, quippe reserva-
tiones suaptè natura nihil ponunt, & in nihi-
lum resolvuntur, nisi reservatum aliundè pro- 41
betur, ut præter alibi allegatos probant *Me-
noch. cons. 2. num. 57., Noguerol. allegat. 25 nu-
mer. 142., de Franch. decis. 437. num. 3., Ro-
ta coram Mantic. decis. 270. num. 15., & in Re-
cent. decis. 336. num. 5. part. 12.* Atque etiam
quia talis reservatio concepta est verbis nedùm
enunciativè, sed prolatis per modum dubi-
tandi quoad existentiam Juris enunciati, pro- 42
indèque absurdum non est præservativam du-
bitativè adpositam superfluam remanere, *Ro-
ta in Rec. decis. 169. n. 11. part. 14., decis. 153.
nu-*

mer. 27. part. 17., decis. 782. num. 10., & 11.
part. 18., & decis. 6. num. 9. par. 19.

Jam verò excluso quolibet titulo, qui pro
consequendis dictis Regalibus elici posset ex
Statutis, & Decretis conditionalitèr præserva-
tis in Edicto promulgato anno 1615., quate-
nùs videlicèt illa extarent, & quæ nunquam
extasse probatum fuit, frustrà exadverso insi-
stitur assertæ consuetudini illa exigendi, ete-
nim dicta saluberrima, justissimaque Lex inu-
tilitèr lata fuisset, si consuetudo in ea damna-
ta, jam adhuc vigens, se prodat, vel alia
similis post illam invaluisse dicatur, sic enim
improbanda consuetudo contraria Juri com-
43 muni, & publicæ utilitatis inimica, consur-
geret adversùs Principem, ipsam confodien-
tem, ejusque auctoritati prævaleret; cùm con-
trà oporteat, eam non usque adeò sui valitu-
ram esse momento, ut Legem vincat, juxtà
*Constantini sanctionem in leg. 2. Cod. quæ sit lon-
ga consuetudo*, & Principi tam subditam esse,
ut ab ejus voluntate totalitèr pendeat, cujus
consensus vel tacitus, vel expressus influit illi
si quid habet vigoris, & vitæ, sicut anima cor-
pori, ut post *Bartol. in leg. 1. in primo membr.
Statutor. ff. de justit. & Jur.*, quem ibi omnes
sequuntur, notat *Ann. Robert. rer. Judicat.
lib. 2 cap. 1.*, & post *Menoch., Cravet., Valenz.
cons. 67. num. 40.*, ubi quod consuetudo subja-
cet Principis pedibus, nedum voluntati, *Paul.
Christin. decis. Belgic. 212. num. 124. lib. 4.*, ubi
quod substineri nequit consuetudo contrà de-
clarationem Principis eam rejicientis uti in-
justam.

Nec est cur exadversò obtendatur vis im-
memorabilis, cui Principem nunquam dero-
gare voluisse præsumitur tollendo jus, Ter-
tio ex ea quæsitum, per ea, quæ post antiquio-
44 res tradunt *Valenz. cons. 92. num. 47., Mieres
de Majorat. part. 4. quæst. 20. num. 246., Lar-
rea alleg. 15. num. 1.* aliique lato calamo exad-
versò allegandi; nam quotiès Lex reprobat,
consuetudinem uti abusivam, injustam, & pu-
blicæ utilitatis inimicam, prout contingit in
casu nostro; in quo Dux FranciscusMaria dicto
Edicto anni 1615. professus fuit velle abolere
abusus, & coercere cupiditatem Officialium,
qui extorquendo Regalia, Mercatores averte-
bant à nundinis, juxta illa superiùs relata, &
non abs re iterùm repetenda verba = *essendo
noi desiderosi, e tenuti, di levare qualsivoglia
abuso introdotto col tempo dall' ingordigia delle
persone in cotesto nostro Porto di Sinigaglio, ac-
ciò quelli, che colle loro merci, e legni vi capi-
teranno abbino à restar soditfatti, e liberi da ogni
disturbo, è ben trattati, tanto più volentieri vi
abbino à venire* = tunc censetur sublata etiam
immemorabilis, *Aretin. in leg. cum stipulatus
45 fin. col. 3. ff. de verbor. obligat., Abb. in cap.
final. num. 22. de consuetud., & ibi Batr. nu. 53.,
Franch. in cap. 1. num. 1. de consuetud in 6., Fe-
lin. in cap. accedentes num. 6. vers. fallit tertiò de
præscript., Faguan. in cap. quod super num. 8.
de consanguinit. & affinit., Didac. Sahagun. in
cap. final. num. 36. cum plurib. seqq., Geminian.
cons. 72. num. 6., Paris. cons. 27. num. 53. lib. 1.,
Ripa respons. 202. num. 6., Tiraquel. de retract.
lignag. §. 1. gloss. 2. num. 25., Covar. variar. re-
sol. lib. 3. cap. 13 sub num. 5. vers. etenim quam-
vis, Azeved. leg. 3. tit. 1. lib. 2. recopilat. n. 21.,
Gabriel. de præscript. conclus. 1. num. 32., Gra-
tian. discept. 559. numer. 52., Garz. de Benefic.
par. 3. cap. 2. num. 190. in fin., Marescot. variar.
resol. lib. 2. cap. 101. num. 6. & lib. 3. cap. 13. nu-
mer. 5., Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 33.
num. 9., Cancer. variar. resol. part. 3. cap. 3. nu-
mer. 341., Larrea allegat. fiscal. 15. num. 9. &
seq., Pignatell. consult. Canon. tom. 3. consult. 26.
sub num. 30. vers. nam est irrationabil. 1, Spe-
rell. decis. 37. num. 51., decis. 182. num. 46., Rot.
coram Coccin. decis. 1703. numer. 6. & plurib.
seqq.*

Censent enim Doctores, aliud esse quum
Lex aliquid statuit contra consuetudinem,
aliud verò cum consuetudinem ipsam confi-
git, & damnat; hoc enim secundo casu con-
suetudo fit de materia damnabili, quæ nun-
quam convalescere potest, ad *Text. in cap. fin.
de consuetud. cum concordan., Covarruv. variar.
resol. lib. 3. cap. 13. sub num. 4. vers. quarta con-
clusio*, satisque est, quod non solum expresse,
prout in nostro casu, sed quod etiam tacitè
constet de mente Legislatoris reprobandi con-
suetudinem tamquam irrationabilem, *Covar.* 46
*d. cap. 13. sub num. 5. vers. ex quibus idem erit,
Cancer. variar. resol. part. 3. cap. 3. num. 341. in
fin.*, & post alios *Florez. de Men. variar. resol.
lib. 1. quæst. 21.*, tunc enim æque tollitur con-
suetudo præterita jam completa, ac etiam im-
peditur futura, ut post *Innocent. in cap. ex par-
te vers. sed distingue*, tradit *Rocc. de Curte in
cap. final. num. 527. eodem tit., Covar. var. reso-
lut. lib. 3. cap. 13. sub num. 4. vers. prima conclu-
sio, Azeved. leg. 3. tit. 1. lib. 2. recopilat. nu. 17.
& seqq., Gregor. Lopez. lib. 6. tit. 29. partit. 3.
verb. tributos, Suarez. de legib. lib. 7. cap. 7. n. 9.,
Molin. de Just. t., & Jur. disput. 79., Cyriac.
contr. 67. nu. 23.*; Fortius verò id urget, quo-
ties Lex nova unum excipit casum, consuetu-
dini non convenientem, tunc enim virtute ta-
lis exceptionis, firmantis regulam in omnibus
non exceptis, immemorabilem etiam abrogasse 47
censetur, ut optimè docet *Fagnan. in capit. ad
hæc sub num. 34. vers. tamen ex quo Relig. do-
mib.*, quod propriè factum videtur in casu no-
stro, quia Dux Franciscus Maria omnem pror-
sùs sustulit exactionem Regalium, exceptis
solùm illis, quæ competerent ex concessione
Statuti, vel Decreti, ibi - *senon quanto li conce- 48
dessero gli Statuti, o Decreti nostri*, dictio enim
= *nisi* = exceptionis etiam nota est, *leg. postquam
ff. de pact., leg. 2. §. final. ff. de custod. Reor.,
Dec. in leg. 1. §. final. ff. de offic. ejus cui mand.
est jurisdict., Tusch. practic. conclus. lit. D., con-
clus. 314. num. 1., Prateus in Lexicon. verb. nisi
Gratian. discept. 9. num. 26., discept. 448. n. 41.,
Rota coram Ludovis. decis. 544. numer. 25.*, &
nedùm conditionem, & formam inducit, ut 49

præter allegata in *§. Verùm enim verò* tradunt *Dec. conf.532. num. 2., Sabell. resol.87. n. 17. bo: me: Advoc. Constantin. ad Stat. Urb. tom.2. annot.50. num.0., Bondcn. collect. legat.8. n.97. lib.1., Mart. vot. decis.15. numer.8.*, sed vim quoque habet laxativa, *Covar. de sponsal. par.2. cap.4. §.1. num.8., Antonin. variar. resol.lib.1. capit. fin. cons.42. vers. pro Episcopo*; Quamobrem, donec non doceatur de casu excepto, firma remanet generalis prohibitio, nec suffragari potest titulus desumptus ex immemorabili, tum quia, ut diximus, immemorabilis ipsa sublata censetur, tum etiam quia forma, & conditio modo specifico adimpleri debent, *leg. qui heredi §. fin. ff. de condit., & demonstrat., Bart. in leg. Gallus §. Et quid si tantùm ff. de liber., & posth., Bald. Alexand., & Angel. in leg.1. eodem tit., Dec. cons.531. nu.2., de Pont. cons.5. num.50. & seqq. lib.1., Bero. quæst.100., Everard. in loc. ab æquipollenti sub numer. 18. in fine.*

At quorsum hæc, & cur altiori indagine de immemorabilis virtute, & robore inquirimus, quando illa in nostra hypothesi nec probatur,
50 nec ullo pacto probari potest? Non enim credimus, D. Arci præfectum certaturum, illam invaluisse post Decretum editum anno 1615., quia nec immemorabilis nomen mereri potest consuetudo illa, de cujus initio constat, *Innocent. in cap. Dudum de Decim. Anchar. consil.82. num.7., Paris. cons. 114. num.8. lib. 1., Covar. in cap. possessor. part.2. §.8. nu.4., Cravet. de antiquit. temp. part.4. §. Absolutis sub num.60., Camill. de Curte in divers. jur. feud. §. Declaratur num.129., Peregr. de Jur. Fisc. lib.6. tit.8. nu.25., Cancer. variar. resol. par.3. cap.3. num.124. & seqq., Molin. de Primogen. lib.2. cap.6. num.61., Cardin. de Luc. de regal. disc.47. num. 4. & seqq, Fontanell. decis. 556. num.1. & seqq., Giurb. decis.71. nu.3. & seqq., Rota coram Merlin. decis.702. num.39.*, & quidem nedum proximo, quia est infra centenarium tempus, quod non sufficit ad comparan-
51 dam immemorabilem, cum vix ipsum centenarium satis esse reputetur, *Innocent. in capit. veniens in fin. de verbor. signific., Card. in capit. si diligenti in fin. de for. compet., Felin. in cap. ad audientiam eod. titul., Cravetta de antiquit. tempor. §. Materia num.40., Merlin. de Primogen. lib.2. cap.6. numer.43. & seqq., Avendan. de exequen. mandat. part.1. cap.1. num.20., Ottalor. de Nobilit. part.3. cap.7. nu.3., Afflict. decis.245. num.4., & decis.277. num. 3., Rot. decis.136. numer.4. & 5. part. 19.*, sed etiam
52 damnato, & vitioso, post nempè expressam Principis prohibitionem, inducentem malam, ac perimentem bonam fidem, quæ etiam pro immemorabili efformanda omninò requiritur *gloss. in cap.1. de præscrip. in 6.*, & post antiquiores *Petr. Barbos. in rubr. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor., Honded. cons.82. num.42. lib.1., Gabriel. de præscript. conclus.5. num.55., Molin. de Primogen. lib.2. cap.6. numer. 67., Mascard. de probat. conclus. 1214. num.46., Vasq. contr. illustr. lib. 2. cap. 81. num. 10., Facchin. contr. Jur. lib.8. cap.20. in fin., Mastrill. de Magistr. lib.1. cap.19. num.29., Peregrin de Jur. Fisc. lib.6. tit 8. num 12., clar. me. Card. de Luc. de alienat. disc.2. num.10. disc.3. n.12., Larrea allegat.15. numer.15. & seq., Andreol. controv.142. num.5., Rocca disput. jur. select. tom.2. cap.149. num.41., Ansald. de commerc., & mercat. disc.95. num.22. & seqq., Rot. coram Merlin. decis. 663. num.27. & seq., coram Royas dec.470. num.9., cor. Card. Cerro dec.816. num.13., in recent. decis.191. num.16. part. 7.*, dum enim dicta Supremi Principis prohibitio
nedum abrogabat quamcumque contrariam 53
consuetudinem, sed gravibus pœnis afflictivis, etiam corporis coercebat Contravenientes, quanam bona fide coadjuvari, aut quinam actus afferri poterunt, quibus formari, ac perfici potuerit immemorabilis? *Panormitan. in capit.2. de probat. num 7. & 8., Sot. de Just., & Jur. lib.1. quæst.7. art. 2., Tiraquell. de utroque retract. in præfat. num.17., Sanch. de Matrim. lib.7. disput.4 nu.14., Vasq. disput.177. cap.8., Gonzal. ad regul 8. Cancellar. glos.33. num. 10. & seq., Cyriac. contr.67. numer. 45., Sperell. decis.37. n.51. vers hoc enim casu & dec. 182. num.44., Rot. coram Coccin. decis.1703. nu. 5. & seqq., in rec. decis.199. numer. 34. & seqq. par.12.* illa enim utpotè fundata in tacito Prin-
cipis consensu, vel præsumpta illius concessio- 54
ne, secundùm *Castrens. in leg. servitutes Prædiorum 14. ff. de servitut. num. 11.* perfici nequit sequentibus actibus, quando idem expressè protestatus fuit, hoc nolle fieri, ut ait *Anton. Roid. in rubr. Cod. vectigal. nov. instit. non poss.*, quem refert *Franc. de Andr. in suo respons. pud Aget. in annot. pro Reg. Ærar. §.14. quæst.1. numer.103.*, & benè *Suarez. de legib. lib.7. cap.7. num. 5., & Salas eodem tract. disput.19. sect.7. num.71.*, ubi quod eo casu futura consuetudo nunquam coalescere potest.

Præterea pro evertenda prorsùs quacumque immemorabili, quæ post dictum Decretum formata contendatur à Civitate Senogalliensi duo exhibentur Testes omni exceptione majores, Seralta nempè, & Gratianus, qui Præfecti Portui, & Moderatores armorum extiterunt, hi verò anno 1652. deponentes de facto proprio, dixerunt, dicta regalia, nec ab ipsis, nec ab eorum Antecessoribus exacta unquam
fuisse; Istiusmodi autem depositione in radice 55
penitus sublata videtur quævis immemorabilis, pro qua stabilienda requiritur fama publica, quodque nunquam fuerit aliquid contra observatum, aut auditum, itaquidem, ut vel unicus actus, imò etiam solus contrarius rumor illam perimat, *Bartol. in leg. semper in stipulationibus 34. in fin., & ibi Cagnol. nu.12. ff. de regul. Jur., Gaspar. Lusitan. in leg. Imperium 3. ff. de Jurisd. omn. judic., Bertrand. cons.5. num.23. lib.1., Marescott. variar. resol. lib.2. cap.190. num.10., Gratian. discept. 918. num.39., Novar. de gravam Vassall. gravam.3. num.32., Tondut. quæst. benefic. cap.104. propè fin.,*

fin., Schrader. de Feud. part.10. sect.20.n.157.,
Card. de Luca de Jurisdict. disc. 3. numer. 8.,
Rocc. disput. Jur. select. cap. 167. num. 37. &
seqq., Pignatell consult. Canon. tom. 4. consult.
206. num.52., Campelli ad Decret. Ducal. Ur-
bin. decret.83. num.27. & seqq., Fontanell. de-
cis.586. numer.12. & seqq., Rot. coram Bichio
decis.290. n.30., coram Zarat. decis.21. n.12.,
coram san: mem: Alexandro VIII. decis. 159.
num.6. & seqq., coram bon:mem: Emerix. Jun.
decis.158., & decis.519. utrobique numer. 8.,
decis.1296. num.13., in rec. decis. 314. num. 7.
part.11., ad ornot. clar. mem. Cardin. de Luca
tit. de Jurisdict. decis.8. num.21., iidemque
Testes præferendi proculdubio sunt contrariis
56 Testibus, quia ratione officii spectatæ condi-
tionis sunt, & de re ad eorum Officium perti-
nente deponunt Mascard. de probat. conclus.
1138., Larreo alleg.48. num.9., alleg.60. n.4.,
Bonden. collect. legal.30. nu.31. lib.1. collect.4.
num.135. lib.2., Caren. resol. 206. numer. 10.,
clar. mem. Card. de Luc. de regal. disc.14. n.5.,
Rota coram Burott. decis.196. num.6., atque
etiam, quia coadjuvantur assistentiâ Juris tum
civilis, tum municipalis, quamcumque Rega-
lium exactionem prohibentium; In conflictu
57 autem Testium depositio conformis dispositio-
ni Juris prævalere debet Testibus, qui contra
eam deponunt, ad Text. in cap. ex literis de
probat. cap. inter dilectos de fid. Instrument.

Si verò quæratur de immemorabili jam for-
mata ante dictum Decretum anni 1615., &
hanc probare impossibile est, undè nam enim
58 evocari poterunt Testes deponentes, se ita ob-
servari vidisse quadraginta annis ante dictum
Decretum, ut requirit Gloss. in cap.1. de præ-
script. in 6., Marescott. variar. resol. lib.1. ca-
pit.100. num.10., Gratian. discept.581. nu.38.,
Mynsing. cent.1. observat. 30., Molin. lib. 2. de
Primog. cap.6. per tot., latè Rocca disput. Jur.
select. cap.67. num.21. & seqq., Larrea allegat.
fiscal.15. num.8., clar. mem. Card de Luc. de
Benefic. disc.32. num.6., Antonell. de temp. leg.
cap.112. lib.2. num.1. & seqq., Lotter. de re be-
nefic. lib.2. quæst.38. num.47., Rota coram Coc-
cin. decis.345. num.3., coram Seraph. dec.1102.
num.4., coram Bich. decis.328. num.10., coram
Ludovis. dec.305. num.4., coram Emerix. Jun.
decis.33. num.6., & decis. 1279. num.15., &
decis.1296. n.12., Adden. ad Buratt. dec. 673.
59 num.6. & seqq. ad fin.; Imò verò Pars Adver-
sa adferre nequit Testes, qui sufficientem æta-
tem haberent ad eam probandam etiam post
Decretum, ut benè probat D. Causæ Patro-
nus, & de Jure requiritur, Antonell. de tem-
por. legal. lib.2. cap.112. numer. 3., Rocc. dict.
cap.167. nu.26., Rot. in Recent. decis. 248. sub
numer.4. part.2., coram Seraphin. decis. 1450.
num.2., coram Ludovis. decis.205. num.4., &
nu.6., decis.298., & decis.434. utrobique n.12.
coram bon: mem: Emerix. Jun. dec.1279. n.14.,
decis.1296. numer.12. Quibus denique accedit
longa congeries actuum destruentium quam-
cumque immemorabilem; quam præter dictum
Decretum anni 1615., & attestationes à Se-
ralta, & Gratiano editas anno 1652., quoties
Præfecti Portui, & Arci hanc Regalium exa-
ctionem attentarunt, Civitas semper reclama-
vit, & Eminentiss. Legati illos coercendo op-
portunis remediis, Nundinarum libertati, at-
que immunitati providerunt; Eminentissimi
igitur Patres pro eorum sapientia secum repu-
tent, quonam colore exadversò allegari possit
immemorabilis, quæ adeò requirit unifor-
mem, atque pacificam observantiam, ut solo
contrario rumore lædatur.

Nec subsistit quod depositiones nostrorum
Testium, reclamationes Civitatis, omnes de-
nique actus, quotquot à nobis adferuntur, in-
telligendi sint de exactione Stalliæ, quæ à D.
Arci Præfecto non petitur, nullo autem pa-
cto referri queant ad Regalium perceptionem.
Interpretatio namque ista apertam vim facit
menti, & verbis Decreti, quo pro incolumi
servanda, ampliandaque immunitate, atque
libertate Nundinarum nominatim prohibentur
Regalia = ancorchè le dette regaglie li fussero of-
ferte, e date in nome di cortesia, recognizione, o
qualsivoglia altro pretesto, o titolo =, & de his
etiam loquuntur Seralta, & Gratianus relati
in §. Præterea usque ab an. 1652., tum de pro-
prio, tum de suorum Antecessorum facto de-
ponentes nunquam Præfectos Portui, & Arci
dd. Regalia exegisse; Quamobrem cum in
verbis tum Decreti, tum Testium ambiguitas
nulla sit, nulla deberet esse quæstio de iis,
quæ expressè comprehensa leguntur sub dicto 60
Decreto, quod etsi dubium dici posset; nihilo-
minùs ad illa extendendum videretur, neque
enim Lex imponitur verbis, sed rebus, leg. fi-
nal. Cod. de usur., & leg. omne verbum in fin.
Cod. commun. de legat., & quod unà via prohi-
betur, non debet aliâ permitti, leg. oratio ff.
de sponsal., leg. final. Cod. de reb. alien. non alien.
cap. cum quid de regul. Jur. in 6. Quamobrem
sive Stalliæ, sive Regalium nomine talis exa-
ctio nuncupetur, vectigal est, seu pensitatio
quædam, quam pro rebus advectis à Nundi- 61
nantibus D. Arci Præfectus percipere conten-
dit, eademque si inter maxima Regalia repu-
tatur, ut ait Salycet. in leg.2. Cod. nov. vectigal.;
deficiente titulo, nec etiam præscriptione ac-
quiri potest, Bald. in leg.1. Cod. de annal. ex-
cept., Panormitan. cons. 62. num. 2., Boss. de
Fisc. numer.56., Avendan. de execut. mandat.
lib.2. cap.4. num.20., Covar. in capit. possessor.
part.2. §.2. nu.7., Peregrin. de Jur. fisc. lib.6.
tit.8. num.9., Barbos. in leg. competit.6. nu.16.
Cod. de præscript. 30. vel 40. annor., Franc. de
Andr. apud Agetam in annotat. pro reg. arar.
§.14. quæst.1. num.115., qua igitur justâ ra-
tione illa percipientur ab Officialibus, qui non
solùm destituuntur omni legitimo titulo, &
præscriptione, sed, quod magis est, eisdem resi-
stit dispositio Juris, expressaque Principis pro-
hibitio nuncupatim de his Regalibus loquens,
de quorum nunquam factâ exactione deponunt
etiam Gratianus, & Seralta, & denique in-
spi-

ſpiciendo totam facti ſeriem, omneſque ordi-
nationes, proviſiones, & concordias, quæ
poſt Decretum anni 1615. ſuper hac contro-
verſia intercesſerunt, nihil Præfectis Portui,
& Cuſtodibus Arcis, armorumque Modera-
toribus exigendum relictum fuit præter pen-
ſionem ſolvendam pro quibuſdam Locis deſi-
gnatis ſuiſque finibus terminatis, in quibus à
Mercatoribus ſuæ merces exponebantur, ut
expoſitum fuit in *§. At quia*; licet igitur iidem
multiformi colore prætenſionem renovantes,
ac vetitam exactionem nova ſpe ſemper aggre-
dientes, Mercatores, Civitatem, & Superiores
62 diuturna tenuerint curâ, & moleſtiâ affece-
rint, id tamen irritis tentarunt conatibus, qui-
bus id unum demonſtrarunt, nemqè quam
difficile ſit illos in officio retinere, quorum ſi
unam comprimas manum, plures alias exten-
dunt, ut in ſimili ait *Plautus in Aular.* quem
refert *Hieronym. Sirtur. in compend. politic.
num.250.*, eoſque perſtringunt *Abb. in capit.
ſuper quibuſdam de præſcript.*, quem refert
*Franc. de Andr. in ſuo reſponſ. apud Aget. in
annot. pro reg. arar. §.14. quæſt.1. num. 115. in
fine, ipſe Aget. loc. citat. num.61.*, *Campan. in
cap. Regn.*, quod incipit *Caſtellani*.

Cum itaque hæc Regalium exactio ſummam
habeat Juris reſiſtentiam, careatque fomento
conceſſionis Principis, imò potius ejus expreſ-
ſam prohibitionem habeat; probationes emen-
dicatæ pro immemorabili infirmæ ſint, illegi-
timæ, & irrelevantes, & denique contra
ipſam exactionem de Jure urgeat mala extor-
ſionis præſumptio, vice autem verſa Nundinis
præcipuè aſſiſtat favor Juris, quod eas jubet
eſſe omninò immunes, & Nundinantes ab om-
ni liberos moleſtia, ita ſuadente ratione, &
æquitate propter eorum incommoda, expenſas,
& pericula, & ita etiam exigente publica, ac
communi utilitate, inque id conſpirent vota
Legum tum communium, tum municipalium,
Eminentiſſimi Patres pro eorum ſumma reli-
gione, & ſapientia ſecum reputent, an pro-
pter unius Præfecti Arci, & Moderatoris ar-
63 morum lucrum imminuenda ſit libertas ha-
rum Nundinarum, quæ ſpecioſæ ſunt in Italia,
ut ſic paulatim diſſipentur, quando potius ea-
rum privilegiis augendis intentos Miniſtros
eſſe oportere, monet *Marquard. lib.1. capit. 3.
num.48.*, & quoties agitur de ſimilium penſita-
tionum exactione, capienda eſt occaſio pro
ejus excluſione reſpondendi, ut notant *Cra-
vet. conſ.231. in fin.*, *Dec. conſ.48. num. 6.*, *La-
derch. conſ.38. num.7.*, *Buſſ. de vectigal. nu.9.*,
Perſonal. de Gubell. num.28., *Guttierez. eodem
tract. quæſt.6. num.10.*, *Laſſart. eodem pariter
tract. in præfat. num.31.*, *Gratian. diſcept. 17.
num.17. & ſeq.*, *Cyriac. controv.265. num.21.*,
Franc. Roc. reſp.32. num.6., *Cyriac. contr.265.
num.21.*, *Ciarlin. contr.245. numer.12. tom.3.*,
Urceol. conſult.73. num.14., *clar. me. Card. de
Luc. de regal. diſc.72. nu.3.*, *Manſ. conſult. 18.
num.66.*, *conſult.81. num.65.*, *conſult.82. n.2.*,
Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.77. num.9., *cap.79.
num.13.*, *cap.81. n.9.*, *Bonden. collect. legal.33.
num.38. lib.1.*, *Campell. ad Decret. Stat. Ur-
bin. Decret.55. num.13.*, *Fontanell. deciſ. 265.
n.9.*, *Rot. in rec. dec.118. in fin. part.11.*

ARGUMENTUM.

Inſignis Prioratus S. Baſilii Urbis proviſio fa-
cta in Conventu Melevitano; ob ipſius Prio-
ratus affectionem favore S. Sedis, illum in
Commendam conferentis, jam pridem in-
ductam, irrita oſtenditur, non obſtantibus
Apoſtolicis quibuſcumque privilegiis, tan-
quam abrogatis ex ipſa Prioratus collatione
in Commendam; præcipuè verò longævà
concurrente obſervantià collationum ejuſ-
dem Prioratus, modò in Commendam, mo-
dò etiam in titulum à S. Sede factarum.

DISSERTATIO X.

1 *In proviſione Beneficii, ſpecialiter affecti S. Sedi, inferior Collator ingerere ſeſe nequit.*

2 *Procedit nedum in Beneficiis verè, & propriè eccleſiaſticis, ſed etiam in aliis quibuſcumque Officiis, Hoſpitalibus, & adminiſtrationibus, ſpiritualitatem non involventibus*, num.3.

3 *Smutitio Præceptoriæ, Sedi Apoſtolicæ affecta, nulla remanet in radice, ac ſi facta non fuiſſet.*

4 *Affectione ſemel impreſsâ ob adpoſitionem Manus Papæ, inferior Collator ingerere ſe nequit, ſive plenâ, ſive vacante Sede Apoſtolica, vacatio evenerit.*

5 *Beneficium ſemel affectum, ſemper tale remanet, donec Papa validè, & cum effectu provideat.*

6 *A primo autem momento adpoſitionis Manus Papæ Beneficium afficitur*, ibid.

7 *Ceſſante cauſâ, etſi regulariter ceſſet effectus, ſecus tamen eſt, quando effectus eſt jam conſumptus.*

8 *Beneficii affectio clarè elicitur ex adpoſitione manus Summi Pontificis ad effectum illud commendandi.*

9 *Ubi Summus Pontifex manum adponit ad effectum commendandi Beneficium aliquod, ex ipſa Commendæ natura deducitur illius animus alteriùs providendi in titulum, ceſſatâ Commendâ*, & num. 12.

10 *Commendare non eſt plenè conferre, ſed potiùs ſuſpenſa pro ea vice collatione, in adminiſtrationem concedere.*
Commenda enim eſt, quod cuſtodiæ cauſâ conceditur, ibid.

11 *Ceſſatâ Commendâ per obitum Commendatarii, durat adhuc Beneficii commendati affectio, donec illud in titulum provideatur.*

13 *Animus Summi Pontificis ceſſatâ Commendâ,*

dæ, ulteriùs providendi in titulum Prioratum commendatum, ostenditur ex longævu semper commendandi consuetudine.

14 Pontificis Successor præsumitur voluntatem habuisse, cessatâ Commendâ, conferendi in titulum, prout ejus Prædecessor declaraverat.

15 Licèt idem Successor talem voluntatem non expresserit.

16 Voluntas conferendi in titulum semel per Antecessorem Pontificem declarata semper durat etiam in Successore, donec de contrario non constet ex expressa declaratione, vel actu omnino incompatibili cum animo ita conferendi.

17 Pontifex Successor poterit declarare Personam gratam, quam non declaravit Prædecessor, cum in omnibus, & per omnia ei succedit.

18 Commendæ, & Præceptoriæ Ordinis Hierosolymitani sunt simplices administrationes manuales, ad nutum Magni Magistri revocabiles, ac proinde cessatâ Commendâ, nulla super iis affectio remanere potest.

19 Declara, illarum manualitatem provenire à vi dumtaxat professionis, & obedientiæ, præstandæ erga Magnum Magistrum, non autem ex intrinseca earum natura.

20 Illæ siquidem, utpote perpetuæ, in titulum conferuntur, ac de eis, ut de perpetuis judicatur Beneficiis, licèt Obtinentes possint, ratione potiùs obedientiæ, ad nutum Superioris removeri.

Hæcque est communis Canonistarum, & Sac. Rotæ Sententia, ib.d., & n.23.

21 Præceptoriæ, aliæque Dignitates Ordinis Hierosolymitani quod, tamquam perpetuæ, & in titulum conferantur, desumitur ex ratione, quæ habetur antianitatis, & benemerentiæ erga S. Religionem, quoties de illarum collatione agitur.

22 Prioralis Dignitas in Hierosolymitana Religione, juxta Sac. Rotæ opinionem, est verus titulus, verumque, ac proprium Ecclesiasticum Beneficium.

23 Commendæ, ac Præceptoriæ Ordinis Hierosolymitani, tamquam vera Ecclesiastica Beneficia, sunt etiam simoniæ subjecta.

24 Prioratus Hierosolymitanæ Religionis provisiones factæ à Summis Pontificibus tum in Commendam, tum in Titulum.

25 Dignitatis, & Beneficii vera qualitas est illa, quæ in illius provisionibus, & statibus uniformiter narrata, & expressa habetur.

26 Quoad officia, seu temporalia Beneficia, & annalia claustralia, seu Cappellanias laicales, ac Beneficia, ex Fundatorum voluntate ad nutum amovibilia nullus considerari valet titulus; ideoque nec etiam affectio super illis cadere potest.

Limita, si Papa super illis scienter manus adposuerit, n.29.

27 Super Commendis, ac Præceptoriis Hierosolymitani Ordinis, tanquam conferri solitis in titulum, affectio cadere potest.

28 Procedit, etsi nullus considerari posset titulus, quoties concurrit scientia Papæ.

29 In manualibus Beneficiis licet possit cadere affectio, ob appositionem manus Papæ in commendando, cessat hæc tamen affectio, cessante Commendâ.

30 Declara, procedere posse, si Papa ignoraverit statum, & qualitatem manualem Beneficii, n.30.

Si secus, durat affectio, donec plenè illud conferatur in titulum, n.33.

31 Statum Beneficiorum, & Commendarum, de quo notitiam non habuit, Papa, immutare voluisse non præsumitur.

32 Adpositio manus limitata ad certum casum, certumque effectum, affectionem non causat, deficiente casu, aut effectu, per Papam contemplato.

33 Non omnis adpositio manus affectionem producit, sed illa solùm, ex qua resultat mens Papæ ulteriùs providendi.

34 Affectio ob adpositionem Manus Papæ non tantum ab ipsa materiali manuum adpositione, quantum à voluntate Papæ inducitur.

35 Etiam in manualibus, ubicumque constet de voluntate Papæ conferendi in titulum; post expirationem Commendæ non expirat affectio.

36 Privilegia à Summis Pontificibus concessa Hierosolymitano Ordini, quibus Prioratus, & Præceptoriæ ejusdem Ordinis fuerunt ab Apostolicis reservationibus, & affectionibus exemptæ, revocata dici possunt ex Regula 15. Cancellariæ, vid. etiam num.37.

Quæ revocatio intelligi potest quoad jus dumtaxat activum, num.49. & 50.

38 Clemens VII. indulgendo Magno Magistro Hierosolymitano privilegium conferendi quæcumque ejus Ordinis Beneficia, cujuscumque qualitatis, ac etiam apud S. Sedem vacantia, sibi suisque Successoribus præservavit resignationem in Manibus Papæ.

39 Collationes in titulum sub conditione factæ & eâ non purificatâ, tamquam vacuæ effectu, habentur pro non factis, nihilque ponunt in esse.

40 Collatio in Commendam, licèt perpetuam, apta non est consumere affectionem, favore S. Sedis præcedenter inductam pro ulteriori etiam provisione in titulum.

41 Ex derogatione privilegiis quibuscumque, & Constitutionibus Apostolicis, Statutis, Stabilimentis, & Consuetudinibus factâ ab Innocentio XI., commendante Prioratum Religionis Hierosolymitanæ, eadem privilegia ablata omnino censenda sunt.

42 Licèt eadem derogatio facta fuerit cum clausulis = pro hac vice dumtaxat, & ad effectum validitatis præsentium.

Hæ enim clausulæ intelligi debent non solùm

lùm de actu illo Commenda, sed etiam de tituli collatione, post cessatam Commendam, perficienda, num.43. & 44.

Et ita etiam debet intelligi altera illa clausula, in derogatione apposita = illis (*nempe privilegiis*) alias in suo robore permansuris =, *utpote quæ alios comprehendit casus, non illum ulterioris provisionis in titulum faciendæ*, n.45.

Quod eò magis suadetur ex illis derogationis verbis = Specialiter, & expresse, ac latissime derogamus =, num.46.

43 *Clausula* = Pro hac vice &c. = *in reservatione, intelligitur* pro tota illa vacatione, *itaut non consumetur reservatio, donec valide provisum non fuerit.*

44 *Clausula generaliter ad omnia adposita, generaliter ad omnia extenditur.*

45 *Præservatio privilegiorum pro aliis casibus, nullo modo percutere potest actum collationis tituli, in mente Papæ permanentem.*

47 *Pontifex Successor eamdem, quam sui Prædecessores, habuisse censetur voluntatem derogandi privilegiis quibuscumque, non solùm pro actu Commendæ, sed etiam pro pleniori provisione in titulum.*

Præsertim, factâ in ejus Literis narratione expressæ collationis in titulum, ab Antecessore expletæ, n.48.

48 *Collatio in titulum donec facta non fuerit, durat præcedens affectio.*

51 *Observantia rectam, optimamque præstat normam interpretandi sensum Apostolicarum Constitutionum.*

52 *Pensionis impositio super Bajulivato facta à Summo Pontifice, ostendit jus S. Sedis, super illo competens.*

53 *In facultativis, ut est quod Summum Pontificem derogatio, vel non derogatio privilegiorum, nequit ex non facta derogatione inferri impotentia derogandi.*

54 *De Jurepatronatus laico, in Curia vacante, si Pontifex ex sua indulgentia non dispensat, non inde inferri potest, quod disponere nequeat.*

55 *Religionis Hierosolymitanæ Prioratum, in Urbe positum, à Summo Pontifice conferrì, æquum est.*

57 *Non est ob exemplis facienda illatio, sed sana ratio eis est præferenda.*

58 *De Prioratu S. Basilii Urbis liberè, & absolutè S. Sedem semper disponere voluisse, probat observantia affirmativa elicita ex eo quod Summi Pontifices illum semper contulerunt sive in Commendam, & futurum Titulum, sive etiam in simplicem titulum, etiamsi vacatio extra Romanam Curiam secuta fuerit, ut ex collationum exemplis*, ibid. *relatis.*

Desumitur itidem ex observantia negativa ex parte Magnorum Magistrorum S. Religionis, qui ejusdem Prioratus Titulum, à S. Sede non collatum, & ipsi conferre neglexerant, num.60. & 62.

59 *Observantia affirmativa pro collatione Prioratus Religionis Hierosolymitanæ favens S. Sedi, et quemcumque præbet meliorem titulum, etiam concessionis factæ ob ipsa S. Sede sub eà Lege, ut Papa conferre debeat.*

61 *In eadem Præceptoria, seu Beneficio duos eodem tempore dari Provisos, alterum de Titulo, alterum de Commenda, non repugnat.*

63 *Sacra Hierosolymitana Religio etiam hodiè habet usum expectativarum ad suas Præceptorias.*

64 *Prioratus in Titulum collatus, cessatâ Commendâ, consolidatur in Proviso.*

65 *Per præventivam collationem Prioratus in Titulum, futuræ Apostolicæ commendationes valent impediri.*

66 *Summus Pontifex licèt plenariam in Beneficiis potestatem habeat, attamen ex potestate Ordinaria super Beneficio pleno non disponit.*

PROVISIONEM Insignis Prioratus S. Basilii Urbis factam in Conventu Melevitano, non sustineri, illiusque liberam dispositionem spectare ad Sanctam
Sedem, respondendum videtur. Etenim, cum
idem Prioratus antè dictam provisionem, ob
adpositionem manus Summi Pontificis, *affe-*
ctus specialiter favore S. Sedis evaserit, vigore 1
hujus affectionis taliter Apostolicæ dispositio-
ni obnoxius remansit, ut nemo alius inferior
Collator potuerit se in illius provisione inge-
rere, cum indignum prorsùs sit, collationem
Beneficii, super quo Summus Pontifex manus
apponit, ad Inferiorem reverti, juxtà litera-
lem *Text. in Extravag. Ad Romani Ponti-*
ficis §. Romani quisque de Præbend., cum qua
universaliter concordant Doctores, & Tribu-
nalia, ut videre est apud *Vivianum de Jure-*
patr. part.3. lib.14. cap.1. num 59. & sequen.,
Gonzalez ad reg.8. Cancellariæ Glos.52. n.4.
& 5., Pax Jordan. Lucubr. foren. tom.2. lib.10.
tit.2. n.1. & 4., Tondut. quæst. & resolut. Be-
neficial. part.2. cap 3. §.1. num.7., Garz. de
Benefic. part.4. cap.4. n.68., Rot. coram Cassa-
dor. decis.2. de Reservat. num.1. & 12., coram
Crescent. decis.2. de Parochiis, in rec. dec.333.
num.11. par.16., decis.51. num.1., & dec.523.
num.39. & 41. part.19. tom.2., & in Treviren.
Parochialis 26. Junii 1715. §. Quoniam coram
bon: me: Lancetta, & in Urgellen. Archidiaco-
natus 26. Julii 1721. §. Demùm coram R.P.D.
Gamaches. Idcircò qualiscumque provisio in
Conventu Melevitano expleta, nulla in radi-
dice remanet, & perindè habenda est, ac si fa-
cta non fuisset, ut, omissis generalibus, in præ- 2
cisis terminis smutitionis sequutæ super Præ-
ceptoriâ S. Sedi affecta respondit *Rota in Hyp-*
poregien. Commendæ, seù Præceptoriæ 11. De-
cembris 1722. §. Quandoquidem & sequen., &
12. Martii 1723. §. Subsistente namque coram
R. P. D. Ratto.

Qui

Qui sanè effectus adpositionis Manus Papæ non solum vindicat sibi locum in Beneficiis, verè, & propriè Ecclesiasticis, sed etiam in alris quibuscumque officiis, Hospitalibus, &
3 administrationibus, in quibus cadat adpositio Manus Papæ, hæc enim taliter rem afficit, ut solus Pontifex de illa possit disponere; idque ex ea potissimùm ratione, quod Suprema Potestas Summi Pontificis, in qua præcipuè fundata est affectio, ut advertit *Simonett. de reservat. quæst.74. num.2.*, non minus locum sibi vindicat super Beneficiis, quàm super aliis omnibus administrationibus, & negociis, quæ spiritualitatem non involuunt, & inhibitio ligans manus inferioribus non provenit à qualitate rei, minùsque ab eo, quod res super quà Papa adponit manus, subsit nec ne generalibus Legibus, de Beneficiis loquentibus, sed à reverentia, quæ in omnibus Supremo Pontifici semper debita est, quæque ab Inferioribus exigit, ut ubi ejus manus adposita reperitur, manum suam adponere non audeant, ut magistraliter firmavit *Rot. in celebri Bononien. Hospitalis 6. Junii 1707. §. Non attento coram bo: me: Lancetta, & 16. Decembris ejusdem anni §. Frustrà autem, & seqq. coram bo: me: Omanna*, & in terminis Præceptoriæ Sac. Ordinis Hierosolymitani, quod cadat sub affectione ob adpositionem Manus Papæ, latissimè dixit *Rot. in dicta Hypporegien. Commendæ, seu Præceptariæ 11. Decembris 1722. §. Quin ad retardandam, & 12. Martii 1723. §. Subsistere coram R. P. D. Ratto.*

4 Et quotiès semel affectio inpressa est ob hujusmodi adpositionem Manus Papæ, tùnc Inferior Collator se ingerere nequit, sivè casus vacationis eveniat, Sede Apostolicâ plenâ, sivè eà vacante. Beneficium namque semel affectum, semper tale remanet, donec Papa
5 validè, & cum effectu provideat, *Simonet. de reservat. quæst.58. n.7., Barbos. Vot. decis.110. num.31. lib.3., Rot. coram Merlin. decis.192. num.2.*; Idcircò cum *ex tunc*, & usque à primo momento adpositionis Manus Papæ Beneficium afficiatur, sequitur, quod tametsi posteà vacatio eveniat defuncto Summo Pontifice, adhùc affectio durat, & dispositio ad futurum spectat Pontificem, ut est clarus *Text. in dicta extravag. ad Romani de Praben.*, & tradunt *Cassador. decis.4. de reservat. sub num.6., Card. de Luc. de Benefic. disc.4. num.8., coram clar: mem: Card. Petra ad Constitut. Apostolic. tom.5. fol.17. sub n.20., Piton. discept. Ecclef.3. num.8.*, & magistraliter *Rota dicta decis.192. num.7. coram Merlina*, ubi eam validissimam assignat rationem, quià scilicet affectio non inducitur *ex nunc*, in ipso obitu Possessoris, & sic in vacatione, quæ contingit tempore Sedis
6 vacantis, sed jàm infixa, & inducta erat *ex tunc*, nimirùm quando Papa commendavit, in quo temporis momento, per adpositionem Manus Papæ, affectio jam habuerat effectum suum perfectum, & consumatum, undè mirum non est, si posteà moriente Papâ, affectio non expiret, quià, etsi regulariter cessante causa, cesset effectus, secùs tamèn est, quandò effe- 7
ctus est jam consumptus, ut prosequitur eadem, *Rota coram Merlin.*, & tradunt *Vivian. de Jurepatr. part.2. lib.5. cap.5. num.163., Rota decis.33. num.2. part.14., & decis.121. n.11. part.19. recent.*

Quod autem concurrat super Prioratu, de quo agitur, adpositio Manus Summi Pontificis, quæ sufficiens, & apta fuerit illum in futurum afficere favore S. Sedis, plusquam clarè
emergit; In Facto quippè certum est, usque de 8
anno 1678. Ven. Servum Dei Innocentium XI. *Motu proprio*, non autem ad supplicationem Partis, Prioratum contulisse *in Commendam* perpetuam clar: me: Cardinali Pamphilio, ob cujus obitum nunc vacat. Ubi autem Papa manus adponit ad effectum commendandi ali-
quod Beneficium, tùnc ex ipsa natura actus 9
Commendæ inducitur in Summo Pontifice certus, & determinatus animus ulteriùs providendi in Titulum cessatâ Commendâ, absque eo, quod opus sit, quod Papa expressè Beneficii ulteriorem provisionem in Titulum sibi reservet; Cum enim commendare non sit plenè conferre, sed potiùs suspensâ, pro ea vi-
ce, collatione, in administrationem concede- 10
re; Commenda enim est, quod custodiæ causâ conceditur, *cap. Nemo de elect. num.6.*, hinc est, quod Summus Pontifex commendando, pernecesse habere in mente dicatur animum faciendi, cessatâ Commendâ, pleniorem provisionem in Titulum, quem animum plus factis demonstrare dicitur, quam quod verbis declarare potuisset. Quà ratione sequitur,
quod etiam cessatâ Commendâ per obitum 11
Commendatarii, duret adhuc affectio, donec illud in Titulum provideatur, ut unanimiter firmant *Roman. cons.350. num.11., Simonet. de reservat. quæst.59. num.7. & 9., & quæst.64. num.10., Rebuff. in Prax. benefic. in form. signat. V. affectum pag. mihi 96.*, ibi = *Hoc ideò dicitur, quod si Papa Beneficium sæculare vacans, Regulari commendaverit, seù commendavit Beneficium regulare Clerico sæculari ad Vitam, si moriatur Commendatarius Beneficium tale remanet affectum per illam Commendam, postquam Papa adposuit manus in illa, adeò quod nullus inferior pro ea vice posset illud conferre, seù de illo se intromittere* = *Lotter. de re benefic. lib.2. quæst.8. num.127. & 128., Gonzalez ad reg.8. Cancellariæ Glosf.52. num.11.*, ibi = *Ex quo infertur, quod si Papa dat in Commendam aliquod Beneficium, vel in eo Administratorem adponit, quod ex adpositione Manus Papæ in dicta Commenda remanet Beneficium affectum, ut cessante Commenda, vel administratione Papa solus providere debeat* = *Card. de Luc. de Benefic. disc.103. num.7., & disc.143. n.10., Barbos. in Collect. resolut. beneficial. lib. 3. cap.13. num.9.*, ibi = *Multis autem Casibus dicuntur esse affecta Beneficia. Primò, si Papa Beneficium det in Commendam, vel in eo Administratorem adponat, nam ex adpositione Ma-*

nus Papa in tali Commenda remanet Beneficium affectum, ut cessante Commenda, vel administratione, Papa solus providere debeat = idem *Barbosa Vot. decisiv.* 110. *num.* 14., ubi postquam dixit, non omnem manus adpositionem producere affectionem, sed eam tantum, ex qua resultat mens ulterius providendi, id
12 exemplificat *in Commenda*, & unione ad vitam, additque insuper *num.* 47. hæc præcisa verba = *Praterea in unione, seu Commenda ad vitam Papa disponit de vacanti cum animo, & intentione formali, & positiva ulterius conferendi, quæ est potissima affectionis ratio* = *Adden. ad Buratt. decis.* 36. *lit. D.*, & constans semper fuit opinio Sac. Rotæ, ut videre est *coram Cassador. decis.* 4. *de reservat. sub num.* 6., *coram Carillo decis.* 297. *num.* 8., *coram Arguell. decis.* 2. *num.* 5. & 6., *coram Cavaler. decis.* 559. *num.* 5., & *decis.* 154. *n.* 5. *par.* 1., & *decis.* 523. *num.* 38. *par.* 19. *recen.*, & *decis.* 1061. *num.* 11. & *seqq. coram Coccino*, & *decis.* 1245. *num.* 17. *coram Eodem*.

Et in nostris præcisis, ac individualibus terminis, quod scilicet, ubi Papa concedit in Commendam Præceptoriam *S. Joannis Hierosolymitani*, ex tali actu inducatur affectio, itaut cessatâ Commendâ, solus Papa de illa possit disponere, respondit *Rota dec.* 51. *par.* 7. *recent.*, ibi = *Unde hac Praceptoria per hujusmodi adpositionem manus Papæ, ita ex tunc remansit Sedi Apostolicæ affecta, ut nemini inferiori licuerit ampliùs illam conferre, donec à Papa fuerit de ea aliquis provisus in Titulum* =, & in illius confirmatoria *decis.* 80. *eadem par.* 7. *recent. num.* 15.

Eoque fortiùs, si inspiciamus diuturnum tempus ferè duorum seculorum, in quo semper Summi Pontifices de hoc Prioratu disponere consueverunt; hæc quippe diuturna observantia cadens in tàm valdè conspicuam dignitatem, ante oculos ejusdem Summi Pontificis po-
13 sitam, satis ex se dat intelligere, quod adpositio manus Papæ facta in commendando hunc Prioratum favore Cardinalis Pamphilii, restricta dumtaxat non fuerit ad illum simplicem actum Commendæ, sed etiam ad alium pleniorem effectum, ut, cessatâ postea Commendâ, pleniori provisione in Titulum concederetur, adeòut, decedente Commendatario, affectio non cessaret, sed adhuc in suis manibus Prioratum Papa retinere intellexerit ad effectum de illo ulterius providendi privativè, quoad alium quemcumque inferiorem Collatorem, ut benè considerata longævâ consuetudine semper commendandi, observat in specie *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 103. *nu.* 7. *§. Potissimè*, *Rot. coram Arguell. dec.* 2. *nu.* 4. & *duob. sequen.*

Clarius autem voluntas hæc Summi Pontificis confirmatur si reflectatur ad Provisiones conditionales factas tum à san. mem. Urbano VIII. favore Nicolai Barberini, tum etiam à san: mem: Alexandro VII. ad favorem Sigismundi Chisij; uterque enim Prioratum contulerunt in *Commendam*, donec, & quousque Commendatarii ad legitimam devenissent ætatem, & habitum suscepissent, ac Professionem emisissent; Idcirco innegabile est, quod dd. Summi Pontifices, nedum intentionem habuerint conferendi Prioratum in simplicem *Commendam*, sed insuper illum plenariè con- 14
cedendi in *Titulum*; cum autem collatio in Titulum conditionaliter facta, ob non adimpletas conditiones, effectum habere non potuerit, & san: mem: Innocentius XI., commendando Prioratum Cardinali Pamphilio, specificè narraverit collationem conditionalem Tituli ab Alexandro VII., ut supra factam, necesse est dicere, quod idem Innocentius in mente sua habuerit propositum faciendi, cessatâ Commendâ, provisionem in Titulum, prout ejus Prædecessores declaraverant, ex quo illa Prædecessoris, utpotè non purificatâ conditione, nullum effectum sortiri potuerit, ut tradunt *Paris. cons.* 82. *numer.* 6. & 7. *lib.* 4., *Card. de Luc. de Pension. disc.* 1. *nu.* 13. & *seq.*, *Rot. dec.* 614. *n.* 45. *part.* 4. *tom.* 3., & *dec.* 179. *n.* 20. & *seq. part.* 12. *recent.*, & *in Camerinen. Electionis super reservatione* 15. *Jun.* 1708. *§. His consequenter coram bon: mem: Molines.*

Quoties enim à Pontifice antecessore declarata fuit voluntas conferendi in Titulum, ex quo Successor hanc eandem voluntatem non 15
expresserit, non indè tamen à mente, & voluntate pandità à suis Prædecessoribus, recedere voluisse censetur, quia ad istum effectum necessaria fuisset expressa declaratio, vel actus, omninò incompatibilis cum animo, & voluntate ita conferendi, præcisivè à quo, voluntas Papæ conferendi in Titulum semel per Antecessorem declarata, semper durat etiam in Successore, qui in omnibus, & per omnia illi succedit, & cujus sicuti est æqualis pote- 16
stas, ità præsumitur, & voluntas, donec de contrario non constet, *juxta decis. Cassador.* 4. *tit. de Reservat. sub nu.* 4., ubi proindè firmat, quod in Papa, qui mentaliter reservaverat, & providerat, durat adhuc vinculum mentalitatis, itaut provisio per alium fieri nequeat, quàm per Successorem, qui poterit declarare 17
Personam gratam, quam non declaravit Prædecessor, cum in omnibus, & per omnia succedat.

Affectio itaque ex Commenda proveniens, & præservans favore Sanctæ Sedis plenariam Prioratus dispositionem, everti neutiquam potest ex eo contrario objecto, quod scilicet Prioratus, & Præceptoriæ Ordinis Hierosoly- 18
mitani, non sint vera Beneficia, in Titulum conferri solita, sed simplices administrationes manuales, & ad nutum Magni Magistri revocabiles; Atque hinc, expiratâ Commendâ per obitum Commendatarii, nulla possit remanere affectio super Præceptoriis, sed statim redeant ad eorum primævam naturam, & manualitatem.

In primis enim respondetur, quod licèt hu-

jusmo-

jusmodi Præceptoriæ, & Commendæ Sacræ
Religionis Hierosolymitanæ quodammodò di-
cantur manuales, & amovibiles, id tamen
non provenit ex eorum intrinseca natura, sed
19 amovibilitas descendit a vi professionis, & obe-
dientiæ, quàm præstare tenentur Religiosi
ejusdem Ordinis erga Magnum Magistrum, eo-
rum Superiorem Ordinarium, ex quo non re-
linquunt naturalem perpetuitatem, licet amo-
veantur Provisi, ut bene explicat *Lotter. de
re benefic. iar. lib. 1. quæst. 33. nu. 8. 9. 10. & 11.*,
ibi = *At in Regularibus qualitas hæc manuali-
tatis non constituitur aliquo modo in substantia
Beneficii, quia, etiamsi reputentur manua-
lia &c., etiamsi militaria sint &c., id tamen
non procedit à natura ipsorum Beneficiorum,
sed procedit à virtute Professionis Religiosi, qui
qui cum sit sub obedientia sui Superioris, nec
habet velle, aut nolle, cogitur, statim ut re-
vocatur, Beneficium dimittere &c., undè vis
manualitatis stat in ipsa obedientia, non autem
in natura Beneficii, quod perpetuum est, nec
tale desinit esse per remotionem Obedientia-
rii.*

Quâ ratione communis est *Sacræ Rotæ* Sen-
tentia, quod hujusmodi Præceptoriæ, utpotè
aptitudine perpetuæ, in *Titulum* conferantur,
20 & de eis judicetur, ut de perpetuis Beneficiis,
cum possidentes, eas in perpetuum retineant,
nec ab illis nisi ex legitima causa propter de-
lictum, vel inobedientiam erga Religionem
removeri possint, aliàs daretur recursus ad
Superiorem, ut in puncto ratiocinatur *Card.
de Luc. de Benefic. disc. 97. numer. 22.*, ibi = *In
Religione autem Hierosolymitana, vel similibus
militaribus, in quibus Commendæ, ac Priora-
tus, & Dignitates non sunt ex mera gratia, sed
potiùs ex Justitia ratione antianitatis, vel be-
nemerentiæ, atque dantur in Titulum regula-
riter ad vitam, hinc proindè, quamvis ratione
obedientiæ dicantur manualia, attamen id pro-
cedit largè, ac impropriè ob compatibilitatem
cum obedientia, sed sinè causa non datur re-
motio, atque aliàs appellatur, vel habetur re-
cursus ad Superiores, quoniam de facto regu-
lari videntur magis Jure Beneficiorum sæcula-
rium* = *Rot. decis. 173. part. 5. tom. 2 recen. sub
num. 9.*, ibi = *nec facit, quòd præfatæ Præce-
ptoriæ sint ad nutum amovibiles, quia quidquid
sit in manualibus sæcularibus, quæ non dantur
in Titulum, nihilominùs istæ Præceptoriæ sunt
perpetuæ, nisi eas obtinentes amoveantur, &
de iis judicatur uti de perpetuis, prout sunt de
sui natura, cum conferantur in Titulum, &
possint impetrari, licet obtinentes potiùs ratio-
21 ne obedientiæ, & ex vi Professionis, quàm ex
natura eorum possint removeri ad nutum Supe-
rioris, qui potest quoque non removere* =, & *cor:
Reverendiss. Crispo decis. 102. num. 1. tom. 1.*,
& *cor. Eminentiss. Cardinali Falconerio dec. 5.
num. 2. tit. de Benefic.*, & *egregiè in Melevita-
na Commenda 4. Junii 1708. §. Quoniam coram
bon: mem: Lancetta, & in altera Melevitana
Commendæ 13. Julii 1710. §. Verùm coram Re-
verendiss. Aldrovando, & in Melevitana, seu
Albinganen. Commendæ 2. Julii 1723. in princ.,
& §. Præsupposita coram Reverendissimo Aldro-
vando.*

Quod magis confirmatur ex eo, quod supra-
dictæ Præceptoriæ, aliæque Dignitates, quæ
in hac Sacra Religione distribuuntur, non pro-
veniunt ex mera gratia, & liberalitate Magni
Magistri, sed ex Justitia ratione antianitatis,
vel benemerentiæ erga Religionem, & quoti-
dianæ sunt controversiæ, quæ in Tribunalibus
Urbis, & præsertim in *Sacra Rota* Auditorio
inter Equites agitari conspicimus super præla-
tione obtinendi hujusmodi Commendas, &
Præceptorias. Porro, si Commendæ in Titu-
lum non retinerentur, & perpetuæ non essent,
nimis sanè supini essent Equites illi, qui vo-
luissent tot disputationes, & graves facere ex-
pensas pro obtinendis dictis Commendis, quan-
do, positâ earumdem manualitate, potuissent
sequenti die ab illis removeri, quod nunquam
evenit, ut totidem ferè verbis prosequitur *Rot.
in dicta Melevitana Commenda 4. Junii 1708.
§. Quæ omnia & sequen. coram bon. mem. Lan-
cetta.*

Accedit ulteriùs, quod hic non agitur de
simplici Præceptoria, sed de *Dignitate* Prio-
rali, & quidem in Religione principalissima,
qui sanè Prioratus juxta ejusdem *Sacræ Rotæ* 22
opinionem sunt veri *Tituli*, & tanquam vera,
& propria Ecclesiastica Beneficia consideran-
tur, ut in puncto respondit *Rota dicta dec. 472.
num. 8. part. 5. tom. 2. recen.*, ibi = *Clarum est
enim, quod isti Prioratus Religionis Hierosoly-
tanæ sunt veri Tituli, & Beneficia Ecclesiasti-
ca.*

Neque huic constantissimæ Sententiæ obsta-
re potest opinio aliquorum contrarium tenen-
tium, nec minùs Votum *Theologorum* desuper
aliàs editum, & ad Partes hodie exadverso
distributum, propugnantium, Commendas,
& Præceptorias hujus inclyti Ordinis esse me-
rè administrationes temporales, & ad nutum
amovibiles, itaut neque sint subjectum capax 23
simoniæ. In oppositum enim satis nobis est al-
legare nedum constantem, & universalem
Canonistarum sententiam, contrarium vali-
dissimis rationibus defendentium, & præser-
tim *Sacræ Rotæ in Melevitana Marescialliatus
24. Aprilis 1716. §. Ad hoc examen coram bon:
mem: Cerro*, cujus occasione exhibitum fuit
supradictum *Votum* Theologorum quod sequi
noluit *Sacra Rota*; Sed ulteriùs remissivè nos
habemus *ad duo elaboratissima Vota*, ad instan-
tiam san: mem: Clementis XI. tradita ab Emi-
nentissimis Cardinalibus Petra, & Lamberti-
no, in hac eadem Sac. Congregatione suffra-
gium ferentibus, quorum rationibus motus
idem Summus Pontifex, cum ejus specialibus
Literis in forma Brevis declaravit, quod *Præ-
ceptoriæ, Commendæ, Dignitates, aliave id
genus Beneficia, seu Officia, ac emolumenta
Professoribus ejusdem Ordinis conferri solita*,
sint Simoniæ subjecta, ut legitur in ejus *Brevi*

impress. tom. 2. part.2.pag.694., quæ fane Pon-
tificia resolutio, totâ plaudente Sacrâ Religio-
ne Hieroſolymitanâ, fuit amplexa, ut liquet
ex altera *Epistola ejusdem Summi Pontificis ibi-
dem impress. f.l.712.*

Verum enim verò ſuperflua videtur hæc
quæſtio in caſu, de quo agitur, ubi apparet,
quod Summi Pontifices, quando de hoc Prio-
ratu diſpoſuere, ſatis quoad illum diſtinctè lo-
cuti fuere de ſimplici *Commenda*, & de Colla-
24 tione *in Titulum*; Ubi enim fan: mem: Urba-
nus VIII. Prioratum hujuſmodi contulit Nico-
lao Barberino, benè diſtinxit collationem ei-
dem factam in Commendam, ab altera ple-
niore in Titulum, quam illi tribuere voluit,
poſtquam in ætate legitima perventus, Profeſ-
ſionem emiſiſſet, & Inſignia melitenſia aſſum-
pſiſſet; Rursùs hoc ipſum expreſſit fan: mem:
Alexander VII., qui conferendo favore Sigiſ-
mundi Chiſij Prioratum, paritèr literis cubi-
talibus diſtinguere non omiſit collationem ad-
miniſtratoriam *in Commendam*, ab alia in ve-
rum *Titulum*, ac demum de Proviſione facta
in Titulum Prioratus Urbis, inſuperabile nobis
perhibet documentum Bulla fan: mem: Urba-
ni VIII. relat. *in Sum.* Dominii Equitis Admirati
Santini, ubi referendo poſſeſſionem Prioratus,
ac reſpectivè vacationem per obitum Equitis
Aldobrandini de Aldobrandis, Eques iſte nun-
cupatur *Prior in Titulum*.

Si itaque Summi Pontifices in hoc Prioratu
benè contradiſtinxerunt duas collationes, unam
nempè imperfectam, & adminiſtratoriam
Commendæ, alteram completam *Tituli*, ſu-
perfluum eſt abſtractivè inquirere, an Præce-
ptoriæ hujus Ordinis conferri nec nè poſſint
in Titulum perpetuum, cum id pertinere ad
ſummum poſſit ad proviſiones magiſtrales;
Sed concludere utique oportet, quod in Prio-
ratu, de quo agitur, iidem Summi Pontifices
conſideraverint *Titulum*, verè collativum,
25 ſuper quo cadere potuit eorum voluntas, il-
lumque affectum ob adpoſitionem manus effi-
cere; illa enim eſt vera qualitas Dignitatis, &
Beneficii, quæ ab illius proviſionibus, & ſta-
tibus in omni, & quocumque caſu uniformiter
narrata, & expreſſa habetur, ad tradita per
Rot. coram Merlin. decis. 128. nu.3. & sequen.,
coram Duran. decis. 128. num.6. vers. quod verò,
*in recen. decis. 223. à numer. 14. ad 23. part. 19.
recen.*, *& in Tridentina Archipresbyteratus 4.
Junii 1723. §. Primò igitur, & 3. Decembris
ejusdem anni §. Hinc transeundo coram R.P.D.
Gamaches, & in Aurien. Beneficii de Serbes
12. Martii 1725. §. Eademque coram R. P. D.
Ratto.*

Quidquid ergò dicendum foret in Beneficiis,
ſeu officiis verè, & propriè manualibus, amo-
vibilibus, & omni Titulo carentibus, ut ſunt
officia, ſeu Beneficia temporalia, & annalia
26 clauſtralia, ſeu Cappellaniæ Laicales, & Be-
neficia ex Fundatorum diſpoſitione ad nutum,
& abſque ulla cauſa amovibilia, in quibus cum
verificari non poſſit intentio Papæ plenius pro-
videndi in Titulum (dum nullus Titulus adeſt)
neque in conſequens adeſt fundamentum, &
ſubjectum capax, ſuper quo affectio contrahi va-
leat, in quibus terminis loquitur *Lepus alle-
gat.9.*, *aliæque auctoritates ex adverso allegatæ*.
Hoc certe procedere nequit in Præceptoriis Or-
dinis Hieroſolymitani, & præſertim in Prio- 27
ratu, de quo agitur, cum iſtæ *in Titulum* con-
ferantur, & dumtaxat nomine tenus amovi-
biles, & manuales nuncupentur, atque Sum-
mi Pontifices Prioratum hunc, uti verè in Ti-
tulum collativum, ſemper reputarunt, ex ſupra
firmatis.

Verum extraneæ ſunt à noſtra hypotheſi hu-
juſmodi quæſtiones, Nam Innocentius XI. in
commendando Prioratum habuit individuam
notitiam manualitatis, Tum quia ſciebat, Prio-
ratum, quem conferebat, eſſe Sacri Ordinis
Hieroſolymitani, & ita Regularem; quodque
illum Sæculari commendabat, ut in puncto
advertit *Rota decis. 1061. num. 18. cor. Coccin.*;
Tum etiam quia expreſſam mentionem fecit in
ejus Literis de ſtabilimentis Sacri Ordinis, ex
quibus revocabiliter Prioratus committi debe-
bat, Datâ itaque in Papa ſcientiâ manualita-
tis, etiam in illo erroneo præſuppoſito, quod 28
iſta manualitas quoad Prioratum eſſet intrin-
ſeca, & cujuſcumque Tituli excluſiva, adhuc
Prioratus per actum Commendæ affectus re-
manſiſſet, cum procul ſit ab omni dubio, quod
quandò Papa ſcienter adponit manus in ma-
nualibus, tunc inducitur affectio, ad excluſio-
nem cujuſcumque inferioris Collatoris, ut di-
ſtinguendo firmant *Gonzalez ad reg. 8. Cancel-
lariæ Gloss. 52. num. 54.*, *Tondut. quæst. benefi-
cial. part. 7. cap.3. §.1. num.17. & sequen.*, *Pax
Jordan. elucubrat. lib. 10. tit. 2. num. 39., & 40.*
Murg. de Benefic. quæst. 3. num. 359., *Amostaz.
de Caus. piis lib. 3. cap.1. num. 15.*, *Rosa de exe-
cut. Lit. Apostolic. lib. 1. cap.6. n. 134.*, *Sanchez.
in Præcept. Decalog lib. 7. cap. 29. num. 136., &
explicando decis. 9. Achill. de Grass., benè de-
clarat.*, *Rot. cor. Coccin. decis. 1061. numer. 18.*,
*& in puncto Præceptoriæ hujus Ordinis d. de-
cis. 51. num. 15. & 16. part. 7. rec.*

Eo fermè modo, quo licèt Hoſpitalia, &
Beneficia de Jurepatronatus Laicorum regula-
riter non cadant, neque ſub Apoſtolicis reſer-
vationibus neque ſub affectionibus exorientibus
ab adpoſitione manus Papæ, attamen id limi-
tatur, ſi Papa *scienter* ſuper illis manum adpo-
nit; Tùnc enim, ſicuti nequit dubitari de ejus 29
poteſtate, ità in dubium revocari nequit, quin
illa hujuſmodi ſpeciali affectioni ſubjecta non
remaneant, ut monet *Gonzalez ad regul. 8.
Gloss. 52. numer. 54.*, *Tondut. quæst. Beneficial.
part. 2. cap. 3. §. 1. num. 17., & seqen.*, *Pax Jor-
dan. elucubrat. lib. 10. tit. 2. n. 39. & 40.*, *Murg.
de Beneficiis quæst. 3. num. 359.*, *Amayden. de
styl. Datariæ lib. 1. cap. 15. §. 15. numer. 97.* quo
exemplo bene ad rem utitur *Rota in d. Bono-
nien. Hospitalis 16. Decembris 1707. §. Deni-
que cor. bon. mem. Omanna & coram Lancetta
§. Hæc autem.*

Nil-

Nilque obstat, quod io manualibus licet ca-
dere possit affectio propter adpositionem ma-
nus Papæ, scienter factam in commendando,
cessset tamen affectio hujusmodi, cessante Com-
menda, quæ propterea non impedit, quin per
cessum, vel decessum Commendatarij, Infe-
rior possit de illa disponere cum Beneficium
statim redeat ad ejus manualitatem. Responde-
tur enim id procedere, vel quotiès Papa igno-
ravit statum, & qualitatem manualem, quia
tunc præsumi nequit immutare voluisse natu-
ram, & statum Beneficiorum, sivè Commen-
30 darum, de quo notitiam non habuit, ut opti-
mè declaravit *Rota dicta decis. 1061. à nu. 12.
& pluribus sequen. coram Coccino*, & melius in
puncto in sepedicta *decis. 51. numer. 15. & 16.
part. 7. recen.* ibi = *Quamvis enim regulariter
dicendum esset, quod hæc Præceptoria tanquam
manualis, statim ac per mortem Michaelis de-
siit ei esse commendata, ad suum primævum ma-
nualitatis statum redierit, itaùt modò sub affe-
ctione cadere non possit, quæ ex Commenda re-
sulteat, Achil. decis. 9. &c., attamen hæc conclu-
sio non habet locum, ubi Papa in provisione per
viam Commendæ intellexit statum manualitatis
Beneficii, prout accidit in Casu præsenti, in
quo cum Pontifex habuerit scientiam manuali-
tatis hujusmodi Præceptoriæ, commendando, vo-
luit illam pro futura primæva vacatione af-
ficere* =

Vel quandò ipse Papa, sciens, manum adpo-
suit ad certum dumtaxat effectum, puta ad ef-
fectum *conferendi*, ut est casus *decis. 47. post*
31 *Antonell.*, exadverso allegatæ, quo casu com-
munis, & recepta conclusio est, quod adposi-
tio manus limitata ad certum casum, & cer-
tum effectum, non causat affectionem, defi-
ciente effectu, aut casu, per Papam contem-
plato, ex adductis per *Gonzalez ad regul. 8.
Gloss. 52. num. 38. & sequen. & numer. 51. & se-
quen., Rot. cor. Buratt. decis. 78. num. 3., in recen.
decis. 44. num. 3. part. 3.* & ratio est, quià ces-
sante tali effectu, vel casu, Papa non intendit
ulterius providere, qua intentione deficiente,
nulla resultat affectio per manus adpositio-
nem, quia non omnis adpositio manus affectio-
32 nem producit, sed ea solùm, ex qua resul-
tat mens Papæ ulteriùs providendi, *Gonzalez
d. Gloss. 52. num. 38. & 42., Garz. de Benefic.
part. 5. cap. 1. num. 175. & sequen., Lotter. de re
benefic. lib. 2. quæst. 26. num. 30., Barbos. de Offic.
& potestat. Episcop. part. 3. allegat. 57. num. 35.
in fine, Rota decis. 187. num. 5. in fine par. 2.,
& decis. 44. sub num. 3. part. 3. rec.*

At aliter res se habet quando, ut in casu no-
stro, Papa rectè conscius, & benè instructus
qualitatis manualis Prioratus, de quo agitur,
manus super illo scienter adposuit, ipsum con-
cedendo in *Commendam*, seù perpetuam ad-
ministrationem; hoc enim casu, cum dicatur,
Papam voluisse immutare statum Beneficii,
33 donèc plenè illud conferat in Titulum, ces-
sante Commendà, etiam in manualibus, non
cessat affectio, sed illa adhùc durat, donec, &
quousque facta collatione *in Titulum*, consum-
ptus fuerit effectus, propter quem principaliter
Papa manus adposuit, in quo conveniunt
omnes supracitati, & præsertim tradit *Rota
cor. Coccin. d. decis. 1061. num. 18. & sequen.*, &
in terminis Commendæ Hierosolymitanæ *De-
cis. 51. num. 15. & 16. part. 7. recen.*, & cum hac
quoque distinctione procedunt omnes *Aucto-
ritates* exadverso allegatæ; quamvis enim *Gon-
zalez ad reg. 8. Gloss. 5. §. 6. n. 22.* asserat, quod
Beneficium manuale, tametsi ultima vice à
Papa commendatum, oon propterea cessatà
Commendà affectum remaneat, adhuc *nu. 23.*
subjungit = *Si verò Papa expressè reservasset,
vel Affectasset aliquod Beneficium manuale,
tunc procul dubio intraret reservatio* = Atque
hanc ipsam limitationem expressè scriptam re-
liquere *Marga, & Pax Jordanus* in locis ex-
adverso allegatis.

Atque omnes isti *Authores*, aliique ex parte
Venerabilis Religionis allegati se referunt ad
decisionem *nonam Achillis de Graffis de Præ-
ben.*, quæ literaliter, concurrente scientià Pa-
pæ, concludit, etiam Beneficia manualia, à
Papa commendata, affecta remanere, itaut
Ordinarius de illis disponere nequeat, ut lege-
re est in eadem *decisione sub n. 9.* ibi = *Tamen in
eadem coram D. Puteo tenuerunt Domini affe-
ctionem specialem super illo Beneficio cadere
data scientià in Pontifice, quod Beneficium pos-
set remanere affectum pro illa vice, ut Ordina-
riùs providere non possit, licèt aliqui vellent tra-
here dictam octavam decisionem coram me, in
qua Papa nescivit* = & ità pariter huic Decisio-
ni *Achillis* respondet io individuo *Rota coram
Coccino in sæpedicta decis. 1061. n. 18.*, ibi = *Ne-
que etiam cessante Commendo per obitum, cessa-
ret affectio eà ratione, quià, licèt Beneficium sit
manuale, potest tamen esse affectum ex scientia
Papæ, quod indubitanter est verùm, quando
Papa scienter Beneficium regulare commendat
Seculari, & hoc est id, quod in litera dicit
Achilles d. decis. 9.* =, Et magis in individuo
eadem *Rota in sæpè laudata decis. 51. part. 7. re-
cen. in verbis supra relatis*.

Nèc huic nostræ opinioni apertissima deest
ratio; Nam si affectio ob adpositionem manus
Papæ non tantum inducitur ab ipsa materiali
manuum adpositione, quantum à voluntate 34
Papæ, ut dixit *Rota in Hypporegien. Commen-
mendæ 12. Martii 1723. §. Quandoquidem co-
ram R.P.D. Ratto*, quià revera adpositio ma-
nus nihil aliud est, nisi actus, *quo Summus
Pontifex pandit animum suum circà provisionem
alicuius Beneficii*, ut hisce verbis explicat *Rota
in Gerunden. Canonicatus 25. Junii 1714. §. Ex-
trinseca coram Lancetta*. Si ea locum habet
etiam in manualibus, & in alio quocumque
negocio, tametsi nullam spiritualitatem in-
voluente, *ut supra firmatum est*, nemo non
videt, quod parui referat, an Prioratus, de
quo sermo est, sit manuale, vel perpetuum,
quia affectio non pendet à qualitate rei, vel ne-
gocii, sed à voluntate Papæ; & ideò etiam in
ma-

manualibus, ubicumque constet de voluntate
35 Papæ conferendi in Titulum, post expirationem Commendæ non expirat affectio, quæ
semper durare debet, donec evacuata sit intentio Papæ, quæ fuit, conferendi in Titulum,
ut bene ratiocinatur *Barbos. in Voto decis.* 110. *numer.* 28. *& sequen. & numer.*
37. 47.

Remotum itaque undique remanet primum contrarium objectum, ex manualitate desumptum; At ejusdem quoque irrelevantiæ dignoscitur aliud depromptum ex Privilegiis, per Summos Pontifices, & præsertim à san. mem. Innocentio VIII., & Clemente VII. concessis Or-
36 dini Hierosolymitano, in quibus inter cetera disponi asseritur, quod Prioratus, & Præceptoriæ ejusdem Ordinis sub nullis includantur Apostolicis reservationibus, & affectionibus generalibus, & specialibus, etiamsi apud Sanctam Sedem vacare contigerint, ut ex Religionis *Sum.*

Præmisso enim, quod non constat de hujusmodi Privilegio conferendi Præceptorias *affectas* ob adpositionem manus Papæ; cum illud
37 Innocentii VIII. revocatum fuisse diligenter ostendant *DD. Causæ Patroni*; Ac insuper prætermissa indagine, an supradicta privilegia revocata dici queant *ex regula* 15. *Cancellariæ Apostolicæ*, quamvis titulo oneroso, & ex causa meritorum concessa, super quo Articulo non modica nobis assisterent momenta rationum, ut præsertim videre est in *Virduuen. Abbatia 26. Junii 1699. §. 24. coram bon. mem. Molines*, ubi plures allegantur *auctoritates*, revocationem hanc propugnantes. Occurrit valida responsio, quod scilicet Clemens VII. indul-
38 gendo Magno Magistro exorbitans privilegium liberè conferendi quæcumque Beneficia Ordinis Hierosolymitani, cujuscumque qualitatis existentia, etiam apud Sedem vacantia, sibi, suisque Successoribus præservavit resignationem in manibus Papæ, ut legitur in Bulla *Pii IV. §. 23.* ibi = *Præterquam per resignationem in manibus suis, & Successorum suorum Romanorum Pontificum* = quæ confirmationis etiam robur obtinuit in hac parte ab eodem Pio IV.

Porrò, si benè in Facto animadvertatur, Casus noster consistit in supradicta Præservatione; Nam post factam liberam dimissionem hujus Prioratus in manibus Urbani VIII. per Card. Antonium Barberinum nulla huc usque consumpta fuit provisio in Titulum à S. Sede;
39 Duo quippe Collationes factæ favore Nicolai Barberini, & Sigismundi Ghisii, fuerunt, ut dictum est, conditionatæ, cum primum, & postquam habitum suscepissent, & Professionem emisissent; Cum autem talis conditio nunquam in ipsis purificata fuerit, nullum effectum, nullamque subsistentiam sortiri potuerunt provisiones in Titulum, & sic habentur pro non factis, nihilque ponunt in esse, ut in specie tradunt *Paris. consil. 82. nu. 6., & 7. lib. 4.*, *Garz. de Benef. par. 5. cap. 1. num. 153.*, *Gratian. discept. forens. 991. num. 8. & sequen.*, *Card. de Luc. de Pension. disc. 1. numer. 13., & sequen.*

Sic quoque consumpta nequit dici collatio in Titulum ob provisionem factam ab Innocentio XI. favore Card. Pamphilii, cum hæc expressè legatur facta in Commendam, quæ quamvis fuerit Commenda perpetua, attamen 40
apta non fuit consumere affectionem, præcedenter inductam favore S. Sedis per suprad. dimissionem, ut ait *Cassador. decis. 2. de union. numer. 13.*, *Puteus. decis. 154. lib. 1.*, & egregie distinguendo *Rota in Leodien. Canonicatus 9. Maii 1727. §. Missa enim coram R. P. D. Corio*. Si itaque Collationes in Titulum conditionatè, seu in Commendam expletæ, aptæ non fuerunt ad evacuandam affectionem natam ob liberam resignationem Card. Antonii in manibus Papæ; Quoties ex ipsa litera Indulti Clementis VII. casus iste exceptuatus remansit, & favore Sanctæ Sedis imposterum reservatus, jam patet, quod Privilegia Religionis præsentem vacationem, in qua hodiè versamur, comprehendere nequeant, cum hæc adhuc sit reservata per supradictam resignationem.

At verò pro faciliori hodiernæ Causæ resolutione, satis nobis esse videtur ostendere, quod Innocentius XI. privilegiis hujusmodi, & quibuscumque Constitutionibus Apostolicis, Statutis, Stabilimentis, & Consuetudinibus latis- 41
simè, & amplissimis clausulis derogavit, quando Prioratum commendavit, frustrà itaque illa in medium afferuntur, dum, data potestate, de qua dubitari non potest, & voluntate derogandi, quæ aperte resultat ex tenore earumdem Apostolicarum Literarum, perindè judicari debet, ac si Privilegia nullatenùs adessent, *ad Text. in Clemen. dudum §. Verùm de sepultur.*, *Mandos. consil. 7. numer. 12.*, *Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 4. num. 55., & 56.*, *Garzia de Beneficiis part. 5. cap. 1. num. 586.*, *Rota decis. 102. num. 14 part. 10. recen.*, *& in puncto in dicta Hypporegien. Commendæ, seù Præceptoriæ 11. Decembris 1722. §. final.*, *& 12. Martii 1723. §. Frustrà denique cor. R. P. D. Ratto.*

Haud relevante, quod derogationes hujusmodi factæ fuerint in Literis Innocentii XI. cum clausulis restrictivis *pro hac vice dumtaxat, & ad effectum validitatis præsentium*. 42
Præmisso namque, ut supra latè firmavimus, quod Summus Pontifex statim, ac manus adposuit super Prioratu, illum commendando Cardinali Pamphilio, ex ipsa natura actus in mente habuerit, tanquam effectum necessarium, immediatè, ac inseparabilitèr dependentem, illum in titulum conferendi, cessatâ Commendâ; statim necessariò consequitur, quod dum idem Summus Pontifex derogavit privilegiis Religionis *eâ vice tantùm*, talis derogatio comprehendere non solùm debet actum illum Commendæ, qui de per se stare nequit, sed etiam tituli collationem, cessatâ Commendâ, ab eodem Papa perficiendam, ut tra-

tradunt *Ancharan. consil. 399. circa finem, Si-*
mouett. de reservat. quæst.79., Rub. in singular.
Sac.Rota Romana circà clausulas clausul. 554.
ibi = *Pro hac vice &c. hæc clausula posita in*
43 *reservatione, intelligitur pro tota illa vacatio-*
ne, ità ut non consumetur reservatio, donec va-
lidè fuerit provisum = & in nostris individua-
libus terminis, ad effectum nempè excludendi
hæc ipsamet Apostolica privilegia Religioni
Hierosolymitanæ concessa, ut Præceptoria ob
Commendam à Papa ordinatam affecta re-
maneat, donec in pleniorem Titulum confe-
ratur, firmavit *Rota in dicta decis. 51. num.17.*
part.7.recent. ibi = *Sic pariter visum fuit Do-*
minis, quod clausula = pro hac vice &c. = non
potuerit impedire, quin ex tali Commenda orta
fuerit Beneficii affectio, quæ ab ipsa Commen-
da, tanquam effectus necessarius immediatè, ac
inseparabiliter dependebat.

Altera quoque clausula = *Ad effectum vali-*
ditatis præsentium = quæ paritèr legitur in Li-
teris ejusdem Innocentii, consimilem recipit
interpretationem; ut scilicèt Privilegia Reli-
gionis obesse non possint ad effectum validita-
tis tum Commendæ, tum collationis in titu-
lum cessatà Commendà, ob eamdem rationem,
44 quia scilicèt natura actus, & voluntas Pontifi-
cis utrumque continebat; undè Papa expri-
mendo ad præmissorum effectum, seu ad effe-
ctum validitatis præsentium, utrumque com-
prehendere voluit, quodque validum esse debe-
ret; Clausula enim generalitèr ad omnia, quæ
geruntur, adposita, generalitèr ad omnia exten-
ditur, ex notis principiis, de quibus *in leg.3.talis*
Scriptura §.fin. ff. de Legat.1., Bart. in leg.3.
ff. de liber., & posth. Abbas in cap.2. requiris de
appellat.n.20., Rota coram Seraphin. decis.570.
n.2., & coram Pænia decis.224.n.8., & 9.

Ità demum altera calusula = *illis aliis in suo*
robore permansuris in supradictis Literis adpo-
sita, præservat quidem Religioois Privilegia
prò aliis casibus, & quoad alia extrinseca, &
non dependentia ab actu præjudiciali, quem
facere in animo habebat Summus Pontifex;
Actus autem Religioni præjudicialis, existens
in mente Papæ, dum tàm amplissimè supradi-
ctis privilegiis derogavit, nedum continet
commendationem, sed etiam, & principalitèr
collationem in Titulum ejusdem Prioratus, ex
45 supra firmatis: Idcircò præservatio privilegio-
rum prò aliis casibus, nullo modo percute-
re potest actum collationis Tituli, in mente
Papæ indubitantèr permanentem, juxtà do-
ctrinam *Bartol. in leg. cum propter num 2. ff. de*
legat. præstandis, & in leg. final. §. Idem quæ-
sivit. Cod. de condit. insert., Oldrad.cons330.in
fin., Paris. cons.7.n.12.lib.1., Sarnen. ad regul.
Cancellar.de Jur. quæsit. non tollen. quæst.1.nu-
mer.41., Rota coram Seraphin.decis.756.nu.2.,
& coram Royas decis. 193. in fin., & coram Du-
nozett. Jun.decis.352.num.10., & in recèn.de-
cis. 7. num.14., & 15.part.19.

Quæ sanè intelligentia eo faciliùs suadetur,
quia Summus Pontifex voluutatem derogandi
eum effrenata latitudine expressit ibi = *Specia-*
litèr, & expressè, ac latissimè derogamus = Un- 46
dè incongruum esset angustà, & limitatà in-
terpretatione eam restringere derogationem,
quam ipse Papa voluit esse latissimam. Rursus
insuper maximà animadversione dignum est,
quod hic non agebatur de primo actu com-
mendationis, gesto à dicto Pontifice Innocen-
tio XI., sed ipse sectando id, quod sui Præde-
cessores per centum, & ultrà annos expleve-
rant, voluit disponere de supradicto Prioratu;
Quemadmodum itaque omnes illius Præde- 47
cessores, incipiendo à S. Pio V., disposuerunt
de hoc Prioratu sivè in Titulum, sivè in Com-
mendam cum amplissimis derogationibus, ne-
dum respectu actus Commendæ, sed etiam ple-
nioris Collationis in Titulum, ut fecisse liquet
san. me. Urbanum VIII., & Alexaodrum VII.,
necessariò dicendum est, eumdem Summum
Pontificem Innocentium XI., derogando pri-
vilegiis Religionis, consimilem babuisse vo-
luntatem, quam sui tenuerunt Prædecessores,
derogandi scilicèt eadem privilegia non solùm
prò actu Commendæ, sed etiam pro pleniori
provisione in Titulum; Præsertim quià ipse in
ejus Literis fecit distinctam narrationem col-
lationis expletæ per Alexandrum VII. favore
Sigismundi Ghisij, in qua expresse collatio in 48
Titulum continebatur, quæque donec facta
non fuerit, durat præcedens affectio, ut tra-
dunt *Gloss. in cap.si constiterit de appellat., Sar-*
nen.inReg.Cancellar. de publicis resignat. qu. 4.
num. 5. ibi = *Etiamsi denuò commendetur* = *Fe-*
deric.de Sen.de Rer.permut.quæst.17., Cassador.
decis.5. de Privileg. n.2., Pignattell.consult.77.
numer. 3. lib. 9., Rot. decis. 385. numer. 31.
part.19.rec.

Atque hinc illicò ex se collabescit quidquid
exadverso differitur respectu *Juris passivi*, quod
vigore Stabilimentorum, & Statutorum fun-
damentalium Sac. Religionis tribuitur in hu-
jusmodi Commendis Fratribus Equitibus, cer-
to modo qualificatis, ex hoc inferendo, quod, 49
si unquam privilegia Religionis revocata esse
dici debeant, hoc tantùm intelligendum sit,
quoad Jus activum conferendi, non verò quoad
Jus passivum.

Contrarius namque discursus aliquo modo
subsisteret, si revocatio Privilegiorum in casu
nostro desumeretur ex generali dispositione
Regula 15. Cancellaria, generalitèr dumtaxat
revocantis privilegia quoad Jus activum; At 50
verò, cum, ut dictum est, Summus Pontifex
expressè derogaverit nedum privilegiis activis
Religionis, sed etiam cuicumque Juri passivo,
quod habere possent vigore Stabilimentorum,
& privilegiorum Equites Antiani, & bene-
meriti, jàm planè dignoscitur, neutiquam esse
allegabile à Domino Equite Admirato Sancti-
no hoc Jus passivum contrà Summum Pontifi-
cem, qui expressè intellexit his omnibus dero-
gare. Et de facto occassione præteritarum con-
cessionum, à S. Sede factarum, post cessatio-
nem Commendæ tàm per obitum clar: mem:
Card.

Card. Bernardi Salviati, quàm per decessum
Cardinalis Sigismundi Chisii, & aliorum, qui
tàm longo spatio Prioratum, de quo quæritur,
in Commendam obtinuere, nunquam fuerunt
illatæ molestiæ ab Equitibus antianis sub præ-
51 textu Juris passivi, exorientibus ex Stabilimen-
tis, & Statutis, quæ sanè observantia rectam,
optimamque præstat normam interpretandi
sensum Apostolicarum Constitutionum, &
clausularum in illis adpositarum, *Cap. Cum di-
lectus de consuetudin.*, *Rot. decis. 20. num. 5.
part. 13. decis. 205. num. 16. part. 17. recen.*, *co-
ram Caprara decis. 303. num. 6.*, *& in Romana,
seù Florentina Pecuniaria 10. Martii 1721.
§. Isthac coram bon: mem: Lancetta.*

Denique nullatenùs obstare possunt exempla
per Sacram Religionem adducta, in quibus
Summi Pontifices permiserunt, ut Religio di-
sponeret de aliquibus Præceptoriis, tametsi il-
læ ob præcedentem Pontificiam Commendam
essent indubitanter affectæ, ex quo desumi
exadverso contenditur solitum non derogandi
privilegiis Religionis, etiam in casu Commen-
dationis Apostolicæ; Quandoquidem, præter
quamquod exemplum Bajulivatus Bononiensis
mirabiliter favet nostræ Instantiæ, quià sanctæ
memoriæ Innocentius XII. non omisit in il-
52 lo imponere conspicuam pensionem sc. 1900.
favore duorum S. R. E. Cardinalium, quod
certè non fecisset, nisi certum esset Jus, super
d. Bajulivatu, Sanctæ Sedi pertinens; ac insu-
per innumera nobis non deessent exempla, in
quibus S. Sedes, & ipsimet Summi Pontifices,
qui Religioni gratificati fuerant, de pluribus
aliis Præceptoriis ad eorum libitum disposue-
re, quæ ob brevitatis amorem prætermittuntur.

Superabundat responsio, quod, cum actus
collationis, & derogationis sit merè facultati-
vus, & in puro arbitrio Summi Pontificis po-
situs, qui potest derogare, vel non derogare,
53 ad notata per *Bald. cons. 24. in fin. vers. contra-
riam lib. 2.*, *Aym. de antiquit. tempor. part. 4.
§. fin. num. 39. & sequen. vers. limitatur etiam*,
Card. cons. 38. numer. 4. versic. tertia quià;
Inde sequitur, quod ex actu negativo, quià
scilicèt in illis casibus Papa non derogavit, in-
ferri nequeat actus contrarius Impotentiæ de-
rogandi. Quemadmodum à pari ex hoc, quod
54 Summus Pontifex in aliquibus casibus de Jure-
patronatus Laico, in Curia vacante, ex sua in-
dulgentia non disponit, non indè inferri po-
test, quod in omnibus similibus casibus dispo-
nere nequeat, ut in puncto respondit *Rota de-
cis. 630. num. 14. & 15. par. 4. tom. 3. recen.*

Concurrente ulteriùs maximâ inter casus al-
latos, & præsentem; de quo agitur, dispari-
tatis ratione; In illis enim cùm non ageretur
de Prioratibus, seù Præceptoriis, hic in Urbe
positis, sed, vel in Civitate Januæ, vel Bono-
niæ, vel alibi sitis, non immeritò Summi Pon-
tifices gratiosè se gerentes cum Sacra Religio-
ne, quamvis potuerint, adhuc noluerunt de
eisdem Præceptoriis, seù Prioratibus dispone-
re. At verò Prioratus, de quo agitur, positus
est antè oculos ipsius Papæ, & ferè in ejus Pa- 55
latio situs est, idcirco omnis æqui, bonique
ratio exposcit, ut ille ad collationem ordina-
riam Magni Magistri non relinquatur, ne de-
tur casus, quod Prior evadat, qui forsan Sum-
mo Pontifici quodammodò esset invisus, & 56
per accasionem status Civitatis, in qua Summus
Pontifex moratur, *revacetur in dubium*, ut scri-
psisse *Symmacum Papam*, refert *Gratian. in
Can. benè 96. distinct.*; Quà ratione consuevit
quoque Sancta Sedes ad supplicationem Re-
gum, ac Supremorum Principum frequen-
ter concedere specialia Indulta nominandi ad
Prioratus, & Bajulivatus, in eorum Dominiis
existentes, ut notum est. Non est ergò ab
exemplis facienda illatio, sed sana ratio eis est 57
præferenda, *Carleval. de Judic. lib. 1. disput. 2.
quæst. 7. num. 967.*

Constito itaque ex dictis de affectione Titu-
li Prioratus, àtque rejectis contrariis objectio-
nibus, Causa confecta dignoscitur. Verùm in
pleniorem confirmationem boni Juris, quod
obtinet Dataria Apostolica, superaddere non
omittimus, nobis adstipulari inconcussam
observantiam tàm affirmativam, quàm nega-
tivam: Affirmativa quippe; Nàm quamvis 58
primævam fundationem hujus Prioratus, &
antiquas collationes nobis datum non sit inve-
nire, sed dumtaxat ex Historicis eruatur, Ec-
clesiam *Sanctæ Mariæ in Montæ Aventino*
[quæ nunc est Ecclesia Prioratus] fuisse *Re-
gularem, & Abbatialem*; Itaùt pernecessè fa-
tendum sit, quod ex Gratia Pontificia unio fa-
cta fuerit supradictorum Bonorum favore ejus-
dem Prioratus; Attamèn certum est, quod ab
anno 1568. usque in præsentem diem semper
Prioratus stetit ad dispositionem Sanctæ Sedis,
quæ diversimodè de eo providit, prout diver-
sæ erant Personæ, quibus Summi Pontifices
gratificari intendebant; Quando enim Sum-
mi Pontifices conferre voluerunt Prioratum
Personis, nec actu capacibus, nec in futurum
capacitatem, juxtà Religionis Statuta, habitu-
ris, tunc *in Cammendam* perpetuam Prioratus
conferebatur, indulgendo Commendatario
fruitionem redituum plenariè, *& prout de il-
lis disponere, & ordinare poterant in Titulum
Provisi*, ut legere est in provisionibus factis à
S. Pio V. favore Cardinalis Alexandrini, à
san: me: Urbano VIII. favore Cardinalis An-
tonii Barberini, & à san: me: Innocentio XI.
favore clar: mem: Cardinalis Panfilii.

Quandò verò collatio dirigebatur ad Perso-
nas, actualiter incapaces, sed in futurum ido-
neitatem obtinere valentes, & tunc Summi
Pontifices contulerunt quidem Prioratum *in
Cammendam*, cùm eorum expressa animi de-
claratione illum conferendi in Titulum, cùm
primum, & postquam Personæ gratificatæ ha-
bitum Religionis suscepissent, & Professionem
ejusmodi emisissent, ut sunt duæ præmemora-
tæ Collationes, prima nempè expleta ab eo-
dem Urbano VIII. de anno 1639. favore Nico-
lai Barberini, & altera ab Alexandro VII. fa-
vore

vore Sigismundi Ghisii ; Ubi demùm Priora-
tus fuit à Sanctissimo Pontifice concessus Perso-
næ, omnibus requisitis suffultæ, tunc plena con-
fecta fuit Collatio Prioratus *in Titulum* ; Ut est
illa facta à Clemente VIII. favore Aldobrandi-
ni de Aldobrandinis, qui etiam (quod valdè no-
tatu dignum est) obiit extrà Romanam Curiam,
ut liquet ex *Sum.* Equitis Admirati Santini.
Ex hac autem diversitate conferendi contro-
versum Prioratum semper à Summis Pontifi-
cibus sivè in Commendam, sive in Commen-
dam, & futurum Titulum ; Sivè demùm in
simplicem Titulum, etiamsi vacatio sequuta
fuerit extrà Romanam Curiam, ineluctabilis
certè resurgit observantia affirmativa, quod
nempè *semper* Summi Pontifices de hoc Prio-
ratu disponere voluerint liberè, & absolutè,
animumque habuerint perpetuo illum afficere
favore Sanctæ Sedis, itaut possit validè Data-
ria allegare quemcumque meliorem Titulum,
59 videlicet, quod Prioratus concessus fuerit Re-
ligioni sub hac lege, quod debeat conferri, vel
commendari à Papa, ex satis nota virtute cen-
tenariæ, de qua *Piton. discept.* 117. *num.* 17.
vers. cum centenaria.
Concurrit pariter observantia negativa ex
parte Sacræ Religionis ; Quamvis enim in pri-
ma provisione facta à S. Pio V. Magnus Ma-
gister aliqualiter se opposuerit, attamen toto
60 hoc tempore centum sexaginta annorum, qui-
bus Prioratus stetit ad dispositionem S. Sedis,
Magni Magistri quieverunt, illiusque *Titu-
lum*, qui à Summo Pontifice collatus non erat,
conferre non curarunt, cum de cætero si Titu-
lus, ad sensum Partis, propter obstaculum pri-
vilegiorum Sacræ Religionis affectus, & reser-
vatus non erat, nulli dubium est, quin confer-
ri potuerit à Magno Magistro, præveniendo
Apostolicam Provisionem, cum non repugnet,
ut in eadem Præceptoria, seù Beneficio dentur
61 eodem tempore duo Provisi, alter de Titulo,
alter de Administratione, seu Commenda, ut
id fieri posse tradit *Rot. coram Panin dec.* 1485.
num. 2., *& decis.* 363. *num.* 3. *par.* 1. *divers.*,
Cassador. de constit. constit. 2. *num.* 2.
Si itaque Magni Magistri, & Sacra Religio
Hierosolymitana se abstinuerunt à Collatione,
& Smutitione *Tituli* hujus Prioratus, signum
Profectò evidens est, ipsos talem Titulum ha-
buisse pro affecto, & Summo Pontifici reserva-
to, non obstantibus propriis privilegiis, quibus
indesinenter Summi Pontifices derogaverant,
62 quæ sanè observantia, nedum apta est officere
Juribus Sacræ Religionis, sed etiam ipsimet
Dataria Apostolicæ, quandò à contradictione
inciperet, ex firmatis per *Rotam in Mediolu-
nen. Cappellaniæ* 13. *Martii* 1703. *§. Nec tur-
bat coram bon: mem: Molinas, & in Oppiden.
Beneficii* 7. *Maii* 1713. *§. Non obstante coram
bon: me: Muto, & in Papien. Rectoriæ* 10. *De-
cembris* 1714. *§. Prædictus, & §. In universum
coram bon: me: Cerro.*
Quin ad evitandam vim hujus Observantiæ
responderi valeat, Magnum Magistrum, &
Sacram Religionem supradictum *Titulum* non
contulisse, licet vacantem, & Sanctæ Sedi non
reservatum ; Sivè quià hoc fuisset dare expe-
ctativam ad fructus Præceptoriæ, vacaturos
per obitum, seù cessationem Commendæ ; Si-
vè quià collatio hujusmodi de vento, & inuti-
lis remansisset.
Respectu siquidem primæ partis objecti fa-
cilis est responsio, nàm ex specialibus privile-
giis Sacra hæc Religio habet usum expectativa-
rum ad suas Præceptorias, quem etiam hodiè 63
post Sacrum Concilium Tridentinum vigere,
dignoscitur ex deductis per *Card. de Luc. de
Benefic. disc.* 114. *num.* 12., *& in Melevita-
na Permutationis Commendarum* 13. *Januarii*
1713. *§. Obreptio coram Falconerio inter ejus
impress. tit. de Benefic. decis.* 5. *num.* 13. ; Mi-
nus quoque relevat altera objecti pars, cum in
collatione dicti Tituli utilitas maxima consi-
derari potuerit tum respectu illius, qui de hoc 64
Titulo provisus fuisset, quià cessatâ Commen-
dâ, eo supervivente, consolidationem habere
potuisset, ad terminos *Text. in leg.* 3. *§. final.
ff. quibus mod. ususfruct. amitt.* ; Tùm etiam re-
spectu Sacræ Religionis, quæ per hanc præven- 65
tivam Tituli collationem futuras Commenda-
tiones Apostolicas impedire potuisset ; Quam-
vis enim Summus Pontifex in Beneficiis ple-
nariam habeat potestatem, itaut disponere
queat tàm de Beneficiis vacantibus, quàm ple-
nis, attamen ex potestate ordinaria super Bene- 66
ficio pleno non disponit, per *Text. in cap. Cum
nostris, & cap. Literas de concessionibus Præ-
bend.*, & ad notata *in cap. Quamvis de rescript.
in* 6., *Felin. in cap. Causam quæ num.* 10. *de re-
script.*, *Roman. cons.* 140. *sub num.* 8. *versic. nec
est dicendum*, *Bellencin. de charit. subsid. quæ-
stion.* 122. *num.* 10.

Die 3. Decembris 1730. proposita fuit hæc
Causa coram Sacra particulari Congregatione
à Sanctissimo deputata, & resolutio ab ea pro-
diit = *Smutitionem Equ. Santini non esse va-
lidam, & provisionem spectare ad Datariam,
omni appellatione remotà* =

ARGUMENTUM.

Patet Argumentum ex infra insertis Dubiis, &
plura ex Summario notabilia habentur.

DISSERTATIO XI.

1 *Officia omnia versantia in publica, & œcono-
mica administratione rerum, ad Principa-
tum pertinentium, instituta censenda sunt
ad publicam utilitatem, non autem ad com-
modum Personarum, illa exercentium*, &
num. 74.

2 *In eligendis autem hujusmodi Personis spe-
ctanda eorumdem officiorum qualitas, gra-
vitasque negociorum gerendorum.*

3 *Ad officia publica eligendi ji, qui probi, simul, & idonei sint.*

4 *In Officialium electione ad publica munia usas, & antiquo forma, si benè cessisse dignoscatur, servanda est.*

5 *Sixtus V. Præsidentatus Plumbariæ duo officia, ad ea usque tempora administrata à duobus Monachis Ordinis Cisterciensis, istis, submotis, extinxit, unumque, certà præscriptà formo, instituit Plumbariæ officium*, & num.7. & 18.

6 *Summi Principis partes sunt Ærarii publici incolumitati consulere.*

8 *Ex proemio Motus proprii mentem illius Conditoris assequimur.*

9 *Plura Romanæ Curiæ officia, licèt mechanicum exercitium adnexum habeant, adhuc tamen adquiruntur etiam per Magnates, & S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, eorumque exercitium explicatur per Substitutos.*

10 *Et ita etiam Officium Plumbariæ collatum semper fuit Prælatis, & per Substitutos exercitum.*

11 *Præsidentatus Plumbariæ ministerium, utpote mechanicum, per Prælatos exerceri nequit*, & num.12. & 13.

Eisdemque obstat Bulla Alexandri VII. dicto num.11.

14 *Vile ministerium, quod à Magistratu, sive alio, ratione suæ dignitatis, exerceri nequeat, expleri debet per Substitutum*, & num.19. & seqq.

15 *In officii concessione comprehensi non censentur ji, in quibus ejusdem officii exercitium, ceteroquin illis non conveniens, contemplatum fuit.*

16 *Plumbariæ officium summam exposcit notitiam materiarum, per tale officium expediendarum, quæ, nonnisi longo rerum usu, atque exercitatione adquiri valet*, & n.41. & 75.

17 *Prælati ementes Plumbariæ officium regulariter ignari omnino sunt eorum, quæ ad illius administrationem pertinent.*

18 *Proindeque ad id idonei reputari nequeunt.*

19 *Ac per Substitutum servire tenentur; Licèt facultatem haberent per se ipsos exercendi.*

20 *Heres Advocati, non Jurisperitus, potest servire per alium, & retinere feudum, Patri concessum ob advocationem.*

21 *Electa persona inhabilis ad officium, tacitè dispensata censetur, ut per Substitutum serviat.*

22 *Episcopus non tenetur habere Vicarium, quoties illius vices per se ipsum obire valet.*

Si secus, tenetur, num.23.

Idem de Dominis temporalibus obligatis ad constituendos Judices, dicto n.23.

23 *Consuetudo, juxta quam Prælati, ementes Plumbariæ officium, semper hactenùs inservierunt per Substitutum, servanda est.*

24 *Per officii acceptationem, censetur Officialis consensisse præcedenti illius administrandi consuetudini*, & n.71.

25 *Episcopus tenetur munus Vicarii per alium explere non solùm quando caret sufficienti idoneitate, sed etiam quando adest consuetudo illum deputandi, atque retinendi.*

26 *Et Sac. Congregatio Episcoporum solet illius retentionem præcipere in jis Diœcesibus, in quibus consuetum fuit.*

27 *Episcopus licèt non teneatur pro duabus Ecclesiis unitis deputare distinctos Synodales Examinatores, secus tamen est, ubi contraria consuetudo viget.*

28 *Episcopo licet Tribunal erigere in quolibet suæ Diœcesis Loco.*

Modò tamen consuetudo non adsit Judicium reddendi in certo Loco, aliave non urgeat justa ratio causas judicandi in Loco, ab Episcopo electo, ibid.

29 *Barones si vigore consuetudinis jus reddere consueverunt in certo Loco, locus ille erit attendendus.*

30 *Officia committenda sunt idoneis, ac rerum experientia præditis.*

31 *In electione Officialium industria personæ electa censenda est.*

32 *In Prælatis obtinentibus officium Plumbariæ, industria personæ requisita non videtur.*

Prout in Substitutis, qui ab Eminentissimo Datario adprobari debeant, ac ipsorum inhabilitate recognità, submoveri possunt, ibidem, & num.36. 49. & 75.

33 *Officii Plumbariæ Præsidens, licèt dominium, habitualemque illius administrationem habeat, attamen exercitium explicare solet per Substitutos, ad illud idoneos.*

34 *De duobus Officialibus, quorum alter habitu alter actu administrationem habet, is, qui actu habet, exercere illam debet.*

Et, si in una Civitate duo sint Officiales, unus specialis, alter generalis, non poterit generalis se intromittere in actu, specialiter alteri demandato, n.35.

35 *Honorarius Tutor actu non administrat.*

37 *Plumbariæ Præsidens, actu exercens, posset, recognità ejus inhabilitate, ab officio submoveri.*

Quod nedùm indecorum esset illi, sed præjudiciale interesse habentibus, ibid., & num.49.

38 *Officialium mutatio emergit in publicum detrimentum.*

39 *Substitutus, actu exercens administrationem officii Plumbariæ, non voluntarius, sed necessarius censendus.*

40 *Voluntarii Substituti sunt illi, quos Officialis, potens, & volens per se munus obire, non tenetur necessariò eligere; Necessarii verò, qui ex consuetudine, vel Superioris jussu deputari ab Officiali debent.*

41 *Plumbariæ officium erectum non ad commodum Officialium, sed Dataria, ac Rev. Cameræ*, & num.44. & 112.

42 *Plum-*

44 Plumbariæ Præsidenti in Motu proprio Sixti V. nequit dici concessa facultas exercendi per se ipsum, & numer. 43. 44. & 45.

45 Totu Motus proprii dispositio interpretotionem ex fineli ejus caussa recipere debet.

46 Plumbariæ Præsidens, tametsi facultatem haberet per se ipsum exercendi, attamen, non factâ ab eo, tempore habili, hujus rei declaratione, ejusmodi facultate uti non possit.

47 Parochus nisi congruo tempore Universitati habenti facultatem nominandi Concionatorem, intimaverit, concionari se velle, Universitas in suo jure manutenenda est.

48 Alternativa in Motu proprio Officiali concessa exercendi per se, vel per Substitutum, si quoad Officialem ipsum, ob ejus imbecillitatem, inexequibilis reddatur, verificari, & exequi non potest, nisi favore Substituti, alternatim vocati.

Præsertim id exigente utilitate publicâ, ibid.

49 Præsidens Plumbariæ, alternativâ, & jure exercendi per se ipsum uti volens absurdum est, quod sese examini subijcere debeat, ac reprobutionis periculo.

50 Plumbariæ Præsidentes, cum nunquam hactenùs usi fuerint alternativâ, & jure per se ipsos exercendi, agnovisse dicendi sunt, id ipsis non licere.

51 Observantia deducitur tàm ex facto, quàm ex non facto.

52 Observantia omnes alias probationes superare dicitur.

53 Observantia longissimi temporis demonstrat, qaomodò concessio facta fuerit.

54 Observantia est optima Legum omnium, & dispositionum interpres.

55 Observantia adeò declarat mentem Pontificis concedentis.

56 Ut recedere non liceat ab interpretatione, ex ea desumpta.

Etiamsi alius intellectus esset de Jure verior, visque inferenda esset verbis ipsius Legis, aut alterius cujuscumque dispositionis, ibid.

57 In facultativis non usus, tametsi longi temporis, non prajudicat.

58 Limita, quando non usus affertur tamquam observantia, non præscripsiva, sed merè interpretativa.

59 Item, quando agitur non de facultate competente de Jure gentium, & publico, sed ex particulari aliquo titulo, aut privilegio.

60 Jura, ex speciali aliquo titulo, vel etiam Apostolico privilegio competentia, per non usum longi temporis amitti, nemo dubitat.

Etiamsi adsit Decretum irritans; Istud enim per non usum inefficax redditur ibid.

61 Facultatis exercitium, quando non ex mera Facultatarii voluntate, sed ex alterius quoque adprobatione pendet, tunc eò magis per non usum illa amittitur.

Etenim non usus processisse censetur ex repugnantia alterius, ibid.

62 Non usu alicujus facultatis nequit facultativus censeri, ubi illius exercitium maximæ esset utilitatis.

Præsertim, si antiquissimus ille sit, & plus, quàm centenarius, n.63.

63 Centenaria efficit, quod inallegabilis sit regula, in facultativis vigens.

64 Centenaria tribuere dicitur titulum, aut colorem tituli, facultativam qualitatem excludentis.

65 Præsidens Bullariæ, assumens Prælaturæ insignia, quod per se ipsum exercere nequeat, ex quibus argui valeat Brevis Sixtini verbis?

66 Interpretatio ex subsecuta observantia inducta, valet, quantum expressa dispositio Legis, quam observantia ipsa interpretatur.

67 Usui, & observantiæ par, ac Legi, data authoritas.

68 Alternativa ex usu declarata, restringenda est ad formam consuetudinis, non autem extendenda.

69 Præsidentis Bullariæ facultates, & sic illa exercendi per se ipsum in Brevi Alexandri VII., easdem concedente = prout hactenus usi fuerunt =, restrictæ censendæ sunt ad normam moderni status.

Juxta quem stante non usu prædictæ facultatis exercendi per se ipsum, eadem ex tali Brevi sublata dici debet, ibidem, & num.70.

70 Dictio = prout = suâpte naturâ restrictiva, & limitativa est.

Maximè quando refertur ad aliquid de præterito, ibid.

71 Officium à Principe concessum, & ab Officiali acceptatum præsumitur sub forma, à consuetudine inducta.

Ultimus autem status attendi debet, ibidem.

72 Consuetudinis mutatio, tametsi utilitate adjuvet, novitate perturbat.

73 In varietate observantiæ, & modi exercendi aliquod officium attendenda semper ultima consuetudo, & status.

74 Præsidens Bullariæ nequit suo arbitratu Substitutum deputare, sed hic ab Eminentissimo Datario est eligendus, & num. 85. & 94.

Nec Rev: Cameræ satis provisum esset, si Præsidens eligeret, Eminentissimus verò Datarius adprobaret, num. 77. & sequentibus.

75 Præsidenti Bullariæ, ex Brevi tàm Sixti V., quàm Alexandri VII., aliud non tribuitur jus, quàm illud meræ honorificæ deputationis Substituti, sibi propositi, & ab Emo Datario adprobati, & n.84.

Eorumdem autem Brevium verba illa = Ad-

probatos = Ponendos = Substitutos = expenduntur, ac declarantur numer. 79. & seq.

79 Verbum = Adprobatos = indicat actum, quoad substantiam jam completum.

80 Verbum = Ponendos = ministerialem duntaxat executionem continet actus jam completi.

81 Verbum = Substitutos = non est præteriti temporis, nec proindè connotat initium, & perfectionem actus, sicuti hæc connotat verbum = Adprobatos =, & n.83.

Sed est appellativum illius Officialis, seu Ministri, qui tum actualem administrationem, tum cetera exercet mechanica opera officii, cujus titulus, & dominium penes alios manet, d. n.81. & 82.

84 Ex discretiva locutione in Motu proprio Alexandri VII. quoad Substitutos Præsidentum Bullariæ per verbum = Adprobatos =, & quoad istorum Resignatarios per verbum = Adprobandos =, evincitur, Substitutorum adprobationem, ob Eminentissimo Datario faciendam, præcedere, Resignatariarum verò subsequi debere, & numer.86.

85 In Resignatario Præsidentatus Bullariæ non requiritur industria Personæ, prout in Substituto.

86 Adprobatio suàpte naturà connotat præcedentem nominationem, seu electionem.

88 Electio sæpissimè pro confirmatione seu adprobatione, & vice versà confirmatio pro electione usurpatur.

Attamen verba hæc, juxta subjectam materiam, ad mentem Juris redigenda sunt, num.89.

89 Verbis non rarò Interpretes abutuntur.

90 In materia beneficiali adprobatio Examinatorum circa qualitatem, & idoneitatem Personæ debet præcedere.

91 Pœnitentiarii electio ad Episcopum spectat: Et, si alicui competat præsentatio, hæc necessariò facienda est de electo ab Episcopo.

92 Substitutus officii Plumbariæ est specialiter Datariæ servitio addictus.

Et Datario subjicitur, n.94.

93 Datarius habet jurisdictionem in omnes, Datariæ officia exercentes.

95 Substitutus officii Plumbariæ, salarium percipit non ex crumena Præsidentis, sed ex massa ejusdem officii.

96 Prædicatoris nominandi jus non competit Baroni, vel universitati, eleemosynam non solventi.

97 Substitutus officii Plumbariæ spectetur uti addictus servitio, non Præsidentis, sed Supremi Principis.

98 Substitutus officii Plumbariæ dicitur Substitutus Præsidentis, ad effectum distinguendi hunc ob inferioris ordinis Ministro, per se ipsum exercente.

99 Substitutus rationem suæ administrationis reddit, non Præsidenti, sed Datario.

100 Rationis redditio regulariter per Ministrum non redditur, nisi Domino, eum administrationi præponenti.

101 Cui ratio administrationis est reddenda, is facultatem etiam habet Ministrum removendi.

102 Redditionis rationis finis est, quod Minister in administratione delinquens, removeri possit.

103 Adprobatio Substituti officii Plumbariæ facta à Datario, est vera illius electio, jus illi tribuens independenter à deputatione, postmodum à Præsidente facienda.

104 Ejus est destituere, cujus est instituere: & ejus est removere, cujus est eligere, & deputare.

105 Substitutus officii Plumbariæ administrat periculo Datariæ, non Præsidentis.

106 Nominans ad officium, non debet ex nominatione damnum sentire.

107 Adprobatio Substituti officii Bullariæ facienda à Datario, utpotè mola administrationis periculo supponens Rev. Cameram, vera electio est.

E' contra actus deputationis Substituti postmodum facienda à Præsidente, qui nullum periculum subire tenetur, resolvitur in merum honorificum jus, ibid.

108 Datariam teneri ex facto Ministri, ab alio deputati, absurdum est.

109 Electio Præsidentis officii Plumbariæ pertinet ad Datarium.

110 Datario nisi dicatur attributa facultas instituendi, ac destituendi Substitutum officii Plumbariæ, plura sequerentur absurda, recensita ibid., & n. 111.

111 A Præsidentibus officii Plumbariæ Substitutos eligi posse, ob eorum incapacitatem removendos, absurdum est.

113 Præsidens Bullariæ cum nequeat literas patentes dare alii, quàm adprobato à Datario, adprobatio hæc veræ electionis vim habet.

114 Substitutus officii Plumbariæ à Præsidente removeri potest; nonnisi tamen consentiente Datario, & n.115.

115 Institutio si fieri nequeat sinè consensu Episcopi, nec etiam destitutio fieri poterit.

116 A Superiore Ordinis quæ provideri nequeunt, nec etiam tolli possunt.

117 Substituti Plumbariæ institutio, atque amotio concessa Præsidenti per verba = à Datario tamen adprobatos =; ex vi illius dictionis = tamen = efficitur inexercibilis non præcedente Datarii judicio.

Et maximè ex subsequenti illa clausulà =, & non aliter ponendos, & amovendos =, num.118.

118 Clausula = Et non aliter = formam præcisam importat.

Et adeò conditionem imporeat, ut eà non servatà, actus resolvatur, ibid.

Of.

119 *Officium Plumbariæ ex sui natura exigit, ne Substituti, illud exercentes, solo Præsidentis arbitrio removeri valeant.*

120 *Observantia ambiguitatem omnem declarat.*

121 *Ex observantia jus adquiritur nominandi, & eligendi.*

122 *Observantia antiquissima, ac desumpta ex actibus notoriis, & coram Summo Pontifice gestis præsumptam Apostolicarum Constitutionum abrogationem inducit.*

123 *Datario electionem Substitutorum Plumbariæ competere, rectè ex eo desumitur, quod Præsidentes non alium semper deputaverint, quàm à Datariis adprobatum, quodque in hoc Jure Datariis impugnando succubuerint.*

124 *Jus eligendi Substitutos officii Plumbariæ Datariis omninò competere, confirmatum habemus ex facto S. M. Innocentii XIII., qui Substitutum elegit, nullo prorsus requisito Præsidentis consensu.*

IN ea, quæ hodiè agitur Causa, duo examinanda proponuntur *DUBIA*, quorum primum est.

An Præsidens Plumbi valeat per se ipsum munus bullandi exercere?

Alterum = *An, quatenùs per se ipsum non possit, valeat in Substitutum deputare personam sibi benevisam, ab Eminentissimo Datario pro tempore solummodò adprobandam; vel potiùs teneatur absolutè deputare personam sibi propositam ab eodem Eminentissimo Datario* = ?

PRo recta utriusque Dubii resolutione, mente, animoque retinendum certè est, tum illud, quod cuncta officia, quæ versan-
1 tur in publica, & œconomica administratione rerum, ad Principatum pertinentium, instituta censenda sunt ad publicam utilitatem, non autèm ad commodum Personarum, similia officia exercentium, *Carleval. in Apolog. ad decis. 79., Rovit. num. 7. post tract. de Judic. pag. mihi 227.*; tum etiam illud aliud, quod
2 videlicet, ut prudenti, justâque ratione eligantur Personæ eorumdem officiorum actuali regimini præponendæ, spectanda sit illorum qualitas, & quæ, quantaque sint, quàmque ardua, & difficilia negotia, circa quæ versantur: hisce enim perpensis, facilè dignosci poterit, quæ habilitas, quæ solertia, ac idoneitas, quæque in rebus, juxta naturam officiorum gerendis, cognitio, atque experientia requirantur in Personis, illorum administrationi præponendis, ne alioquin sequatur perniciosa similium officiorum provisio, cessura in publicum detrimentum, si eadem con-
3 ferantur Personis imperitis, atque ineptis ad explenda ea, quæ injuncto sibi muneri incumbunt, undè rectè ex *Aristotele lib. 3., Ethicor. cap. 3., & Justinian. Constitut. 8.*, admonet *Bobadill. politicor. lib. 1. cap. 3. numer. 5., & in not. lit. C.*, quod = *ad officia publica gerenda ii eligendi sint, qui gravitate morum ceteros præcellant, & peritiam habeant rationum publicarum, & qui præter probitatis, & idoneitatis experimentum, apti sint gerendis officiis* =, *Borell. de magistrat. Edict. lib. 2. cap. 8. numer. 25. & seqq., Pegas. ad ordinat. Regn. Portugall. tom. 1. lib. 1. tit. 2. gloss. 7. num. 1. fol. 383.*

Ad quod denique plurimùm etiam proderit animadvertere, ac respicere praxim usumque, in ejuscemodi Officialium deputatione per diuturnum tempus observatum; nam si 4
benè cessisse dignoscatur, nihil innovando, servanda erit antiqua forma, tàm in dd. Officialibus eligendis, quàm in modo talia officia exercendi, ab eisdem servata, *leg. penult. Cod. de Jur. fisc. lib. 10., Rovit. super Pragm. 2. de administr. Univers. num. 21. & seqq., Bobadill. politic. lib. 3. cap. 8. num. 47., & in not. lit. B., Paris. de Puteo de Syndicat. verb. electio cap. 3. numer. 5., Lagunez. de fruct. part. 1. cap. 18. num. 39. & seqq., Franch. decis. 210. n. 3.* ibique *Amendola in addit.*

Profectò si hæc spectemus, facilis ex eisdem reddetur utriusque propositi Dubii resolutio. Ambigi enim nequit, Sixtum V., ut profite- 5
tur in Motu proprio, quo erexit Præsidentatum Plumbariæ, consulendo Apostolici Ærarii incolumitati, illi novam formam dedisse, novosque Officiales præposuisse, quia dum administrabatur à duobus Bullatoribus Ordinis Cisterciensis, plures jam irrepserant *depravata consuetudines* in præjudicium Rev: Cameræ, ibi = *non sinè Cameræ prædictæ gravi præjudicio* =; Cumque Supremi Principis, tamquam Rei- 6
publicæ Capitis, & Parentis, partes essent, tali præjudicio occurrere, ut apud *Cresp. de Valdaur. observ. 3. num. 3. & seqq., & num. 8.*; illudque oriretur ex eo, quod ejuscemodi officii administratio demandaretur *personis ple-* 7
rumque literarum rudibus, ac ignaris; proptereа, ut ipse loquitur in d. Motu proprio = *Nos præmissorum consideratione inducti, & aliis nobis suadentibus causis, dictorum duorum officiorum statum in melius commutare, ac Bullariæ Apostolicæ felici directioni, & successui, simulque ipsius Cameræ utilitati, & profectui consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia &c.*, submotis duobus Monachis Bullatoribus, ac suppressis, extinctisque officiis, functionibus, & exercitiis, quæ per illos peragebantur = *sic suppressorum, & extinctorum officiorum loco, unum officium Præsidentatus ejusdem Bullariæ &c.* = erexit, certaque præscriptâ formâ, instituit.

Ex his, quæ in d. Motus proprii proemio habentur, si illius Conditoris mentem asse- 8
quimur, si ex eisdem toti dispositioni, atque ipsis etiam Legibus datur intellectus, *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 2. num. 2., Thabor. uniom. Jur. lib. 14. cap. 128. axiom. 2.*, perspicuum indè fit, quod, cum Summus Pontifex,
novâ

novâ hujus officii institutione, sarcire atque amoliri voluerit damna, quæ Rev: Cameræ inferebantur, idque assequi speraverit, si loco imperitorum Bullatorum subrogarentur rerum gerendarum usu, & experientiâ ad id munus administrandum apti: id profectò unum in dictorum Dubiorum definitione spectandum erit, ut nempè obsequendo menti Summi Pontificis, pleuè consulatur publicæ utilitati in Personarum deputatione, & modo Bullariam administrandi, &, veluti summam rationem, intuendo publicam utilitatem, quid similis officii qualitas, & natura exposcat, perpendamus.

Plura profectò de hoc officio, & industria, rerumque peritia in illo administraudo requisita dicenda occurrerent, sed hæc omittam, quia dilucidè, atque opportuuè explicabuntur à doctissimo Domino meo Restringente, satisque erit animadvertere, quod, ut contingit
9 iu pluribus aliis Officiis Rumanæ Curiæ, quæ, licèt mechanicum exercitium aduexum habeant, adhuc tamen acquiruntur etiam per Magnates, & S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quia eorum exercitium explicatur per Substitutos, ut animadvertitur à *clar. mem. Cardin. de Luc. de Pension. disc.47. num.8.*, ita etiam offi-
10 cium Præsidentatus Plumbariæ, collatum semper fuit Prælatis, pro emolumentis, aliisque præeminentiis, personis licèt ineptis ad illius actuale, & mechanicum exercitium, per Substitutos semper explicatum, & quidem non qualescumque Substitutos, sed tales, qui præditi essent eâ, quæ requiritur, maximâ peritiâ, atque cognitione materiarum, quæ per Bullas in Cancellaria expediuntur, ut nempè hæc omnia sequantur justâ ratione, quâ nec Provisis gravamen, nec Dataciæ Reverendæ Cameræ, ac Portionariis Bullariæ præjudicium ullum inferatur in perceptione eorum emolumentorum, quæ juxta taxam, pro expeditione Bullarum solvi debent.

His præcognitis, evidens, & apertum reddi-
11 tur, officium Præsidentatus Bullariç, nullo pacto exerceri posse per modernum R. P. D. Præsidentem, quippè id illi indecorum esset, caret experientiâ ad actuale talis officii exercitium requisitâ, & demùm, præter contrariam consuetudinem, juxta quam officium Præsidentatus, à Prælatis illud obtinentibus, nunquam per se ipsos exercitum fuit, obstat eidem Breve Alexandri VII.

Rem ordiendo à prima assumpti parte, mechanica certè est opera illa, quæ versatur in
12 appendendo cordulas, quibus plumbea sigilla Bullis adnectuntur, & signa imprimuntur, ut etiam manualia, & mechanica sunt alia opera, quæ versantur iu exactione Taxarum, illarumque distributione, aliisque similibus, quorum relato *Vestrio* meminit *R.P.D. Fattinellus respons.1. post tract. de translat. Pension. sub num.10.*, ita loquens *=E' contra Plumbaturæ Præfectus nullâ pollet Jurisdictione, sed illius manus versatur circa manualia, scilicet secum è Cancellaria asportandi Bullas ad suum officium, ibique plumbandi, & cordulis alligandi, dicente Vestrio in prax. lib.1. cap.4. nu.6.=, & finitâ Cancellariâ venit Plumbator, qui illas de manu Regentis recipit, & adsportat ad officium Plumbi, ubi plumbantur, & cordulis alligantur =*, & pariter ex *Vestrio*, mechanicum hoc ministerium bullandi describit *Cobell. de notit. Cardinal.*, *& Offic. Cur. Roman. cap.27. fol. mihi 225. & seqq.*

At verò, si ad officium Præsidentatus, carens alioquin jurisdictione, minimeque versans circa negotia, officio nobili administranda, pertinere solummodò deberent, & ab ejus Præsidente peragenda essent manualia, ac mechanica opera, cum exactione, & distributione emolumentorum, & proventuum, qui percipiuntur ex Bullarum expeditione: id quod nonnisi à mercenariis Ministris expleri solet, quodque propterea ab ipsis DD. contrariis Defensoribus in eorum Restrictu pluries agnoscitur, ac nuncupatur *Servitorium*; quonam pacto mechanica ista opera per se ipsum exerceri poterunt à R.P.D. Præsidente, tot ceteroquin, tantisque prærogativis decurato in
Motu proprio Sixti V., & Alexandri VII., 13
quibus sese ornatum circumspiciens, de dignitatis amplitudine, prælatione, ac præeminentiis contendere, atque decertare posse credidit cum universo, & supremo, ac Collegiali Tribunali Cameræ, ut apud bon:mem: *R.P.D. Fattinell. d. respons.1. & seqq.* Profectò si tanta est ejus dignitas, servilia hæc opera, ejusque dignitati prorsus indecora, non per se ipsum, sed per Substitutum præstare tenebitur, ducto
argumento à *Textu in leg. quis 16. Cod. de Epi-* 14
scop. & Cleric., & ibi *Salycet.*, *& Castrens.*; regulariter enim, quoties agitur de vili ministerio, quod à Magistratu, sive alio, ratione suæ dignitatis exerceri nequeat, expleri debet per Substitutum, ut tradit *bon. me. Ansald. de commerc.*, *& mercat. disc.23. ex num. 3. usque ad 12.*, *Rovit. super pragmatic. 2. de administr. Univers. num.13.*, *& decis.79. nu.26.*, & conferunt notata per *Gratian. discept.530. nu. 21. & seq.*, *& num.34. & seqq.*, *Rota coram Coccin. dec.845. num.10.*, ubi quod si in conces-
sione, contemplatum fuerit exercitium iu il- 15
lis, quibus concedebatur officium, illi, quibus tale exercitium, sive de honestate, sive ex inhabilitate non convenit, non censentur in concessione comprehensi.

Quamquam verò sola qualitas mechanicorum operum, & exercitiorum ad Præsidentatus officium pertinentium, satis superque evincat, personam R.P.D. Præsidentis per se ipsam non posse sese illis immiscere; id prohibente
ejus dignitate, sed necessariò uti debere operâ 16
Substituti: attamen fortiùs urget publici boni ratio: nam, cum officium Bullariæ non consistat in appendendis dumtaxat cordulis, atque adnectendo Bullis plumbeum sigillum, sed versetur in pluribus aliis, requirentibus summam peritiam materiarum, quæ per tale officium

eium expediuntur, oporteret, quod illius
Prælidens, si, per se ipsum, illud exercere
vellet, ac valeret, esset in hisce materiis pe-
ritissimus: hæc autem experientia, ac cogni-
tio cum vix post diuturnum tempus, & post
diuturnam in hisce materiis, & negotiis exer-
citationem in Dataria, adquiratur à Sollicita-
toribus Literarum Apostolicarum, illâ certè
carent Plumbariæ Prælidentes, qui dum pri-
17 mum ferè Prælaturæ tyrocinium assumunt,
tale officium emunt, ut fruantur emolumen-
tis, & prærogativis, eidem adnexis, ignari
prorsùs eorum, quæ pertineut ad illius admi-
nistrationem.

Quapropter, ut sub initio dicebam, si Six-
tus V. *in melius commutare, ac Ballariæ Apo-
stolicæ felici directioni, & successui, simulque*
18 *ipsius Cameræ utilitati, & profectui consule-
re &c.* volens, suppressis, extinctisque anti-
quis Bullatoribus, *plerumque literarum rudibus,
& ignaris*, loco illorum subrogavit unum of-
ficium Præsidentatus, dicendum profectò est,
præfatum Summum Pontificem voluisse, quod
Persona illa, quæ tale officium (quatenùs per
se ipsam valuisset) exercitura foret, prædita
certè esset experientiâ necessariâ pro felici il-
lius directione, & successu, & pro Rev: Cam:
utilitate, & profectu. Quisque autem animo
secum reputet, an Prælati illi, qui in ipso pri-
mo juventæ flore ad Prælaturam accesserunt,
ad id idonei reputari, dictumque officium per
se ipsos exercere valeant: quamvis enim am-
bigi nequiret, quin haberent indubitatam fa-
cultatem officium exercendi per se ipsos: atta-
men, si carerent habilitate, & experientiâ, ad
19 tale munus obeundum necessariò requisita, uti
non possent dictâ facultate, sed per Substitu-
tum servire tenerentur, *Gloss. in d. leg. quis-
quis Cod. de Episcop., & Cleric. tit. C.*, ubi ait,
20 quod heres *Advocati non Jurisperitus potest
servire per alium, & retinere Feudum Patri
concessum ob advocatiam*, id autem filio inha-
bili non dat facultatem præstandi advocatiam
per se ipsum, sed solùm probat, quod ne-
queat Dominus recusare servitium Substituti,
prætendendo amissionem Feudi, *Salycet. in
dict. leg. quisquis num. 3.*, & confert alia *Glossa
in leg. continuus 137. §. Si ab eo lit. C. ff. de
verbor. oblig.* probans, quod, cum quis per
se ipsum facere nequit, possit facere per alium,
Ageta ad Mole §. 16. de pœnis quæst. 10. a. 9.,
ubi quod quoties est electa Persona inhabilis
21 ad officium, tacitè censetur dispensatum, ut
per Substitutum serviat.

Idque confirmatur similium inductione,
22 quod videlicet tametsi ambigi nequeat, Epi-
scopum non teneri habere Vicarium, quoties
illius vices per se ipsum obire valet, *Cap. cum
Episcopus 7.*, ibi = *per se, vel per alium = de
offic. ordinar. in 6.*, & est opinio *Sacræ Rotæ
coram Cavaler. decis. 418. num. 10. & seq., cor.
bo: me: Emerix. Jun. decis. 1185., & dec. 1236.
utrobique num. 3., in rec. dec. 215. nu. 3. par. 13.,
& decis. 115. num. 29. part. 14.* nihilominus
tamen, nemo, ne quidem mente cogitare
poterit, quod si Episcopus non habeat capaci-
tatem explendi per se ipsum munus Vicarii, il- 23
lum constituere minime teneatur, *Sbroz. de
Vicar. Episcop. quæst. 16. num. 2. & seqq.*, alii-
que *apud Gratian. discept. 655. num. 51. & seq.*,
& prius dixerat *discept. 94. numer. 37. & seqq.*,
tradens, id procedere etiam in Dominis tem-
poralibus obligatis ad constituendos Judices.

Jure igitur, meritòque, inspectâ qualitate
exercitii istiusmodi officii Præsidentatus, quod
non convenit dignitati Prælati, cui confertur,
ut per se ipsum illud exerceat, atque etiam
defectu idoneitatis ad idem exercendum, cum
semper hactenùs collatum fuerit Personis, qui
illud emerunt pro consequendis dumtaxat
emolumentis, & gradu Prælaturæ, valdè spe-
ctabilis ob conspicuas prærogativas illi adne-
xas, idemque hactenùs, nonnisi per Substitu-
tum exercitum fuerit, indè consurgit validis-
simum argumentum, quod R. P. D. Præsidens
Bullariæ nequeat per se ipsum explere ea, quæ
ad idem pertinent officium, sed juxta consue-
tudinem, hactenùs servatam deputari debeat
Substitutus pollens experientiâ, & peritiâ re-
rum, ad tale officium pertinentium, per ea, quæ
notat *clar. mem. Card. de Luc. de Offic. vacabil.
Roman. Cur. cap. 19. nu. 3. & seqq.*, ita quidem
suadente æquissimâ illâ ratione, quod videli-
cet Officialis nominatus in aliquo officio, te-
neatur servire, & munus suum adimplere,
juxta consuetudinem, & observantiam præ-
cedentem, cui, officium acceptando, consen- 24
sisse, & se conformasse censetur, *Noguerol. al-
legat. 33. numer. 18. & 21., Pegas. ad ordinat.
Regn. Portugall. lib. 1. tit. 24. ad rubr. num. 54.
fol. mihi 521. tom. 3.*

Ambigi enim nequit, quin in omnibus iis
casibus, in quibus Officialibus data reperitur 25
optio officium aliquod administrandi per se,
vel per alium, si adsit consuetudo illud exer-
cendi per Substitutum, servanda sit talis con-
suetudo, ut probatur superiùs relato exemplo
Episcopi, qui munus Vicarii non per se, sed
per alium explere tenetur, non solùm quando
caret sufficienti idoneitate, sed etiam quando
adest consuetudo illum deputandi, atque re-
tinendi, *clar. mem. Card. de Luc. de Jurisdict.
disc. 22. num. 10.*, ubi refert *Mandos. consil. 27.
num. 22., & disc. 24. num. 5.*, ubi quod Sacra
Congregatio Episcoporum soleat præcipere re-
tentionem Vicarii in iis Diœcesibus, in quibus 26
illum retineri consuetum fuit, *Monacell. for-
mular. legal. tom. 1. tit. 1. formul. 1. in annot. n. 6.*,
ubi, quod cum hac praxi hodiè vivitur saltem
in nostra Italia, *Rota coram bon: mem: Emerix.
Jun. decis. 1185. num. 8. & 15.*, & rursus, li-
cet Episcopus non teneatur pro duabus Eccle- 27
siis unitis deputare distinctos Examinatores
Synodales, aliter tamen res se habet, ubi con-
traria viget consuetudo, ut prosequitur *Rota
d. decis. 1185. num. 13. & seqq.* Et demùm licet
quidem Episcopo, in quolibet suæ Diœcesis
loco Tribunal erigere, modò tamen non adsit 28
con-

consuetudo Judicium reddendi in certo loco,
vel Partium incommodum, aliave justa ratio
non exigat, Causas judicari in loco, ab Epi-
scopo electo, per ea, quæ tradit *Gratian. di-
scept.892. ex num.7. ad 19.*: quemadmodum
etiam Barones, si vigore consuetudinis jus red-
29 dere consueverint in certo loco, locus ille
attendendus erit, *Navar. de gravamin. Vassal-
lor. tom.1. gravam.197. num.5. & seq.*, *Lagu-
nez. de fructib. part.1. cap.18. num.83.*

Et justâ ratione istiusmodi consuetudo ser-
30 vanda videtur, quia, cum officia committen-
da sint Personis idoneis, & rerum usu, ac ex-
perientiâ præditis, *Andreas de Barulo in leg.
humilioribus num.2. Cod. de susceptorib.lib.10.*,
*Vasq. controvers. illustr. lib.2. cap.43. num. 12.
& seq.*, iu eisdemque regulariter electa cen-
31 seatur industria Personæ, *leg. Inter Artifi-
ces ff. de solution. Cap. final. de Offic. delegat.*,
justâ, inquam, ratione servanda videtur con-
suetudo, quod Bullariæ Præsideus, per se
ipsum illam exercere nequeat, quia, ut di-
ctum est, cum illi simile officium vendatur,
atque concedatur, ut gradum Præsidentis asse-
quatur cum emolumentis, & honoribus, eidem
32 impartitis, absque eo quod in talis officii col-
latione inquiratur super idoneitate, & indu-
striâ, necessariò requisita pro officii admini-
stratione, ideòque illi liceat idem exercere
per Substitutum, nullà idcircò respectu ipsius
personæ industria requisita videtur prout expo-
scitur respectu Substituti, qui absque speciali
ipsius adprobatione, prius, & antè deputa-
33 tionem tacta ab Eminentissimo Datario, sese
officii administrationi immiscere nequit, ut
benè observat *bon: mem: R.P.D. Zaul. ad Sta-
tut. Favent. tom.1. lib.1. rubr.17. numer. 5. &
seqq.*, *Ageta ad Moles part.2. §.16. de pan. quæ-
stion.9. num.2. & 23.*; proptereàque conside-
rando qualitatem, & essentiam officii Bulla-
riæ, licèt, ut de similibus officiis advertit *cl.
mem. Card. de Luc. de Pension.* alibi *citat. disc.
47. numer.8.*; licet, inquam, Præsidens ha-
beat illius dominium, habitualemque admi-
nistrationem pro emolumentis, & præeminen-
tiia; attamen, quod attinet actuale exercitium,
istud explicari solet per Substitutos idoneos ad
illud exercendum; ex ratione quod, quando
agitur de Officialibus, quorum unus habet
dominium, alter administrationem, sive unus
34 habet administrationem habitu, alter verò
actu, is certè debet administrationem exerce-
re, qui habet actuale exercitium, ad exclusio-
nem alterius habitualis tantùm, & honorarii
Administratoris, ad tradita per *Novar. de gra-
vam. Vassall. tom.1. gravam.186. num. 2.*, *La-
gunez. de fructib. part.1. cap.18. nu.8. & seqq.*,
Reynos observ. 60. numer. 4., *Frass. de reg.
Patron. Indiar. tom.1. cap.30. numer.31.*, ubi,
quod, si in una Civitate sint duo Officiales,
35 unus specialis, alter generalis, non poterit
generalis se intromittere in actu specialiter al-
teri demandato, exemplo honorarii Tutoris,
qui acta non administrat, *leg. si plures 3. ff. de
administr., & pericul. Tutor.*

Et sanè, si Bullariæ Præsidens, etiam per se
ipsum administrare velle, ac posse contende-
ret, præditus esse deberet eâdem peritiâ, & 36
idoneitate, quà pollet, & de qua inquiritur,
antequam Substitutus admittatur ad actuale
officii exercitium, ut notant *Racc. de offic. ru-
bric.4. num.28.*, *bon: mem. R.P.D. Zaul. dict.
rubric.17. num.7.*, alioquin enim sequeretur,
quod Datarius, ob defectum idoneitatis, in- 37
terdicere posset Præsidentem administratione
officii, vel eum removere, ut per *Racc. de
Offic. rubr.4. num.4.*, quemadmodum remo-
vere potest Substitutum, si fortè inhabilis re-
periatur; nemo autem non videt, quod si id
in persona Præsidentis contingeret, prout cer-
tè evenire posset, non minus ipsi indecorum,
quàm interesse habentibus perniciosum esset,
ob maximam perturbationem, & damnum,
quod in administratione emolumentorum in-
ferri posset tum Datariæ, tum Rev: Cameræ,
tum denique Portionariis, *Petra de potest. Prin-
cip. capit.29. num.5.*, ubi quod mutatio Offi- 38
cialium emergit in publicum detrimentum.

Quæ sanè absurda evitantur, si concedendo
R.P.D. Præsidenti dominium dumtaxat, & ha-
bitualem administrationem Bullariæ, dicamus,
respectu ipsius, personam actu exercentem 39
administrationem, dici Substitutum, non vo-
luntarium, sed necessarium, ob idoneitatem
nempè, & peritiam, quæ quidem semper in-
quiritur, atque exposcitur in illius deputatio-
ne, nullo autem pacto requiritur, neque
etiam investigatur in collatione officii Præsi-
dentatus. Ut autem voluntarii, ac necessarii
Substituti speciem benè distinguunt *clar: mem: 40
Card. de Luc. de Offic. vacab. Rom. Cur. cap.19.
num. 3.*, *bon: mem: Ansald. de commerc., &
mercat. disc.23. num.3. & seqq.*, *Zaul. ad Sta-
tut. Favent. rubr.17. num.11.*, *Ageta ad Mo-
les §.16. de pan. quæst.11. num.5. & 6. part.2.*;
voluntarii Substituti dicuntur illi, quos Offi-
cialis potens, & volens per se munus obire, non
tenetur necessariò eligere, ut est Vicarius Epi-
scopi, & alii, quos refert *Card. de Luc. dict.
num.3.*, vice autem versa Substituti necessarii
dicuntur ii, quos Officialis, vel ex consuetu-
dine, vel jussu Superioris deputare tenetur,
idem *Card. de Luc.*, & *Zaul. loc. citat.*; Cum,
itaque in nostro casu, tum ex consuetudine,
tum etiam urgente jussu superioris hujusmodi
Substituti, semper deputari hactenus consue-
verint, non quidem ad ipsius Officialis com- 41
moditatem, sed ad commodum officii, suàptè
naturà requirentis ministerium Personæ, ha-
bentis idoneitatem illam, qua caret Officialis,
per ea, quæ tradit *Rovit. decis.79. numer. 26.
vers. quod quidem*, *Cæsar. de Afflict. controv.
Jur. cap.45. num.8. & plurib. seqq.*, indè se-
quitur, quod, manente apud Officialem do-
minio officii, & habituali dumtaxt illius ad-
ministratione, prohibitus censeatur actuali
exercitio, quod istiusmodi necessario Substi-
tuto relinquere tenetur, ut ex *Novario*, &
Lagunez. probatum est *§. Et justâ ratione in
fine.*

Hæc

Hæc igitur cum ità se habeant, & satis, su-
perque his omnibus demonstratum dici posse
videatur, R.P.D. Bullariæ Præsidentem tene-
ri illam exercere per Substitutum, frustra ab
42 eo obtenditur Motus proprius Sixti V., in quo,
eidem concessa legitur alternativa admini-
strandi tale officium vel per se ipsum, vel per
alium, ideòque, cum modò ipse eligat idem
exercere per se, id ipsi prohiberi nequeat ci-
tra violationem alternativæ, & quidem titulo
oneroso ipsi concessæ in d. Motu proprio.

Facili ratione nos expedire possemus ab obje-
43 ctione ista desumpta ex materiali, & judaico
sensu verborum d.Motus proprii; supplicando
Emis Patribus, quod, ut alibi innuebamus, per-
pendere dignentur naturam hujus Officii, &
causam ob quam illud institutum fuit; Pro-
fectò, si primam inspiciamus, tale officium
proculdubio erectum dici minimè potest ad
commodum Officialis, sed ad commodum, &
utilitatem Datariæ, ac Rev. Cameræ: Si ve-
44 rò intueamur causam finalem, ob quam idem
officium, suppressis antiquis, erectum fuit,
alia certè non extitit, nisi, ut pluries dictum
est, propulsarentur præjudicia illa, quæ offi-
cio Bullariæ inferebantur à rudibus, & impe-
ritis Bullatoribus; Si igitur tum ex natura d.
officii, tum ex causa finali, ob quam erectum
fuit, evidens, & apertum redditur, Summum,
illum Pontificem solertissimum, atque accu-
ratissimum Ærarii Apostolici custodem, ideo
novum Officialem præposuisse, novamque
formam administrationi Bullariæ dedisse, nè,
ut anteà ob imperitiam Bullatorum contige-
rat, illius proventus ulteriora, ac majora de-
trimenta acciperent; quis profectò, his per-
pensis, suadere sibi poterit, quod vigore d.
Motus proprii, Præsidenti data fuerit pote-
stas exercendi per se ipsum tale officium, tam-
45 etsi peritiæ, & experientiæ suæ specimen nul-
lum exhibuisset, id quod profectò esset con-
trà causam finalem, unicè intentam atque vo-
litam à Summo Pontifice, & ex qua interpre-
tationem recipere debet tota dispositio Motus
proprii ab ipso editi, ad *Text. in leg. ultim. ff.
de Hredib. inst.t.*, *Fagnan. in cap. In præsentia
num. 3. de probat.*, *Emus Petra ad Constitut.
tom. 4. ad Constitut. 2. Benedicti XII. nu-
mer. 3. fol.* 128., *Rota coram Mantic. decis.
59. num. 6.*

Experientià quippè edocemur, Præsidentes
Plumbariæ, nunquam cogitantes tale officium
per se ipsos explere, acquirere nunquam curasse
peritiam, & usum eorum, quæ ad illius ad-
ministrationem pertinent, sed agnoscentes,
ministerium hoc, uti à contrariis Defensori-
bus appellatur, *Servitorium* esse, ac mechani-
cum, ipsosque non decere; vacaturi propte-
rea aliis curis, quæ majoris dignitatis acces-
sionem ipsis adferre aliquando possent, illud
reliquerunt Substitutis; quapropter, si prævi-
deri ullo pacto potuisset, quod iidem præsu-
mere unquam possent, sibi licere, pro libito
assumere talis officii administrationem, an
fortè cæcà fide, tanta, adeoque difficilis, &
periculosa administratio commissa eisdem fuis-
set? Non ita sane; sed dum tale officium ad-
quirere intendebant, declarare debuissent, se
uti velle suppositâ potestate illud per se exer-
cendi; quâ factâ declaratione, inquisitum
prius fuisset, & sanè perquàm diligenter, su-
per eorum capacitate, atque idoneitate. Præte-
rea ob longè majora emolumenta, quæ hoc
casu Præsidens consecuturus fuisset, longe eti-
am majori pretio officium emere coactus fuis-
set: licèt igitur reverâ illi competeret facul- 46
tas exercendi officium per se ipsum; nihilo-
minus tamen, quia tempore habili id non de-
claravit, frustrà post illud adeptum, id atten-
tare præsumeret: nemo enim non videt, quæ
damna atque pericula indè iminminere possent
publico Ærario, cujus incolumitati, novâ hac of-
ficii institutione, Summus Pontifex providere
solummodò voluit, sed Dataria jure suo uti
diceretur illum cogendo ad officium exercen-
dum per Substitutum, exemplo Parochi, qui,
si velit, ut potest, per se ipsum concionari, nisi 47
id congruo tempore intimaverit Universitati,
habenti jus nominandi Concionatorem, hæc
in suo jure manutenenda esset, *Monacell. in
suo formular. tom. 1. tit. 12. formular. 7. nu-
mer. 8.*

Quæ cum ità sint, frustrà exadversò insi-
stitur alternativæ concessæ in Brevi exercendi
Officium per se ipsum, vel per alium, quia
consideratà causâ finali, & ratione quâ motus
fuit Sixtus V., quoties prædicta alternativa ex 48
parte Officialis, qui nullâ experientiâ prædi-
tus, officium acquisivit, redditur inexequibilis,
non potest verificari, & exequi, nisi favore
Substituti alternatim vocati, *Rot. in rec. de-
cis. 536. num. 21. part. 18.*, præsertim quando
id ita exigit, ut in casu nostro, publica uti-
litas.

Frustraque etiam exadverso obtenderetur,
quod in d. Motu proprio Præsidenti nullum
præscribatur tempus, quo possit per se ipsum
Bullariam exercere, ideoque, si post adquisitum
officium, sentiat, se capacem effectum illud
exercendi, prohiberi minimè possit, quin al-
ternativâ, & jure sibi concesso utatur; Nam 49
cum ipse, suæ idoneitatis Judex esse nequeat,
sed hæc examinanda, probandaque sit ab Emo
Datario pro tempore, vel aliis Datariæ Mini-
stris, prout, justâ omnibus notam praxim,
de ista idoneitate diligenter inquiritur, quo-
ties alicui Officiali confertur officium, cui ad-
nexa sit actualis ejusdem officii administratio,
atque exercitium, nemo non videt, perabsur-
dum prorsus esse, quod idoneitatis suæ pericu-
lum facere debeat, sese exponendo graviori
periculo reprobationis: prætereaque, tametsi
idoneus reperiretur, attamen auctis officii
emolumentis, effugere nequiret augmentum
pretii.

Justâ igitur ratione DD. Bullariæ Præsiden-
tes, Prælaturæ gradu decorati, nunquam ha-
ctenùs usi fuerunt dictâ alternativâ; agnovisse 50

namque dicendi sunt, quod id ipsis non lice-
ret, eorumque dignitati indecorum esset sese
immiscere servitorio, & mechanico exercitio,
quod secum fert actualis administratio Bulla-
riæ; quodque etiam, cum tale exercitium re-
quireret experientiam, quæ, nonnisi longo re-
rum usu adquiri potest, sese ad illud penitùs
ineptos agnoverunt: quapropter, cum d. alter-
nativâ nunquam usi fuerint præteriti DD. Præ-
sidentes, nullo pacto, eâ uti posse videtur mo-
dernus R. P. D. Præsidens; quippè ei resistit
longæva observantia, juxtà quam ejus Antecef-
sores substituti operam adhibuerunt in actuali
administratione exercitii Bullariæ.

Hæc autem sola observantia, quæ juxtà no-
51 tas regulas, deducitur tam ex facto, quam ex
non facto, *D. Advoc. Piton. de controv. Pa-
tron. allegat. 43. numer. 23.*, quæque, veluti
omnium aliarum probationum Regina, illas
52 omnes superare dicitur à *Fagnano in Cap. Tuæ
num. 14. & seq. de Cleric. non residen. tom. 4. in
prima part. 3. Decretal. fol. 70.*, evinceret,
quod vigore Motus proprii Sixtini, ipsi non
non competit usus alternativæ, quippè vetu-
53 stissimi temporis usu demonstratur, qualitèr,
& quomodo talis alternativa fuerit illi con-
cessa, *D. Advoc. Piton. de controv. Patronor. al-
leg. 39. num. 10., Rot. in rec. decis. 6. numer. 7.
part. 14.*, cumque sit optima Legum omnium,
54 & Dispositionum interpres, *Cap. Cum dile-
ctus 8. de consuetudin., leg. minimè 23., leg. si
de interpretatione 37. ff. de legibus* cum aliis
plena manu congestis apud *Thobor. axiomat.
Jur. lib. 3. cap. 81. axiom. 17.*, adeò declarat
mentem, & intentionem Pontificis conceden-
55 tis, *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 9. §. 2.
num. 63. ubi concordan.*; ut discedere minimè
56 liceat ab interpretatione desumpta ex dicta ob-
servantia, etiamsi alius intellectus esset de ju-
re verior, visque inferenda esset verbis ipsius
Legis, aut alterius cujuscumque Dispositionis
*Rota coram Dunoz. Jun. decis. 937. numer. 27.,
& seq., in rec. decis. 520. num. 11. part. 13., de-
cis. 5. num. 17. & seq. part. 14., decis. 303. nu. 14.
part. 15.*, restringendo nimirum Legum, &
Dispositionum omnium interpretationem, &
usum ad normam consuetudinis, *Rota in rec.
decis. 251. num. 19. part. 29.*

Nec obesse potest, quod in facultativis, qua-
lis dicitur prætensa optio tributa D. Præsidenti
57 exercendi Bullariam per se, vel per Substitu-
tum, non usus, tametsi longi temporis, non
præjudicet. Multiplex enim occurrit respon-
sio, quarum prima est, quod ejuscemodi non
usum nun adferimus tamquam observantiam
58 præscriptivam, sed tamquam observantiam
merè interpretativam, quo casu ambigi nequit,
quin eadem noceat illi, contrà quem adfertur;
quippè per ipsam nihil adimitur quod conces-
sum fuisse dici valeat, sed solùm declaratur
quid non fuerit concessum, ad id autem suffi-
cit, aliquo tempore ita fuisse observatum, *Fa-
gn. in d. Cap. Tuæ num. 14. de Cleric. non resi-
dent.*, ubi de observantia interpretativa Bullæ,
*in primo part. 3. Decretal. tom. 4. fol. 70., Ro-
ta coram Dunoz. Jun. decis. 937. numer. 26., de-
cis. 520. num. 9. & seq. part. 13. rec.*: prætereà
regula, quod in facultativis non usus etiam 59
longi temporis non præjudicet, locum sibi vin-
dicat in facultate competente de jure gentium,
& publico; aliter verò res se habet, quoties
agitur de facultate competente ex jure conces-
so ex aliquo titulo particulari, privilegio, aut
alia simili ratione, ut benè explicant *Covaruv.
variar. resol. lib. 1. cap. 9. num. 2.*, & alii apud
*Rot. in Salisburgen. Vicariæ 16. Januarii 1719.
§. Regula verò coram Emo D. Cardin. Falcone-
rio*; ideoque nemo dubitat, per non usum lon-
gi temporis hujusmodi specialia Jura amitti, 60
*Rota coram san. mem. Alexandro VIII. dec. 229.
num. 3., & seqq., coram clar. mem. Card. Capra-
ra decis. 9. num. 14.*, ubi de jure competente
ex Constitutione Apostolica, in *Calaguritana
quartæ funeralis de Naxera 10. Martii 1704.
§. Quandoquidem coram bon. mem. Molines*, ubi
pariter de jure, ex duobus Brevibus Apostoli-
cis quæsito; imo verò in hisce casibus, adeò
obstat non usus, ut vires suas amittat Decre-
tum irritans, eo quod istud inefficax redda-
tur, quando ille, cujus favore adpositum fuit,
illo non utitur, *Rota coram san. mem. Alexan-
dro VIII. d. decis. 229. num. 67. ad 6.*

Eòque certius, per non usum, facultas amit-
titur, quando illius exercitium non pendet ex 61
mera voluntate Facultatarii, sed prætereà al-
terius quoque factum, seu adprobationem ex-
poscit; tunc enim præsumitur, non usum
minimè processisse ex mera voluntate ipsius
non utentis, sed ex repugnantia alterius, *Ce-
phal. consil. 176. sub n. 47., & seq., Becc. consil. 180.
num. 39., latè Eugen. consil. 92. num. 32., & 35.
lib. 1.*, ut certè contingit in casu nostro, in quo
ambigi nequit, quod sese offerens prò emen-
do Præsidentatu Bullariæ, ut Prælaturam con-
sequatur, si declararet, velle per se ipsum il-
lam exercere, utendo prætensâ facultate, quam
sibi adrogat ex Breve Sixti V., perdiligenter
inquireretur, an polleat idoneitate, & expe-
rientiâ illâ, quæ requiritur pro recta admini-
stratione, & exercitio officii, summam perso-
næ sagcitatem, & solertiam requirentis, juxtà
ea, quæ superioribus locis tradidimus.

Et denique inverisimile prorsus est, quod
DD. Præsidentes Bullariæ pro tempore, per
longissimum non usum, omiserint uti assertâ
sibi facultate exercendi per se ipsos tale offi-
cium, cujus actualis administratio maximam
eisdem utilitatem allatura erat; In his enim 62
circumstantiis vehemens urget præsumptio,
quod non usus censeri nequeat facultativus,
ad tradita per *Rotam coram Seraphin decis.
1025. sub num. 20., coram Bichio decis. 543.
num. 10., in rec. decis. 103. num. 10. part. 9.* cum
aliis in *decis. 4. num. 34. post. Monacell. tom. 4.*
Præsertim verò quando talis non usus vetustis-
simo tempore, plusquam nempè centenario,
practicatus reperitur, & quidem cum plurali-
tate, ac multiplicitate actuum, hoc enim 63
casu

63 casu obtendi amplius non potest, quod verse-
mur in materia facultativa, *Rota coram Beniu-
cusa decis.* 128.*num.* 11., *decis.* 129. *num.* 14.,
in rec.d. 186.*num.*18.*part.*11., *decis.* 139.*n.* 23.
part. 17., *in Pampilonem. Praeminentiarum*
7. Martii 1701. *§. Minusque coram dell' Olmo*
Episcopo Conchen., *in Tarraconen. Juris pun-
ctandi super manutentione* 26. *Februarii* 1703.
*§. Ideoque coram bon. mem. Omanna Episcopo
Giennen.*, Centenaria namque efficit, quod
inallegabilis sit regula vigens in materia facul-
tativa, *D. Advoc. Piton.allegat.* 41.*sub. n.*25.
vers. neque stante, ubi *concordan.*, eadem enim
64 tribuere dicitur titulum, aut colorem tituli,
*Rota coram Cavaler.decis.*631.*nu.*2., excluden-
tis qualitatem facultativam, *Roland. cons.* 5.
*num.*62.*lib.*1., *Cyriac.contr.*28. *numer.* 21., *&
seqq.*, *Thesaur. decis.* 16.*sub num.* 4.

Potiori verò jure hæ regulæ atque rationes
urgent in casu nostro, quia, si reverâ specte-
mus tum mentem, tum etiam verba Brevis
Sixti V., talis asserta facultas intelligenda, ac-
65 cipiendaque minimè est in illo sensu, qui exad-
verso usurpatur; licèt enim Summus Pontifex
Præsidentem Bullariæ decoraverit conspicuæ
Prælaturæ insignibus, & præeminentiis; nihi-
lominus, cum etiam declarasset, quod = *unum
officium Præsidentatus ejusdem Bullariæ, quod
cum aliis dictæ Curiæ officiis compatibile, ac post
sexennium à data præsentium computandum, ad
illorum instar, vacabile existat, pro uno Clerico
seculari futuro ejusdem Bullariæ Præsidente
perpetuò erigimus & instituimus* = cohærenter
officii erectioni, atque institutioni factæ pro uno
Clerico seculari, pariter declaravit, quod iste
præeminentiis gavisurus esset, *etiamsi habitum,
& rocchettum Notariorum Sedis hujusmodi
non deferat*.

Ex his autem justà interpretatione inferi-
mus, quod optio, & facultas Præsidenti data
exercendi *per se ipsum, aut unum, vel duos Sub-
stitutos idoneos &c.*, congrua congruis refe-
rendo, ità intelligenda sit, ut per Substitutos
Bullariam administrare debeat, quoties Præsi-
dens Prælaturæ insignia assumat; per se ipsum
verò exercere valeat, si alioquin præditus ne-
cessarià habilitate, & manens in statu simplici
Clerici secularis, habitum, & rocchettum
Notariorum Sedis Apostolicæ non deferat.
Hæc autem interpretatio, juxta prænotata in
secundo Memoriali Facti, ad quod mè refero,
satis est, quod justa aliquà ratione, & colore,
elici valeat ex mente, & verbis Brevis Sixtini,
ut eadem suffragetur Datariæ prohibenti R. P.
D. moderno Præsidenti, nè per se ipsum Bul-
lariam exercere queat; nam si, ut firmatum
66 est superioribus locis, subsecuta observantia de-
clarat mentem, & verba Legum, Constitutio-
num, & Dispositionum omnium, ità quidem,
ut interpretatio per illam inducta, tantum va-
leat, quantum valeret expressa dispositio ipsius
Legis, quam interpretatur, *Rot. coram Dunoz.
Jun.decis.* 927.*num.* 28., par enim, ac Legi,
67 usui, & observantiæ auctoritas data reperitur,
Julian., & alii in *leg.de quibus*, *leg.diuturna*,
leg. Cum de consuetudine ff. de legib., *Imola
cons.*77.*num.*2., *Gabb.consult. decis. tom.* 2. *con-
sult.*68.*num.* 14. *& seqq.*, non est, eur hodie
amplius quæratur, an Bullariæ Præses pro tem-
pore, per se ipsum illam administrare valeat,
quando plusquam centenario tempore per Sub-
stitutum illam administravit: alternativa enim, 68
quâ uti contendit, tamquam ex usu declarata,
restringenda est ad formam consuetudinis, abs-
que eo quod extendi valeat ad ipsius favorem,
Gratian. discept. 685. *num.* 40. *& seqq.*, *Ro-
ta coram bon. mem. Ansaldo decis.* 47. *nu-
mer.* 26.

At cur in re non dubia, argumentis utimur
non necessariis? quâ enim ratione, postquam
DD. Præsidentes Bullariæ centum quinqua-
ginta annorum spatio nunquam præsumpse-
runt tale officium per se ipsos exercere, hodie
recuritur ad alternativam, quæ competere di-
citur ex Brevi Sixti V. quando hæc penitus sub- 69
lata reperitur posteriori Motu proprio Alexan-
dri VII., quo disponitur his verbis = *Officium
Præsidentatus Bullariæ hujusmodi, illiusque ti-
tulum, denominationem, essentiam, plumbique,
seu sigilli Plumbei custodiam, omniaque, & sin-
gula privilegia, exceptis reditibus, & emolu-
mentis, ad infrascriptam portionem præsentium
tenore reducimus, nec non facultatem eidem
Præsidenti Plumbariæ per d. Sixtum Prædeces-
sorem concessa, & alias legitimè competentia
quibus, & prout Plumbi Præsidentes hactenus
usi & gavisi fuerunt, ad favorem ejusdem Præ-
sidentis in suis statu, robore, & observantia re-
manere volentes, & harum serie remansisse de-
clarantes* = ?

At verò, si verum est, ut nemo dubitat,
quod posteriora derogent prioribus, si ambigi
pariter nequit, quod, ut toties dictum est,
Præsidentes Bullariæ prò tempore nunquam
per se ipsos, sed semper per Substitutum tale
officium exercuerunt, ex his necessariò sequi-
tur, quod dum Alexander VII., eosdem uti
voluit facultatibus, *quibus, & prout Plumbi
Præsidentes hactenus usi fuerunt* = ex his, inquam,
necessariò sequitur, quod tametsi Præsidentes
in Motu proprio Sixtino expressè donati repe-
rirentur facultate exercendi Bullariam per se
ipsos, hæc restricta, seu sublata intelligeretur
posteriori Motu proprio, quo constitutum fuit,
quod iidem aliis potiri nequirent facultatibus,
quàm illis = *prout hactenus usi, & gavisi fue-
rant* =: indubium enim est, apertis hisce ver-
bis facultates omnes, Præsidenti concessas, re-
strictas, ac limitatas esse ad eas dumtaxat, qui-
bus juxtà modernum statum iidem uti, & gau-
dere reperirentur, ad tradita per *Laderch. cons.*
121.*sub.num.*5., *Cyriac.controv.* 141.*num.*46.,
& seqq., *Rot. divers.part.*1.*decis.*780.*num.*10.:
dictio enim illa = *prout* = suâpte naturà restri- 70
ctiva, & limitativa est, *Barbos. diction.* 296.
num. 2., *Rub. singular. part.* 4. *claus.* 575., *&
claus.* 581., *Rota coram Coccin. decis.* 2121.
*num.*23., *coram Dunoz. Jun.decis.*604.*num.*24.

*& seqq., in rec. decis.*402. *num.6.part.*12.*;* maxime quando refertur ad aliquid de præterito, *Honded.cons.*112.*num.*20.*lib.*1., *Barbos. ubi supra num.*4., *Rota in rec. decis.* 251. *numer.* 20. *part.*19., ubi in specie tradit, quod talis dictio, stet in Literis Apostolicis restrictivè ad consuetudinem.

Et sane, si etiam in casu, quo nulla à jure, vel Supremo Principe facta reperiretur determinatio in delatione, atque administratione alicujus officii, spectanda esset consuetudo, &
71 observautia, juxtà quam illud conferri, atque administrari consuevit; eò quod sub formà à tali consuetudine inducta, & tamquam à Supremo Principe adprobata, tale officium concessum, & respectivè ab Officiali acceptatum præsumitur, *Noguerol. alleg.* 33.*num.*18., *Pegas ad ordinat. Regn. Portugall. tom.* 3. *lib.* 1. *tit.* 24. *ad rubric. num.* 54. *allegat.* §. 3.*;* ità quidem, ut si varietas aliqua reperiretur quoad
72 modum exercendi tale officium, semper ultima consuetudo, & ultimus status attendendus esset, idem *Noguerol. allegat.* 5. *num.* 16., *d. allegat.* 33. *num.* 21., *Pegas loc. citat.* Quantò potiori jure id dicendum erit in casu nostro, in quo non solùm exadverso non docetur unquam diversimodè practicatum fuisse, sed à Summo Pontifice expreisè præcipitur, servandum esse statum, & usum, tempore editi Brevis vigentem. Et sapienter quidem id ità constitutum fuit, quia in administratione officii, de quo agitur, tum ob summam experientiam, sagacitatem, peritiamque in actuali ejus administratione requisitam, tum ob grave interesse Rev: Cameræ Apostolicæ, Datariæ, & Portionariorum, cum periculum esset paululum recedere ab ultimo statu, & consuetudine, summoperè intererat illam servari; ipsa enim mutatio consuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat, ut admunet *Div. Augustin. Epistol.* 128.

Ex quibus obiter etiam inferimus, quod, si in varietate observantiæ, & modi exercendi aliquod officium attendenda semper est ultima consuetudo, & status; frustrà ex eo,
73 quod in Codicibus Promptuarii Palatii Apostolici reperiatur, Præsidentem Plumbariæ anno 1610., & aliquot subsequentibus, recepisse portionem panis, & vini, assignatam Substituto, elicitur, quod ipse per se ipsum officium Plumbariæ exercuerit: nam, præterquam quod de hoc docendum esset directâ probatione, non vero ejuscemodi, evanida prorsus, ac futili conjecturâ, in nostra Facti satis superque rejecta; eidem ut dictum est, obstaret ultimus status, & consuetudo, & quidem longissimi temporis, qua præterea evincitur, nedum insubsistens prorsùs esse factum, quod exadverso figuratur; sed inverisimile etiam esse, quod spatio centum quinquaginta, & ultrà annorum, cæteri omnes Præsidentes neglexerint commoda, & emolumenta, quæ ex actuali Bullariæ administratione consequi potuissent.

Quæritur in secundo Dubio, An Præsidens Plumbariæ = *quatenus per se ipsum non possit, valeat in Substitutum deputare personam sibi bene visam, ab Eminentissimo Datario prò tempore solummodò adprobandam; vel potius teneatur absolutè deputare personam illi propositam ab eodem Eminentissimo Datario?*

HUc redeunt ea, quæ sub initium dicta sunt, quod nempè agatur de exercente
actualem administrationem officii, ad publicam 74
utilitatem, non autèm ad commodum Personæ, illud obtinentis, instituti: propereaque, quod attinet deputationem personæ, idem actu exerciture, cum ista non fiat ad utilitatem Officialis, titulum officii, ejusque habitualem administrationem habentis, sed ad utilitatem publici Ærarii, & eorum, ad quos pertinent emolumenta, provenientia ex administratione talis officii, spectandum erit principale interesse eorum, ad quos commodum, & utilitas pertinet: idque sanè congruit menti, & causæ finali, ob quam officium Præsidentatus Bullariæ erectum fuit, ut nempe explosis *depravatis consuetudinibus*, quæ irrepserant, dum Bullatorum officium exercebatur à Personis *rudibus*, *ac ignaris*, & novo rerum statu constituto, consuleretur incolumitati, atque utilitati Rev. Cameræ.

Officialis idcircò ille, nuncupatus *Substitutus*, qui d. actualem administrationem Plum-
bariæ exercere debet, eligitur prævià diligenti 75
inquisitione ejusdem idoneitatis, sagacitatis, & experientiæ jàm adquisitæ longâ exercitatione aliorum officiorum, ut generaliter observatur in omnibus hujusmodi officiis, & Officialibus, quibus similia munera conferuntur, postquam eorum probitas, ac idoneitas longo rerum usu, atque experimento comperta facta est. Hac autem planè cognitâ, postquàm demum actualem officii administrationem assecuti fuerunt, ab illo non amoventur ob periculum gravium damnorum, quæ publico Rev. Cameræ, & Datariæ Ærario inferri possent, loco Officialis jam probati, atque experti, novum subrogando.

At verò, si tantà circumspectione deputatio Substituti Plumbariæ facienda est, si tantà diligentiâ, & accuratâ inquisitione, investiganda est illius fides, probitas, idoneitas, & peri-
tia, dicendum profectò est, nec expedire, nec 76
congruere, quod Præsidens Plumbariæ suo arbitrio eligere valeat Substitutum, actualem administrationem habiturum, sed per honorificam deputationem, ab ipso faciendam, exhibendo ministerium, quod dicitur nudi facti per *Jason. in leg. Si stipulatus* 76. *num.*2. *&* 5. *ff. de verb. oblig.*, *Carp. de execut. testament. lib.*2. *cap.*19. *num.*13. *& duob. seqq.*, *Rot. coram Royas decis.*93. *num.*8. *& seqq.*, deputare cogatur Personam ab Eminentissimo Datario propositam, atque adprobatam, & quidem præ oculis semper habendo causam finalem

(in-

(incolumitatem videlicet Rev. Cameræ, & Datariæ) ob quam Præsidentatus Plumbariæ, officium institutum fuit; Et sane si ut dictum est, Substitutus actualem illius administrationem habiturus, pollere debet eximiâ idoneitate, solertiâ, & rerum ad dictum officium pertinentium peculiari, ac summâ cognitione, quonam pacto prudenti, ac justâ ratione ejuseemodi deputatio committeretur ementibus Præsidentatum Bullariæ pro assequenda dumtaxat d. Prælatura cum prærogativis illi adnexis? Hi enim nullam certè cognitionem habentes rerum, & materiarum ad dictum officium pertinentium, minùs noverunt Personas capaces actualis administrationis, à Substituto exercendæ, ideoque experientiâ novimus, quod, si aliquando Præsidens officii, irrito tamèn conatu, Substitutum nominare posse præsumpsit, talis nominatio facta reperitur de Persona prorsùs inepta, quales sunt Notarii, aut aliæ similes Personæ, ea occasione nominatæ. Contrà verò Emi Datarii, pro tempore, qui benè norunt, quâ fide, quâ probitate, quaque sagacitate, ac diligentia Officiales Datariæ exercuerint munera, ipsis demandata, absque periculo errandi in electione Personæ idoneæ, inter illos eligere, ac deputare possunt Substitutum, qui juxtà mentem, & causam finalem unicè volitam atque intentam à Sixto V., cum Rev. Cameræ utilitate, & profectu, munus suum explere valeat.

Neque verò publicæ Cameræ utilitati provisum, atque consultum dici poterit, si relictâ
77 liberâ Substituti electione D. Præsidenti, subsequatur ejusdem adprobatio postmodum facienda ab Eminentissimo Datario, quia, nec litera Motus proprii Sixti V., & Alexandri VII., nec Juris ratio, & mens dictorum Summorum Pontificum admittunt hujusmodi interpretationem, quam denique excludunt absurda, quæ ex illa sequerentur. Profectò litera Mo-
78 tus proprii hanc intelligentiam non admittit, quia tàm Sixtus V., quàm Alexander VII., dùm de substituto Plumbariæ egerunt, loquuntur bis verbis = *à Datario tamèn pro tempore existente adprobatos, ponendos, & amovendos* = Ex bis autem perspicitur, quod Præsidenti nullum aliud jus relictum fuerit, quàm illud merè honorificæ deputationis Personæ sibi propositæ, atque adprobatæ à Datario, ideoque electio Personæ non ad ipsum, sed ad eum pertinet, Datarium nempè, cujus adprobatio præcedere debet deputationem, ut præsefert germanus, & indubitatus sensus verbi illius = *adprobatos* =, quod cum sit præteriti temporis initiat, & perficit actum, non quidem Præsi-
79 dentis, sed solo judicio Datarii quoad substantiam jàm completum, ad tradita per *Ruin. conf.226. num.6. lib.1., Gratian. discept.372. num.19., discept.918. num.62., discept. 963. num.8., Rota coram Ludovis. decis.117. num.2.* quibus consonant *Gobb. consult. decis.55. n.12. & seqq. tom.1., Rot. Januen. inter collect., per Balduec. decis. & rer. judicat. tit.3. de Legat. & fideicomm. decis.56. num.12. & seqq., Rota nostra coram Caroll. decis.92. n.4.* Eoque magis, quia in casu nostro d. verbum = *adprobatos* = immediatè subsequitur illud aliud verbum futuri temporis = *ponendos* =, quod cer- 80
tè connotat, ad Præsidentem pertinere ministerialem solummodò deputationem Substituti faciendam de Persona à Datario jàm electa, ad mentem *Text. in leg. Pater ex Provincia in fin. ff. de manumiss. vindicta, leg. Item eorum §. Si Decuriones ff. quod cujusque Universit. nomin., Gloss. in leg. apertissimi §. Si verò verb. delegat. Cod. de Judic., Bartol. in leg. unum ex familia §. Si de falcidia ff. de legat.2., Dec. conf.573. num.8., Jo: Franc. à Ponte conf.5. num.33. & seqq. lib.2.*

Nec obesse potest, quod verbum illud = *adprobatos* = licèt sit præteriti temporis; ni-
hilominùs tamen in nostra hypothesi præceda- 81
tur illo alio verbo = *Substitutos* =, qui si ponendi dicuntur à Præsidente, cum istud quoque præcedens verbum tamquam præteriti temporis, aptum sit ad initiandum, & perficiendum actum, adprobatio idcircò, quæ deinde subsequitur, reperiet deputationem jàm factam, indigentem solummodò adprobatione superventurâ actui, jus fere perfectum tribuenti. Objectio namque ista, si veritatem quærimus, & amamus, resolvi facilè posse videtur solâ grammaticali explicatione illius verbi = *Substitutos* =, quod profectò, in subjecta materia intelligendum est, non tamquam verbum præteriti perfecti, sed tamquam nomen substantivum, seù appellativum illius Officialis, seù Ministri, qui tùm actualem administrationem, tum cetera Bullariæ servilia, ac mechanica opera exercere debet, & quæ ob ipsius dignitatem à Præsidente expleri nequeunt; ideoque passim tàm in Dataria, quàm in aliis Romanæ Curiæ officiis hoc *Substituti* nomine appellantur Ministri, actuale gerentes
exercitium officii, cujus titulus, dominium, 82
& habitualis administratio penès alium manet: ex quo loquendi usu, si semper justa capienda est interpretatio verborum, & nominum, *Bald. in leg. duodecim Tabularum num.7. vers. & secundam communem usum loquendi Cod. de legitim. hered., Alexand. conf.9. n.4. vol.1., Palm. alleg.205. num.11., Rota coram Coccin. decis.501. n.7., & in Recen. decis.564. num.17. part.19. tom.2.*, indè patet, quomodo intelligendum sit in casu nostro verbum illud *Substitutos*.

Vice autem versà, quod juxtà nostram in-
terpretationem verbum = *adprobatos* = verè, 83
& juxta suam naturam, adhibeatur tamquam verbum præteriti perfecti, connotans initium, & perfectionem actus, ideoque necessariò præcedere debens honorificam deputationem faciendam à Præsidente, connotatam expressè verbo futuri temporis *ponendos*: confirmatur ex Motu proprio tùm Sixti V., tùm Alexandri VII., utriusque enim litera favet juribus Datariæ: dum enim in utroque disponitur de actua-

84 actuali administratione Bullariæ, statuendo,
illi præponendos esse Substitutos, à Datario *ad-
probatos*, evincitur, quod dicti Summi Ponti-
fices voluerint tali adprobatione initiari, &
perfici actum, per eam videlicet solam tribuen-
do talibus Substitutis jus administrandi, ut per-
spicuum fit ex eo, quod dum in Motu proprio
Alexandri VII. agitur de facultate tributa Præ-
sidenti, resignandi officium, respectu Resigna-
tarii non adhibentur, ut in casu deputationis
Substituti, verba illa = *à Datario tamen pro
tempore existente, adprobatos* =, sed disponi-
tur, officium à Præsidente resignari posse,
*Personis tamen idoneis, & per Datarium prò
tempore adprobandis*; hæc autem discretiva,
quâ Summus Pontifex utitur, clarè aperit,
quod adprobatio Datarii respectu Substituti
præcedere debeat d. honorificam deputatio-
nem, à Præsidente deindè faciendam: quando
viceversà in resignatione officii Præsidentatus,
adprobatio Datarii subsequi debet electionem
Personæ Resignatarii à Resignante factam, jux-
tà vim, & naturam discretivæ, de qua benè in
nova *Facti §. Nec non etiam*. Dictæque discre-
85 tivæ ratio fundatur in eo, quod in Resignata-
rio Præsidentatus, absque actuali illius admini-
stratione, habituro dumtaxat titulum officii;
pro consequenda Prælatura unà cum præemi-
nentiis, & emolumentis, eidem impartitis,
nulla consideratur industria Personæ, nullum-
que ex ejus facto evenire potest damnum juri-
bus, & interesse Cameræ, Datariæ, & Portio-
nariorum; qui viceversà grande detrimentum
accipere possent ex imperitia Substituti; pro-
ptereaque idem, ut pluries dictum est, non ni-
si prævia investigatione, & adprobatione Da-
tarii, ab eodem præficiendus est actuali officii
administrationi:

Ac per consequens quidquid post talem ad-
probationem fit à Præsidente, resolvitur in
extrinsecam merè solemnitatem, seu honorifi-
cam declarationem Personæ Substituti, à Da-
tario jam electi, atque adprobati, *Jason. in
leg. si stipulatus 76. n.2. & 5. ff. de verb. obli-
gat.*, *Surd. cons. 264. num. 12.*, *Berous cons. 23.
num 21. lib. 2.*, *Giarb. observ. 40. num. 14. in
fin.*, *Cost. de ration. rat. quæst. 133. num. 9.*,
*Carp. de Executor. testament. lib. 2. cap. 19.
num. 13. & seqq.*, *Rot. coram Royas decis. 93.
num 11.*; alioquin enim si hæc adprobatio ca-
dere deberet super Persona, quæ ex electione
86 Præsidentis Bullariæ titulum, seu jus ad exer-
cendum officium jam consecuta fuisset, in-
congruè Summi Pontifices adhibuissent ver-
bum illud præteriti temporis *adprobatos*, sed,
si voluissent, quod deputatio, & electio Sub-
stituti liberè pertineret ad Præsidentem, re-
quisitâ solummodò subsecutâ adprobatione
Datarii, locuti fuissent verbo futuri temporis
adprobandos, prout similibus verbis futuri tem-
poris alibi usi fuerunt; proindeque dicendum
est, quod adprobatio à Datario facienda, sit
vera prælectio, & deputatio conferens substi-
tuto titulum, & jus sese immiscendi actuali ad-
ministrationi, ut benè advertunt *Gobb. dicta
consult. 55. num. 16.*, *Rot. Januen. apud Bal-
dacc. decis. & rer. judicat. tit. 3. de legat. & fi-
deicomm. decis. 56. num. 12. & seqq.*

Nec turbat, quod adprobatio, suàpte natu- 87
râ connotet præcedentem nominationem, seu
electionem Personæ, quæ, veluti adprobanda
proposita fuerit: quamvis enim sæpissimè ele-
ctio pro confirmatione, seu adprobatione, &
viceversâ confirmatio pro electione usurpetur, 88
juxtà notata per *Lotter. de re benefic. lib. 2.
quæst. 18. num. 32. & seqq.*, attamèn, ut idem
subdit, similia verba, juxtà subjectam mate-
riam, redigenda sunt ad mentem Juris, ju-
stam ex eo intelligentiam tribuendo verbis,
quibus Interpretes non raro abutuntur, ut 89
pluribus allegatis, tradit *Menoch. cons. 402.
num. 1., & cons. 512. num. 13.*, *bon. mem. An-
sald. in ejus annot. ad decis. 20. num. 31.*, aliis
pariter allegatis animadvertens, talia verba
veluti quodammodo synonima, ex subjecta
materia rectum, ac germanum sensum assequi
debere, ut hujusce rei familiare, & affine 90
exemplum desumere possumus ex materia Be-
neficiali, in qua adprobatio Examinatorum
circà qualitatem, & idoneitatem debet præce-
dere, *Rota coram Bichio decis. 211. num. 15.*, *in
Recen. decis. 380. num 20. part. 5. tom. 1.*, apud
Garz. de Benefic. par. 6. cap. 2. num. 66., cum
aliis apud *Frass. de reg. Patron. Indiar. cap. 55.
num. 3. & seqq., & num. 29. & seqq.*, eâ vero
factâ, eadem tenenda est ab Episcopo, per ea,
quæ tradit *Passerin. de elect. canon. cap. 30. nu-
mer. 103.*, *Rota coram sa. me. Alexandro VIII.
decis. 211. num. 5.*, *coram Burat. decis. 635. n. 1.*,
coram Priolo decis. 11. num. 3., *in Recent. de-
cis. 488. num. 1. part. 3.*, quemadmodum etiam
contingit in Pœnitentiario, cujus electio cum
omnino spectet ad Episcopum, inde fit, quod, 91
si alicui competat præsentatio, hæc necessariò
fieri debeat de Electo ab Episcopo, ut apud
Garz. de Benefic. part. 5. cap. 4. num. 138., *bon.
mem R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. in ob-
servat. ad probem. num. 55.*, ubi plures, *Emi-
nentissimus Petra de Sacra Pœnitentiaria par. 1.
cap. 13. num. 17. & seqq.*

Magis verò urget Juris ratio, ex qua perspi-
ci potest, ad Datarium pertinere omninò de- 92
bere liberam facultatem deputandi talem Sub-
stitutum, quippè agitur de Persona, non Præ-
sidentis, sed specialiter servitio Datariæ addi-
cta, quæ porrò qualitas si plurimum spectanda
est ad effectum, de quo agitur, *Federic. de Se-
nis cons. 34. num. 1.*, *Cespedes de exempt. Regu-
lar. cap. 8. dubitat. 162. num. 4., dubitat. seq.*,
*Donat. in prax. Regular. to. 3., de Regular. con-
fess. tract. 4. quæst. 6. num. 3.*, *Rota in Vratisla-
vien. Manutentionis 22. Junii 1703. §. Multo
magis coram bon. mem. Lancetta*; plurimi fa-
cienda certè erit in casu nostro, quia Datarius 93
habet jurisdictionem in Personas, Datariæ of-
ficia exercentes, & invigilare debet rectæ ad-
ministrationi rerum, & redituum, ad officium
Plumbariæ pertinentium, quod secum fert, ad 94
eum

eum spectare electionem, & nominationem Ministri, cujus fidei, actualis illius administratio committitur, ad tradita per *Rot. decis.455. num.2. & seqq., coram Duran. decis.176. n.4., & decis.201. num.5. coram Peutinger., & decis.204. coram Priolo, in Urbanien. Canonicatus 23. Januarii 1697. §. Propositio siquidem coram dell'Olmo, & 20. Junii 1698. §. Enim verò coram bon: mem: Pio.*

Verùm non solùm Substitutus iste addictus est servitio Datariæ, & Datario subjicitur, sed, ut dicebam, eam, quæ ipsi incumbit,
95 actualem administrationem Bullariæ exercet
non ad commodum Præsidentis, sed ad publicam utilitatem, salarium, & mercedem laboris, quem impendit, percipiendo non ex illius crumena, sed ex massa ejusdem officii, & ex eo, quod ipsi assignatur à Palatio Apostolico, pro pane nempè, vino, aliisque utensilibus, ideoque, cum non adsit respectu Præsidentis correspectivitas ulla nominationis, seu electionis ad mercedem, sed hæc benè considerari possit respectu Datarii, per cujus Supremi Ministri organum expediuntur ea, quæ pertinent ad Datariam, dicendum est, quod hujusmodi Officialis electio, & deputatio ad
96 illum pertineat, ut in simili de Barone, vel
Universitate prætendente nominationem Prædicatoris, & non solvente eleemosynam, animadvertit *clar. mem. Card. de Luc. in annot. ad Concil. disc.3. num.6.*, quem refert, & sequitur *Monacell. formular. practic. legal. tom.1. tit.12. formul.7. num.13.*, & sanè perabsurdum certè esset, quod is, qui mercedem recipit ab eo, ad cujus commodum, & incommodum administrat, præponendus sit tali administrationi ab alio, cujus rem, & negotium non gerit, nullamque ab eo recipit mercedem.

Jure proindè Substitutus, mercedem nullam
97 recipiens à Præsidente, sed ab ipso Supremo
Principe, non consideratur tamquam illius servitio addictus, sed decoratur tum titulo Familiaris Summi Pontificis, tum etiam veste violaceâ, aliisque prærogativis, de quibus in Motu proprio Sixti V., ideoque nullo jure Præsidens sibi adrogat potestatem nominandi Officialem, qui non spectatur, ut suus, sed tamquam Supremi Principis familiaris, ad tradita per *Matthaeuc. de regimin. Regn. Valent. cap.6. §.5. num.102. & seqq., & num.105. lib.1., Carlevul. de Judic. disput.2. num.795.*; Paruique refert, quod denominetur Substitutus Præsidentis, quia id connotat solummo-
98 dò qualitatem ejus officii, talisque denomina-
tio adhibita censetur ad effectum contradistinguendi Præsidentem, habentem officium in titulum cum habituali administratione, ab inferioris ordinis Ministro, exercente actualem administrationem, aliaque servilia opera tali officio adnexa, ut sepiùs observatum est ex *clar. mem. Card. de Luc. de Pension. d. disc.47. num.8.*

99 Accedit his, quod Substitutus administratio-
nis suæ rationem nullam reddit Præsidenti, sed
Datario; notissimi autem Juris est, quod is
cui aliquis rationem reddere debet, gerit per- 100
sonam ejus, ad quem pertinet illum præponere, seu deputare administrationi, cujus rationem ipsi reddere tenetur, per *Text. in leg. qui proprio §. Procurator ff. de Procurator., Excobar. de ratiocin. cap.3., Rot. in recen. decis.331. num.5. par.16., in Perusina Praeminentiarum 2. Decembris 1711. §. Tertio accedit coram bon. mem. Ansaldo*; rationes enim regulariter non redduntur per Ministrum, nisi Domino, eum præponenti, & deputanti ad aliquam administrationem, seu negotium gerendum, ut præter mox allegatos, firmavit *Rota in Burgen. Juris visitandi de Bribiesca 22. Junii 1714. §. Quodque talis coram Eminentissimo Scotto, & 21. Januarii 1715. §. Atque ità, & 27. Januarii 1716. §. In eo autem coram R.P.D. Cerro, & 17. Junii 1715. §. Quodque coram bon. mem. Ansaldo.*

At verò, si à Substituto ratio reddi debet
Datario, qui eum deputat; indè etiam sequi- 101
tur, quod ab eodem removeri possit; obligatio enim reddendi rationem, connexam habet facultatem removendi ab officio Ministrum, qui in administratione repertus fuerit culposus, juxta *Text. in leg. Eum, quem Cod. de suspect. Tutor., Rota coram san. mem. Alexandro VIII. decis.144. n.11. & seqq., coram bo. me. Emerix Jun. decis.1343. num.1.*; Finis enim reddi-
tionis rationis, sinè quo hæc inutilis reddere- 102
tur, est, quod Minister, qui in administratione deliquit, removeri possit, ad *Text. in leg. alind §. final. ff. de verbor. significat., & in leg.2. §. final. ff. de Judic., Mastrill. de Magistrat. lib.3. cap.10. num.243. & seqq., Rota coram Gregor. decis.66. n.13. & seqq., in Dertusen. Jurisdictionis 26. Aprilis 1694. §. Hinc cum Canonicis coram clar. mem. Card. Caprara, in Hispalen. Visitationis 30. Aprilis 1700. §. Aggrediendo coram bon. mem. Molines*; pro-
pterea que ex hoc jure removendi Substitutum, 103
veluti ex necessario antecedenti sequitur, quod illius adprobatio facienda à Datario, sit vera ejusdem electio, illi jus tribuens independenter à subsequenti Præsidentis honorifica depu-
tatione postmodum facienda, ex noto Juris 104
axiomate, quod ejus est destituere, cujus est instituere, & ejus est removere, cujus est eligere, seu deputare, *Gloss. in Cap. Cum ex injuncto in verbo tàm institutio de hæretic., Faguan. in Cap. Quanto num.10. de consuetud., Pyringh. in Jus canon. lib.1. tit.28. num.75. & seqq., Card. Albit. in discept. impress. apud clar. me. Card. de Luc. de Jurisdict. num.130., Frasi. de reg. Patronat. Indiar. tom.2. cap.66. num.28., Rota in Nullius Provinciæ Hispalen. Juris amovendi Vicarii 21. Februarii 1707. §. In eo principalitèr, & §. seq. coram bon. me. Molines*, unde, ut rectè ait *Bald in leg. Ex placito num.12.* = *Si Judex reprobando destituit, adprobando instituit, Cod. de rer. permut.*

At pro evincendo, quod tam institutio,
quàm destitutio Substituti pertineat ad Data- 105
rium,

rium, fortiùs urget, quod ille administrat periculo Datariæ, non autem Præsidentis Plumbariæ, quæ, ut nuper accidit, grave damnum sensit ex administratione Lotharii Grifoni, unde fit, quod nominatio, & adprobatio facienda à Datario, necessariò secumferat veram, ac perfectam electionem, atque deputationem Substituti. Cum enim nulla Juris, aut æqui,
106 bonique ratio sinat, quod nominans, ex nominatione illa, quæ nullum jus dat ad officium, damnum sentiat, *Rovit. in pragmatic. 2. de administrat. Universit. num. 23. vers. nec dicatur, & num. 31. & 32.*; inde certè sequitur, quod,
107 si ex adprobatione Substituti, facienda à Datario, periculum malæ administrationis spectat ad Datariam, talis adprobatio sit vera electio, jus tribuens Substituto. E' contrario autem actus deputationis Substituti, quæ post d. Datarii adprobationem fit à Præsidente, qui nullum periculum subire tenetur, resolvatur in merum honorificum jus, sive declarationem Substituti, vigore adprobationis à Datario factæ explendam, ut post *Luc. de Pen., & Jo: de Plat. in leg. Exactores Codic. de Susceptor. lib. 10.* distinguit *Rovit. super dict. pragmatic. 2. num. 29. & seqq., & num. 32.*: alioquin enim quid magis absurdum excogitari potest, quàm
108 quod Præsidens deputare valeat Substitutum, qui rem non suam, nec ad ejus commodum administrat, omnisque periculi expers, nullam mercedem ei solvit, vice autem versâ Dataria, cujus negotia talis Substitutus administrat, & ex proventibus, ab eodem administratis, pinguem mercedem illi solvit, teneatur ex facto talis Ministri, ab alio deputati, & electi, ut animadvertunt *bon: mem: Ansald. de commerc., & mercat. disc. 24. num. 7., Sanfelic. decis. 181. num. 1., Rota in Romana Pecuniaria, seu attentatorum 20. Januarii 1700. §. Prædictis coram dell'Olmo Episcopo Conchen., & in Romana Pecuniaria 21. Januarii 1709. §. Reassumentes cor. bo: me: Ansaldo.*

Idque confirmatur praxi, juxtà quam, plures eiuscemodi Officiales exercentes officia, in quibus Camera, Dataria, & Partes interesse habent, nonnisi ab Eminentissimo Datario eliguntur; ut nimirùm ipsius prudentià similium officiorum administrationi præponantur Personæ spectatæ fidei, probitatis, & experientiæ, quæ cum ipsi præcipuè perspecta esse possit, ita consulitur publico bono, atque indemnitati. Quâ igitur ratione electio solius Substituti Bullariæ, qui rem tantam administrat, non ad Datarium, sed ad Præsidentem pertinere poterit? Immò verò, si electio ipsius Præsi-
109 dentis, qui, nonnisi hujus officii jura bonorifica obtinet, &, ut probatum est super alio Dubio, prorsùs caret actuali administratione, quæ exercetur per Substitutum; Si, inquam, ipsius Præsidentis electio pertinet ad Datarium, qui, cum tale officium venale habetur, altero reprobato, potest præeligere, atque præferre eum, qui sibi videbitur: quanto potiori jure ad eum pertinebit electio Substituti, qui est Minister Datariæ, ejusque Bona directè administrat, & ex cujus electione grave periculum immineret, & ingentia damna evenire possunt Cameræ, Datariæ, aliisque omnibus interesse habentibus?

Accedit his, quod, si ex adprobatione facienda à Datario, eidem data non diceretur
plena, ac libera facultas instituendi, ac desti- 110
tuendi talem Substitutum, sed hæc pertineret ad Præsidentem, plura alia sequerentur absurda, quod nimirum ipse in Substitutum assumere posset vel suum Familiarem, aut aliam Personam, cui modicà constitutà mercede, pinguia emolumenta, Substituto assignata, ad se transferret, & quidem periculo Datariæ, cui malo minimè occurreretur adprobatione talis Personæ facienda deindè à Datario: nemo enim non videt, quod, si Datario relinqueretur simplex adprobatio Personæ, jus omne ceteroquin desumentis ex electione Præsidentis, hunc solum in Dominum agnosceret, & in qualibet ipsius deputatione, occasione mutationis Præsidentis vel alia de causa secuturæ, molestissimæ lites, involuentes exceptiones objectivas, assumendæ essent inter Datarium, & Præsidentem super incapacitate Personæ electæ, indèque facilè etiam contingere posset, quod Supremus Minister, videlicèt Datarius, tot aliis gravibus curis, & negotiis implicatus, aut negligere cogeretur inquirere super idoneitate, & fide, quà Substitutus munus, sibi à Præsidente commissum gereret, aut quod
persæpe deberet Substitutus, hodiè à Præsiden- 111
te deputatus, ab ipso removeri, quia repertus ineptus, quod improbat *Glossa in Clementina quia Regulares in verb. revocari de supplend. negligent. Prælator., Pellizar. in manual. tom. 2. tract. 8. cap. 4. sect. 4. num. 115. & 118.*, & benè etiam considerat *bo: me: R. P. D. Petrus Franciscus de Rubeis in allegatione impressa post Eminentissimum Petra de S. Pænitentiaria pag. 361. §. Minùs verò*, ut experientià compertum habemus, nam, quando R.P.D. Lecce sibi arrogare præsumpsit tale jus, semper nominavit Personas ineptas ad exercendum tale officium, & quidem pertinaciter, nam nonnisi unius anni decursu, de suo non jure convictus, demum adquievit deputationi Substituti, ab Eminentissimo Datario factæ.

Quisque autem recto sensu præditus reputare secum poterit, quàm gravia præjudicia ex his manare possint in damnum Rev: Cameræ, Datariæ, & Portionariorum; & quidem contra apertam dispositionem Motus proprii Six-
ti V., qui, si Præsidentatus Bullariæ officium 112
instituit, non quidem ad commodum Præsidentis, sed, ut, explosis *depravatis consuetudinibus*, in detrimentum Rev: Cameræ introductis, illius utilitati consuleretur, dicendum proculdubio est, præcludere voluisse viam omnem, quâ pateret aditus ad malè gerendam administrationem Bullariæ, prout certè accideret, si illius Præsidenti libera competeret facultas deputandi suo arbitrio Substitutum.

Dum

Dum itaque Summus Pontifex voluit, deputari Substitutum, à Datario adprobatum, indè fit, quod talis adprobatio vel tribuit jus perfectum, quale tribuit electio, vel, si tali substitutioni, atque electioni aliquid desit, quia nempe, veluti speciem confirmationis, expectet Literas patentes, à Præsidente dandas: attamen, cum hic illas denegare nequeat, nec valeat eas dare alii, quàm adprobato à Datario, hæc adprobatio vim habebit veræ electionis, jus tribuentis Substituto, *leg. Exactores Cod. de Susceptor. lib.10.*, ubi *Joan: de Plat.*, *Rovit. super pragmat.2. de administr. Universit. num.29. & seqq.*, *Altimar. in observ. ad decis. Rovit. observat.71. num.6. & seqq.*, *Ageta ad Moles §. 16. de pauis quæstion. 11. numer. 20. part.2.*

Nec est cur dicatur, his omnibus adversari verba Motus proprii, ex quibus exadverso elici contenditur, Substitutum Plumbariæ esse Ministrum, nutu Præsidentis amovibilem,
114 ideòque, si, ut alibi dictum est, ejus est instituere, cujus est destituere, & viceversà: idcircò cum talis Substitutus ad nutum Præsidentis amoveri possit, per consequens ab eodem instituendus sit; nam difficultatem omnem submovet contextus verborum Motus proprii, in quo nutualitas ista correspectiva est præcedenti adprobationi Datarii, cujus judicio tum institutio, tum destitutio Substituti commissa legitur, ibi *unum, vel duos Substitutos idoneos ad eorum vitam, seu ejusdem Præsidentis nutum, à Datario tamen pro tempore existente adprobator, & non aliter ponendos, & amovendos* = quapropter, si Præsidens nec deputare, nec removere potest Substitutum, sinè præcedenti voluntate, & adprobatione Datarii, quæ qualificat utrumque actum, nimirùm tàm deputationis, quàm remotionis, planè corruit contraria objectio: quippè, cum
115 eadem auctoritas requiratur in destituendo, quæ requiritur in instituendo, si in institutione exposcitur adprobatio, & auctoritas Datarii, nonnisi ipso consentiente, fieri poterit destitutio, *Hostiens. in capit.2. de Stat. Monachor. num.5.*, & ibi = *Butr. num.15.*, ibi = *non sunt sivè consensu Episcopi instituendi, & consequenter nec removendi* =, *Joan. Andr.n.12.*, *Lezzan. in Summ. quæst. regular. par.2. cap.18. num.20.*, ibi = *Sicut enim ea non possunt per so-*
116 *lam voluntatem à Superiori Ordinis provideri, sic nec ab ipso tolli* =, *Less. de justit., & jur. lib.2. cap.41. dubitat. 12. numer. 98.*, *Tondut. quæst. benefic. part.2. cap.1. quæst.6. numer.5.*, *Eminentissimus Petra de Sacra Pænitentiaria part.1. cap.13. num.10.*

Certòque certiùs in casu nostro, inspectâ formâ verborum, & clausularum, quibus amo-
117 vibilitas Substituti Præsidenti conceditur, immediatè enim subjunguntur verba illa = *à Datario tamen adprobatos* = dictio enim illa = *tamen* = efficit, ut talis remotio inexercibilis reddatur, nisi tamquam conditio præcedat judicium Datarii, *Rota coram bon: mem: Ansaldo decis. 86. numer.33.*; Et rursùs post enunciatam dictam Datarii adprobationem, dum fit transitus ad
facultatem removendi Substitutos, hæc explicetur clausulà illà =, *& non aliter ponendos*, 118
& amovendos =, quæ cum habeat in se naturam adeò præcisam, ut nec modificationem, nec interpretationem ullam, à verbis separatam, admittat, sed formam præcisam importet, *Roland. cons.61. num.17. lib.2.*, *Rota in Asten. Prioratus super pertinentia 7. Decembris 1708. §. Sed in hoc coram Reverendissimo Aldrovando*, *Adden. ad Pamphil. decis. 393. num.9. & seq.*; ubi, quod adeò inducit conditionem, & formam verè, & præcisè adimplendam, ut eâ non servatâ, actus resolvatur, evidens indè, & apertum redditur, quod tum deputatio, tum remotio Substituti tributa Præsidenti, adeò pendet à voluntate, & judicio Datarii, ut independenter ab illo exercibilis minimè sit. Ita etiam exigente naturà, & 119
qualitate hujus officii, quod, ut pluries, pluriesque dictum est, cum versetur in administratione publicorum proventuum, perniciosum nimis esset, quod Substitutus illud exercens, removeri posset arbitrio Præsidentis, ad cujus commodum non administrat, & Datarius invitus pati teneretur destitui Ministrum, utiliter alioquin, & fideliter res, & negotia, ad Datariam pertinentia, gerentem: id quod alibi demonstratum est adversari praxi Datariæ, in qua similes Officiales removeri non consueverunt, ob damna, & pericula, quæ ex illorum amotione provenire possunt.

Reliquum modò esset, ut hæc omnia con-
firmaremus subsecutà observantià, quæ, cum 120
declaret omnem ambiguitatem, si quæ fortè inesset, *Honded. cons.92. num 30. lib.1.*, *Adden. ad Gregor. decis.966. num.17.*, *coram bon: mem: Emerix. Jun. decis.24. numer.8. & seqq.*, *& decis.242. num 11.*, *bon: mem: R. P. D. de Rubeis in ejus Voto impresso apud Eminentissimum Petra in tractatu de Sacra Pænitentiaria num.8. fol.359.*, & ex ea acquiratur jus nomi-
naudi, & eligendi, *Rovit. super pragm. 2. de* 121
administr. Universit num.33., *ubi quod Bald. in leg. super creandis in princ. Cod. de Jur. fisc. lib.10.*, ait quod nulla Lex ita bene exprimit, sicut illa, quod Consuetudo det jus nominandi, & eligendi Officiales; hæc proculdubio in nostra hypothesi sustulisset quæstionem omnem; cumque eadem antiquissima sit, & de-
sumatur ex actibus notoriis, & coram ipso 122
Summo Pontifice gestis, si tanti certè valeret, ut in casu, quo Constitutiones Apostolicæ obstare possent, induceret præsumptam illarum abrogationem, per ea, quæ tradit *Eminentissimus Petra de Sacra Pænitentiar. part.1. capit.11. ex num.7.*, *& in d. allegat. bon: mem: de Rubeis apud eundem fol. 354. num. 3. & seqq.*: quantò magis servanda erit in casu nostro, in quo, juxta latè deducta, eadem conformis dignoscitur Motui proprio tum Sixti V. tum Alexandri VII.

Cum itaque Eminentissimi Datarii pro tem-

pore non solùm semper Substitutum elegerint, & Præsidentes Plumbariæ non alium, quam ab illis adprobatum, suis Literis patentibus deputaverint, sed, quod magis est, quando, ut his postremis temporibus contigit, Præsidens illum suo arbitrio deputare posse præsumpsit, succubuerit, indè rectè elicitur, electionem competere Datario, ut apud *Eminentissimum Petra de Sacr. Pœnitentiar. in disc. post part. 1. num. 9. & seq. fol. 332. & seq.*; Certius in casu nostro, in quo id confirmatum reperitur facto
123 san: mem: Innocentii XIII., qui personam Lotharii Grifoni elegit, nullo prorsus requisito consensu Præsidentis, cujus jura justissimus Pontifex lædere certè noluisset, ideoque ambigi nequit, quin ex hoc facto præbeatur legitima declaratio, deputationem Substituti, omnimode pertinere ad Datarios pro tempore, argumento *Textus in cap. Ex multa de Vot., & Vot. redemption., Faguan. in capit. quoniam sub num. 67. d. Constitut., Manet. de Decim. capit. 9. quæst. 2. num. 39., Rot. in Mindonien. prætensæ observantiæ Constitutionis 1. Martii 1706. §. Verum ex hoc in fin. coram bon: mem: Ansaldo.*

Sacra Congregatio à Sanctissimo deputata, hac Causà coram ea propositâ die 1. Octobris 1725., rescripsit.

Ad primum = *Affirmativè, sed indigere adprobatione Eminentissimi Datarii* =.

Ad secundum = *Affirmativè quoad primam partem, & negativè quoad secundam* =.

ARGUMENTUM.

Privilegio Fori non gaudet Filius naturalis Clerici. Ut autem, tamquam legitimato per subsequens Matrimonium, ei tale privilegium quæsitum dicatur, non sufficit Matrimonii probatio ex levissimis desumpta argumentis, & conjecturis; Bigamus & ille etiam, qui Notarii criminalis officium exercet, privilegium Fori, nullà etiam præcedente monitione, amittit.

DISSERTATIO XII.

1 *Filius Clerici Fori privilegio gaudet.*
2 *Privilegium Fori Pater Clericus filio communicat ratione patriæ potestatis, ob quam uterque una, & eadem persona reputantur.*
3 *Patria autem potestas non competit, nisi in filium, justis ex nuptiis procreatum.*
4 *Filius illegitimus, per subsequens Matrimonium, legitimus efficitur.*
5 *Matrimonium præsumptionibus, & conjecturis non probatur, sed illud, servatâ forma, a* Concilio Tridentino *præscripta, celebratum ostendi debet.*
6 *Admittitur distinctio, quod rigorosæ probationes requiruntur, ubi principaliter de Matrimonii fœdere, ejusdemque validitate inter Conjuges quæstio est, secus ubi de Matrimonio incidenter agitur ad alios Juris effectus, filiationis nempe, aut legitimationis, &* n. 13.
Vel cum agitur in Judiciis possessoriis, vel præparatoriis pro provisionali aliquo remedio, nullum alteri præjudicium adferente, n. 14. & 15.
7 *Qui in figura* Actoris, *se ex subsequuto Matrimonio legitimum effectum dicit, de Matrimonio in facie Ecclesiæ contracto concludenter docere debet.*
8 *Procedit id etiam in Reo.*
9 *Legitimitatis Causa a Causa filiationis differt.*
10 *Actor fundamentum suæ intentionis concludenter probare tenetur, &* numer. 16.
11 *Reo satis est vincere per non jus Actoris.*
12 *Matrimonium, uti quid facti, concludenter probandum est.*
13 *Filiatio, vel legitimitas, quoties in Judicio merè possessorio non agitur, concludentes probationes requirit.*
17 *Matrimonium præsumptionibus & conjecturis probatum dici nequit, quoties in contrarium argumenta urgeant.*
18 *Quo casu conjecturæ nec etiam conjungî possunt.*
19 *Actor intentionem suam probasse dici nequit conjecturalibus probationibus, quæ aliis eliduntur conjecturis.*
20 *Matrimonii probatio longè plenior, efficaciorque esse debet, constito de vitioso concubinatus initio.*
21 *Et tunc non admittuntur conjecturales probationes, nisi eæ sint, quæ vincant præsumptionem, ex vitioso initio resultantem.*
22 *Privilegium Fori, quod Pater amisit, Filio communicare nequit.*
23 *Bigamia non solùm contrahitur, quando quis duas uxores, vel uxorem, quæ alium virum habuit, duxerit, sed etiam quando quis unicam, sed corruptam duxit mulierem.*
24 *Bigamia excluditur, si mulier, dum in concubinatu retineri cœpit, virgo erat, nec ab alio cognita,*
25 *Quando agitur de vilissima Muliercula, ejus honestas probanda omnino est ab illam allegante.*
26 *Præsumptio honesti potius quàm inhonesti locum non habet quum de inhonestissimis extremis constat.*
27 *Officium Notariatus criminalis exercens, nedum irregularitatem contrahit, sed quodcumque privilegium Fori amittit.*
28 *Clericus quando per annum in officio Notariatus criminalis perseveravit, ut privilegium Fori amittat, monitio non requiritur.*

Gloss.

29 Gloss.in Cap.unico de vit.& honest. Cleric. in 6. *intelligenda est nedum de Clericis exercentibus, artem Mimorum, Joculatorum, & Istrionum, sed de iis etiam, qui participant in Causa sanguinis.*

30 *Clericus assumens officium Tabellionis in Causis criminalibus renunciare ipso Jure videntur clericali privilegio.*

Et ipso Jure a Clericali Ordine decidisse dicitur, n.33.

Privatusque remanet Beneficiis, Pensionibus, aliisque privilegiis clericalibus, numer. 34.

31 *Clericus assumens officium incompatibile, privilegio clericali non privatur, nisi monitio Episcopi, & Sententia declaratoria præcedat.*

32 *Intellige de officio dumtaxat suspendente clericalia privilegia, ut non etiam de officio, ipso Jure eorum privationem inducente.*

Resolutio Sac: Congregationis Concilii Tridentini relata a Panimol. decis. 14. numer. 13., *declaratur* n. 36.

35 *Per electionem novæ* Militiæ *dicitur quis alteri incompatibili renunciasse.*

37 *Clericus per assumptionem status incompatibilis non ideo amittit privilegium Fori, ut Episcopus eum a Curia seculari repetere nequeat.*

38 *Privilegio Fori Clericus gaudere nequit, nisi doceat, se certæ Ecclesiæ addictum ab Episcopo, eidem aliquando deservisse.*

FIscus non impugnat, Filium Clerici
1 gaudere privilegio Fori, ut luculenter firmat D. meus Advocatus Pauperum; Verum quia privilegium hoc
2 ex Patre Filio communicatur ratione patriæ potestatis, ob quam uterque quoad Juris effectus una, & eadem persona reputantur, & hæc Patri non competit nisi in Filium, ex justis nuptiis procreatum, idcirco Sebastianus Mon-
3 ti Filius naturalis Clerici Curtii Monti, gaudere nequit tali privilegio, tamquam deficiente causâ, ex qua illud proficiscitur, ut in Memoriali, pro tuendis Juribus Fisci porrecto.

Quamobrem id agnoscens D. meus Advocatus Pauperum, tum in præteritis Informationibus, tum etiam in illa, quæ hodie pro Reo distribuitur, probare conatus est, Sebastianum ob superveniens Matrimonium, à Curtio cum Margharita Macerola contractum, legitimum effectum fuisse, ac per consequens eidem
4 quæsitum fuisse privilegium istud, perindè ac si in figura Matrimonii conceptus, ac natus fuisset, id efficiente virtute Sacramenti, tribuentis veram, & non fictam legitimitatem ex latè deductis in contrariis Informationibus.

Verùm cum à Fisco sustineretur, assertum exadverso Matrimonium contractum fuisse
5 nulla ex parte servatâ formâ præscriptâ a Sacrosancta Tridentina Synodo, idemque proindè probari non posse probationibus exadverso allatis, utpotè merè præsumptivis, atque desumptis ex conjecturis extrinsecis, remotis, atque prorsus æquivocis, idcircò in hodierna
allegatione præcipuè inculcatur distinctio 6
communiter tradita à Doctoribus, atque in Tribunalibus etiam recepta, quâ edocemur, quod, si quæstio principaliter non vertat super fœdere Matrimonii, vel quæstio non sit inter Conjuges, de illius validitate contendentes, sed de illo incidenter agatur ad alios Juris effectus, successionis nempè, aut legitimationis Prolis, hoc casu plena, & concludens probatio non efflagitetur, prout exposcitur in primo casu in quo rectè inquiri posse dicitur, an probatio Matrimonii resultet ex iis, quæ secundùm formam, præscriptam à Sacrosancta *Tridentina Synodo in Cap. primo sess.* 24. *de reformat. Matrimon.*, adimplenda sunt ad valide illud contrahendum, quod nempè illius celebratio facta coram Parocho, & duobus Testibus, adnotata reperiatur in Libris Parochi, servatis cæteris solemnitatibus ab eadem Synodo præscriptis, & quæ latè recensentur in Memoriali distributo pro Fisco post med. §. *All' opposto però*, cum pluribus seqq.

Verum frustrà D. mei exadverso Scribentis conatus impensos credo; Nam Sebastianus Monti, qui sub obtentu Matrimonii, quod
longè post ipsius nativitatem contractum fuis- 7
se, asserit inter Curtium, & Margharitam suos naturales Parentes, se legitimum effectum fuisse, dicit, in hoc gerit personam Actoris ideoque concludenter probare tenetur, se talem esse, qualem se facit, docendo scilicet legitimis probationibus de Matrimonio contracto in facie Ecclesiæ, ex quo, veluti ex sua, causa, proficiscitur qualitas legitimitatis, optimè *Pegas in suo tract.de Majoratib.tom.2.cap.9. num.559.*, *& seqq.*, inquiens, id procedere si-
ve is, qui dicit, se esse filium legitimum, 8
sit Actor, sivè etiam sit Reus, causa namque
legitimitatis differt à causa filiationis, *Rot. co-* 9
ram Bich. decis. 101. *num.2.*, *& seqq.*, & generaliter edocemur ex illa certissima Juris regula, qua traditur, quod is, qui in Judicio
prò fundamento suæ intentionis allegat cer- 10
tum factum, sive titulum, ipsi præbens actionem, sivè exceptionem, tale factum concludenter probare tenetur, *ad Tex. in leg. ab ea parte ff. de probation.*, *Bonden. collect. legal. 9. num.6.lib.1.*, *Rot. coram Burat. decis.* 794.*numer. 2.*, *coram Gregor.decis.* 278. *num.6.*, & passim alibi, adeo quidem, ut Reo satis sit
dubias reddidisse Actoris probationes, ut dis- 11
ponitur *in Cap. in præsentia*, *ibique Gloss. in verb. dubium de probat.*, *Rot. in rec.decis.*347. *num.43.part.12.*, *decis.* 389. *num.7. part.13.*, *coram clar. mem.Card Cerro decis.* 827. *num.8.*, *in Romana Fideicommissi* 18. *Junii* 1700. §. *Quibus positis in fine coram Rmo Molines*; quam-
obrem, cum Matrimonium sit quid facti, & 12
ex eo oriatur qualitas legitimitatis, idem in no-

ftro cafu juftà probatione demonftrandum erit,
ut latè probatum fuit iu Memoriali §. *All' op-
pofto*, & tradit *Guttierez. de Matrimon. cap.*40.
num. 2. inquiens = *ficque à noftris appellatur ve-
rum Matrimonium , nempe è veris probatio-
nibus .* =

Quarum probationum rigor licèt, juxtà fu-
13 perius traditam diftinctionem,relaxetur, quum
incidenter de eo quæritur ad alios Juris effe-
ctus, ex *Geminian. conf.* 27., qui, tamquam
hujus diftinctiouis *Author*, à D. meo Scriben-
te pro Reo laudatur, nihilominus ex eodem
hujus diftinctionis *Authore* perfpicuum fit,
eam non applicari cafui noftro, quia in Cau-
fa, in quâ ille fcripfit, inter Filios ab eodem Pa-
rente fufceptos ex diverfis Matrimoniis, five
Mulieribus, de legitimitate contendebatur ad
effectum fuccedendi iu paterna hereditate, hoc
autem cafu eximius ille Doctor rectè ait, le-
viores fufficere probatioues, illis enim filiis, qui
tamquam illegitimi excludi contendebantur
ab aliis filiis, fatis erat, quod in quafi poffeffio-
ne legitimitatis conftituti reperirentur ex fa-
cto communis Parentis, & Authoris.

Ut etiam, juxtà præfati Doctoris fententiam,
leviores probationes fufficiunt, quoties agitur
14 in Judiciis merè poffefforiis, feu præparatoriis,
ad effectum nempè confequendi provifiona-
le aliquod remedium, nullum, vel tempora-
rium dumtaxat alteri præjudicium adferens;
15 At aliter res fe habet, fi de filiatione, vel le-
gitimitate quæratur ad alios graviores effe-
ctus, tunc enim levioribus rejectis probationi-
bus, plenæ, ac concludentes requiruntur, ad
tradita à bon: mem: Advocato *Severolo in fuo
Voto decifivo impreff. in rec. part.* 14. *in ordine
decif.*535. *num.*68. *in fin.*, *& num.*69. *cor. Card.
Cerro decif.*827. *numer.*9., *&* 10., ob eam fanè
rationem, quod in hifce Judiciis leviores pro-
bationes, utpotè inducentes dumtaxat nudam
quandam, & fimplicem quafi poffeffionem,
16 fufficientes non funt, ut probata dici poffit
qualitas, five titulus ille, in quo, veluti tri-
buente quodammodò proprietatem, Actor
intentionem fuam fundat, *Bartol. in leg. Non
nudis in antiq. lectur. Cod. de probation.*, *Bald.
in leg. nòn Epiftolis* 13. *num.*9. *Cod. eodem*, *Ja-
fon. in leg. neque profeffio* 5. *Cod. de Teftament.*,
*idem conf.*102. *num.*4. *& feqq. lib* 4., *Felin. in
cap. per tuas num* 13. *de probation.*, *Covaruv. de
Sponfal part.* 2. *cap.*8. §. 3. *nu.*6. *verf. Si verò*,
Rota coram Priolo dec. 141. *num.* 16. *& feqq.*,
*& decif.*184. *num.*17. *& feqq.*, *in rec. dec.* 544.
num. 3. *part.*19., *in Romana filiationis fuper bo-
no Jure* 8. *Aprilis* 1707. §. *Præfertim coram bo:
mem: Omaana*; Cum itaque in noftro cafu non
verfemur in meris præparatoriis, in quibus le-
gitimitas exadverfo allegetur ad effectum ob-
tinendi provifionale, & temporarium reme-
dium, quod deindè alio contrario Decreto
vel in petitorio, feu alio Judicio revocari
queat, fed admifsâ legitimitate fundata in le-
viffimis illis probationibus, quæ exadversò
adferuntur, præjudicium, quod in hac Caufa
infertur, perpetuum fit, atque irreparabile,
nam atrociffimi alioquin criminis Reus perpe-
tuo liber elabetur è pæna, quam meretur,
hinc eft, quod, cum fit Actor, & intentionem
fuam unicè fundet in afferta legitimitate, ipfi
quæfita ex Matrimonio, longè poft ejus nati-
vitatem contracto, tale Matrimonium conclu-
denter probare teneatur, ut alibi dictum eft;
Certius quia verfamur in re, in qua à Lege,
Sacrofancta nempè Tridentina Synodo, certa
forma præfcripta reperitur.

Nec eft, cur immorer auctoritatibus in con-
trarium allegatis, quia, ut Eminentiffimi Pa-
tres perfpicere poterunt ex illarum lectura, in
plerifque earum, aliqua ex parte, fervata repe-
riebatur Conciliaris forma, & agebatur folum-
modò de fupplendo aliquo illius defectu, ut
in decif. 451. *coram bon. mem. Emerix*, atque eti-
am in aliis, in quibus præterea præfumptio-
nes, & conjecturæ, quæ pro adftruenda legi-
timitate adferebantur, validiffimæ erant, &
univocè concludebant celebrationem Matri-
monii, &, quod magis eft, nullis aliis poten-
tioribus elidebantur argumentis, quæ quoties 17
concurrunt, Matrimonium probatum dici ne-
quit iftiufmodi præfumptivis probationibus,
utpotè deftructis, aliarum fimilium proba-
tionum genere, ad tradita *per Rot. coram Ca-
rillo decif.* 136. *n.*14. inquiens hoc cafu conje-
cturas nec etiam conjungi poffe, *Rot. coram* 18
Priolo decif. 141. *n.*17., firmans, requiri pro-
bationes nitidas, & quæ contrariis indiciis tur-
bidæ non reddantur, nam, fi hæc adfint, tunc
requiritur magis certa, & concludens probatio,
Rot. in rec. decif. 263. *num.* 7. *&* 8. *part.* 12.
hoc namque cafu fit locus regulę illi generali-
ter, ac femper in materia probatoria receptæ,
quod nempè Actor intentionem fuam fundans
in probationibus conjecturalibus atque indire- 19
ctis, illam fufficienter probaffe dici nequit, eo
quod aliis contrariis conjecturis, & præfum-
ptionibus elidi queat, *Rot. coram Bich. de-
cif.*612. *nu.*15. *& feqq.*, *coram clar. mem. Card.
Cerro decif.*538. *num.* 4. *& feqq.*, *& inter collect.
apud Palm. decif.*88. *num.*7. *& feqq.*

Quæ profectò certiffimæ Juris noftri regulæ
potiori Jure locum fibi vindicant, quia Ma-
trimonium æquivocis præfumptionibus, &
conjecturis adftrui contenditur poftquam Cur- 20
tius in longo concubinatu vixerat cum Mar-
gharita, hoc namque cafu, ob vitiofum initium,
longè plenior, efficaciorque requiritur proba-
tio, *Cephal conf.*82. *per tot.*, *& præfertim nu-
mer.* 56., *Add. ad Gregor.*, *decif.* 247. *nu-
mer.*24., *Panimol. decif.* 19. *annot.* 2. *num.* 15.,
*Rot. coram Pen. decif.*1322. *num.*4., ibi = *& ideo
conjectura, & probationes, quæ aliàs effent fuf-
ficientes ad probandum Matrimonium, conftita
de initio vitiofo, non fufficiunt, quia fortiores
requiruntur* =, *coram bon. mem. Emerix Jun. de-
cif.* 667. *num.*1., ibi = *Ut hic conftat de vitiofo
initio Concubinatus, Matrimonium debet ple-
niùs, & concludentiùs juftificari* = & *dec.* 683.
*num.*9., ibi = *Tunc enim pleniores, & exactio-
res*

*res requiruntur probationes ad docendam de
Matrimonio* = Et quamvis in contraria allega-
tione *§. Animadvertendo ulterius*, plures ad-
21 ferantur *Sacra Rota decisiones*, in quibus præ-
sumptiva, & indirecta probatio Matrimonii
admissa legitur etiam in casu, in quo consta-
bat de vitioso initio; In illarum tamen hypo-
thesi probatio legitimitatis licet ducta ex præ-
sumptionibus, talis erat, ut vinceret præsum-
ptionem resultantem ex vitioso initio.

At aliter res se habet in casu nostro, in quo
illæ, quæ exadverso adferuntur, nedum levissi-
mæ sunt, sed quod magis est, penitus insubsi-
stentes evincuntur ex aliis contrariis argumen-
tis, ut facilè demonstrare possem, illas invicem
comparando, sed, nè actum agere videar,
eisdem non immorabor, cum in Memoriali
distributo pro Fisco, id plenè adimpletum jam
fuerit, quamobrem frustra in contraria alle-
gatione pluries inculeatur, quod in hac Causa
non agatur principaliter de fœdere Matrimo-
nii, sed incidentèr dumtaxat, ad effectum sci-
licet ex eo eiciendi legitimitatem, quia justæ
alicujus rationis colore id exadverso asseri
posset, si Fiscus Matrimonium excludere, &
præsumptiones ad illud probandum adductas
elidere contenderet eo dumtaxat motivo, quod
idem non probetur juxtà formam præscriptam
à Sacrosancta Tridentina Synodo, vel dubium,
& suspectum reddatur ex vitioso initio, at non
ità sanè in casu nostro, in quo adferuntur posi-
tivæ probationes exclusivæ Matrimonii, quam-
obrem partes erunt Eminentiss. Patrum, eas
æquà lance librando, prò eorum summa sapien-
tia, ac religione dijudicare, quænam prævale-
ant.

Quamquam verò plenè his omnibus de-
monstratum dici posse videatur, quod, deficien-
te Matrimonio sebastiano Monti, tamquam il-
legitimo, ex Clericatu Patris quæsitum dici
nequeat Privilegium Fori; nihilominus illo
etiam admisso, Curtius Privilegio omni de-
22 cidisset, tum ob bigamiam, tum ob officium
Notariatus criminalis, ab ipso exercitii, ideo-
que illud Sebastiano filio communicare nequi-
visset.

Quod attinet ad bigamiam, ut probatum
fuit in Memoriali, illa non solùm contrahitur
23 quando quis duas Uxores, vel Uxorem, quæ
alium virum habuerit, duxerit, sed incurritur,
etiam, quando quis unicam, sed corruptam
duxit mulierem, *Fagnan. in cap. super eo n.31.,
& cap. nuper à nobis num. 5. de Bigamis, San-
chez. de matrim. lib.7. disput.84. num.7., Garz.
de Benefic. part.7. cap.6. n.3., Bellett. disquisit.
Cleric. part.1. §.6. num. 34., Novar. de elect.
for. quæst.52. num.24. part. 1. sect. 2., Cortiad.
decis.136. num.34. & seqq.*; Id sanè non im-
pugnat D. meus Advoc. Pauperum, sed ait,
24 interpretativæ huic bigamiæ locum esse non
posse in casu nostro, quia Curtius Matrimo-
nium non contraxit cum muliere ab alio cor-
rupta, sed Margharita, dum ab illo in concu-
binatu retineri cæpit, virgo erat, nec ab alio
cognita fuerat; Verùm in Memoriali hodiè
distributo *§. Di niun momento*, ostensum fuit
quæ, qualisque fuerit conditio vilissimæ hujus
mulierculæ, ex qua cum excludatur præsum- 25
ptio antecedentis honestatis, id transfert onus
in Partem adversam legitimis probationibus
docendi, d. mulierculam nonnisi à Curtio pri-
mùm cognitam, in concubinatu cum illo vi-
xisse. Et quidem cum in casu nostro constet
de antecedente, & quidem vilissimo statu, & 26
suspectissima conversatione d. mulieris, & de
subsequente commercio, cum totius Populi
offensione, longissimo tempore continuato cum
Curtio, inspectis proindè hisce inhonestissimis
extremis, locus esse nequit præsumptioni illi,
juxtà quam præsumendum potiùs sit honestum
possibile, quàm possibile inhonestum, sed qui
intentionem suam fundat in possibili honesto,
de eo docere debet, juxta plenè firmata sub
initium.

Quod verò attinet ad officium Notariatus
criminalis exerciti ab eodem Curtio, in ho-
dierno Memoriali propè finem *§. Nè solamen-
te* in facto constabilitum fuit, illum longo
tempore retinuisse Cancellariam laicalem *di* 27
Posi, & in ea fabricasse, ac proprià manu, &
caractere scripsisse Processum continentem pœ-
nam capitalem executioni demandatam contra
Reum. Quamobrem juxta concordantia Juris
loca, allegata in dicto Memoriali, una cum
irregularitate ab ipso contracta, amisit etiam
quodcumque Privilegium Fori, tametsi nulla
præcesserit monitio, cum illa non requiratur,
quando Clericus per annum in tali exercitio 28
perseveravit, juxta *Gloss. in cap. unic. de vit.,
& honest. Clericor. in 6.*, ibique *Passerin.*, *Torr.
variar. Jur. quæst. lib.1. tit.11. quæst.8. n.47.*,
cujus *Glossæ* opinio malè exadverso dicitur in-
telligenda esse de Clericis exercentibus ar-
tem Mimorum, Joculatorum, & Istrionum, 29
de quibus loquitur *Textus* Pontificius, quia,
utpote potiori Jure intelligenda de iis etiam
omnibus, qui participant in Causa sanguinis,
cujus effusio non decet Ministros Dei, juxta
sententiam Doctoris Angelici, comprehendit
etiam exercentes officium Notariatus in Causis
criminalibus, ut præter alios, infra allegan-
dos, tradit *Quesad. controv. forens. cupit. 29.
num.42.*, ibi = *A' privilegio itaque Fori cadit
Clericus conjugatus ad alium statum se confe-
rens, vel officium seculare exercens, in quo si
deliquerit, poterit animadverti, & pænà affici
per Judices seculares, Velasc. &c. quapropter
prohibetur fieri, & renuntiare ipso Jure vide-
tur Privilegio Clericali si assumat officium Ta-* 30
*bellionis in Causis criminalibus in Curia secula-
ri, Franc Marc. &c., vel si exerceat artem Chi-
rurgiæ* =.

Nec etiam subsistit, quod, ut privilegia
Clericis competentia semel deperdita, reassu-
mi ab eisdem nequeant, præter monitionem
factam ab Episcopo ad dimittendum officium, 31
quod quis assumpsit, requiratur Sententia ejus-
dem, declarans, ab illo amissum fuisse statum

Cle-

Clericalem, juxta resolutionem *Sacræ Con-*
gregationis Interpretis Decretorum *Sacri Con-*
cilii Tridentini adprobatam à san: mem: Urba-
no VIII., & relatam à *Panimol. dec.14 n.13.*;
Assumptum namque istud Domini mei exad-
verso Scribentis locum sibi vindicare valens in
susceptione illius officii, aut exercitii, ex qua,
32 eo dumtaxat durante, suspensa remanent pri-
vilegia Clericatus, procedere certè nequit in
casu nostro, in quo Exercens officium Tabel-
lionatus in Caussis criminalibus, ipso Jure de-
cidisse dicitur à Clericali ordine, cui per as-
sumptionem status, cum eo incompatibilis, re-
33 nunciasse censetur, *Majol. in tract. de irregula-*
rit. lib.2. cap.6. num.5., dicens, quod exercens
Tabellionatus officium in Causa criminali, eo
ipso Ordinibus privatur, *Graff. de effectib. Cle-*
ricat. effect.8. num.10. & 11., & nu 26., Quæ-
sad. d. contr. forens. cap.29. num.54., Rot. apud
Torr. de pact. futur. success. decis.17. num. 2. &
seqq., verbis illis = *Undè eo ipso, quod Eques se*
hujusmodi officio seculari subjecit, Juramen-
tumque præstitis de illo administrando, ac de
facto administravit, statim, & ipso Jure pri-
vatus remansit Beneficiis, Pensionibus, aliisque
34 *Privilegiis Clericalibus, Abb. &c., & in pun-*
cto de Judice, Notario, & aliis acceptantibus
hujusmodi officia à Regibus, & Principibus lai-
cis, Joan. Andr. &c., Etenim per electionem
35 *novæ militiæ dicitur quis alteri incompatibili*
renunciasse, egregiè Barbat. &c., & apud eun-
dem *Torr. decis.212. num.2. & seq.*, ibi = *Si-*
quidem tale officium (Scribæ videlicet Justitiæ
secularis) *in exercitio criminalium quoque Cau-*
sarum consistens, Ordini Clericali penitùs adver-
satur, eus proindè Ludovicus statim ac sese in
eodem officio immiscuit renunciasse præsumitur,
ut in terminis tradunt Jo: Andr. &c. Et sanè,
quemadmodum quis duo Beneficia Ecclesiasti-
ca incompatibilia retinere non potest, ita nec
etiam duas militias, aut status incompatibi-
les, ut ad rem ait *Rota cor. Card. Celso dec.69.*
num.13. & seq.

Nihilque turbat d. resolutio Sacræ Congre-
36 gationis in contrarium allegata, ex qua dici-
tur, requiri Sententiam declaratoriam Episco-
pi, ut Clericus irrevocabiliter amittat privile-
gium Clericatus, quia illa loquitur in casu
longè diverso, videlicet quando Episcopus à
Curia seculari repetere vellet Clericum, hoc
namque casu idem respectu Episcopi per renun-
ciationem statui regulari factam vigore assum-
37 ptionis alterius status cum primo incompatibi-
lis, non ita amittit privilegium Fori, ut repeti
à Pastore suo non possit; At aliter res se ha-
bet, quoties cessante Jure Episcopi, agitur de
persona Rei, ut apud *Panimol. d. decis.14. nu-*
mer.38. & seqq.

Non omittendo denique, Curtium privile-
gia Clericatus nunquam assecutum fuisse, quia
38 non docetur, illum certæ Ecclesiæ addictum
ab Episcopo, eidem aliquando deservisse,
quod est unum ex tribus requisitis, à Sacro-
sancto Concilio Tridentino copulativè præscri-
ptis, ut Clericus Privilegio Fori gaudere queat,
Panimoll. d. decis.14. num.37.

ARGUMENTUM.

Caducitatis pæna amplis, & generalibus verbis Donatario indicta si ullo unquam tempore à donationis actu, seu pactis in ea conventis reclamaret, ipso jure, ipsoque facto ab eo incursa dici debet ob judicialem ab ipso emissam protestationem nullitatis ejusdem actus, in ejus quoque testamento confirmatam.

DISSERTATIO XIII.

1 *Contractus munitus pacto resolutivo, ob non secutum correspectivum implementum, habetur pro non facto, omniaque in pristinum statum reponuntur.*

2 *Ita quidem ut nec etiam sit locus purgationi moræ.*

3 *Caducitas, tanquam pæna indicta, mitiùs agitur, ne incursa declaretur.*

4 *Caducitas quoties in contractu adposita non est per viam pænæ, sed per viam adjectionis meræ conditionis; ob non secutum adimplementum, contractus resolvitur, tanquam deficiente usque ab initio voluntate, &* n.11.

5 *Purgatio moræ ex æquitate canonica admittitur dumtaxat in contractibus emphyteuticis, seu in aliis pænalem caducitatem præseferentibus.*

6 *Resolutivum pactum donationis apertè resultat ex clausula illa* = altrimente s'intenda, & effettivamente sia ipso jure, & ipso facto decaduto =.

7 *Idem de clausulis* = Si abbia per non fatta = sia ipso jure nulla = come se non fusse fatta =.

8 *Contractus resolutio his aut similibus verbis concepta, consideranda est, tanquam merè conditionalis.*

9 *In contraventione non legali, sed conventionali quæcumque excusationes, aut regulæ æquitativæ cessant.*

10 *Pactorum observantia res est favorabilis: eorumque violatio iniqua dicitur.*

11 *Contractus ob defectum consensus alterius ex Contrahentibus subsistere nequit.*

12 *Donatio munita pacto resolutivo, ob non adimplementum, tanquam deficiente voluntate, resolvitur.*

13 *Donationis, seu cujuslibet alterius contractus resolutio inducitur in casu minimi etiam defectus implementi, quando fuit prohibita quævis pactorum violatio, &* numer.32. & 40.

Maximè si adimplementum adjectum fuerit, tanquam finalis donationis caussa, n.14. 16. & 17.

Caus-

14 Caussam finalem *donationis fuisse pactorum adimplementum, colligitur ex adhibita dictione* = ut =, *atque ex adposito resolutivo pacto in casu contraventionis*, & n. 15.

18 *Donatio si est simplex, & lucrativa, eo vel magis ob inadimplementum causæ finalis resolvitur.*

19 Apertitio *oris ut concedatur, satis est, quod possit aliquo modo dubitari de bono jure Instantis.*

20 *Aperitionis oris rejectio, & denegatio maximum præbet argumentum insubsistentiæ actionum, & jurium, ab Instante deductorum.*

Sicut viceversâ illius concessio bonum jus Instantis ostendit, n. 22.

21 *In Judicibus, & Tribunalibus injustitia præsumenda non est.*

23 *Donationis nomen promeretur id, quod, nullo cogente jure, tribuitur.*

24 *Donatio est quidquid præstatur excedens meritum, vel quando quis multum plus dat, quàm præstare teneretur.*

25 *Scienter contraveniens pactis donationi adjectis, in dolo esse dicitur, & ad rei donatæ restitutionem tenetur.*

26 *Contractus, seu donatio ipso jure, & absque ullà interpellatione resoluta censeri debet, quoties scienter contraventum est pactis, in illa adpositis*, & n. 28.

27 *Dolus semper probatus dicitur, quoties Contraventor scivit onus impositum, & non implevit.*

29 *Contravenient contractui, ut privetur, nudum sufficit contraventionis factum.*

30 *Non curato de bono vel malo ipsius animo*, & nu. 31.

31 *Prohibitio contraventionis quando amplis, & effrenatis verbis concepta est, ex sola facti contraventione pœna committitur.*

Immò ex sola destinatione animi ad contraveniendum, ibid.

32 *Prohibitio disponendi de suis juribus utramque disponendi genus, tàm inter vivos quàm per ultimam voluntatem comprehendit*, & num. 38.

33 *Verbum* = disponere = *trahitur, & quidem propriè ad dispositionem per viam ultimæ voluntatis.*

34 *Et ad eam in dubio est referendum*, & numer. 37. & 38.

35 *Prohibitâ alienatione, non potest quis testari; cum per testamentum dicatur quoque facta alienatio.*

36 *Effectus magis inspici, ac attendi debet, quàm verba ipsa dispositionis, seu contractus.*

38 *Lex non verbis, sed rebus imposita dicenda est.*

39 *Caussa finalis, quâ Summus Pontifex ad donandum motus fuit, debet attendi.*

41 *Caducitatis pœna Donatario generaliter adjecta, quatenùs recurreret, vel reclamaret, intelligenda est nedum de judicialibus, sed de quibuscumque etiam extrajudicialibus reclamationibus.*

42 *Præsertim, si alia subsequantur clausulæ amplissimæ.*

43 *Verbum* = quovis modo = *complectitur quoscumque actus tàm judiciales, quàm extrajudiciales.*

44 *Idem de dictione illa* = Si quam =.

45 *Ex simplici prohibitione in contractu adjecta de non reclamando, actus judiciales prohibiti, ac vetiti censentur.*

ETSI jura, & Intentio Reverendæ Cameræ Apostolicæ plenè constabilita jam ex iis, quæ doctè, & luculenter deducta fuerunt in præteritis scriptis, attamen ut munus meum exequar, pauca quædam superaddendo, operæ pretium puto primo loco ad memoriam sapientissimi Judicantis revocare, quod san: mem: Clemens XI. demandavit solutionem perspicuæ quantitatis scutorum decem millium, ac aliorum scutorum quinque millium ex fructibus tot officiorum vacabilium assignandorum favore Ferdinandi Patroni, pro omnibus, & quibuscumque prætensionibus usque tunc per eundem Ferdinandum excitatis, & aliis, quæ futuris temporibus promoveri valuissent, tum contra Reverendam Cameram Apostolicam, tum contra Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Pamphilium, ac Communitatem Civitatis Vetulæ super Aquæductibus constructis de mandato san: mem: Innocentii XII. ad commodum ejusdem Civitatis, sub Lege tamen, ac conditione, caducitatem expressè importante.

Illa autem, his verbis, explicata legitur in Pontificio Chirographo *Con espressa promessa da farsi parimente dal medesimo di non aver mai cedate, e rinunciato queste sue tali quali pretensioni &c., nè di volerlo fare in avvenire, nè di volere appellare riclamare, ricorrere, e protestare ne per se, ne per altri in suo nome, anche coram honestis viris, ne di ricorrere a Noi, e alli nostri Successori, anche con semplice ricorso contro il presente nostro Motu proprio, altrimenti s'intenda, & effettivamente sia ipso jure, & ipso facto decaduto da ogni comodo della presente nostra grazia, e tutti gl officj trasferitili si abbiano per vacoti alla nostra Dataria, come se fosse seguita la di lui morte, e dalla nostra Camera possa esser astretto alla restituzione de frutti percetti, e delli 10. mil. pagateli mentre così è mente, e volontà nostra espressa* =, & in executionem hujus Chirographi celebratum deinde fuit solemne Instrumentum, in quo dictus Ferdinandus acceptavit omnia in illo contenta, eaque jurejurando promisit observare.

Quibus in facto præmissis, si Ferdinandus Patronus, quasi illico oblitus tum Legis, ac conditionis, adeò effrenatis verbis ac clausulis impositarum, sub quibus Sanctissimus Pontifex elargitus illi fuit solutionem tantæ quantitatis,

tum

tum etiam acceptationis ab ipso factæ, non solùm statim post jam subscriptum folium dimissionis, & renunciationis suorum assertorum jurium, solemniter fuit protestatus, reclamavit, & de nullitate dixit adversùs adeò solemnem actum, & factum proprium, ex quo, tantam utilitatem, tantaque emolumenta consequebatur, cum declaratione, quod jura super Aquæductibus Civitatis Vetulæ perpetuis futuris temporibus salva, & integra remanere deberent; dieque immediatè sequenti post celebrationem instrumenti cum Rev: Camera, nempe sub die 8. Decembris anni 1720. in consignatione quorundam suorum Codicillorum, primam protestationem confirmavit, & ampliavit per hæc verba = *Sono di nuovo a protestare contro detto Instromento fatto, come forzoso, e di nessuna mia volontà, onde intendo di ripetere detta protesta, e Scritture annesse, dichiarando, non esser stata mia volontà libera, ma come forzosa, e di niun valore* =.

Verùm etiam, quod fortiùs urget, neque his contentus, & quasi magis magisque adprobare, ac confirmare studens jura, & prætensiones, quas asseruerat habere contra Reverendam Cameram, Eminentissimum D. Cardinalem Pamphilium, & Communitatem Civitatis Vetulæ, in ultimo, cum quo decessit, testamento eadem jura, & prætensiones reliquit favore Ven. Confraternitatis Confalonis Urbis, & Communitatis Civitatis Ducalis, cum erogatione etiam pecuniæ recuperandæ in causam volitam, ac ab ipso destinatam; quid clarius excogitari, exoptarique poterit, ut nullo colore, nullaque ratione ambigi amplius posse videatur de reiterata, & quidem dolosa contraventione Ferdinandi, & per consequens, quin factus sit locus resolutioni donationis, *ipso jure, & ipso facto* in casu contraventionis per Sanctissimum Pontificem constitutæ, ac demandatæ restitutioni scutorum 20. mil., & fructuum officiorum?

Regula enim est, quod contractus munitus
1 pacto resolutivo, non secuto correspectivo implemento, habeatur pro non facto, omniaque reponantur in pristinum statum, ad *Text. in leg. final. Cod. de revoc. Donationib.*, *leg. Donatio Cod. de Donation.*, *Gratian. discept. forens. capit.307. num.3. & 4.*, *Mongil. de evict. quæstion.24. num.35.*, *Magon. decis. Florent.49. n.1.*, *Rota in rec. decis. 353. num.33. part.9.*, & *coram Priol. decis.358. num.6.*, *Rot. in Romana, seu Reatina Donationis 10. Maii 1697. & 28. Junii ejusdem anni coram bo: me: Molines*, quæ habetur *ad ornat. clar. mem Card. de Luc. lib.7. de donation. dec.14.*, & *dec.15. utrobique n.1.*, & in Voto extenso à *Reverendissimo de Vico anno 1716. in Causa Romana Donationis inter Dominum Philippum de Cajetanis, & Creditores D. Francisci de Ægidiis num. 5.*, ita quidem, ut nec etiam sit locus purgationi moræ, ut aliis
2 relatis prosequitur *Rota cor. Priolo d. dec. 538. n.3.*, & *cor. Merlin. dec.229. n.1.*

Quam sane donationis resolutionem tum incursam injunctam caducitatem ab omni commodo, quam Ferdinandum Patronum incurrisse, justa ratione sustinemus. Frustrà evitare contendit Pars adversa ajendo, quod illa à Summo
Pontifice Clem: XI. in suo Chirographo fuerit 3
indicta tanquam pæna, ideoque hoc casu mitiùs agatur, ne illa incursa declaretur. Dicimus enim, quod, tum ex litera, tum ex mente Pontificii Chirographi perspicuè patet, in casu inobservantiæ, & non adimplementi pactorum inter Partes conventorum, resolutionem contractus volitam appusitamque fuisse, non per viam pænæ, sed per viam adjectionis meræ conditionis: quo casu ambigi nequit, quin ob
non sequutum adimplementum promissorum, 4
veluti in ipso contractus initio deficiente voluntate, ipso facto resolvitur contractus, ut præter proximè allegatos tradunt *Alexand. in leg. Si Insulam num.43.*, & *ibi Ripa num.16. ff. de verbor. obligat.*, *Cyriac. contr.239. n.6.*, *clar. me. Card. de Luca de Donat. disc.19. n.4.*, & distinguendo firmat *Rota* ad ornat ejusdem *Card. de Luc. d. tract. de donat. lib.7. decis.15. num.9.*, ibi = *Et cum hac animadversione excluditur etiam prætensio purgandi Moram, quæ hæc
dumtaxat admittitur ex æquitate canonica in 5
contractibus emphyteuticis, seu in aliis præseferentibus pænalem caducitatem, & ratio est, quia hujusmodi resolutio non dicitur sequi in pænam, sed ob deficientem voluntatem donandi usque à principio, non adimpletis promissis ex parte Donatarii* =, & in *dicto Voto Reverendissimi de Vico proximè citato num.34.*

Haud enim in d. Donatione clariùs, ac enixiùs veluti pars correspectivi contractus, pacisci
quivisset pactum resolutivum, quàm illis præ- 6
gnantissimis verbis, hic non abs re repetendis = *Con espressa promessa &c. ne di volere appellare, reclamare, ricorrere, ò protestare &c. anche coram honestis Viris, ne di ricorrere a noi, ne a nostri Successori, anche con semplice ricorso contro il presente nostro Motu proprio, altrimente s'intenda, & effettivamente sia ipso jure & ipso facto decaduto da ogni commodo della presente nostra grazia* =, ut bene perpendendo efficacissimam illam clausulam = *altrimenti s'intenda, & effettivamente sia ipso jure, & ipso facto decaduta* = tradunt *Fulgin. de Jur. emphyteut. tit. de solution. Canon. quæst.6. n.22. vers. & idem esset*, *Saminiat. contr.165. n.2.*, *controv.160. num.27.*, cum aliis per *Rocc. disput. Jur. selectar. cap.357. num.12.*, *Afflict. decis.174. in princ.*, *Rot. cor Priol. decis.358. num.5.*, ubi quod per istas, & similes causas, removetur consensus ab actu, aliter secuto, & *in Recent. decis.396. num.1. part.13.*, quibus addi potest *Urceol. de Transact. quæst. 70. à num.40. ad plures seqq.*, ubi plures formulas re-
fert, nempe = *si abbia per non fatta* = *sia ipso* 7
jure nulla =, *come sè non fosse fatta &c.*

Quapropter si resolutio contractus ejuscemodi verbis, & clausulis concepta, consideranda est tamquam merè conditionalis, ut
communiter ad rem notant *Altograd. cons.24.* 8
num.79.

num.79. & seqq.lib.1., *Fulgin. de Jur. emphyt. tit de solat. Canon. quæst.6. num.22.*, *Mans. consult.12. num.41.*, *Card. de Luc. de emphyt. disc.46. num.11.*, *Saminiat. contr.159. n.48.*, *& contr.160. num.33.*, *Rot. in recen. decis.203. num.26. par.6.*, *& decis.378. num.24. & seqq.*, *& decis.435. num.11. par.18.*, inde sequitur,
9 quod cum versemur, non in contraventione
legali, sed conventionali, quæcumque excu-
sationes, aut æquitativæ regulæ, quæ exadver-
so adferri possent (quas inferius in specie reji-
ciam) suffragari non valent, cum non agatur
10 de re odibili, sed potius favorabili, ut est ob-
servantia pactorum, quorum viceversa viola-
tio iniqua dicitur, *Bald. in leg. Placet Cod. de Sacros. Ecclef.*, *Altograd. cons.24. num. 78. & 80. lib.1.*, *Gratian. discept. forens. cap.788. in fin.*, *Mans. consult.12. num.41.*, & latè *Saminiat. d. contr.159. num.48.*, *& contr.160. à num.28. ad 33.*, *Rot. Lucana apud Balducc. ad Ramon. lib.2. decis.35. num.9. & 46.*, *Rota coram Seraphino decis.225. num.4.*, *coram Coccino decis.1511. num.15.*, apud quos plures concordantes.

Et rectè quidem, ex ratione illa, quod ta-
les clausulæ ità informant contractum, ut iis
11 præcisè non observatis, removendo consen-
sum ab actu, eundem resolvant ipso, jure perinde, ac si nunquam expletus fuisset; ob defectum namque consensus alterius ex Contrahentibus contractum subsistere minimè posse disponitur per *Text. in leg. necessarium §.1. ff. de pericul. & commod. rei vendit.*, *Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de solution. Canon. quæst.6. n.22.*, *Urceol. de Transact. quæst.99. num.12.*, *Rot. coram Patco decis.66. in princip. lib.3.*, ibi = *Ratio etiam viva est, quod ex quo post illud tempus abest consensus Partium, non est in potestate nostra facere, quod contractus sinè consensu maneat* =, quam refert, & laudat *Rot. in recen. decis.435. num.12. part.18.*, & in nostris
12 terminis, nempè similis donationis *decis.356. num.5. part.12.*, *& decis.365. num.6. par.16.*, & ad oroat. *cl. me. Card. de Luca dd. decis.14. & 15. per tot.*, *& in Cajetana Pecuniaria 6. Junii 1712. §. Vel quatenùs coram Reverendissima Crispo Archiepiscopo Ravennaten.*

Quæ sanè ratio, si tanti valet, ut admitti
debeat in casu etiam minimi defectus imple-
13 menti, aut conditionum omnium deficientis observantiæ, quando prohibita fuit quævis violatio pactorum, ad tradita per *Cuman. cons.41. num.4. super tertia quæstion. vers. hac tamen non obstante*, *Dec. cons.667. num.6.*, *Surd. cons.369. num.36. lib.3.*, ubi ad rem nostram considerat defectum implementi etiam in minimo, *Peregrin. cons.77. num.7. & 14. lib.3.*, *Cyriac. contr.239. num.26. in fin.*, ubi dicit sufficere modicum defectum ad resolvendam donationem, *Magon. decis. Florent.19. num.9. in fin. vers. nisi dictum*, *Rot in recen. decis.612. num.2. par.3.*, *& dicta decis.203. num.27. & duob. seqq. part.6.*, quanto potiori jure locum sibi vindicare debet in nostra hypothesi, in qua Summus Pontifex summoperè exoptavit implementum dd. pactorum, expressè etiam prohibendo omne id, quod adferre potuisset contraventionem etiam minimam, ibi = *Con dichiarare, che quando avesse appellato, protestato, e reclamato, d'aver per nulla, & invalida &c. qualsivoglia appellazione, ricorsa, ò protesta, che da esso, ò da altri in suo nome si fosse fatta in qualsivoglia maniera, che potesse portare contravenzione in qualsisia forma benche minima a questo nostro Moto proprio.*

Eòque certiùs, quia in dubium revocari non
posse videtur, quin adimplementum ex parte 14
Donatarii volitum fuerit per modum causæ finalis; nam, si illa talis dicitur, ac reputatur, quæ adeo movit aliquem ad contrahendum, ut sinè eà, aliàs non fuisset contracturus, ut
pluribus allegatis, probat *Adden. ad Burat.* 15
decis.640. num.26., & prout talis reverà in nostro casu sufficienter apparet, tum quia explicata legitur per dictionem = *Ut* =, *Gratian. discept. forens. cap.924. num.20.*, *Rocca disput. Jur. select. cap.110. num.2.*, *Balducc. in collect. decis. & rer. judicat. tit.3. decis.55. num.24.*, tum etiam quia adpositum fuit pactum resolutivum in casu contraventionis, ut firmat *Tiraquell. in tract. cessante causa limitat.1. num.32. & 37.*, *Spad. cons.227. num.12. tom.3.*

Nullus profectò dubitationi, aut quæstioni ulli locus amplius relinquitur, quia Summus Pontifex in Chirographo donationis, ita expressè animum suum declaravit illis verbis = *perchè non possa in qualunque futuro tempo per se stesso, nè per mezzo di altri, che avessero, ò potessero avere in qualsivoglia modo causa da essa proseguire, e molto meno eccitar nuovamente la minima pretensione contro la nostra Camera, e detta Communità di Civita.ecchia &c. nè dare veruna molestia, o perturbazione al sudetto Cardinale Panfili sotto qualsivoglia pretesto, capo, causa, benche inopinata non dedotta, nè considerata* = manifestè enim ex his evincitur, causam finalem, qua unicè motus fuit Sanctissimus ille Pontifex ad dandum ex mera munificentia, prout ipse met in dicto Chirographo testatur, scuta quindecim millia; eam profectò fuisse, ut nedum jura quæcumque Ferdinandi prorsùs extincta remanerent, sed multò magis, nè illius judiciales, & extrajudiciales reclamationes, ac protestationes adversus Cameram Apostolicam, Eminentissimum D. Card. Pamphilium, & Communitatem Civitatis Vetulæ per Orbem, & Urbem audirentur, & ne molestias ullas judiciales, aut extrajudiciales ex causa assertarum prætensionum, tum Camera donans, tùm ceteri alii interesse habentes, perpetuis futuris temporibus amplius paterentur.

Quamobrèm, cum finis hujusmodi illicò evanuerit, ex quo Ferdinandus, nedum reclamavit, & doloso animo, primævamque retinendo proterviam, ut plenè demonstratum fuit in tertia Facti, & notavi in *§. Sed eo fortius*,

in ultimo, cum quo decessit, testamento contra dictum contractum, & donationem protestatus fuit, deque suis omnibus prætensis juribus in illo expresse disposuit, obligando insuper etiam *heredem* ad erogandam summam recuperandam in causam ab ipso volitam; deficiente idcirco caussa finali, qua unice Summus Pontifex motus fuit ad donandum, ipsam quoque
16 donationem deficere, & resolvi, necesse est, perinde, ac si non esset expleta, ad *Text. express. in leg. 1. Cod. de Donation. quæ sub mod.*, *& in Cap. Verum 4. de condit. ad pos.*, *Altograd. consil. 101. num. 27. & seqq. lib. 2.*, *Saminiat. controv. 44. num. 25.*, *Rosenthal. de feud. tom. 2. cap. 10. conclus. 40. num. 31.*, *Antunez de Donat. lib. 1. prælud. 2. §. 1. num. 10.*, *Rocc. disput. Jur. select. cap. 105. num. 9.*, ubi reddit rationem ajendo = *sine qua quis utique non fuisset neque contracturus, neque donaturus* =, *Rota coram Merlin. decis. 229. n. 2., & in recen. dec. 365. n. 12. par. 16., & in Romana Donationis 4. Junii 1717. §. Basis resolutionis cor. R. P. D. meo Corio, & in d. Voto Reverendissimi de Vico sub n. 15.*, ferendum itaque amplius non est, quod Dominus Constantinus Pagani, uti heres Ferdinandi Patroni, qui ex culpa, & pro-
17 prio facto ceciderat à commodo d. donationis, ejus commodo gaudere, ac frui cum tanta aliorum jactura contendat, ut considerando inadimplementum causæ finalis tradunt *Posth. resolut. 124. num. 15.*, *Paulut. dissert. 15. n. 42.*, *Baitell. decis. ultim. volunt. decis. 2. num. 41.*, *& Rota in Romana, seu Reatina Prælegati prima Julii 1707. §. Adstipulante coram bon. me. Molines.*

Et tandem, id quod maximâ notâ dignum
18 est, hæc omnia validius coadjuvantur, ex eo, quod præsens Causa non aliter, quàm in terminis simplicis, & lucrativæ donationis, examinari, dijudicarique debet, quo casu exploratissimum est, donationis resolutionem multò minus impediri posse, sed statim dici resolutam ex defectu consensus, sub correspectivitate pactorum præstiti, ut per *Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. tit. de Donat. dd. decis. 14 & 15. per tot.*; Caussa autem lucrativa, respectu Ferdinandi, evidens, & aperta redditur; Ejus namque jura nullius roboris, ac subsistentiæ agnita, & declarata fuerunt, tàm per Illustrissimum Dominum Auditorem Sanctis-
19 simi, quam etiam per Congregationem particularem Prælatorum, in locum Signaturæ Gratiæ deputatam, quæ non dubitavit ejus instantiam rejicere, rescribendo = *nihil de aperitione Oris* =, quando nemo non scit, quod aperitio Oris, ut concedatur, satis est, quod possit aliquando dubitari de bono jure instantis.

Talis itaque rejectio, & denegatio aperitionis Oris, cum maximum certè præbeat argumentum insubsistentiæ actionum & jurium
20 prætensorum à præfato Ferdinando, per *Text. in leg. Si pupillo §. Videmus, ubi Bartol., & Bald. ff. de negot. gest.*, *Gloss. & Doctores in leg. ubi pactum Cod. de Transactionib.*, *Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 16. n. 1. & seq.*, *Giurb. ad consuetud. Messanen. par. 1. cap. 7. gloss. 10. num. 1. & seqq.*, *Magon. decis. Florent. 20. n. 2., & dec. 104. num. 1. & 55.*, ne alioquin injustitia in Judicibus, ac Tribunalibus præsumatur. 21
ad *Text. in leg. 2. Cod. de offic. civil. Judic.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsum. 47. n. 20.*, dicendum sane est, ex denegata Oris aperitione concludi malum jus eam petentis, quem- 22
admodum viceversa eam obtinere bonum jus ostendit, ut docet *Rota coram Ottobon. decis. 265. num. 62.*, cum non nisi ex justâ causâ concedi illa soleat, *Rota coram Coccino decis. 1434. num. 2., & in Recent. decis. 703. n. 9. & seqq. par. 18.*, ambigi idcirco nequit, quin Ferdinando donatum dici debeat id, quod Princeps illi concessit, ut ipsemet testatur in Chirogra- 23
pho, ibi = *Concediamo, e liberamente doniamo, anche per donazione vera, semplice &c.* donationis namque nomen promeretur id, quod nullo cogente jure tribuitur, ad *Text. in leg. Donatio ff. de Donation.*, *Cutell. de Donation. special. 10. num. 5.*, *Gobb. tract. var. quæstion. 4. num. 95. de permiss. feud. alienat.*, *Rot. coram Buratto decis. 924. num. 7., & decis. 323. num. 19. part. 6. recent.*, & alibi passim, imo etiam à donatione non discedit præstatio exce- 24
dens aliqualem actionem, seu merita ejus, cui aliquid tribuitur, aut quando quis multum plus dat, quàm præstare teneretur, ut ex *leg. Si sponsus §. Circa venditionem ff. de donation. inter Vir., & Uxor.*, *Cynus in leg. 1.*, quem ibi sequitur *Bald. Cod. de pact.*, *Mantica de tacit. tom. 1. lib. 4. tit. 18. num. 57.*, *Bossi. tract. var. in tit. de Principe num. 328.*, *Larrea allegat. fiscal. 51. num. 6.*

Quibus addi potest, quod si indignus effectus dici debet is, qui scienter contravenit pa- 25
ctis, & conditionibus in illa adpositis, cum in dolo esse dicatur, ob quem, jure meritòque fit locus restitutioni rei donatæ tamquam ob rescissum contractum, per ea, quæ tradunt *Thesaur. quæstion. forens. quæst. 34. sub num. 29.*, *Rot. decis. 16. num. 10., & decis. 20. num. 11. coram Comitibus, & decis. 151. & 126. per tot. coram Cavalerio, & in Romana Legati de Caraffis 13. Maii 1712. §. Quod magis est, & §. Ex his igitur*, ubi quod ipso jure absque ulla interpellatione, seu declaratione censeri de- 26
beat resolutus contractus, seu largitio, *coram Crispo*, & in confirmatoria *6. Maii* ejusdem anni *§. Si verò coram eodem*, nullo sanè pacto dictus Ferdinandus iteratò protestando per acta Notarii, & quod magis est, de prætensis suis juribus per ultimam voluntatem disponendo, non obstante scientiâ arctissimæ Legis sibi impositæ, & quam acceptaverat per receptionem conspicuæ summæ, quæ correspectivè illi tradita fuit, nullo, inquam, jure de aperto dolo ex- 27
cusari valet, quia dolus semper dicitur probatus, quoties Contraventor apertè scivit onus impositum, quod non adimplevit, *Altograd. consil. 101. num. 40. ad med. lib. 2.*, *Cravet. consil. 193. num. 1.*, *Ciarlin. controv. 126. sub numer. 37.*

ver.37., *& in Romana Legati de Caraffis 13.*
Maii 1712. §. Ex his coram Reverendissimo Cri-
spo, & in terminis Donatarii committentis
contra pactum, ad quod observandum se ad-
strinxit, quod dicatur id dolosè fecisse, itaut
28 destitutus remaneat quibuscumque legalibus
remediis, de æquitate inductis ad impedien-
dam resolutionem donationis, late, & benè in
dicto *Vota Reverendissimi D. de Vico à num.5.*
ad plur. seqq., & in dicta Romana donationis co-
ram R. P. D. Cavalerio §. Absque; quando
tamen in nostra hypothesi nudum factum
29 contraventionis satis fuisset, ut à beneficio re-
cepto caderet, *Ansald. de Commerc. & Mer-*
cat. disc.54. num.21., *& in Romana Primoge-*
nituræ de Cardellis 16. Martii 1711. §. Ad
excusandas coram Reverendissimo Crispo, &
& quidem non curato de bono, vel malo ani-
30 mo Contraventoris, *Mantic. de tacit. & ambig.*
lib.14. tit. 37. num. 26., *Surd. decis.102. n.23.*

Et demum interpretatio isthæc, ad differen-
tiam casus simplicis prohibitionis, retinenda
semper est, quoties agitur de prohibitione am-
plis verbis, & effrenatis clausulis concepta,
31 itaut in isto casu ex sola facti contraventione
pæna committatur non curato de bono, vel
malo animo Contraventoris, cum apta sint
comprehendere etiam animum, & voluntatem
contraveniendi, per *Text. in leg. Eum qui Cod. ad*
leg. Juliam de adulter., *& Glos. in leg. quid er-*
go §. Cum autem verb. cum ea ff. de iis, qui no-
tantur in fin., ibi = *In ea namque re non Juris ef-*
fectus, sed animi destinatio cogitatur = per quæ &
similia verba loquitur mox allegata *leg. eum qui*,
quanto potiori jure locum sibi vindicare debet
in nostra hypothesi, in qua plurimas circum-
ferimus contraventiones, & quidem pertina-
citer per dictum Ferdinandum continuatas us-
que ad ejus obitum, quando ad effectum veri-
ficandi, & purificandi contraventionem ubi,
prout hic, quævis contraventio etiam minima
prohibita fuit, unicus sufficit contraventionis
actus? Ex authoritatibus allegatis *§. Quæ su-*
mè ratio.

Nec est cur exadversò obtendatur, quod
prohibita Ferdinando de suis prætensis juribus
32 disponendi facultas, utpotè concepta verbis il-
lis =, *e molto meno di voler quelle cedere rinun-*
ciare, donare, e in altro modo disporre =, re-
ferri debeat ad actum inter vivos, non autem
ad ultimam voluntatem: Nam, etsi exceptio
isthæc ut penitus elidatur, satis esset animad-
vertere, quod verbum = *disponere* = sive adje-
ctum in contractu, sive in ultima voluntate,
suàpte naturâ utrumque genus disponendi tàm
inter vivos, quàm per ultimam voluntatem
complecti valeat, *Menoch. cons. 1130. num. 6.*,
Gabriel. cons.99. num.8. & 9. lib.2., *Altograd.*
cons.48. n.56. tom.1., *Fusar. de substitut. par.1.*
quæst.549. num.12., *clar. mem. Card. de Luca*
de servit. disc.108. num.4., *Benden. collutt. le-*
gal. tom.2. collutt.32. num.270., ibi = *dispone-*
33 *re* =, *quod verbum trahitur etiam, & quidem*
propriè ad dispositionem per viam ultimæ volun-
tatis =, *Balducc. in collect. decis.*, *& rer. judic.*
tit.3. decis.1. num.33., imo quod verbum = *di-*
sponere = conveniat verè, & propriè ultimæ
voluntati, & ad eam in dubio referendum sit, 34
ex *§. Disponat Authen. de nuptiis*, *& §. §. pe-*
nult. & final. Instit. quib. ex caus. manumit., tra-
dunt *Peregrin. de fideic. art.40. nu.18.*, *Surd.*
cons.357. nu.7., *& decis. 272. num.12.*, *Rocc.*
disput. Jur. select. cap.28. num.7., *Torr. de ma-*
jorat., *& Primog. Ital. quæst. 51. num. 29.*, &
cum pluribus *Rota coram clar. mem. Card. Cu-*
prara decis.52. num.8. & 9.; Quemadmodum
etiam in simili habemus, quod is, cui est pro- 35
hibita alienatio, non potest testari, cum per
testamentum quoque dicatur facta alienatio,
ut benè ad rem nostram observat *Rota in rec.*
decis.500. num.18. & seqq. part.18. tom. 2., &
prius firmaverat *decis.52. num.15. part.6.*, ubi
in nostris terminis exornat veram illam Juris
nostri regulam, quâ admonemur, quod effe- 36
ctus inspici, ac attendi magis debeat, quàm
verba ipsa dispositionis, seu contractus; atta-
men, cum Camera, ceterique interesse ha-
bentes, ex dispositione testamentaria Ferdi-
nandi molestari valeant per heredes ab eo in-
stitutos refricando obsoletas prætensiones, quas
asseruerat habere contra Reverendam Came-
ram Apostolicam, & alios supra nominatos,
in discrimen ampliùs revocari non posse vide- 37
tur, quin prohibita dispositio verificetur etiam
in casu ultimæ voluntatis, ut in simili arguit
Bonden. collutation. legal. 9. num.69. & 70.
tom.2., & sanè, si Lex non verbis, sed rebus
imposita dicenda, si caussa finalis, qua motus
fuit Summus Pontifex ad donandum, alia non 38
fuit, quàm ut Litigatori, semper latranti, os clau-
deret, finemque demùm litibus omnibus ali-
quando imponeret; dicendum certè prohibitos 39
fuisse modos, & actus omnes præclusasque fuis-
se vias pariter omnes, quibus optato hoc fine
frustrari quoquo modo potuisset, *Text. in leg.*
Oratio ff. de sponsalib., *leg. cum lex ff de fidejuss.*,
& leg. legem. in fine Cod. de natural. liber., *Fa-*
gnan. in cap. Officii num.35. de pænit. & remiss.,
Gratian. disceptat.48., *& Rota coram Coccino*
decis.1724. utrobique num.15.

Nec denique omittendum est, quod Sum-
mus Pontifex in d. Chirographo non solùm
prohibuit = *di voler in verun modo disporre*,
sed etiam *nè di voler appellare, reclamare, ri-*
correre, o protestare, nè per se, nè per altri in
suo nome, anche coram honestis Viris, nè di ri-
correre a Noi, o alli nostri Successori, anche
con semplice ricorso contro il presente Moto pro-
prio =; Undè si inficiari nequit, quin saltem
in hac secunda parte Ferdinandus Patronus de-
fecerit, dum per acta publici Notarii protestan-
do, reclamavit, & de nullitate dixit adversùs
subscriptum foliom, certè hinc sequitur, nullo 40
colore, nullàque ratione contendi posse, quin
idem deciderit à commodo d. donationis, ex
regula illa, jam superiùs exposita, quâ demon-
stravimus, implementum, etiamsi deficiat
in minimo, adhuc operari resolutionem con-

tractus, ut, præter allegatos *§. Quæ sanè ratio*
tradunt *Menoch. cons. 27. num. 13., Surd. decis. 7. num. 37.*, & optime *Rota decis. 142. n. 22. part. 19. tom. 2. rec.*

Nec est cur exadversò opponatur, quod pro-
hibitio protestandi, recurrendi &c. reduci de-
41 beat ad actus judiciales, quia contrarium pa-
tet ex d. Chirographo, in quo apertis literis
prohibetur *ne d'aver appellato, nè protestato, nè per se, nè per altri coram honestis Viris nè dopo, nè avanti, nè contemporaneamente alla sottoscrizione di detto foglio, con dichiarare, che quando avesse appellato, protestato, e reclamato, d'aver per nulla, ed invalida &c.*, & inferius = *nè di voler appellare, riclamare, ricorrere, e protestare &c. anche coram honestis Viris, ne di ricorrere à Noi o alli nostri Successori, anche con semplice ricorso* = ; ex quibus sanè verbis prohibentibus voluntatem ipsam, appellandi, & reclamandi, melius certè quàm nos dicendo demonstrare possimus, apparet, Sanctissimum Pontificem generaliter, & promiscuè intellexisse nedùm de appellationibus judicialibus, sed de quacumque protestatione extrajudiciali, etiam coram honestis Viris, quæ non aliter, quàm extrajudicialiter emitti solet, quæque veluti per necessariam quandam consequentiam viam aperiebat actibus judicialibus, nisi enim ad istos deveniretur, inutiles prorsus fuissent similes protestationes aliique quicumque actus extrajudicialiter facti, atque præmissi à Ferdinando Patrono ad eum dumtaxat finem, ut suus heres judicialiter experiri deberet sua prætensa jura.

Potiori verò jure id dicendum est in casu no-
stro, quia ubi ad verba illa *appellare, riclamare,*
42 *ricorrere, e protestare* subsequuntur alia verba,
aliæque clausulæ generales, & amplissimæ, ut
in casu nostro sunt illæ = *in qualsivoglia maniera, che potesse portare contravenzione in qualsisia forma benchè minima* =, tunc dubitari non
posse videtur, quin illa comprehendant om-
43 nes actus tàm judiciales, quàm extrajudiciales,
ut de verbo = *quovis modo* = est *Text. in leg. Lucius 78. §. Tres heredes ff. ad Trebell.*, ibi = *Uxoriam ex qua se. i heredem Stichum si quam Sejus controversiam moveret, ad Mevium fratrem meum reverti volo* =, *ubi Gloss. in verb. moverit*
44 explicando dictionem illam *si quam* eam am-
plecti firmat quoscumque actus tàm judiciales quàm extrajudiciales, ibi =, *& die de jure, vel de facto in Judicio, vel extra* =, *Intrigliol. de Substitut. cent. 3. quæst. 71. num. 91. vers. verùmtamen, Raudens. variar. resol. cap. 32. n. 8. vers. Siquidem, Surd. de aliment. quæst. 26. numer. 26., Hodiern. ad eundem decis. 194. nu. 1., Castald. consult. forens. vol. 1., consult. 107. n. 6., Cyriac. contr. forens. lib. 2. contr. 212. num. 24., Peregrin. de fideicom. art. 35. num. 5., Torr. de majorat., & Primog. Ital. part. 2. quæst. 50. n. 6. & 7., clar. mem. Card. de Luc. de Testament. disc. 71. numer. 2., & disc. 85. num. 2., Magon. decis. Florent. 20. num. 9., Fontanell. dec. Cathalon. 265. num. 2. & 4., Rot. coram Muntic. decis. 183. num. 2. & 3.*, & optimâ sanè ratio-
ne moti, ita censent prælaudati Doctores, quia
aliàs prædicta verba remanerent omninò su-
perflua, & inania, si apta non essent, nisi ad
comprehendendos actus judiciales, qui cete- 45
roquin ex simplici prohibitione prohibiti, ac
vetiti censentur, *Barry. de Success. lib. 9. tit. 28. num. 5., Torr. de majorat., & Primogen. Ital. tom. 2. d. quæst. 50. num. 8., Mans. consult. 220. num. 10., & num. 29., Meliùs observat. 98. n. 4. vers. tertius casus, clar: mem: Card. de Luc. de Testam. disc. 71. num. 2., & disc. 85. numer. 3., Magon. d. decis. Florent. 20. nu. 9., Fontanell. d. decis. 265. num. 2. & 4.*

ARGUMENTUM.

Conductores Jurium, ac vectigalium, ad Reverendam Cameram spectantium, speciali gaudent privilegio exequendi adversus suos Debitores diebus etiam in honorem Dei feriatis. Debitor de fuga suspectus, etiam die Dominico capi potest.

DISSERTATIO XIV.

1 Lex final. Cod. de Feriis, *quod dies Dominicus ab executionibus sit excusandus, intelligenda est de executionibus requirentibus Causæ cognitionem, secus de executione mandati, antea relaxati, atque expediti.*

2 *Et* Text. in L. actus omnes 8. vers. in his tamen Cod. de Feriis *excipiens actus, non requirentes judicialem cognitionem, tanquam loquens de solis quindecim diebus paschalibus, non est ad alias Ferias trahendus.*

3 *Idem de* Text. in Leg. omnes dies Cod. de Feriis *præcipiente, quod in quindecim diebus paschalibus publicorum, privatorumque debitorum differatur exactio.*

Quid autem sub illo exactionis *nomine prohibitum censeatur?* n. 4. & 5.

4 *Exigere debitum est illud à Debitore repetere.*

5 *Exigere propriè est ab invito, mediante Judicio, extorquere.*

6 *Executio*, ex Abbat. in cap. fin. numer. 22. de Judic., *non est actus judicialis. Eademque si fiat die feriato in honorem Dei, valida est, ac tenet, licèt Exequens, non videatur à peccato immunis.*

7 *Dies Dominicus pro festo constitutus est solo jure humano, non autem Divino; ejusque observatio non est uniformis in omnibus operibus, & actibus, nec immutabilis, ac indispensabilis.*

8 *Consuetudine induci potuit, quod mandata adversus Debitores Camerales ex caussa jurium fiscalium, sive publicorum vectigalium validè exequi possint etiam die feriatò in honorem Dei.* Con-

9 *Consuetud. ejusmodi suffragatur etiam conductoribus vectigalium, & jurium, spectantium ad R. Cameram.*

10 *Conductores vectigalium, & jurium spectantium ad R. Cameram, habent privilegia omnia ipsius Cameræ in exequendo adversùs Debitores ex caussa vectigalis seu juris, ab eis conducti, illisque uti possunt, etiam sine cessione expressâ.*

11 *Rev. Camera, ejusque jurium, ac vectigalium Appaltatores habent privilegium exequendi adversùs suos Debitores diebus feriatis, non solùm in necessitatem hominum, sed etiam in honorem Dei, & n. 12.*

13 *Feriæ in honorem Dei non sunt de Jure Divino; ideòque potest eis derogari per Papam.*

14 *Papa est Lex animata in Terris.*

15 *Papa potest validè citare die feriato in honorem Dei, etiam Dominico.*

16 *Executio ad utilitatem Papæ, & Cameræ, appaltantis jura, & vectigalia Romanæ Ecclesiæ, etiam die Dominico fieri potest.*

17 *Reformatio Pii V., ac Pauli V. prohibens, ut mandata civilia exequantur die feriato in honorem Dei, nec ipsum Principem, nec Rev. Cameram comprehendunt.*

18 *Debitor de fuga suspectus, capi potest etiam die Dominica.*

19 *Fiscus, & sic Rev. Camera, ac ejus Appaltator in hoc sunt privilegiati, ut pro effectu capturæ non requiratur ordo, si constet de debito.*

20 *Debitores fiscales non relaxantur à carceribus, etiam datis Fidejussoribus.*

21 *Debitor fiscalis directè in carcerem detrudi potest.*

L*EX. final. Cod. de Feriis*, quod dies Dominicus ita semper honorabilis, & venerandus sit, ut à cunctis executionibus excusetur, intelligenda est de exe-
1 cutionibus requirentibus interlocutionem Judicis, & Causæ cognitionem, ut innuunt verba d. Legis, ibi = *sit ille dies à cognitionibus alienus* =, nec propterea excludit nudam, ac simplicem executionem mandati, quod antea relaxatum, ac expeditum fuit, quoniam ab Executore fit de plano absque ulla prorsus cognitione Causæ gratiâ implendi commissionem, sibi priùs factam à Judice, qui per se ipsum tunc nihil agit nec interloquitur, juxta declarationem *Federic. de Senis cons. 244. numer. 5. vers., & ad prædicta*, quam simpliciter veram esse, inquit *Aretin. in cap. fin. numer. 13. post*
2 *med. vers. non non requiritur citatio de Judic., per Text. in leg. actus omnes 3. vers. in his tamen Cod. de feriis*, qui non est restringendus ad solas Ferias inductas in utilitatem hominum cum regula, à qua ibi excipiuntur actus non requirentes judicialem cognitionem, loquatur de solis quindecim diebus paschalibus, nec ideò videtur trahendus ad alias Ferias in honorem Dei, quâ ponderatione cessat omnis hæsitatio, *Aretin. ibidem sub vers. nisi intelligas*.

Nec contrarium elicitur ex verbis novissimis *leg. omnes dies 7. Cod. de feriis*, dum man- 3
dant, quod in quindecim diebus paschalibus compulsio Annonariæ functionis, & omnium publicorum, privatorumque debitorum differatur exactio; nam prætermisso, quod specialiter loquendo de diebus paschalibus, innuunt, in reliquis Jus commune esse in contrarium, sicuti animadvertit *Aretin. d. c. fin. numer. 13. circa med. vers. & quod executio;* respondetur, sub nomine exactionis, prohibere repetitio- 4
nem debiti, judicialiter faciendam ab ipsis Debitoribus, quæ fieri nequit absque Causæ cognitione, & Judicis interlocutione, cum exigere debitum sit illud à Debitore repetere, teste *Rebuff. in leg. verbum exactè 187. vers. 6. debitum exigere ff. de verb. signific.*, argumento *leg. Debitor 108. ff. eodem*, ubi *Gloss. verb. exigi* dicit, quod exigere propriè est ab invito 5
extorquere, videlicet mediante judicio, prout explicat *Alciat. in leg. transactio 229. nu. 2. ff. eodem tit.*

Quin *Abb. in d. cap. fin. num. 22. de Judic.* agnoscens, hujusmodi executionem non esse actum judicialem, fatetur, quod si de facto 6
fieret die feriata in honorem Dei, valida sit, ac teneat, licèt Exequens ex pia illius sententia, ob irreverentiam, non videatur immunis à peccato, cujus dictum probarunt *Adden. ad Guidopap. decis. 21 1. lit. B. verb. executio, Aufrer. ad Cappell. Tholosan. quæst. 158. numer. 2. vers. sed si executio, Avendan. tit. delas excepciones num. 25.*

Ceterum, quia dies Dominicus pro festo constitutus est solo jure humano, non autem jure Divino, ejus observatio non est uniformis in omnibus operibus, & actibus, nec immutabilis, ac indispensabilis, prout docent 7
D. Thom. 2. 2. quæst. 122. art. 4. ad 4., & Cajetan. ibidem, Sot. de just., & Jur. lib. 2. quæst. 4. à num. 4. ad 2., Navar. in manual. cap. 13. numer. 1., Azor. instit. moral. part. 2. lib. 1. cap. 2. quæst. 2., Suarez. tom. 1. de religion. lib. 2. de diebus festis cap. 4. num. 3., Fagund. de quinq. Eccles. præcept. lib. 1. cap. 2. num. 3., Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 3. de observ. festor. disput. unic. punct. 1. num. 4. pag. 85.

Sicque potuit consuetudine induci quod mandata adversus Debitores camerales ex causa jurium fiscalium, sive publicorum vectigalium valide exequi possint etiam die feriata in honorem Dei, sicut tradit *Bald. in leg. si feriatis 6. num. 3. vers. in Gloss. 1. ff. de feriis fundens n. 4. vers. sed de consuetudine*, quod actus executionis Nuncii de consuetudine fieri potest 8
etiamsi Feriæ sint in honorem Dei, cujus dicti ibidem meminit *Adden. ad Gloss. verb. voluntate partium, Idemque Bald. in leg. quadraginta 6. num. 1. Cod. eodem*, quod etiam novissimè repetit *Ubert. de citation. tom. 2. capit. 10. numer. 237.*

Quæ consuetudo apud Curiales notoria est tam

9 tàm in Urbe, quàm in tota Ditione Ecclesia-
stica, nec dubitari potest, quin suffragetur
etiam D. Henrico Arrigono Appaltatori Do-
hanæ Studii, quia Conductores vectigalium,
ac jurium spectantium ad Cameram, tamquam
illius Procuratores in rem propriam, habent
10 omnia privilegia ipsius Cameræ in exequendo
adversus Debitores ex causa vectigalis, seu Ju-
ris ab eis conducti, illisque uti possunt etiam
sine cessione expressâ, *Bartol. in leg. In provin-
ciali 3. §. Si ego num.4. ff. de oper. nov. nunciat.*
cum aliis in proposito relatis *ab Acuccio de Re-
polt. de regal. cap.32. nu.24. & 25., Capiblanc.
singul.58. vers. habent etiam multa post primum
tom. de auctor. Baron., ac tom.2. cap.92. num.4.
vers. Si enim, & n.5.*

Imò circumscriptâ consuetudine, videtur de
jure dicendum, quod Camera Apostolica, &
11 consequenter Appaltatores jurium, ac vecti-
galium illius habeant privilegium procedendi,
& exequendi adversus suos Debitores diebus
feriatis, non solùm in necessitatem Hominum,
juxta dispositionem *leg. publicas 5. Cod. de fe-
riis, & tradita per Martin., Laudens. de Fisco
quæst. 36. tract. tom. 12. fol.2. à terg., Franc.
Lucan. de privileg. fisc. part.1. num.67. d. tom.12.
fol.8., & Farinacc. fragment. part. 1. verb. Fi-
scus num.202.*

Sed etiam in honorem Dei, ex traditis à
12 *Bartol. in repetition. leg. Ex quacumque §. Idem
si num.8. ff. si quis in Jus vocat. non ierit*, & ci-
tatus à Papa die feriatâ debet comparere, quia
13 ejusmodi Feriæ non sunt de jure Divino; ideò-
que potest eis derogari per Papam, *Specula-
tor. tit. de Feriis §. Feriarum num.9. & 10.*, di-
cens, quod nulla Lex potest Curiam Princi-
pis coarctare, quin possit quolibet tempore
14 jus reddere etiam diebus feriatis, cum ipse sit
Lex animata in Terris, quæ comprobat *Text.*
loquens de Festo Resurrectionis Dominicæ *in
cap. veniens 15. vers. undè de accusat.*, ad hoc
ponderatus per *Laufranc. de Orian. in 2. part.
cap. quoniam contra num.78. propè finem versic.
vel aliter dic de probation.*, undè inferunt *Ma-
rian. Soccin. de citat. art.19. num.6., Marant.
in specul. part.6. vers. rectè concipiatur citatio
num.122., & Ubert. de cit. d. tom.2. capit. 10.
num.197.*, quod Papa, & Princeps possunt va-
15 lidè citare die feriato in honorem Dei, etiam
Dominico, nam si toleratur consuetudo, for-
tiùs debet tolerari factum nomine Papæ, seu
Principis, qui supra consuetudinem sunt, ex
hoc enim sequitur posse in executionibus, quæ
16 fiunt ad utilitatem ipsius Papæ, & Cameræ
Apostolicæ appaltantis jura, & vectigalia Ec-
clesiæ Romanæ, ac Sedis Apostolicæ, nudam
executionem fieri posse etiam die Domini-
co.

Nec obstat, quod in reformatione *Pii V.*, re-
17 latam per *Farinac. de Carcerib. qu.27. num. 106.
vers. & secunda, ac Pauli V. tit. de Baron-
cell. vers. mandata*, prohibeatur, ne mandata
civilia exequantur die feriato in honorem Dei,
quia nec ipsum Principem, nec illius Came-
ram comprehendunt *§. penult. Authent. de
Consulib. in fine*, ibi = *omnibus autem à nobis di-
ctis Imperatoris excipiatur fortuna, cui & ipsas
Deus leges subjecit* =.

Nec denique videtur omittendum, nos ver-
sari in Debitore suspecto, qui delitescebat, & 18
consequenter capi poterat etiam die Domini-
co, secundum *Gloss.* communiter receptam in
d. leg. final. verb. fidejussionis Cod. de feriis,
ubi eam singularem dicunt *Bartol. ante num.1.,
Bald. num.1. vers. dicit Glossa, Salycet. nu.1.,
Angel. num.4. in fin., & num.5., Castren. n.5.,
& Fulgos. num.1., Salycet. in leg. omnes num.2.
vers. quod intellige Cod. eodem, Bartol. in leg.
ait Prætor 10. §. Si debitorem num.3. vers. sed
in die feriato ff. quæ in fraud. Credit., Bald. in
leg. ut proponis 4. num.3. vers. quæro an feria
Cod. quomodo, & quando Judex, & in capit.
final. num.11. vers. Solemnium de feriis, Ful-
gos. in leg. 1. num.15. ff. eodem, Jason. in leg.
quocumque num.71. in fine vers. Imò tunc ff. de
Offic. ejus, & in leg. vinum nu.3. & 6. ff. si cert.
petat., Ripa in cap.1. nu. 88. de Judic., Felin.
in cap. final. num.14., ibique Barbos. in collect.
num.28. de feriis, Cuccialup de debitor. suspect.
quæst.8. num.1. vers. tempore cum seqq., Petr.
Pecch. de Jure sistend. cap.10. num.1. vers. sanè,
Rebuff. in Constit. Regn. tom.1. de liter. obligat.
art. 6. Gloss. 3. num.60., cum aliis penes Fari-
nacc. d. quæst.27. num.107., Carol. de Graff. de
except. in prælud. num.137., Mauson. de caus.
execut. lib.1. ampliat.1. num. 5. & 6., Novar.
de gravam. Vassallor. tom. 2. gravam. 187. n. 20.
& 21.*

De quo satis superque esset hodiè docere,
maximè quia Fiscus, & sic Camera, ac ejus 19
Appaltator in hoc sunt privilegiati, ut non re-
quiratur ordo, si constat de debito, *Bald. con-
sil.90. num.4. vers. quia Fiscus vol.5.*, & quod
Debitores fiscales non relevantur à carceribus, 20
etiam datis Fidejussoribus, sicut in specie tra-
dit *Gaspar Boetius de inop. Debitor. cap.13. nu-
mer.15. tract. tom.3. part.2. fol.227. à terg.* &
post alios docet *Parlador. lib.2. rer. quotid. ca-
pit. fin. part. 5. §. 5. num. 7. pag.242.*, undè li-
quet, non debuisse duci ad præsentiam Judi-
cis, ut caveret, sed directè detrudi in carce- 21
ribus, ut solveret.

AR-

ARGUMENTUM.

Lex Statutaria, per quam Filio naturali decedenti ab intestato sinè Filiis, ex legitimo Matrimonio oatis, succedunt Ascendentes, & Descendentes agnati perinde ac si naturalis esset legitimus, an locum habeat in successione Civis naturalis quoad Bona extra Dominium Statuentium, ubi, relicto antiquo, novum ille domicilium jamdiu & ad obitum usque habuerit? Præsumpta conformatio voluntatis Defuncti an & quando referenda potiùs ad Statutum Loci habitationis, quàm originis, & quando novi Domicilii inducta adquisitio censeatur, animus verò antiquum retinendi Domicilium ad quos effectus suffragetur? Revocatio Testamenti facta cum simplici declaratione decedendi ab intestato tacitam non continet institutionem ab intestato venientium, nulloque propterea extante legitimo Hærede, Fiscus, tamquam vacantia, Bona occupat. Constitutio san. mem. Julii III. & Pii V. Fiscum excludens ab hæreditatibus Exterorum sinè Hærede decedentium, Forenses solùm Ecclesiasticos, & Bona, ex reditibus solùm Ecclesiasticis quæsita, comprehendit.

DISSERTATIO XV.

1 *Ad intestatam hæreditatem Filii illegitimi admittuntur solummodò Mater, & Frater, eàdem matre natus, Conjunctis ex latere paterno exclusis.*

2 *Inter Illegitimum, & Conjunctos ex parte Patris nulla agnationis, & consanguinitatis jura.*

Ac nulla proinde successionis caussa, numer. 4.

3 *Consanguinitas ex parte Patris, species est quædam agnationis.*

5 *Filius illegitimus succedere nequit Conjunctis ex latere paterno.*

6 *Nec his succedunt illi*, & numer. 110., & 115.

6 *Successio intestata vicissitudinario jure defertur, ut nempe ille nobis succedat, cui nos succedimus.*

Procedit & de successione deferenda jure tantùm consuetudinario, etenim adempta hæc etiam censetur, quoties vicissim non competit n. 8. & 110.

Contrariæ authoritates declarantur a numer. 112. ad 117.

8 *In Gallia cum Filii naturales non succedant Parentibus, consuetudo viget ut neque hi succedant illis.*

9 *Bona Illegitimi, defuncti ab intestato, nullis Descendentibus, atque Conjunctis ex materno latere relictis, Fiscus jure regali capit.*

Exclusis Conjunctis ex latere paterno ibid.

10 *Leges excludentes Conjunctos ex paterno latere ab intestata* Spuriorum *hæreditate, sub horum nomine comprehendere voluerunt Illegitimos quoscumque, sicque etiam simpliciter naturales.*

11 *Illegitimi quicumque, etiam simpliciter naturales, juribus agnationis, & consanguinitatis respectu Conjunctorum ex latere paterno activè, & passivè destituti sunt*, & n. 110.

12 *Legitimitas ab eo, qui in ea se fundat, concludenter probanda est* & n. 13.

14 *Legitimi ut Patri succedant, probare tenentur Matrimonium verum, non præsumptum Parentum suorum.*

15 *Ad filiationem naturalem probandam requiritur certitudo nedum Matris; sed etim status, & conditionis ejusdem.*

Præcipuè si pro intentionis fundamento id adducatur.

16 *Filiatio respectu Patris, difficilis est probationis, non ita respectu Matris; hujus proindè respectu concludens requiritur probatio.*

18 *Filii naturales dicuntur qui in generatione imitantur prolem legitimam, & naturalem, nempe suscepti ex Concubina domi retenta*, & n. 20., & 30.

Reliqui, non ita suscepti, veniunt Spuriorum nomine, n. 21.

19 *Status Concubinæ, in domo retentæ, olim ab illo Uxoris, solà dignitate discriminari censebatur.*

22 *Spurii licèt nati ex coitu non damnato, suscepti dicuntur ex conjunctione non adprobata a Lege.*

23 *Lex, præter uxoriam, & concubinariam, omnem aliam conjunctionem, damnat.*

24 *Omnes nati ex soluto, & soluta, de æquitate canonica naturales appellantur, abusivè tamen, & pro effectu legitimationis vel alimentorum dumtaxat, non autem intestatæ successionis*, & numer. 28. & numer. 30. & 95.

25 *Intestatæ successiones a Lege deferuntur*, & num. 102., & 120.

26 *Sacri Canones quoad jura successionis prolis illegitimæ nulla ex parte Jus civile immutarunt.*

27 *Qui que hodie simpliciter naturales dicuntur, nil quoad successionis effectum differunt ab antiquis Spuriis*, & n. 28.

29 *Filius actor, nisi naturalitatem probet, præsumitur Spurius.*

31 *Qui nequit naturalis filius secundùm naturam demonstrari, haud talis efficitur assertione Patris in libro Baptismatis, ac donationis instrumento.*

32 *Naturalitatis qualitas non canonizatur Sententiis editis in Judicio adscriptionis nobilitati.*

33 *Præsertim ubi nobilitas fuerit obtenta, nullà habita contemplatione Matris.*

Et nonnisi incidenter in Sententiis enuncia-

tà

tù ejusmodi naturalitatis qualitatu, numer. 34.

34 Sententiæ, super legitimitate, aut alia simili qualitate, non principaliter, sed incidenter latæ, nocere nequeunt in alio Judicio, & inter diversas Personas.

35 Ad successionem in Judicio petitorio obtinendam, concludentes omnino requiruntur filiationis, vel naturalitatis probationes.

36 Probationes, quæ in possessario Judicio sufficiunt pro temporaris alimentis, satis esse nequeunt pro illis perpetuò consequendis.

37 Ad successionem in Judicio petitorio obtinendam satis esse nequeunt Sententiæ non principaliter super qualitate naturalitatis, sed tantum incidenter latæ.

38 Præsertim verò suffragari nequeunt contra Tertium.

39 Sola legitimatio apta est natalibus restituere Filios illegitimos.

40 Statutum Januæ, utpote ad hereditatem Filii illegitimi vocans conjunctos ex latere paterno, filiis illegitimis jura agnationis, ac proinde jura quoque tum activæ tum passivę successionis restituisse censendum est. Sed vid plura n. 44. & seqq.

41 Agnatio quoad effectus successorios a Jure civili adempta Filiis illegitimis, a Principe restitui potest.

42 Differentia inter Legitimos, & Illegitimos non a natura, sed a Lege Civili constituta.

43 Remoto impedimento Legis civilis, adimentis agnationem Filiis illegitimis, ad jus naturale fit reditus.

Cujus vigore inter descendentes ab eodem Patre jus naturalis agnationis datur, ibid.

45 Succedendi jus separabile est a filiationis, legitimitatis, agnationis, & consanguinitatis juribus, cum restitui quis possit his juribus, illoque carere, & viceversa.

46 Ratio quia eadem jura principaliter cohærent Personæ, illud verò refertur ad res.

47 Legitimatio, & restitutio jurium agnationis limitatè fieri potest quoad certos effectus.

48 Juris successorii effectus, vel separari omnino possunt ab effectibus restitutionis juribus agnationis, vel ita restitui possunt, ut limitatum dumtaxat effectum quoad successionem producant.

49 Statuti Januensis Conditores si jura agnationis Filiis illegitimis restituere voluissent, id expressè declarare debuissent, & numer. 53.

Id autem nec etiam tacitè declararunt ut ex n. 54., 55.

50 Differentia inter Legitimos & Illegitimos Filios nobiscum nata; nec ullum fuit tempus quo Illegitimi a justis Filiis non fuerint secluși.

51 Ita ex sacris edocemur Literis, & numer. 52.

53 Legitimationes plenariæ quoad jura omnia tum naturalis, tum civilis agnationis, expressà declaratione indigent, & n. 228.

54 Illegitimis in vim plenariæ eorum restitutionis ad jura agnationis, per legitimationem obtentæ, competunt tum activa tum passiva successionis jura.

55 Plenaria restitutio juribus agnationis, & & familiæ per legitimationem obtenta, eidem attribuit jura honorifica, & eum statum, quibus fruuntur Agnati legitimi.

56 Statutum Januense, filiis illegitimis necessitatem nullam imponens relinquendi Parentibus legitimam portionem, illos non plenariè restituit ad agnationis jura.

57 Post plenariam restitutionem agnationis juribus per legitimationem obtentam, Legitima portio vicissitudinariè debetur Filiis & Parentibus.

58 Statutum Januense Conjunctos ex latere paterno dispensavit dumtaxat, ut Illegitimis succedere possent.

59 Impedimenti remotio, mera dispensatio est.

60 Illegitimus non restitutus ad primæva naturæ jura, ad honores, & alia, sed capax simpliciter redditus succedendi ab intestato, legitimatus non est, sed dispensatus.

61 Legitimatio statum personæ non attingens, nec mutans, sed solùm habilitans, dispensatio, est & n. 229.

62 Statuti operatio, certum præcisum effectum respiciens, limitatur ad res, & personas, Statuentibus subditas, sicque ad alienam jurisdictionem vires suas non porrigit.

63 Statuta licet ampliora, atque obtinentia parem efficaciam ac Leges Romanorum, servanda solummodò sunt a Subditis, & quoad res, Legislatoris jurisdictioni subjectas, nec afficiunt Bona, seu hereditatem, in alieno Principatu existentem.

64 Utraque autem requiritur subjectio, Personarum, & rerum ut dispositioni Statuti sit locus & n. 66. & 111.

65 Statuta Januensia immutantia quoad successiones dispositionem Juris communis, extra Territorium non porriguntur.

66 Legitimationes a supremis Principibus concessæ, tantum valent, quantum porrigitur Legitimantis potestas.

67 Eædem ut efficaces pro successoriis sint effectibus, copulativa requiritur subjectio Personarum, & rerum.

68 Alieni Subditi legitimatio destituta consensu proprii Principis, nullum tribuere valet jus quoad Bona in alieno Territorio existentia.

69 Legitimatio alieni Subditi nequit nec ad instantiam Patris fieri a Summo Pontifice ad hoc ut Legitimatus succedat Patri in Bonis alibi sitis. Con-

Confirmatur id exemplo legitimationis denegatæ ab Innocent. III., ibid.

70 DD.Com.de Campegiis ex Imperiali Diplomate facultatem habent legitimandi Eorum autem legitimationes quoad effectus successorios ideo ratæ habentur etiam in Ditione Ecclesiastica, quia illud Pontificià authoritate confirmatum, immo de novo concessum fuit.

71 Legitimatio tunc demum quoad Bona alieni Territorii suffragari potest, quum accedit consensus illius Principis, cui Bona subsunt.

72 Legitimatio a Serenissima Januensi Republica concessa, non suffragatur quoad alieni Territorii Bona.

73 Legitimatio Imperiali authoritate concessa, non alia ratione a quibusdam asseritur vim habere quoad Bona subjecta jurisdictioni aliorum Principum, nisi ob jurisdictionem, quam habitu saltem Imperator ubique habere dicitur.

Hæc tamen ratio vera non est, ibid.

74 Legitimatio, utpote individua, Illegitimum efficere nequit Legitimum respectu unius Principatus, & secus respectu alterius & n. 79.

Intellige, talem individuitatem suffragari quidem posse respectu Personæ, non tamen quoad Bona, adeoat non repugnet, eamdem Personam capacem esse succedendi in Territorio Disponentis, non autem in alieno, n. 78. &. 89.

75 Actus voluntariæ jurisdictionis vim suam operari valet quoad res & Bona ubicumque sita.

Intellige de actibus Privatorum, non de illis, qui a Superiore fiunt, numer. 84., & 86.

76 Legitimatio est actus voluntariæ jurisdictionis.

77 Jus succedendi in consequentiam legitimationis venit; hæc autem cum sit actus voluntariæ jurisdictionis, jus illud extendere valet ad Bona ubicumque existentia.

Sed contra est; Nam jus succedendi separabile est a legitimatione, ut num. 45., & venit quidem in istius consequentiam, sed non necessariam num. 80. & vid. numer. 84.

81 Tutor principaliter datur Personæ, & in consequentiam rebus.

82 Ratio quia Bonorum administratio a tutela Personæ separari nequit.

83 Tutor personæ datus, per necessariam quamdam consequentiam datus intelligitur Bonis omnibus, etiam sitis extra jurisdictionem dantis.

84 Legitimatio est de illis voluntariæ jurisdictionis actibus, qui a Superiore fiunt.

Ac proinde non operatur vim suam in Bonis ubicumque existentibus n. 87.

85 Legitimatio dicitur donum, seu liberalitas Princpis.

86 Princeps non potest jurisdictionem suam exercere, nisi pro Bonis, in suo dominia existentibus.

87 Adoptio, tanquam actus Privati, vim suam operatur in Bonis ubicumque sitis.

88 Emancipatio inducta virtute peculiaris Statuti, sive Legis latæ a supremo Principe, plenariè a vinculo patriæ potestatis solvit Personam subditam; respectu tamen rerum, & Bonorum subjectorum Legislatoris jurisdictioni, non verò alienæ.

89 Statutum Januense Illegitimos natalibus restituit ab ipso nativitatis momento, nec dirigitur ad tempus eorum mortis, quæ si in alieno Territorio contingat, non ideo successio in eorum Bonis, sitis extra Territorium Januense, normam ab ejus Legibus sumere non debebit.

Contrarium nu. 90. ad 92., & præsertim num. 93., ubi quod ejusmodi Statutum, utpote disponens de intestata Illegitimorum successione, respexisse dicatur ad tempus mortis.

Ulterius nil refert sive tempus nativitatis sive mortis respiciat, nam ejusdem Statuti effectus metiendus non ratione temporis, sed jurisdictionis; hac autem Statuentes carent quoad Bona in alieno Territorio existentia, nu. 94.

90 Succedendi capacitas ubi de successione intestata agitur, metienda est ex tempora, quo hæc defertur.

Idem, cum de testata n. 91.

Adeo ut spectandum sit solummodò tempus mortis, num. 92.

91 Successiones fideicommissariæ regulariter normam recipiunt a causa intestati.

92 Fiscus in Bonis Illegitimi, ab intestato defuncti, non succedit nisi in subsidium, deficientibus scilicet Conjunctis ex materno latere usque ad decimum gradum inclusivè.

Fisco in successione Bonorum vacantium præfertur uxor Defuncti. Pariter in concursu Magistratus, & Collegii Fiscus excluditur ab hereditate Collegæ. Sic etiam ad hereditatem Militis & Consocii Commilito, & Consocius vocatur, excluso Fisco ibid.

Fiscum ab hæreditate Illegitimi natalibus restituti an saltem de æquitate canonica excludatur a Conjunctis ex paterno latere, quoad Bona, extra Territorium Legitimantis existentia? n. 93. 95. & seqq., ac præcipuè n. 103.

94 Mulier hæretica, ab hereditate Viri Catholici sine legitimis hæredibus defuncti, quando Fiscum excludat? & n. 106.

96 Æquiores Lege nos non decet esse.

97 *Æquitas non adjuta Legibus, servanda non est.*

Et Judex aliud judicare non potest, quàm quod Jure definitum reperitur, ibid.

98 *Bona vacantia ad Fiscum deferuntur tamquam ad communem Parentem.*

99 *Fiscus cum Bona vacantia capiat beneficio Legis, nullà ratione odii notari potest.*

100 *In successione deferenda non favor materiæ, sed Juris dispositio spectando.*

101 *Fisci exclusio inducta in casibus a Jure decisis, & expressis, trahenda non est ad casus, Doctorum authoritate collectos.*

102 *In materia successionis non est facienda extensio.*

103 *Legitimatio Conjunctis ex paterno latere nequit suffragari in præjudicium Fisci alterius Principis.*

104 *Eisdemque sat non est unicum adferre exemplum rerum judicatarum, in similibus Causis editarum.*

105 *Consuetudo ita judicandi quando introducta dicetur?*

107 *Cum muliere hæretica verum est Matrimonium.*

Et Sac. Rot. *Baronem quemdam ad Matrimonium cum hæretica ineundum teneri, censuit propter sponsalia, cum eadem contracta*, ibid.

108 *Fiscus hereditatem capit uti ab indigno, non autem ab incapace.*

109 *Intestata hereditas delata ad hæreticum, vindicari nequit a Fisco.*

112 *Legitimato absque Agnatorum consensu succedere poterunt ipsi Agnati, non ille autem his.*

113 *Legitimatio a proprio Principe obtenta, Consanguineis Legitimati prodest etiam quoad Bona alterius Territorii, a cujus Principe eodem legitimatio adprobata fuerit*, & n. 117.

114 *Legitimato succedere poterunt Collaterales Patris, quando is legitimationi consenserit*, & n. 117.

116 *Constitutio S. Pii V. licèt Illegitimis legitimatis non sustulerit passivam successionem in Bonis Clericorum, tamen Jus commune, quod illam adimit, non immutavit.*

118 *Præsumpta Defuncti conformatio patriis Legibus ex quibus desumi valeat?*

119 *Defunctus qui animo domicilium originis retinuit tunc præsumitur se conformasse patriis Legibus cum de dubia illius dispositione interpretanda agitur.*

Secus, cum testamentum deficit, ibid.

120 *Deficiente testamento, hereditas non ex dispositione Defuncti, sed ex Lege deferri dicitur.*

121 *Succedens ab intestato non habet formalem titulum ab Homine, sed a Lege.*

122 *De voluntate Defuncti licèt certò constet ex illius verbis, vel ex testamento, quod irritum ex aliquo defectu remanserit, ejus tamen intestatam hereditatem capiant ii, qui a Lege vocantur.*

123 *Præsumiturque idem Defunctus voluisse ut secundum diversitatem Legum, quibus obnoxia sunt patrimonia, ab ipso relicta, diversimodè etiam successio deferatur.*

124 *Ex præsumpta Defuncti conformatione patriis Legibus nequit elici tacita illius voluntas, operativa quoad omnia ejus Bona ubicumque existentia.*

125 *Civitas, & jura ex origine quæsita, indelebilia sunt quoad jura sanguinis, at non etiam quoad subjectivam jurisdictioni Legis ordinariæ, ceterosque civiles effectus*, & n. 150.

Quoad hos enim extinguuntur domicilio alibi contracto, ibid.

Quænam autem sint ejusmodi jura sanguinis? num. 147. 148 & 149.

126 *Defunctus Legibus Loci, in quem ipse lares traduxit, & fixit, se conformasse præsumitur.*

127 *Ad tunc autem effectum non oportet iisdem ipsum Legibus subjectum esse.*

128 *Duplici concurrente domicilio, originis, & habitationis, sive incolatus, præsumpta conformatio voluntatis Defuncti referenda potiùs est ad Statutum Loci habitationis, non originis.*

Hæcque est receptissima Doctorum, & Tribunalium opinio ibid.

129 *Contrariæ authoritates declarentur*, & numer. 132.

130 *Domicilio originis præferendum illud incolatus.*

131 *Constitutio san: mem: Innocentii XI. disponit, quod deficiente expressà declaratione contrariæ voluntatis Defuncti, præsumendus hic semper sit, se conformasse Statutis Locorum, in quibus Bona sunt sita.*

133 *Statutum deferens successionem præter Jus commune, non extenditur ad Bona alterius Loci, cujus Statuto quis ante mortem per domicilium, & incolatum se subjecit.*

134 *Domicilium sola decennali habitatione contrahitur.*

135 *Domicilii mutatio faciliùs præsumitur, si quis relicto Principatu, cui erat Subditus, ad alium se contulit.*

Domicilii adquisitio in Loca incolatus rigorosas non exigit probationes, quando allegatur pro elicienda dumtaxat confor-

ma-

matione voluntatis Defuncti Statuto ejus Loci, ibid.

Secus verò esset, si Forensis, ante domicilium longo incolatu quæsitum, beneficio Statuti juvari vellet, ibid.

Loca Montium Stabilibus æquiparantur.

Ex adquisitione Locorum Montium, seu stabilium, incolatus inducitur, novumque domicilium contrahitur, ibid.

Et ubi Bonum, ibi Patria, vulgatum adagium est, ibid.

Immo ex hujusmodi adquisitionibus, antiquum originis domicilium relictum censetur, ibid.

Facta sunt potentiora verbis; illisque meliùs explicatur Viventis, aut Defuncti voluntas, ibid.

Cum facta effectum ipsum ostendant, verba verò aliquando contra voluntatem loquentis proferantur, ibid.

136 Testes, non de voluntate Defuncti deliberata, sed de simplici quadam illius velleitate deponentes, nullo numero habendi.

137 Testibus fidem adimit inverisimilitudo.

138 Verisimilitudo fidem Testibus conciliat.

139 Testis unicus non probat.

Præcipuè in conflictu plurium contrariorum Testium, ibid.

140 Præsumpta Defuncti conformatio Statuto specialiùs elicitur ex iis, quæ ab ipso dicta fuerint sub extremum ejus vitæ tempus.

141 Animus adquirendi in Loco habitationis domicilium rectè arguitur ex destinata ibi à Defuncto, sui cadaveris tumulatione.

142 Mercator, Curialis, Scholaris, atque his similes personæ ex diuturna habitatione domicilium contraxisse non dicuntur, nisi de animo illud contrahendi constet.

De quo si doceatur, domicilium solà decennali habitatione contractum dicitur, ibidem.

143 Mercator in dubio domicilium ex sola decennali habitatione contraxisse præsumitur.

144 Animus retinendi originarium domicilium suffragari valet quoad originarias Patriæ prærogativas, at non etiam ad effectum subjiciendi patriis Legibus Bona alibi possessa.

145 Legitimatio nedum Principis authoritate, sed certà ac solemni formà fieri debet, derogando Legibus clausis in corpore Juris, & num.155.

146 Ad legitimationem licèt Patris consensus requiratur, nihilominùs non Pater, sed Princeps legitimare dicitur.

147 Actus adscriptionis patriæ nobilitati nil impedit, quominùs ex diuturna habitatione domicilium alibi adquiratur.

148 Defuncti protestatio, se esse Bergomensem non impedit alterius domicilii adquisitionem, sed requiritur protestatio clara, se novum domicilium contrahere noluisse.

149 Inter Illegitimum, & Conjunctos per medium maternum quadam adest naturalis conjunctio, cujus vigore is dicitur de parentela Patris.

151 Naturales, & Illegitimi ex generali consuetudine dicuntur de domo Patris, feruntque illius arma.

152 Non tamen de domo, familia, & agnatione Patris quoad civiles, & successorios effectus dicuntur.

153 Interventus Illegitimi in actu, requirente interventum Proximioris successibilis, nullo numero habendus.

154 Immo talis actus irritus censetur.

155 Multòque minùs suffragari poterit Conjunctis ex latere paterno, ut eidem Illegitimo succedere valeant.

156 Ex scientia unius Capituli Statuti nequit inferri ad scientiam alterius.

157 Ex generica scientia, resultante, ex mentione alicujus Instrumenti vel Statuti, elici nequit specifica, atque individua scientia eorum, quæ in illis continentur.

158 Nil volitum, quin præcognitum.

159 Enunciatio Statuti facta cum adjectivo = nostro = non innuit voluntatem se conformandi illius dispositioni.

160 Testator si patrio Statuto se conformare voluisset, non revocasset testamentum, ad illius formam conditum.

161 Revocans testamentum cum declaratione, quod ab intestato decedere vult, an ideo censeatur vocasse Proximiores ab intestato succedentes?

Vel saltem an ex tali revocatione resultet Defuncti voluntas vocandi, juxta patrias Leges, Conjunctos ex latere paterno, alioquin in illius, utpote illegitimi, hereditate succedere non valentes? num.162. ad 166., & præsertim num.167. & seq., ac num.176.

Et quid concurrente duplici domicilio, originis, & habitationis? num.177. & 181.

162 Revocationi testamenti addita clausula = non solum isto, sed etiam omni alio meliori modo = vim tribuere dicitur specialis institutionis favore heredum, ab intestato venientium.

164 Revocans testamentum cum declaratione quod vult intestatus decedere, an, & quando censeatur decedere velle cum voluntate dispositiva favore Legitimorum heredum, vel potius permissiva?

Doctores distinguunt casum, in quo simpliciter sic declaraverit, ab alio, in quo declaraverit id facere, ut Legitimi succederent heredes, vel designaverit Personas succedere debentes; Et in primo docent, venientes ab intestato voluntate merè permissivà vocatos censeri, num.170. & seqq.

Nec aliud de novo eam declarationem operari, censent, nisi remotionem prioris testamenti, ibid. & n.173.

165 In secunda testamenti revocatione omissa, declaratio illa = volens potiùs ab intesta-

to decedere =, consultò omissa censetur, ut res relinqueretur sub Juris communis dispositione.

166 Secundæ testamenti revocationis ea sequenda est interpretatio, quâ actus ejusmodi inutilis non reddatur.

168 Vicissitudinaria successio, Jure agnationis, & consanguinitatis a Legibus determinata, aliter stare nequit.

169 Illegitimus nequit sibi in Agnatos ab intestato successibiles constituere Conjunctos ex paterno latere.

170 Revocans testamentum, ut decedat intestatus, non testatus, sed verè intestatus mori dicitur.

171 Titulus testati, tamquam à suo forma, pendet à voluntate testandi, ita quidem ut dari sine eâ non possit.

172 Titulus testati, & titulus intestati suàpte naturà sibi invicem adversantur.

174 Succedens ab intestato non habet formalem titulum ab homine, sed à Lege.

175 Clausula = omni meliori mdo =, utpote suàpte naturà roborans dumtaxat, & confirmans actum revocationis testamenti, nequit illum de permissivo dispositivum, & de negativo affirmativum efficere.

178 Revocatio testamenti ut ad præsumptam conformationem patrio Statuto referri valeat, requiritur praexistens Defuncti dispositiva voluntas.

179 Statutario dispositio nequit vigore permissivæ dumtaxat voluntatis Defuncti, vires suas porrigere ad Bona, alienæ jurisdictioni subjecta, & num. 185.

180 Bonorum delatio ab intestato diverso jure censenda est, juxta diversitatem Legum, Statutorumque, in diversis territoriis vigentium.

182 Heredes legitimi habent tacitam voluntatem Disponentis; & nihilominùs succedere dicuntur ab intestato, non ex testamento, & num. 183. & 184.

184 Omnis decedens intestatus videtur instituere illum, qui ab intestato succederet; intellige, ut ibid.

185 Qui permittit, non agit.

186 Revocatio testamenti voluntatem Defuncti merè permissivam continens, prodest etiam Fisco.

187 Atque eadem non ita est interpretanda, ut, Fisco excluso, quilibet alius Conjunctus admitti debeat.

188 Renunciatio, utpote actus voluntatis dispositivæ; deficientibus Renunciatariis, resolvitur favore heredum, excluso prorsus Fisco.

189 Idem in donatione; si modò pactum reversivum contineat, aliter namque Fiscus succedit.

190 Fiscum sola dispositiva voluntas, non autem permissiva excludit.

191 Ex constitutione Julii III., ejusque confirmatoriis Constitutionibus Pii IV., & Pauli V. Rev. Cameræ, & Fiscus excluditur successione Exterorum, & Forensium in Urbe decedentium, & num. 193. & 209.

192 Quinam autem pro hujusmodi effectu appellatione Exterorum, & Forensium veniant, & qui secus?

193 Constitutiones confirmatoriæ nil de novo disponere censentur.

194 Ejusmodi Constitutiones comprehendunt dumtaxat Forenses Ecclesiasticos, eorumque Bona, ex redditibus ecclesiasticis quæsita, non autem Bona patrimonialia, & laicalia, & num. 199. & seqq.

Neque ad hæc extenditur earum dispositio virtute illius dictionis = etiam = n. 196. & 199.

195 Dictio = etiam = utpotè ampliativa, connotare dicitur subjectum aliquod, cui augmentativè adhæret.

196 In Rescriptis tamen plerumque non ampliativè, sed explicativè accipitur.

197 Ex ea proinde induci non debet ampliativa interpretatio derogans dispositioni Juris communis.

198 Præsertim verò in præjudicium Disponentis.

199 Verba = nisi Beneficiati extent = vim habent exceptionis.

200 Exceptio firmat regulam in non exceptis.

201 Rescripti partes antecedentes, & subsequentes, intermedias declarant.

202 Appellatione Juris communis venit dumtaxat Jus civile Romanorum, non autem Jus municipale, quod non extenditur ultra Ditionem Statuentium.

203 Prædicta Constitutio Julii III. præscribit, Bona deferri juxtà Juris communis dispositionem, & favorem legitimorum heredum respicit.

204 Eorum proinde favore cessante, locum illa non habet.

205 Summus Pontifex peculiaribus Statutis conformare se voluisse censeri nequit, cum eadem ignorasse præsumatur.

206 Præsumitur autem, se Juri communi conformasse, si nominatim, & taxativè retulit se ad illius dispositionem.

Quo casu taxativè etiam locutus dici debet de Personis, & Heredibus illis, qui eo Jure ad successionem vocantur.

207 Eadem Constitutio Julii III. non derogasset ordinationibus Capitulorum, de Beneficiatis disponentium, nisi de spoliis dumtaxat ecclesiasticis, & Beneficiatis disposuisset.

208 Exterus, & Forensis laicus decedens in alieno Principatu, liberè ex testamento disponere potest de Bonis suis, illaque legitimis heredibus ab intestato relinquere.

209 Constitutio Pauli V. Indultum Julii III., & Pauli IV. extendit ad Cives etiam originarios Urbis.

210 Proindeque intelligenda est de spoliis ecclesiasticis; hujus ratio n. 112.

211 Ori-

211 *Originarii Cives Urbis facultatem disponendi de patrimonialibus Bonis à Jure communi habent, nec ullo ad id Indulto indigent.*

212 *Constitutiones Julii III., Pii IV., & Pauli V. quam amque succedendi incapacitatem Exterorum Successoribus tollendo intellexerunt de habitualiter capacibus, sed accidentaliter impeditis, non verò de Personis à Jure communi exclusis.*

213 *Summus Pontifex restituens accidentaliter impedito exercitium Juris succedendi, non ideo censetur Jura successionis tribuere voluisse illi, qui in radice eisdem carebat.*

214 *Ex facultate Exteris, & Forensibus à Summo Pontifice tributa activè disponendi favore Illegitimorum, aliarumque Personarum, de Jure incapacium, inferri nequit ad passivam successionem respectu eorumdem.*

215 *Pontificis Indultum, contra illius mentem extendi nequit.*

216 *Constitutio per non usum jam abolita, frustra adfertur.*

217 *Non usum alicujus Constitutionis probare potest sola Summi Pontificis assertio, deliberato consilio emissa.*

218 *Renovatio antiquæ Legis supponit, illam in desuetudinem abiisse.*

219 *Constitutionis* Sixti V. *verba illa* = Nec non Bona sinè heredibus decedentium in Curia &c. vel extra eam, ubique quomodolibet vacantia =, *utpote tàm Subditos, quàm Exteros comprehendentia, in tota sua latitudine intelligenda sunt, & quemcumque casum complecti dicuntur.*

220 *Observantia optima dicitur Apostolicarum Constitutionum interpres.*

Eademque eò fortiùs urget, quando constata reperitur ex actibus tum affirmativis, tum negativis, ibid.

221 *Rev. Camera semper, tamquam vacantem, apprehendit hereditatem Exteri, sinè Heredibus, vel Consanguineis in Urbe defuncti.*

222 *Neque ullum adduci potest exemplum, quod Deputatè Nationum manus adposuerint hereditatibus ejusmodi vacantibus.*

223 *Pontificiæ Constitutiones tacito Superiorum consensu rediguntur ad inobservantiam.*

Tametsi munitæ reperiantur clausulà Sublatà, & Decreto irritante, ibid.

224 *Constitutiones Julii III., & Pii IV. contrario usu abrogatæ.*

225 *Abrogatio præcedentis Constitutionis satis resultat ex derogatoriis clausulis in posteriori contentæ.*

226 *Successiva observantia contrariæ Legi derogat.*

227 *Nec ullo indiget tituli adminiculo, si uniformis, nulloque contrario actu elisa, ac præcipuè si centenario lapsu temporis coadjuvata.*

Quo casu exuberat præsumptus titulus, ex implicita Supremi Principis consensu elicitus, ibid.

230 *Dispensatio ad unum limitatè effectum concessa, suffragari nequit quoad alium.*

Exemplo illius, qui per professionem in Religione dispensatus ad Ordines, dispensatus censeri nequit ad Dignitates assequendas, ibid.

231 *Facultates concessæ Equitibus S. Petri, & Piis, doctorandi, & legitimandi, abrogatæ fuerunt.*

232 *Legitimationes in Urbe ab Archivii Scriptoribus conceduntur.*

IMMOTA, & inconcussa sunt in hac parte exclusiva DD. de Pallavicinis, & de Lomellinis ab hereditate intestata Marchionis Nicolai Mariæ Pallavicini fundamenta *Voti* in hac causa editi, & successivæ Sententiæ Illustrissimi D. Thesaurarii Generalis, quæ propterea in isto capite omnimodam confirmationem expectat, sicuti obsequentissimè supplicamus.

Literalis siquidem est dispositio *Textuum in leg. hac parte 2., leg. si Spurius 4., & leg. Modestinus ff. Undè cognati*, necnon concordantis
§. Vulgò quæsitos Instit. de success. cognator.,
& alterius *§. Filium Auth. quibus mod. naturales efficiantur sui*, per quos omnes firmo cal- 1
culo arcentur ab hereditate intestata Filii illegitimi, Conjuncti ex latere paterno, & admittuntur solummodò *Mater, & Frater, eàdem Matre natus*, ut in eisdem juribus perspectum habemus, & specialiùs in memorata *leg. si Spurius 4. ff. undè cognati*, eà quidem vivissimà 2
allegatà ratione, quod nempè, cum inter Illegitimum, & Conjunctos ex parte Patris, semper incerti, nulla sint Jura agnationis, seu consanguinitatis, ab eodem Patre derivantia, quæ 3
consanguinitas species agnationis est, ut legitur *dicto §. Vulgò quæsitos Instit. de success. cognator.*, cessat in consequens causa productiva successionis, quæ à dictis Juribus agnationis, & consanguinitatis, tanquam à suo vero principio, & fonte dimanat, adnotata per *Bald. in* 4
Authent. licèt Cod. de natural. liber., Alexand. cons. 57. ad fin. lib. 4., Cravett. cons. 138. n. 7., Mart. cons. 63. num. 2. & *seqq., Anton. de Rosell. de succes. ab intest. fol. 665., Reyes in Epitom. success. cap. 20. num. 136., Lup. de Illegitim. comment. 1. §. 2. num. 4. & 5., Lucidor. eodem tract. cap. 13. num. 5., Peregrin. de jur. Fisc. lib. 3. cap. 18. & 26.*

Qua retenta elementari propositione, sicuti certum est, quod Filius illegitimus succedere nequit Conjunctis ex latere paterno, secun- 5
dùm *Textum* apertum *in leg. communium Cod. de natural. liber., Abbas in cap. Cum haberet num. 11. de eo, qui duxit in Matrim. quam poll., Paul. de Castr. in leg. si is, qui ex bonis num. 6. ff. de vulgar., & pupill., Azo in Summ. Cod. de natural. liber. num. 12., Cravett. cons. 138. num. 3., Alexand. cons. 57. n. 3. lib. 4., Joann. de*

de Anan. conf.95. num.1., Dec. conf.315. n.1., Anton. de Rosell. de success. ab intestat. n.17. inter tract. magn. tom.8. par.1. fol. mihi 350. à tergo, Benedict. de Barz. de fil. non legitim. nat. num.20. inter tract. magn. dicto tom.8. par.2. fol. mihi 26. à ter., Ludovic. de Sard. de natural. liber. & success. eor. par.3. num.4. pariter inter tract. magn. d. tom.8. par.2. fol. mihi 43. à ter., Gamma decis.3. num.1. & seqq., Merlin. de legitim. lib.1. tit.2. quæst.4. sub num.15., ita dicti Conjuncti per medium paternum non
6 capiunt hereditatem Illegitimi, qui ipsis non
successisset, juxtà Textum expressum in §. final. vers. in quibus enim casibus Auth. quibus mod. natur. effic. sui, & ex eo tradunt Azo in Summ. Cod. de legit. hæred. num.11., Bart. in leg. final. num.5. vers. quæro quid contra ff. de his quib. ut indign., Marsil. in leg. si quis viduam num.16. ff. de quæstion., Bald. cons.239. ad fin. vers. considerandum est lib.2., Alexand. cons.57. n.3. lib.4., Surd. de aliment. tit.4. quæst.18. n.54., Royas in Epitom. success. cap.20. n.135., Lup. de Illegitim. comment.1. §.2. num.3., & §.5. num.162. ad fin., & num.164. cum seqq., Lucidor. eod. tract. cap.13. num.5., Mart. de success. legal. par.3. quæst.12. art.1. num.30., Antunez de donat. par.3. cap.18. num.57.; In hac enim materia successoria ab intestato statutum est jus vicissitudinarium, & recipro-
7 cum, ut videlicèt ille nobis succedat, cui nos
succedimus, & ex opposito denegetur successio Personis, inter quas mutua consistere nequit, ut probant ad literam recitati Text. §. Filium verò, & §. final. vers. mox citato Authent. quib. mod. natural. effic. sui, Bald. cons.239. erga fin., & vers. considerandum lib.2., Cravett. dicto consil.138. n.7., Anton. Gamen ad leg.9. Thaur. num.46. & seqq., Lucidor. de Illegitim. cap.13. num.5., Covar. de success. ab intest. post num.13. vers. decimatertia conclusio, Matthesilan. eodem tract 2. membr. art. 2. principal. n.7. & 9. Tractat. divers. de success. fol.564., Oliver. Textor. eodem tract. num.13. fol.712., Paleott. de Noth. & Spur. cap.39. num.4., Lup. de Illegitim. comment.1. §.2. num.4., Peregrin. de jur. Fisc. lib.3. tit.18. n.26. & 29., & de fideicommiss. art.22. num.82., Guttierez practic. quæstion. lib.2. quæst.102. num.3., Ludovic. de Sard. de Natural. liber. & success. eor. dicta par.3. n.4. inter tract. magn. loc. supra citat., Antunez de donac. par.3. cap.18. num.57., Card. de Luc. de testament. disc.49. num.4. de success. ab intestat. disc.10. num.10., Castill. controvers. jur. lib.5. cap.67. num.32., de Luca de linea legal. lib.2. art.4. num.5. vers. Consanguinei Patris, Gamm. dicta decis.3. n.4. & seqq.; Et hoc adeò verum est, ut successio
8 deferenda etiam jure non scripto, sed simpli-
citèr consuetudinario, adempta censetur, quotiès eadem vicissitudinariè non competit, vel competere non potest, sicuti de consuetudine vigente in Gallia, cujus virtute Parentes non succedunt naturalibus, quia viceversâ isti illis non succedunt, testimonium perhibent Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius vers. & uxorem nomine Adelasiam num.710. de Testam., Cassan. in consuetud. Burgund. rubr.8. §.3., Oliver. Textor. de success. ab intestat. num.35. fol.707., Maturin. Montan. de hæred. ab intestat. venien. de tert. spec. liberor. num.9. ad fin. dicto tractat. divers. fol.740., Lup. de Illegitim. comment.1. §.2. num.12. vers. in Gallia.

Et hinc derivat indubitabilis illa consequen-
tia, quod, si Illegitimus, qualis erat Marchio 9
Nicolaus Pallavicinus, decedat sinè testamento, & nullis relictis Descendentibus, itidemque deficiant Conjuncti per medium maternum, quos dumtaxàt jura nostra ad illius intestatam successionem admittunt, Fiscus jure suo Regali capit Bona uti vacantia, & tanquàm heres anomalus, nequaquam curatâ existentia Conjunctorum ex latere paterno, qui nullo numero habentur, nec etiam ad Fisci exclusionem, ut pro veritate scribens Cravetta d. cons.138., per hæc verba concludit = *Ego quidem molestè fero in gratiam ipsius Nobilis Abtiæ rescribere non potuisse, utpotè Matris magnifici, & nobilissimi Viri Don Theodori Molani Compatris mei Regii, & Delphinalis Patroni Generalis; Sed enim amicus Plato, amicus Cicero, magis tamen amica veritas* = Et pro Fisco paritèr in his terminis responderunt Corn. cons.234. col. penult. lib.4., Capr. cons.136., Lup. de Illegit. comment.1. §.2. num.5., & sub num.16., Cassan. in consuetud. Burgund. rubr.8. §.1. num.1., Covar. in Epitom. de Sponsal. par.2. cap.8. §.5. num.17. & 19., Oliver. Textor. loc. mox citat. ibi = *Undè si Bastardi non legitimati moriantur ab intestato sinè liberis, sicuti tunc ex consuetudine Regni ipsi nemini succedunt, sic etiàm nemo Parentum eis succedere potest, acsi nullos Parentes haberent, sed Fiscus ipsis Bastardis mortuis sinè Liberis legitimè ab intestato succedet* =, Peregrin. de jur. Fisc. lib.3. titul.18. num.26., idem de fideicomm. art.22. num.82., ubi in fine ait, ita à Senatu Veneto bis fuisse judicatum ad favorem Fisci, Paleott. de Noth. & Spur. cap.41. n.4. inter tract. magn. tom.8. par.2. fol. mihi 64., Merlin. de legitim. lib.1. tit.2. quæst.5. numer.54., Antunez de donat. par.3. cap.18. n.57. & seqq., Ciroc. discept.136. num.64.

Adversùs quod firmissimum, ut diximus, Juris fundamentum inconcussis regulis stabilitum, tametsi multa ingenioso apparatu deducta fuerint à disertissimis Defensoribus DD. Marchionum de Pallavicinis, atque Lomellinis in eorum luculento Restrictu; nil tamen est in substantia veritatis, quod illius subsistentiam concutere, immò debilitare valeat; nam juxta methodum, ab ipsis tentam, ordinatè procedendo, quatenùs priori loco dicitur, quod recitata jura, utpotè loquentia de Spuriis,
locum sibi vindicare nequeunt in hereditate 10
Nicolai Mariæ Pallavicini, Filii non spurii, sed naturalis Caroli Pallavicini, ut probatum supponunt, tum ex paterna assertione in fide Baptismatis, Instrumentoque donationis, tum

ex

ex dupliei Judicio Senatus Januensis super exe-
cutione ejusdem donationis, & adscriptione
dicti Nicolai Mariæ ad Januensem nobilita-
tem.

Facili negocio nos ab objecto expedire pos-
semus, tutissimâ assertione replicando, quod
Leges interdicentes successionem Conjunctis
per medium paternum, nomine Spuriorum
comprehendere voluerunt quoscumque illegi-
time natos, & sie etiam simpliciter naturales,
ut patet ex traditis per *Bart. in leg. fin. col. 1.*
vers. quæro an succedat Matri ff. de his quib. ut
indign., *Jacob. de Puteo inter cons.*, *Calvan. con-*
sil. 62. col. 2., *Alexand. cons. 174. in fine lib. 5.*,
Capr. cons. 108. col. 3. in fin., *& cons. 138. n. 6.*,
ibi = *Et si dicas, illa jura loquantur in Spuriis*
non in Naturalibus, respondeo, quod in illis Le-
gibus verbum Spurius capitur generaliter pro
omnibus, qui nascuntur ex coitu non damnato à
jure, & sic etiam pro Naturalibus = ; *Et infra*
nu. 8., *Oinotim. de tert. ordin. succedend. tit. 1.*
§. De successione fratrum naturalium libr. 3.,
Gomez. ad leg. 9. Thaur. sub num. 46., *Paleott.*
de Noth. & Spur. cap. 16. sub num. 6., *Gulielm.*
de Benedict. in cap., *Raynutius verb. & Uxorem*
nomine Adelasiam num. 141., *Gamm. dicta de-*
cis. 3. num. 1. ; nam ratio exclusiva, quæ uni-
cè consistit in defectu Jurium agnationis, &
consanguinitatis, à quibus titulus successorius
dimanat, æquè verificatur in quibuscumque
11 illegitimis, etiam naturalibus, qui adinstar
aliorum, dictis juribus activè, & passivè desti-
tuti sunt respectu Conjunctorum per medium
paternum, optimè *Cravett. cons. 138. ex nu. 3.*
usque ad 12., *Lup. de illegit. comment. 1. §. 2. n. 4.*,
Anton. Gomez. ad leg. 9. Thaur. n. 46. & seqq.,
Paleott. de Noth., *& Spur. cap. 39. numer. 4.*,
Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 3. tit. 18. num. 26., *&*
de fideicomm. tit. 22. num. 82.

Admittere tamen nequimus, signanter ad
effectus successionis, in antedicto Marchione
12 Pallavicino præsuppositam qualitatem nativi-
tatis naturalis, prout sonat in quíd distinctum
à nativitate spuria; Ultra quod enim filiatio
hæc naturalis concludenter verificanda esset ab
allegante, eodem prorsùs modo, quo legiti-
mitas dilucidam probationem requirit ex parte
13 illius, qui in ea se fundat pro vindicanda here-
ditate, *Natta cons. 421. nu. 3. & 9.*, *Bertrand.*
cons. 135. num. 2., *& cons. 158. lib. 2.*, *Cravett.*
cons. 166. num. 3., latè *Cæsar Manent. cons. 139.*
num. 8. & plurib. seqq., *& cons. 145. num. 10. &*
pluribus seqq., *Mascard. de probat. conclus. 1085.*
num. 4. lib. 2., *Pacian. eodem tract. lib. 2. cap. 17.*
num. 22. & seqq., *Pegas. de success. in erect. Ma-*
jorat. part. 2. cap. 9. num. 455. & seqq., ubi quod
Illegitimi probare debent eorum qualitatem
naturalem tantùm, nè sint melioris conditio-
nis, quàm legitimi, qui semper, ut Patri
14 succedant, probare tenentur Matrimonium
verum, vel præsumptum Parentum suorum,
aliàs non admittuntur, *Rot. in disc. ad decis. 808.*
impress. post decis. 811. part. 1. diversor. num. 8.
& 9.

Illa incontinenti cessat, revocando ad me-
moriam, quod incerta est Mater ejusdem
Marchionis Pallavicini; Quandoquidem sum-
mo studio, & mysterio ejus nomen reticitum
fuit, tum in fidibus Baptismatis, & Confir-
mationis, tum in ceteris actibus publicis, ex
quibus validum ejusdem testimonium depre-
hendi potuisset. Et, licèt Domina Maria Hie-
ronyma Arnalda, altera ex Colliligantibus,
quondam Antoniam Calciam pro Matre exhi-
buerit, plenè tamen demonstratum fuit in al-
tero Restrictu super ejus prætenso Jure edito, 15
quod dicta Antonia Calcia semel fortassè, vel
iterum gessit figuram Matris commentitiæ, &
supposititiæ, datâ opportunâ, & conferenti
occasione, quin vel per umbram usurpare queat
gradum Matris veræ, totis conatibus occulta-
tæ, ex motivis adhuc in abscondito manenti-
bus. Impossibile est ergo attribuere Marchio-
ni Pallavicino qualitatem verè naturalis, præ-
cipuè exposcentem certitudinem, nedum
Matris, sed etiam status, ac conditionis ejus-
dem, ut probè advertunt *Fulgos. in leg. quoties*
sub num. 1. ff. de probat., *Ancharan. cons. 225.*
num. 5. in fin., *Barbat. cons. 27. sub numer. 12.*
lib. 1., *Bero cons. 20. num. 25. lib. 2.*, *Rimiuald.*
Jun. cons. 187. num. 83. lib. 2., *Cæsar Manent.*
cons. 139. n. 20., *Asyn. in tit. de filiat. cap. 150.*
& cap. 249. num. 2., *Pegas. de majorat. part. 2.*
cap. 9. num. 455. & seqq

Quà equidem probatione in puncto certitu-
dinis Matris rigidius obstringuntur DD. Mar-
chiones, sive quia Mater, secundum naturam
semper certa, talis quoque in judicio demon-
stranda est, stante facilitate evincentis demon- 16
strationis, quæ io illa, ad differentiam Patris,
considerari solet, ut præter adductos in præ-
citato *Voto art. 2. §. 2.*, consentanee docue-
runt *Roym in tractat. de majorat. part. 2. cap 9.*
dicto num. 455., *Quæsada controvers. forens. 16.*
num. 18., *Arias de Mesa variar. resol. lib. 8.*
cap. 39. num. 3., *Gulielm. de Benedict. in capit.*
Raynutius vers. quæ filium ex eo suspiciens sub
numer. 15. de testam., *Mascard. de probat. con-*
clus. 787. nu. 8., *Menoch. de arbitr. cas. 89. n. 3.*
& 4., sive etiam quia Actor in Judicio se fun-
dans in qualitate naturalitatis, & correspecti-
va Matris certitudine fundamentum hoc suæ 17
intentionis validiori munimento constabilire
tenetur, *Bertazz. cons. 135, num. 1. & 2. lib. 2.*,
Cravett. cons. 166. num. 3. & 4., *de Pret. con-*
sil. 18., *Turret. cons. 67. numer. 18. lib. 1.*, *Ber-*
traud. cons. 158. in fin. lib. 2., *Trentacinq. con-*
sil. 71. num. 12. & 13. lib. 1., latè *Cæsar Manent.*
in cons. 436. num. 8. & seqq., *& cons. 145. n. 14.*
& seqq., *Menoch. cons. 60. nu. 1. & 12.*, *Natt.*
cons. 411. num. 2., *Pegas. de success. & erect. ma-*
jorat. d. cap. 9. num. 459. & seq., *Tell. Fernaud.*
in leg. 2. Thaur. num. 4. & 5., *Matienz. in l. 9.*,
gloss. 3. num. 7., *Mantic. de conject. lib. 6. tit. 18.*
num. 34., *Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 3. tit. 18.*
num. 12., *Pegas. ubi supra num. 467. & seqq.*,
& benè *Rota in disc. ad decis. 808. impress. post*
de-

decis.811. part.1. diversor. num.10., Ibi = Et
hoc maximè procedit in casu nostro, in quo Mar-
cellus est Actor, qui pro fundamento intentio-
nis suæ debet probare, se esse naturalem =.

Non sistunt hic argumenta dictam qualita-
tem Filii naturalis negantia respectu Marchio-
nis Pallavicini, nam, dato millies, & per
negatam hypothesim, quod de certa Matre
constaret, vel constare posset, non per hoc
18 dignitatem, & titulum Filii naturalis posset
usurpare, quia secundùm ethymologiam ipsam
nominis Filiorum naturalium, tales nuncupan-
tur illi, qui in generatione sequuntur prolem
legitimam, & naturalem, quam propterea
cum ad sensum Juris imitari solummodò di-
cantur Filii illi, qui suscipiuntur ex vera Con-
cubina domi retenta, ob omnimodam simili-
litudinem, quam habet status, & conditio
ejusdem cum illo Uxoris, à quo olim solà di-
gnitate differre, & discriminari censebatur, ex
Text. in leg. item legati §. Parvi ff. de legat.3.,
Natt. cons 623. num.2., Oldrad. cons.196. n.2.,
Mascard. de probat. conclus.340. nu.10., Surd.
de aliment. tit.1. quæst.9. nu.11. & seqq., Torr.
de Majorat., & Primog. Ital. tom.1. capit. 28.
num.50., hinc est, quod illi dumtaxat com-
20 pellantur Filii naturales, qui nascuntur ex mu-
liere unica in domo retenta, atque tractata
conjugali affectu, à cujus complexu in figura
Matrimonii Pater ullo nec cognationis, nec
agnationis impedimento, aliove jure prohibe-
batur, Azo in summ., Cod. de natural. liber.
num.2., Bart. in leg.1. eod. tit., Joan. Andr.
in rubric. qui fil. sunt legitim., Honded. cons.68.
num.6. lib.1., Adden. ad cons.125., Alexand.
lib.5., & priùs idem Alexand. cons.60. num.8.
lib.2., Menoch. lib.2. præsumpt.54. num.4., Ro-
bles de repræsentat. lib.2. cap.11. nu.7., Copyc.
Lotr. decis.166. num.95. & seqq.

Ceteri verò extra domum suscepti ex certa
muliere incustodita, & non retenta sub rigo-
roso schemate concubinatus, tametsi soluta
21 esset, & nil inter Amasios prohiberet vincu-
lum matrimoniale, numerari nequeunt inter
verè Naturales, sed veniunt sub generica clas-
se Spuriorum, quemadmodum uno ore affir-
mant Bald. in leg. eam, quam col.7., Cod. de
fideicommiss., & cons. 262. vol.1., ubi quod
pauci sunt verè Naturales, propter multa, quæ
requiruntur ad concubinatum, Bertrand. con-
sil.135. num.3. part.2., Natt. cons.421. num.3.
& 8. tom.2., Honded. cons.68. num.7. lib.1., Ol-
drad. cons.196. num.2. & seq., & ibi Raynald.
Corsi in addit. lit.B., ubi, quod susceptus ex
muliere, quæ in domo non habitabat, non
dicitur Naturalis, sed Spurius, Surd. de ali-
ment. tit. 1. quæst. 9. num. 18., Lup. de illegit.
comment.1. §.1. à num.1. & seqq., & præcipuè
n.4., Paleott. de Noth., & Spur. capit.12. n.3.,
Petr. de fideicommiss. quæst.11. n.171., Peregrin.
de Jur. Fisc. lib.3. tit. 18. n.4., Alciat. de præ-
sumpt. regul.2. præsumpt.5. n.6., Rota dec. 254.
n.2. part.2. diversor. in recent. dec.199. n.3. part.3.

Et ratio rationis est, quia filii hujusmodi,
licèt nati ex coitu non damnato, nihilominus 22
suscepti dicuntur ex conjunctione non adpro-
bata à Lege, quæ præter uxoriam, & concu-
binariam, omnem aliam conjunctionem effu-
sam concupiscentiam vocitat, ut ex Text. in 23
§. Si verò effusa, Auth. quib. mod. natural. ef-
fic. sui, Benedict. de Barz. de fil. non legit. na-
tur. tit. de copul. carnal. num.13. inter tractat.
magn. tom.8. part.2. fol. mihi 30. à tergo, Pa-
leott. de Noth., & Spur. cap.12. numer. 10. &
seqq. inter eosdem tractat. magn. ubi supra fol.
mihi 50. à tergo, Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 3.
tit.18. num.20. vers. verùm antequàm.

Quo stante, nullo numero habenda est con-
traria replicatio, quod nempè sequendo rigi-
diorem istam Juris civilis intelligentiam, nulli
hodie tales Filii naturales reperirentur ob di- 24
spositionem Sacrorum Canonum, conjunctio-
nem omnem, præter Uxoriam, prohibentium,
nam, quidquid sit, an de æquitate canonica,
& pro effectu legitimationis omnes nati ex so-
luto, & soluta abusivè naturales nuncupentur,
utique eo ipso, quod iidem Sacri Canones
quoad hos naturales improprios, & ex beni-
gniori tantùm interpretatione pro talibus re-
putatos, non præstiterint Jus vicissitudinaria
successionis, absolutè ademptum à Jure civili;
pro eo, quod attinet Conjunctos ex latere Pa-
tris, simplex hæc denominatio, pro aliis dum- 25
taxat effectibus pro futura, momenti non est
quoad successiones intestatas, quæ à Lege de-
feruntur, ad Text. in §.1. instit. de hered., quæ
ab intest. defer., leg. 3. §. De illo ff. pro Socio,
Oinot. Instit. civil. lib.3. tit.1. num.15., Sada-
rin. resp 36. num.14., Montan. de regal. verb.
bona vacantia num. 7., Fajard. allegat. Fiscal.
part.1. allegat.32. num.133., Bottiglier. de suc-
cess. ab intest. theorem.1. num.6. & seq., & fir-
matur in Voto super secundo articulo §. 7., &
regulantur à dispositione Juris civilis, tan-
quam fontis, seu principii, à quo dimanat or-
do successorius ab intestato, Lucidor. de illegi-
tim. in prælud. num.18., Rot. diversor. dec.811.
n.1. & seqq. part.2., in rec. decis.282. n.6. part.1.

Quamobrem si Jus hoc civile nulla ex parte
abrogatum, seu immutatum fuit à Sacris Ca-
nonibus, qui damnant quidem concubinarium
complexum, Legibus civilibus permissum, 26
sed nihil de novo statuerunt quoad Jura succes-
sionis prolis illegitimæ, sicuti antiquioribus
relatis, docent Menoch. cons.285. nu.19. lib.3.,
Ubald. de success. ab intestat. capit.1. num. 36.,
Paleott. de Noth., & Spur. cap. 37. num. 7. &
seq., Lup. de illegit. comment.1. §.1. num. 28.,
Crass. in §. Institutio quæst.7. num.2., Peregrin.
de Jur. Fisc. lib.3. tit.18. nu.8., Rota dec.196.
num.1. part.3., consequens planum est, quod
eodem prorsùs modo, quo antiqui Spurii nec
succedebant Conjunctis ex latere paterno, nec
isti illis, ita moderni Naturales, qui in sub-
stantia idem re sunt, ac præfati Spurii, eamdem 27
Legis censuram patiantur, non obstante dicta
nudà

nudà diversitate agnominationis, *Natt. in leg.*
hac consultissima §. Ex imperfecto num. 14., Cod.
de testam., Oinotim. instit. de hered., quæ ab
intest. defer. lib. 3. tit. 1. de success. natural. nu-
mer. 3., Onded. d. cons. 68. n. 27. & seqq. lib. 1.,
Rot. decis. 23. num. 23. apud Torr. de pact. futur.
successionis.

Quæ porrò ad hunc solum effectum operati-
va, & efficax dicitur, ut nempè omnes Filii
28 nati ex soluto, & soluta, inter quos consiste-
re poterat Matrimonium, obtinere valeant le-
gitimationem sub expressione, & narrativa
maternitatis, de subreptione, vel obreptione
non redarguibili: secùs verò, ut novum Jus
adquirere dicantur in materia successoria, per
ea, quæ egregiè notat *Lupus de Illegit. com-*
ment. 1. §. 1. num. 4. dicens, quod, licet de ju-
re, & æquitate Canonica Naturales appellen-
tur quicumque illegitimè nati ex coitu non da-
mnato; id tamen non legaliter, sed impro-
priè dicitur, & procedit quidem respectu le-
gitimationis, secùs verò respectu successionis,
saltem ab intestato, circa quam in nihilo Jus
Civile immutatum fuit, *& §. 5. num. 7., Pa-*
leott. de Noth., & Spur. cap. 42. in fine, Pere-
grin. de Jur. Fisc. lib. 3. tit. 18. num. 20., The-
saur. quæst. forens. 83. num. 2. lib. 2., Torr. de
Majorat., & Primog. Ital. part. 1. cap. 28. n. 54.
vers. Hæc autem differentia, Mans. consult. 348.
num. 20. cum plurib. seqq., Rot. in disc. ad de-
cis. 808. impress. post decis. 811. part. 1. diversor.
num. 18. & seqq., & præsertim. num. 23. & 24.,
ibi = *Minùs etiam obstat, si diceretur, quod Jus*
Canonicum omnem natum ex soluto, & soluta
naturalem appellat, quidquid rigor Juris Civi-
lis dictet, ita Bald. &c., quia Bald. non loqui-
tur ad effectum successionis, sed ad effectum le-
gitimationis; nam in successionibus standum est
Juri Civili, cum Jus Canonicum non disponat
expressè contrarium.

Rebus autem ita se habentibus, superfluum
videri posset respondere contrariis argumentis,
pro adstruenda vera naturalitate Marchionis
29 Pallavicini cumulatis; nam deficiente certitu-
dine Matris, vanum est agere de asserta qua-
litate naturali, ut meliùs ceteris omnibus su-
periùs relatis, probat *Pegas. de success., &*
erect. Majorat. part. 2. cap 9. num. 67. & seqq.,
ibi = *Atque ita semper in nostra specie filius*
Actor præsumitur spurius, si non probaverit,
Matrem esse certam, & ipsum esse naturalem,
quamvis contrarium, & præsumi in dubio esse
Naturalem, & non Spurium, teneat Bald. &c.,
quia procedit hæc opinio, quando Mater est cer-
ta, & filius est Reus, ut diximus, non verò
quando est Actor, quia tunc tenetur probare na-
turalitatem, aliàs præsumitur spurius, maximè
si sit Actor, non verò quando est Reus, & con-
stat esse filium, quia tunc præsumitur naturalis,
etsi agit spurius, ut supra diximus, & proba-
tur &c. = Et ulterius non datâ retentione in
schemate veri concubinatus, quis dici valet
30 abusivè, & impropriè naturalis pro aliis effe-
ctibus, at non pro illo successionis, requiren-

te Jura agnationis, & consanguinitatis, adem-
pta de Jure Civili, & non concessa de Jure Ca-
nonico, quod attribuit dumtaxat benigniorem
agnominationem filii naturalis, impropriè ta-
men, & abusivè illi, qui de cetero verè natus
est in figura Filii, vulgò quæsiti, ut in puncto
respondendo argumento desumpto à præsum-
ptione militante potiùs pro naturalitate, quàm
pro spurietate tradunt *Cravett. cons. 138. per*
tot., & præsertim *num. 12., & Anton. Gomez.*
in Comment. ad leg. 9. Thaur. numer. 46. & se-
quentibus.

Ne quid tamen intactum relinquamus, sub-
dimus appositè, quod pro asserenda qualitate
naturalitatis parùm proficerent, ceteris signan-
ter non consonantibus, assertiones paternæ in 31
fide Baptismatis, atque in Instrumento dona-
tionis, quia paterna voluntas, vel credulitas
Filium naturalem non efficit eum, qui talis se-
cundum naturam demonstrari non valet, *Bur-*
sat. cons. 62., Menoch. cons. 318. num. 14., &
cons. 651. num. 12. & seqq., Surd. cons. 177. nu-
mer. 42., & cons. 384. nu. 43., Oldrad. cons. 196.
num. 2., Alciat. cons. 51. num. 1. volum. 5., Ri-
minald. Jun. cons. 215. n. 7., Manent. cons. 145.
num. 12. ad 19., Pacian. de probat. lib. 2. cap. 17.
numer. 6., Mascard. eodem tract. conclus. 1085.
num. 4., Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 10. post
num. 35., Pegas. de success., & erect. Majorat.
part. 2. cap. 9. num. 461., Menoch. de præsumpt.
lib. 6. præsumpt. 54. num. 6. & seqq., Merlin. de
legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 5. num. 43.

Nec majus robur eædem paternæ assertiones
adquirere valent à Sententiis latis in Judicio do-
nationis, & à Decreto adscriptionis Nicolai 32
Mariæ nobilitati Januensi, quo enim attinet
ad primas, à dictis Sententiis non canonizatur
qualitas naturalitatis, quæ in Judicio illo mi-
nimè requirebatur, præsertim verò inspectis
verbis Statuti, relatis in *§. 34. contrarii Restri-*
ctus, quo sustinetur paternum Judicium favo-
re Filii illegitimi, quocumque ex complexu
procreati, nec non stante operatione juramen-
ti, quod ad sustinendam donationem, à Patre
factam, in maxima consideratione habitum
fuit, ut latè enarramus *in alio Restrictu con-*
tra D. Arnaldam; Ut etiam non requirebatur
in adscriptione nobilitati Januensi, quia illa
concessa fuit contemplatione paternæ originis,
nullâ habitâ consideratione Matris, ut in *Voto*
super secundo Articulo §. 25., immò spreto me-
dio materno, & contemptis probationibus ar-
tificiosè cumulatis ab Agentibus Marchionis
Pallavicini, quemadmodum in memorato *Re-* 33
strictu contra D. Arnaldam ad evidentiam de-
monstratur: Et denique cum tam dictæ Sen-
tentiæ, quàm Decretum adscriptionis prin-
cipaliter latæ non fuerint super qualitate ista
naturalitatis, pronunciando, Nicolaum Ma-
riam esse filium naturalem Caroli, licèt in il-
lis incidenter hæc qualitas enunciata reperire-
tur, talis enunciatio (quæ tamen deficit) nul- 34
lum probationis gradum in hoc Judicio consti-
tuere posset, *Natt. cons. 473. sub num. 12.*, &

egregiè, ac latè docuit *de Pont. cons.3. nu.78.*
lib.2., ubi loquens de similibus Sententiis, quæ
non principaliter, sed incidenter, & vigore
35 summariarum probationum latæ fuerint super
legitimitate, aut alia umili qualitate, amnocere
non posse in alio Judicio, & inter diversas
Personas, eumque refert, & sequitur *Consal. ad Peregrin. de fideic. artic. 23. fol. mihi 57.*

Et hoc indubitantiùs procedit in concreto
casus nostri, inspectâ videlicet naturâ Judicii,
in quo versamur; Agitur enim de successione
in Judicio petitorio irrevocabiliter adjudicanda,
quo casu DD. Adversariis nedum resistit
regula firmata in *Voto art.2. §.2.*, quod nempè
requirantur probationes omninò concludentes:
Verum etiam pro eisdem repellendis ur-
36 get certissima illa Doctorum, atque Tribunalium
traditio, quâ admonemur, in hisce Causis
adeò circumspectè procedendum esse, ut
pro earum diversitate diverso quoque probationum
genere constituto, illæ, quæ sufficere
possent in uno Judicio, possessorio nempe,
sive præparatorio, ut puta pro consequendis
temporariis alimentis, sufficere nequeant pro
eisdem perpetuò obtinendis, ut etiam probationes,
& Sententiæ latæ ad hos effectus suf-
37 fragari nequeant pro successione, atque hereditate
pleno, & irrevocabili jure adipiscenda,
licèt inter hæc sit maxima proportio, & analogia,
ut *In dicto Voto art.2. §.13.* Undè justè
inferimus, nullo pacto Decreta edita in Judicio
executivo dictæ donationis, & in alio adscriptionis
Nobilitati suffragari posse ad effectum
consequendi immissionem ex *Interdicto quorum bonorum*,
secumferente plenariam acquisitionem
hereditatis, ut admonent *Consal. ad Peregrin. art.25. inspect.2. §. Quæ conjectura fol.90.*,
Carol. Anton. de Luca de lin. legal. art.25. num.25. & seqq., *Torr. var. Jur. quæstion. tom.2. tit.8. quæst.2. num.40. vers. Terzo, perchè*,
Rot. coram Zarat. decis.73. num.15., *decis.99. num.15. & seqq.*, *in recen. decis.8. num.17. par.12.*, *& in Voto super secundo ar-*
38 *tic. §.25. in fine*: præsertim vero contrà Tertium,
qualis est Fiscus, ut prosequitur *dictum Votum §.13.* mox citato.

Probè noverunt disertissimi Defensores DD.
Marchionum, ipsos desperatam Causam agere,
cessante præsidio legitimationis, quæ sola
apta est tollere incapacitatem successionis acti-
39 væ, & passivæ ab intestato, & respectivè natalibus
restituere hujusmodi Filios illegitimos,
juxtà præscriptum *Justiniani in § Si quis fanè non habens vers. liceat igitur Auth. quib. mod. natural. efficiuntur sui*:
Cum autem exhibere
non possint Diploma plenariæ legitimationis
concessæ ab aliquo Supremo Principe, potestatem
hanc habente, per æquipollens illam
mutuare satagunt à Statuto Januæ; Ideoque
ex *§. 32. & seqq. eorum Restrictus* constituentes
in eo secundum fundamentum, probare
40 conantur, præfatum Nicolaum Mariam in illius
Rubrica de successione Naturalium cap.34.,
habente relationem ad aliud caput *de successione ab intestato*
restitutum fuisse ad jura agnationis,
& consanguinitatis; hinc inferendo, quod
vi Patriæ Legis restitutis jam inter ipsum, &
Conjunctos ex latere paterno juribus agnationis,
restituta eisdem quoque fuerint jura successionis,
allegato tanquam punctuali *Scipione Theodoro allegat.62. sub num.6.*, quod as-
sumptum rursus confirmant ratione illâ, quod 41
agnatio ad effectus successorios à Jure Civili
adempta, ab alio Jure Civili, sive à Principe,
potestatem habente, restitui potest; differentia
namque inter Legitimos, & Illegitimos
non à natura, æqualiter omnes agnoscente, sed 42
à Lege Civili constituta dicitur, proindeque
remoto impedimento Legis tollentis civilem
agnationem, & consanguinitatem, fieri debet
reditus ad pristinum Jus naturale, cujus vigore
inter descendentes ab eodem Patre datur
Jus agnationis naturalis, per ea, quæ in pro- 43
posito tradi dicuntur a *Thesaur. quæst. forens. lib.1. quæst.22. num.4. & seqq.*, *& à Præside Picenardo in suo responso post Sadarin. num.75. & seqq.*

Contrarius iste discursus maximo exornatus
apparatu, nullam nec in assumpto, nec in consequenti
subsistentiam obtinere videtur. Exordiendo
sermonem ab assumpto, licèt verum sit,
quod Statutum Januense Filio naturali decedenti
sinè Liberis, & sine testamento succede- 44
re posse voluerit Conjunctos ex latere paterno,
eosdem præferendo Cognatis, qui alioquin,
inspectâ dispositione Juris Communis, illos
exclusissent; constantèr tamen negamus, per
hoc Filium naturalem plenariè restitutum
fuisse Juribus agnationis, & consanguinitatis:
Cujus nostræ negationis firmissima momenta
patebunt, tùm inspectâ naturâ, & importantiâ
istiusmodi jurium, successionis nempè, &
agnationis, tum scrutatâ ab intrinseco vi, &
efficaciâ ipsius Dispositionis statutariæ.

Inspectâ quidem naturâ, & importantiâ
istusmodi Jurium, quià in discrimen revocari
nequit, Jus succedendi, suâpte naturâ separabile
esse à filiationis, legitimitatis, agnationis, 45
& consanguinitatis Juribus, cum possit quis restitui
Juribus legitimitatis, & agnationis, at non
etiam successoriis, vice autèm versâ potest
quis restitui capacitati successionis tum activæ,
tùm passivæ, & illis carere, *Picenard. dict. respons. post Sadarin. num.80.*, *Bart. in leg. is potest 18. ff. de acquir. hæred. num.7. & 8.*, ibique
etiam *Castrens.*, *Juson.*, *& alii*, *Curt. Sen. cons.74. col.2.*, *Ruin. cons.86. num.5.*, *& cons.87. num.6. lib.3.*, *Tiraquell. in leg. si unquàm Cod. de revoc. donat. verb. Donatione largitus num.327. & seqq.*, *& de Jur. Primogen. quæst.40. num.91. & seqq.*, *Peregrin. de fideicomm. art.23. num.34.*, *Rota coram Achill. de Grass. decis.6. num.2. tit. qui fil. sint legitimi*,
cum aliis pluribus mox allegandis.

Ob eam sanè rationem, quià similia Jura
non respiciunt unum, & idem subjectum, sed
diversa; nam legitimitatis, ac agnationis, &

con-

46 consanguinitatis effectus principalitèr cohærent
Personæ : Jus verò successionis, veluti quædam
consequentia, ab illis distinguitur, & refertur
ad res, *Gratian. discept. forens. cap.496. n.27.
& seqq.*, *Lup. de Illegitim. comment.3. §.1.
num.48.*, *Molin. de Primogen. Hispan. lib.3.
cap.3. num.38. vers. sed quamvis*, ibi « *Legiti-
matio namquè in persona Legitimati residet, jus
autèm succedendi est quædam ejus consequentia
ab ipsa legitimatione diversa, ac separata* »,
*Bellon. de jur. accrescend. cap.10. quæstion.4.
num.141. & seqq.*, *Rota decis.614. num.10. &
seqq. par.1. divers.*, & priùs *decis.505. num.9.
& seqq. eadem par.1. divers.*

Quamobrèm, si legitimatio ipsa, & restitu-
tio Jurium agnationis, cohærens Personæ, li-
47 mitatè fieri potest, quoad certos dumtaxàt ef-
fectus, illos invicem separando, *Bertrand.
cons.169. n.7. lib.2.*, *Dec. consil.257. in princip.*,
*Tiraquell. in leg. si unquàm Cod. de revoc. donat.
verbo donatione largitus num.298. & 319.*, *Gra-
tian. discept. forens. cap.496. num.35.*, *Rota
coram Ludovis. decis.201. num.7.*, *in Recen. de-
cis.35. num.8. par.8.*, potiori certè jure effe-
ctus Juris successorii respicientis Bona, vel se-
48 parari penitùs poterunt à restitutione Juribus
agnationis, ejusque effectibus, *Roland. cons.26.
num.17. lib.3.*, *Gozzadin. consil.6. num.23.*,
Alciat. cons.215. num.14., *Ruin. cons.76. n.5.
& seqq.*, *consil.103. num.12. & seqq.*, *& con-
sil.145. num.4. lib.3.*, *Gratian. discept. forens.
cap.936. num.9.*, *Tiraquell. in leg. si unquàm
Cod. de revoc. donat. verb. donatione largitus
num.317. & seqq.*, *Rot. decis.614. num.10.
par.1. divers.*, *in recen. in dicta decis.35. num.9.
par.8.*, vel restitui, & concedi ità poterunt,
ut quoad successionem limitatum dumtaxàt
produceant effectum, *Lup. de Illegitim. com-
ment.3. in præfat. §.1. num.18.*, *Randens. de
Analog. lib.1. cap.36. num.46.*, *Garz. de nobi-
lit. gloss.21. num.80. & seqq.*, *Menoch. de præ-
sumpt. lib.4. præsumpt.79. num.48. & seqq.*,
Molin. de Primogen. lib.3. cap.3. num.38., *Gu-
briel. commun. conclus. lib.6. tit. de legitim.
conclus.8. in fin.*, *Castill. contr. Jur. lib.4. ca-
pit.22. num.148.*, *Rota coram san: mem: Gre-
gorio XV. decis.201. num.7.*, ibique *Adden.
num.11.*, *in Recent. decis.35. num.7. & sequen.
par.8.*

Nemo igitur non videt, stante mox dicta se-
parabilitate, & distinctione Jurium successio-
nis, & agnationis, quàm probata sit nostra il-
49 la illatio, quod Conditores Statuti Januensis,
superiùs citatis Capitibus, vocando ad succes-
sionem Filii illegitimi Conjunctos ex latere
paterno, nè mente quidèm cogitarunt illos
plenariè restituere Juribus agnationis; Etenim,
si, ut inquiunt DD. exadverso Scribentes in
§.39. eorum Restrictus, Statutum à momento
ipso nativitatis restituere voluisset Filiis illegi-
timis jura illa agnationis, quæ Jura Civilia, tan-
quam præcipua, reservabant solis Filiis ex justis
nuptiis susceptis, oportuisset, quod id expres-
sè declarassent; Differentia namque illa, quà
justi Filii ab injustis discreti semper fuerunt,
non scripta, aut tradita, sed nobiscum nata
Lege, constituta reperitur, eamque non didi- 50
cimus, verùm ex natura ipsa arripuimus; Sum-
mus namquè rerum Opifex Deus, cum huic
Mundo, ceterisque rebus supremam imposuit
Manum, postremò hominem effinxit, cujus
causâ cetera erant comparata, eique vix in lu-
cem edito certas Matrimonii Leges præfinit,
ut scilicèt hæreret Vir uxori suæ, essentque
duo in carne una: Quocircà, ut, ex *Joanne
Andrea* inquit *Paleott. de Noth., & Spur.
cap.2. num.1.*, nullum fuit tempus, quo Illegi-
timi à justis Filiis non fuerint seclusi, ut certè
secluduntur consensu omnium gentium, quæ
Lege aliquà vivunt, & inter quas vigent Ma-
trimonii fædera; Ità namquè ex ipsis Sacris 51
Literis edocemur, teste eodem *Card. Paleotto*,
deridente æqualitatem illam, quæ exadverso
à natura constituta dicitur inter Legitimos, &
Illegitimos; Etenim postquàm locutus fuerat
de felicitate tributa aureo Seculo, quod initiò,
secundùm naturam, omnes æquè liberos, æque
& legitimos produxisse ferebatur, nulla inter
eos cognitâ differentiâ, *num.5. & 6. d. cap.2.*,
ità loquitur « *Undè in universum, quod de pri-
ma illa temporis felicitate, aureoque Seculo ab
Auctoribus narratur, id, si cum Sacris Literis
conferas, inane prorsùs, ridiculumque esse
animadvertas, nec uspiàm hæc juris naturalis,
aut gentium tempora, una cum Juris Civilis
origine in iisdem Sacris Literis aptè probari;
Quocircà & in præsenti quæstione, cùm quæri-
mus, an initiò inter Legitimos, & Illegitimos
ulla esset differentia, crediderim ego, ex Sacris
Literis respondendum, veram esse Joan. Andr.
sententiam, cùm Matrimonium à Summo Deo
principiò fuerit constitutum, cap.1. de Vot. in 6.*, 52
*indè & Illegitimos à justis filiis fuisse semper se-
clusos; Manifestum enim est, prohibuisse illum,
ne quisquam cum pluribus, quàm cum una habe-
ret Uxore commercium*, *Cap. Gaudemus de di-
divort. Canon. quomodò 31. quæst.1.*, *semperque
post istud tempus in stuprum, & adulterium
graviter fuisse ab eo animadversum*, *Genes. ca-
pit.26. & 39.*, *quod quanam alia ratione potuit
institui, nisi Liberorum causa? ut intelligere-
mus non ex quovis congressu filios esse suscipien-
dos. Accedit etiam, quod eo tempore nullos
quidèm filios ad successionem vocatos, alios verò
omninò exclusos legimus*, *Genes. cap.21. & 25.*,
*quod scilicèt non omnes ex justis nuptiis essent
procreati.*

Si Januenses ergò in condendo proprio Sta-
tuto differentiam istam, ab ipsa Generis hu-
mani creatione constitutam, & omnium Gen-
tium consensu receptam, generali Lege obli-
terare penitùs voluissent, id certè declarassent,
quemadmodùm id expresè declaratur in legi-
timationibus, ex speciali gratia ab habente po-
testatem concessis, quando illæ plenariæ sunt, 53
& Illegitimum absolutè restituunt Juribus om-
nibus tùm naturalis, tùm civilis agnationis,
Caguol. in leg. si qua Illustris num.28. Cod. ad

Stnat. Consult. Orfician., *Nicol. ab Ubald. de*
success. ab intest. num.116. inter tractat. divers.
de success. ab intest. fol.616., *Cassan. in consue-*
tud. Burgund. rubr.8. §.5. fol.1082. & seqq.,
Rebuff. in prax. Benef. cap. de rescript. legitim.
mixt. num.4., *Lup. de Illegitim. comment.3.*
§.1. num.7. & seqq., *Peregrin. de fideicommiss.*
art.23. num.57. §. Palatini autem in fine.

Id autem à Statuto nec expresse declaratum,
nec etiam tacite dispositum reperitur; nam, si
Illegitimi in ipso momento nativitatis vi pa-
triæ Legis effecti fuissent veri agnati, cur iidem
54 reintegrati non fuerunt ad Jura vicissitudina-
riæ successionis, ità quidèm; ut, quemadmo-
dùm virtute plenariæ reintegrationis eis suc-
cedunt Conjuncti ex latere paterno, sic etiam
ipsi, instar eorum, qui sunt veri agnati, illis
succederent? ut opportunè observant *Peregrin.*
de fideicommiss. art.43. num.32. & 34. in fin.,
Merlin. de legitim. lib.1. tit.2. quæst.8. num.8.
& seqq., *Rot. post eumdem decis.76. num.2.*,
decis.77. num.5. & 6., *& decis.78. num.2. inter*
divers. decis.505. num.19. par.1.

Rursus, quà ratione idem Statutum condi-
tum à Republica, ut Pars asserit, Superiorem
non recognoscente, & sic eamdem vim habens
quoad Subditos, ac Jus Romanorum, respectu
ceterarum Nationum; Quà, inquam ratione,
dictum Statutum in sensu DD. exadverso Scri-
bentium, plenariè restituens Illegitimos Juri-
bus agnationis, & consanguinitatis, perindè
55 ac si nati essent ex justis nuptiis, dictis Illegiti-
mis non attribuit Jura honorifica, & eum sta-
tum, quibus fruuntur Agnati legitimi, & quem
concedit plenaria restitutio Juribus agnationis,
& familiæ, per legitimationem obtenta? ex
traditis per *Paris. consil.58. num.4. lib.4.*, *Ro-*
land. consil.67. num.39. & 48. lib.3., *Surd.*
consil.571. num.53. lib.3., *Cyriac. controv. fo*
rens.208. num.3. 4. & 78. & seqq., *Tiraqu. ll.*
de nobil. cap.15. num.20., *Paleot. de Noth. &*
Spur. cap.62. num.3., *Lup. de Illegitim. com-*
ment.3. §.5. num.77., *Mantic. de conject. lib.11.*
tit.10. num.37., *Menoch. de præsumpt. lib.4.*
præsumpt.79. n.10. & seqq., *Sperell. decis.78.*
num.32.

Et cur demùm Statuentes, si Illegitimum
loco veri Agnati haberi voluerunt, limitatè
56 declararunt, quod Conjuncti ex latere paterno
eidem successibiles essent sub eâ duplici dum-
taxat conditione, quod ille sinè testamento,
& sinè suis Descendentibus decederet, nullam
eidem, sinè Liberis morienti, imponendo ne-
cessitatem relinquendi Parentibus legitimam
portionem, quæ tamen post plenariam resti-
57 tutionem natalibus, & Juribus agnationis,
vicissitudinariè deberetur Filiis, & Parenti-
bus? *Bald. in cap. De causis num.34. de offic.*
delegat., *Alexand. cons.139. num.2. vers. Ter-*
tiò conclude lib.1., *Paris. consil.7. num.3. lib.2.*,
Cott. in suis memorabil. verb. spurius legitima-
tus, *Caroud. de art. testand. tit.3. de liber. In-*
stit. cautel.3. num.6., *Carpan. ad Statut. Me-*
diolan. cap.485. num.6. & 54., *& cap.456.*
n.10., *Covar. de Testam. par.2. cap.8. §. Octa-*
vus num.2., *Surd. de aliment. tit.1. quæst.8.*,
Baron. pract. observ. cent.3. observ.71. num.4.,
Castill. controv. Jur. lib.4. cap.22. num.159.,
Gratian. discept.456. num.54. & seqq., *Menoch.*
de præsumpt. lib.4. præsumpt.79. num.49., *Lup.*
de Illegitim. comment.3. §.1. num.73., *Sperell.*
decis.73. num.34., *Rota coram Seraphin. de-*
cis.321. n.17., *post Merlin. de legit. decis.76. 77.*
& 78., *in Recent. decis.401. num.1. par.3.*

Sumus itaque in aperto, quod Statutum non 58
reintegravit plenarie Illegitimos Juribus agna-
tionis, & consanguinitatis, sed sustulit tantum
impedimentum, quod in eorum successione
Lex Civilis objecerat Conjunctis ex latere pa-
terno, ut fatentur etiam Domini exadverso
Scribentes §.38. *eorum Restrictus*. Quæ porrò
impedimenti remotio, mera dispensatio est ad 59
illum signatum, & particularem actum, à Sta-
tuto determinatum, non plenaria restitutio
Personæ juribus agnationis prò effectibus qui-
buscumque, ut optimè dixit *Menoch. de præ-*
sumpt. lib.4. præsumpt.59. num.50., ibi = *Se-*
cundus est casus, quandò illegitimè natus non 60
fuit restitutus ad primæva Jura naturæ, ad ho-
nores, & alia, sed simpliciter dictum fuit, quod
possit succedere ab intestato &c., *hoc casu non-*
dum ita est legitimatus, sed dispensatus =, &
tradiderunt *Castrens. cons.30. n.2.*, *& per tot.*
lib.1., *Tusch. in verb. legitimatio conclus.120.*
num.1. & seqq., *Alexand. cons.30. in fin. lib.4.*,
Paris. cons.7. num.52. & seqq. lib.2., *Gabriel.*
cons.30. num.3. & 36. lib.1., ubi quod legiti- 61
matio, quæ statum Personæ non attingit, nec
mutat, sed solum habilitat, est dispensatio,
Surd. cons.453. sub num.29., *Peregrin. de fi-*
deicommiss. art.23. num.34., *Castill. controvers.*
lib.4. cap.22. num.148., *Rot. coram Achill. de*
Grass. decis.5. num.5. tit. qui fil. sint legitim.,
& coram Ludovis. decis.201. n.4., *ibique Adden.*
num.11.

Si Statuti operatio reducitur ad meram, nu-
damque dispensationem, certum præcisum 62
effectum respicientem, nulli dubium, quod il-
la, utpotè directa ad res, & Personas, Statuen-
tibus subditas, circumscribitur loco, & limi-
tatur jurisdictione, & sic ad alienam Ditionem
vires suas non porrigit, ut benè in proposito
tradit *Rota in Romana Dotis, seu Testamenti*
12. Januarii 1714. §. Et nihilominus coram
R. P. D. Cerra. Verùm, etsi amplior esset,
& plenariè restitueret natalibus, juribusque
agnationis, adhuc (descendendo ad irrelevan-
tiam contrarii discursus) in consequenti ea- 63
dem ratio perurgeret, quod videlicèt præfata
Statuta, quantumvis obtinentia efficaciam pa-
rem, ac Leges Romanorum, servanda solum-
modò essent à Subditis, & quoad res, Legis-
latoris Jurisdictioni subjectas, & nequaquam
afficerent Bona, seù hereditatem, in alieno
Principatu existentem, juxtà famigeratam
theoricam *Bart. in leg. cunctos Populos n.33.*
Cod. de Summa Trinitat. & Fid. Catholic.,
quem ibi communitèr sequunturScribentesom-
nes,

nes, *Rovit. consil. 1. num.2.*, inquiens, esse Jus commune respectu dumtaxat Personarum, & Bonorum existentium sub Ditione Statuentium, *Card. de Luca de Feud.disc.118. num.7., de Judic. disc.35. ex num.19., & num.66.* Nisi tamen quoad Bona, seu Jura, sub Ditione dicti Statuti existentia, aliqua obstarent, prout suis loco, & tempore demonstrabitur.

Vix etenim figurari potest regula certior illà, quà admonemur, Statuta, Legesque
64 Principum immutantes ordinem intestatæ successionis, à Jure communi inductum, suffragari nullo modo posse quoad Bona extra eorumdem Ditionem posita, & quod ad effectum privandi aliquem jure talis successionis copulativè requiritur utraque subjectio, Personarum, & rerum, quarum alterutrà deficiente, fit locus dispositioni Legum, sive Romanorum, sive municipalium alterius Principatus, cui Personæ, aut res subditæ sunt, *Bart. loc. mox citato, Mascard.de general. Statut. interpret. conclus. 6. num. 3., & seq., Merlin.de legit.lib.3. quæst.18. num. 20., Gratian. discept. 431.nu.5. Pign. ad Statut. Ferrar.tom.2.rubr. 139. n. 52. tom. 2., Bellon. de Jur. accrescend. cap. 10. quæst. 2. & num. primo, Mans. consult. 448. num. 6., Paulut. dissert. legal. 3. num. 30.* & constanter semper firmavit *Rota coram Merlin. decis. 353. num. 40., & seqq., coram Comitul. decis. 123. num. 4., & seqq., coram Buratt. decis. 188. num. primo, & seqq., coram Royas decis.66.num. 8., coram Gregor. decis.255. numer. 6., & 7., coram Manzaned. decis. 46. numer. 11., p st Zucch. de obligat. Camer. decis. 162. num. 6., & decis. 294.num. 3. & seqq. part.6., decis. 227.num.42., & decis.100. nu.4., & 5.part. 8., decis. 96. nu.4., & seqq. part.19., ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de legat. decis. 20. num. 3., & in Mantiss. ad eumdem sub tit.de testam.dec.2. & decis.3.utrobique n.20., in Romana, seu Savonen. Successionis 13. Martii 1705. §. In nihilo coram R. P. D. Ansaldo, in dicta Romana Dotis, seu Testamenti loco mox citato.*

Et in terminis Legum municipalium editarum à Serenissima Republica Januensi, quod
65 vires suas extra Territorium porrigere nullo pacto possint, immutatà dispositione Juris communis, successionem deferendo eo modo, & illis Personis, quæ ab eisdem Statutis vocantur, tradunt *Jason. cons.163. per tot., Noguerol. allegat. 13. num. 29.* Scribentes apud *Mans. consul. 448. num. 13., Paschal. de patr. potest. part. 2. cap. 4. num. 261., Card. de Luc. de legitim.disc.28. num.2., & de Success.disc.4. nu.2., Casareg.in rubric. de Success. ab intestat. ex num.91.ad plures seqq., Rota coram bon.mem. Emerix.Jun.decis.100.nu. 91., in recentior. decis.412. num. 9., & seqq. part. 16., decis. 284. per tot. part.17., & in Romana, seu Januen. Legitimæ 15. Junii 1680. §. In facta coram clar. mem.Card.Matthbeio impress. post. Torr.de majorat. & Primog. Ital.decis.35.num. 5., & seqq., & in alia Romana, seu Januen. hereditatis post Torr. de pact. futur. Success. dec.196. numer. 7.*

Quæ certissima Doctorum, & Tribunalium traditio locum sibi vindicans in Constitutionibus omnibus, instar Legis communis à Supre- 66
mis Principibus editis pro novo successionis ordine inducendo, non absimili ratione servanda etiam erit in legitimationibus ab eisdem concessis; Enim verò, cum illarum vis pendeat à Jurisdictione, seù potestate Legitimantis, tantum valebunt, quantum porrigitur Legitimantis potestas, & ultrà extendi nequibunt cum læsione Juris alterius Principis, & diversi Principatus, latissimè *Bellon. de Jur. accrescend. cap. 10. quæst. 4.per tot.*, ubi more suo magistraliter rem per veriora Juris principia examinat, atque determinat, *Antunez de donat. Reg. tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 16. numer.26.& seqq.*

Unde concordi omnium consensu receptum habemus, quod eædem legitimationes, ut efficaces sint pro effectibus successoriis, requiritur pariformiter copulativa subjectio, Personarum, & rerum, ad tradita per *Alexandr.cons.11.* 67
num.11. lib.7. testantem de communi, *Alciat. cons.17. num. 3. lib.4., Roland.cons.88.num.36. lib.primo, Decian.cons.90.num.21. vers. Attamen lib. 2.*, ità quidem, ut alieni Subditi legitimatio si destituta sit consensu proprii Principis, nullum tribuere valeat Jus succedendi in 68
Bonis sitis extrà Territorium Legitimantis, ducto argumento à solemni *decretal Innocentii III.* in *cap. per Venerabilem 13. §. Insuper, qui fil. sint legitim.*, in qua cum quidam Nobilis ab *Innocentio III.* postulasset, ut Filios suos legitimationis dignaretur titulo decorare, ad hoc, ut eis natalium objectio non noceret, quo minùs Patri suo succederent, & adduxisset exemplum legitimationis ab eodem Summo Pontifice factæ de Filio Regis Francorum 69
ad ipsius instantiam, negavit *Innocentius*, se id facturum, varias adducens diversitatis rationes, & inter ceteras hanc, quià, cum Rex Superiorem in temporalibus minimè recognoscat, sinè Juris alterius læsione in eo se Jurisdictioni nostræ subijcere potuit, in quo videretur aliquibus, quod per se ipsum (non tanquam Pater cum Filiis sed tanquam Princeps cum Subditis) poterit dispensari = *Tu autem nosceris aliis subjacere* = quibus verbis apertè significavit, ideo se negare legitimationem à Patre petitam, quia cum is esset Subditus alterius Principis, non poterat, sine Juris illius læsione, sese in eo subijcere jurisdictioni Summi Pontificis. Ergo ex hoc patet, legitimationem alieni Subditi non posse, etiam ad instantiam Patris, fieri à Summo Pontifice, & consequenter multò minus ab aliis Principibus, ad hoc, ut Legitimatus succedat Patri in Bonis alibi existentibus; quemadmodum his verbis ratiocinatur *Bellon.d. quæst. 4. numer. 38. & seqq.*, quod cofirmatur universæ Curiæ Tribunalibus noto exemplo, potestatis videlicet legitimandi Imperiali diplomate Maximiliani Cæsaris con-

concessæ Marchionibus de Campeggio, quo-
70 rum legitimationes quoad effectus successorios
ratæ habentur in Ditione Ecclesiastica, quià
Imperiale Privilegium Pontificià auctoritate
Leonis X. in forma specifica confirmatum, im-
mo de novo concessum fuit, ut apud *Lup. de Illegitim. comment. 30. in præfat. num. 33. §. Alterum simile, & §. Hactenus Privilegium.*

Sic paritormiter, quum deficit subjectio
rerum, legitimatio Subditi, à Principe suo fa-
cta, tribuere quidem poterit jus succedendi in
Bonis existentibus in Territorio ipsius Legiti-
mantis, at non etiam in iis, quæ alibi sita
sunt, ut latissimè tradit idem *Bellon. citata quæst. 4. num. 140. & num. 162., & seqq.*, ubi
ait, tunc demum hanc legitimationem suf-
71 fragari quoad Bona alibi existentia, quum ac-
cedit consensus illius Principis, cui Bona sub-
sunt, ut ex dicto *Textu in cap. per Venerabilem* arguunt *Gabr. cons. 29. num. 6. cum plurib. seqq. lib. 1., Fragos. de regim. Reipub. Christ. part. prima lib. 3. disput. 6. num. 16., Antunez. de donat. tom. primo part. 2. lib. primo cap. 16. numer. 26., & 499., Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 59. num. 60., Lup. de illegitim. comment. 3. §. 3. num. 26., & seqq., Peregr. de Fideicommiss. art. 23. nu. 21., & seqq., Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 43., Trentacinqu. variar. lib. 1. resol. 4. num. 12., & 13. tit. de legitim., Cabed. dec. 90. num. 19. par. 2., Rot. cor. Comitul. dec. 56. per tot., & dec. 74. numer. 14. & seqq.*

Atque in specie specialissimæ legitimationis
concessæ à Serenissima Republica Januensi tra-
dit *Dond. consul. 1. per tot.* solidissimis rationi-
72 bus probans, illam, tametsi de proprio Sub-
dito factam à Supremo Principe, Superiorem
non recognoscente, suffragari nequivisse ad ef-
fectum succedendi in Bonis existentibus in
Ducatu Mediolani, quam *Dondei* consultatio-
nem laudat, & sequitur *Casareg. in rubric. de success. ab intestat. num. 92.*

Addito in confirmationem dictæ commu-
nissimæ Sententiæ valido argumento desum-
pto ab assertione Sectatorum contrariæ opinio-
73 nis, qui non alià ratione affirmant, Imperiali
auctoritate concessam legitimationem, vim
habere quoad Bona subjecta Jurisdictioni alio-
rum Principum, nisi ob jurisdictionem, quam
habitu saltem Imperator ubique retinere dici-
tur, licèt hæc ratio vera non sit, ut egregiè re-
probatur à *Bellon. de jur. accrescend. dict. qu. 4. num. 10. & pluribus seqq., Lup. de Illegitim. comment. 3. §. 3. num. 27.*, atque etiam ab aliis.

74 Nil proindè juvat objicere, quod legitima-
tio, utpotè individua, Illegitimum efficere
nequit Legitimum respectu unius Principatus,
secùs verò respectu alterius, præsertim quoad
res, & Jura venientia in consequentiam legi-
timationis, & personæ; ob eam rationem, quod,
75 eum actus, qui geritur, est voluntariæ Juris-
dictionis, qualis est legitimatio, sufficiat, eum
esse validum respectu Personæ, ut effectus suos
operetur, etiam quoad Bona ubicumque exi-
stentia, subsumendo indè, quod si Domini
Marchiones, vigore Statuti effecti sunt capaces
succedendi in hereditate Illegitimi, talis ca- 76
pacitas eisdem suffragari debeat respectu
omnium Bonorum sub dictà hereditate com-
prehensorum sivè sub Disponentium Jurisdi- 77
ctione, sive extrà illam existant.

Non recedentes siquidem à primordiali as-
sumpto, uberrimè comprobato, quod Statu-
tum Januæ plenariè non legitimat, sed parti-
culariteer, & ad certum dumtaxàt effectum
dispensat; consentaneè replicamus, quod le-
gitimitatis, & successionis jura sunt invicem
separabilia, juxtà deducta superiori *§. Inspectà quidem*; & rursùs, si effectus legitimatio-
nis quoad Jus succedendi dividui sunt, & re-
gulantur ex rerum, & Personæ legitimatæ sub-
jectione Jurisdictioni, & potestati Legitiman- 78
tis, ex iis, quæ adnotavimus *§. Quoi certissima*,
hinc sequitur, quod, tametsi ad sensum Partis
adversæ legitimatio individua censenda esset,
nihilominus tamen talis individuitas suffragari
quidem posset respectu Personæ, ut scilicèt
illius virtute abolita plenariè in ea dicatur ma-
cula quælibet illegitimitatis, atque defectus
natalium; alitèr tamen res se habet quoad Bo-
na, quorum respectu nullo pacto repugnat,
quominùs eadem Persona sit habilis ad succe-
dendum in Territorio Disponentis, & inhabilis
remaneat ad succedendum in alieno, ut his ver-
bis loquitur *Rota corom Comitulo decis. 56. numer. 11. & seq.* ac benè ad rem nostram latè
tradit *Dond. dict. consult. 1. per tot.* & concor-
diter *Claper. cons. 75. nu. 5. lib. 2., Surd. cons. 337. num. 53. in fin., Adden. ad decis. 217. num. 513. & seqq. part. 9., Rota in recent. decis. 394. numer. 9. & seq par. 4. tom. 2., coram Achill. de Grass. tit. qui fil. sint legitim. decis. 6. num. 4.* qui omnes
declarant *Gloss. in cap. inhibitio verb. si ambo de clandestin desponsat.*, dicentem, monstrum
videri, si aliquis esset partim legitimus, & par-
tim illegitimus, ut nimirum procedat quoad
statum Personæ: secus verò quoad effectum
successionis Bonorum: qua de re non impli-
cat, legitimationem, licèt plenariam quoad
Personam, jus tamen minimè restituere quoad
effectus successorios, ut præter allegatos dicto 79
§. Inspecta quidem, traduut *Jason in l. tale pactum 40. §. ultim. n. 8. & seqq. ff. de pact., Dec. cons. 257. nu. 11., Decian. cons. 91. n. 9. vol. 2., Paris. cons. 7. num. 15. & plur. seqq. vol. 2., Rota coram Scraphin. decis. 351. nu. 13., in recent. decis. 484. num. 2 part. 4. tom. 2.* multò minus absurdum vi-
deri poterit, quod eadem quoad omnes effe-
ctus respicientes tàm personam, quam res, ple-
naria dicatur in Territorio legitimantis, talis
verò non sit quoad effectum successionis in Bo-
nis subjectis Jurisdictioni alterius Principis, cu-
jus consensu illa facta non fuit, ut egregiè ar-
gumentatur *Bellon. de jur. accrescend. cap. 10. dict. qu. 4. num. 141. & seqq.*

Quo loci dictus classicus Doctor occurrit re-
plicationi illi, quà exadversò dicitur, jus suc-
cedendi venire in consequentiam, & tanquàm 80
effe-

effectum legitimationis, cum hæc sit actus vo-
luntariæ Jurisdictionis, vim suam operari va-
lens respectu quorumcumque Bonorum, ubi-
cumque ea sita sint; Ob istorum namque Ju-
rium separabilitatem, legitimatio trahi quidem
dicitur in consequentiam ad Bona, sed non
necessariò, ut profunde distinguit *dicto n. 411. & seq.* ubi respondens contrario argumento de-
ducto ex datione Tutoris, quæ, ut valeat, &
81 trahatur ad Bona ubicumque sita, sufficit,
Personam, cui datur, esse suppositam Jurisdi-
ctioni Dantis, quia Tutor principaliter datur
Personæ, & in consequentiam rebus: Huic, in-
quàm, argumento respondens, ait, quod talis
actus trahitur ad Bona, eo quod Bonorum ad-
82 ministratio à tutela personæ separari nequit,
quo fit, ut Tutor personæ datus per necessa-
riam quandam consequentiam intelligatur da-
tus universo Patrimonio, & consequentèr
omnibus Bonis, etiam sitis extrà Jurisdictio-
nem Dantis: At secus est, si jus Bonorum à ju-
83 re personæ separari queat; Tunc enim magis
est, ut non trahatur ad Bona sita extrà Terri-
torium, & Jurisdictionem Agentis, ut evenit
in legitimatione; nam Jus succedendi venit
quidem in ejus consequentiam, sed non ne-
cessariam, quia ab illa separari potest, immò
ab ipsa dicitur separatum, atque distinctum, ut
latiùs dictum fuit superiùs *§. Inspectâ quidem cum seqq.*

*Unde frustrà recurritur ad naturam talis
actus, quod nempè dicatur esse voluntariæ Ju-
risdictionis; nam dicimus, earum rerum, quæ
sunt voluntariæ Jurisdictionis, duo esse genera;
quædam enim sunt, quæ continent actum Priva-
84 torum, quædam verò, quæ continent actum Su-
perioris: Prioris generis sunt adoptio, & eman-
cipatio; nam hujusmodi actiones re verà fiunt à
Privatis, non à Superiore, sivè Judice; non
enim est Judex, qui adoptat, vel emancipat, sed
Pater, licèt in præsentia Judicis &c. Quamo-
brem dicimus, hujusmodi actiones fieri apud Ma-
gistratum &c. Posterioris verò generis est legi-
timatio, quippè quæ dicitur actus Principis le-
gitimantis, non Patris; non enim est Pater, qui
legitimat, sed Princeps, licèt hoc faciat Patre
85 requirente &c. Quamobrem legitimatio dicitur
donum, seù liberalitas, & munificentia Princi-
cipis &c. quod igitur dicimus, ea, quæ sunt vo-
luntariæ Jurisdictionis, operari suam vim in
omnibus Bonis, ubicumque sitis, procedit in iis,
quæ continent actum Privatorum, non etiam in
86 iis, quæ continent actum Superioris: Et ratio
diversitatis est, quia Privatus, tanquam Domi-
nus, potest de Bonis suis pro suo arbitrio dispo-
nere, ubicumque ea sita sint, dummodò disponat
in personam capacem &c. At Princeps non po-
test suam Jurisdictionem, & auctoritatem exer-
87 cere, nisi pro Bonis in suo dominio existentibus
&c. quo fit, ut licèt adoptio, tanquam actus Pri-
vati, vim suum operetur in omnibus Bonis, ubi-
cumque sitis, non tamen eam operari possit legi-
timatio, ex Principis Rescripto, & auctoritate
facta* = verba sunt *Bellani* ità egregie argumen-
tantis *dicta quæst. 4. num. 143. & seqq.* & com-
probat *Dund. distinct. consult. 1. ex num. 16. cum
pluribus seqq.*, unà cum aliis allegatis *§. 34.
cum duob. seqq.*

Exemplo res fit clarior; Etenim emancipa-
tio inducta virtute peculiaris Statuti, sive Le-
gis latæ à Supremo Principe, Superiorem non
recognoscente, plenarie quidem solvit à vin-
culo patriæ potestatis Personam subditam, re- 88
spectu tamen rerum, & Bonorum subjectorum
Legislatoris Jurisdictioni, & operatur, quod
quis pleno jure efficiatur Paterfamilias, habe-
atque liberam testamenti factionem: Verùm
hæc una, eademque Persona in Territorio al-
terius Principis obnoxia remanens patriæ pote-
stati, testandi facultate carebit, & sic eveniet,
illam in uno loco testatam, in altero verò in-
testatam decedere posse, per ea, quæ tradunt
*de Pont. consf. 13. nu. 20., Gall. observat. Jur. lib. 2.
observat 124. numer. 13. & seqq, Copye. Galeot.
contr. 30. num. 69. cum plurib. seqq., Giurb. ad
Consuetud. Messan. cap. 6. gloss. 8. num. 4., Rota
coram Merlin. decis. 353. num. 35. & seq., in re-
centior. decis. 177. num. 34., & seqq. par. 5. tom.
primo*; nam diversitas patrimoniorum in plu-
ribus diversæ Jurisdictioni subjectis inducit
duplicitatem Personarum, in uno eodemque
subjecto repræsentatarum, juxtà mox allegatas
auctoritates, cum quibus articulo ad partes
discusso, magistralitèr concordat *Rota in dicta
Romana Dotis, seu Testamenti 14. Januarii
1714. fere per tot coram R. P. D. meo Cerro*.

Sic igitur ad similitudinem testatæ successio-
nis, intestata hæreditas Illegitimi diversimo-
dè deferri poterit, videlicèt respectu Bono-
rum existentium in Territorio Principis, qui
illius hæreditatem deferri voluit ad Agnatos,
ad eosdem Agnatos devoluetur: Respectu
verò Bonorum existentium in alio Principatu,
in eis succedi debebit juxtà Juris communis dis-
positionem, & attentà duplicitate Personæ,
quam Defunctus repræsentabat, necnon pro
distinctione patrimoniorum existentium in di-
versis Principatibus, in quibus diverso jure vi-
vitur, ut benè observat *Dond. d. consultat. pri-
ma num. 16. § Quod si obijceretur, & num. 17.,
& seqq.* & luculentèr ad rem nostram expen-
dit prius citata *decis. in Romana Dotis, seu Te-
stamenti, §. Absque eo quod coram R. P. D.
meo Cerro*.

Evanidà prorsùs manente replicatione illâ,
quod Leges municipales, de quibus tractat re-
citata *decisio*, quæque sublato, vinculo patriæ
potestatis, filiæ nuptæ tribuunt testamenti fa-
ctionem, effectum suum dirigunt ad tempus
nuptiarum, quæ propterea si in alieno Princi-
patu celebratæ sunt, actui isti, gesto extra juris- 89
dictionem Statuentis, ipsæ Legem dicere ne-
queunt: At non ita Statutum Januense, quod
ab ipso momento nativitatis Illegitimos natali-
bus restituere dicitur; Etenim contrariæ huic
animadversioni duplici æquè validà occurrimus
ponderatione.

Prima est, quod, quum agitur de succes-
sione

sione intestata, inspici debet tempus, quo illa
90 defertur, atque ex eo metienda capacitas, ad *Text. in leg.1.§.Si quis proximior. ff. Undè Cognati, leg.2.§.Proximum, leg. Si quis 5., & leg. Titius ff. de suis, & legitim. hered. §. Proximus instit. de legitim. Agnator. success., Valenz. cons.83. n.3., Fusar. de substit. quæst.318. num.58., Pegas. de Success., & erect. Majorat. cap.9. num.139. part.2.*, idque etiam servatur in successionibus ex testamento, quales sunt successiones fideicommissariæ, quæ cum regu-
91 lariter normam recipiant à causa intestati, *Glos. in leg. Cum ita §. In fideicommisso verb. nominati ff. de legat.2., Menoch. cons.106. num.81., Peregrin. de fideicomm. art.29. num.10. & seqq., Mart. de success. legal. part.1. quæst.12. num. 7. & 17., Pegas. loco mox. citato, Rota in Avenionen., seu Corpentoracten. fideicommissi de Tertullis 2. Decembris 1702. §. Sufficeret coram Reverendissimo Molines*, idcircò etiam in illis capacitas spectatur ex tempore, quo successio defertur, *Fusar. de substit. quæst.318. num. 58. in fin., Thesaur. quæst. forens. lib.1. cap.34. numer.23., Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. art.22. num.7., Mans. consult. 108. numer. 22. & sequen., & consult.232. num.1. & seq., Pegas. dicto cap.9. dicto nu.139. in fine, & n.142., Casareg. resolut.7. num.3. & sequen. post tract.
92 de Success. ab intest.*, ità quidem, ut, minimè considerato tempore nativitatis, & capacitate tunc concurrente, spectandum solummodò sit tempus mortis, *Vvesembech. de Feud. capit.6. num.20., Hartman. Pistor. quæst. Jur. part. 2. quæst.31. num.9., Solorzan. de Jur. Indiar. lib.2. capit.17. num. 19. tom. 2., Casareg. loco citato num.5.*

Quamobrem si Statutum Januense in Capitibus exadverso relatis disponit de intestata successione Illegitimorum, respexisse dicitur non ad tempus nativitatis, sed mortis, quo efformatur Jus successionis, ut in terminis statutariæ successionis ait *Rota cor. Bich. dec.625. num.25. & seqq.*, quo quidem tempore inspecto, nec persona Marchionis Pallavicini, nec ejus Bona subdita erant jurisdictioni Statuentium, &, quod magis, actus ipse decessus ab intestato, utpotè consumptus in alieno Principatu, normam, & regulam sumere nequit à Legibus Januensibus, ut disertè observat *dicta decis. in Romana dotis, seu Testamenti, ubi supra*.

Altera evincentior ponderatio est, quod quocumque tempore dictum Statutum operari dicatur, ratio, ob quam Conjunctos ex latere paterno capaces reddere nequit ad succedendum in Bonis sitis extra Territorium Statuentium, non provenit ex circumstantia temporis, quo illud operari incipit, sed promanat ex defectu Jurisdictionis, quâ Statuentes carere dicuntur in res, & Personas, ipsorum potestati minimè subjectas, ut firmatum fuit in §. *Quæ certissima*; Undè sive in ipsa origine, sive certo adveniente tempore Leges municipales Filium illegitimum natalibus restituant, effectus istiusmodi restitutionis metiendi erunt, non ratione temporis, sed potestatis illam concedentis, quæ si tanta esset, ut non restringeretur intra certæ jurisdictionis fines, frustra inquireretur, quo ex tempore restitutio natalibus concessa intelligi deberet, contra verò, si certis finibus circumscribitur, ex eodem defectu potestatis, quo in uno tempore, sic etiam in alio prorsus inefficax remanebit; Semper enim adesse dicitur defectus jurisdictionis, quæ, utpotè solummodò competens circa administrationem rerum suarum, nullo tempore, & neque directè, neque indirectè exerceri potest intra alienæ Ditionis fines, ut in proposito tradit *Doad. consult.72. num.20. & seq., Moscard. de general. Statutor. interpret. conclus.6. à num.26. ad 31., Gross. de contract. Minor. inspect.2. quæstion.64. n.29., Gaill. lib.2. observat.124. n.15., Marescott. variar. lib. 2. cap.9. num. 10., Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst.5. num. 4., Tiraquell. de Jur. Primogen. quæst. 46. numer. 2. & 32., Bellon. de Jur. accrescend. capit. 10. quæst.2. numer.3. & 48., Rota coram Puteo decis.351. num.2. lib.1., coram Ludovis. dec. 255. num.6., coram Merlin. dec.353. à numer.13. & seqq., & decis.601. num.7. & seqq., in Recent. decis.28. num.6. & seqq. part.6., decis.96. n.7. & seqq. part. 19., & in d. Romana Dotis, & Testamenti §: Hujusmodi namque distinctio cor. R.P.D. Cerro*.

Beneficium verò successionis, quod præsidio Legis, & Statuti frustra hucusque tentarunt DD. Marchiones, conatu magis irrito obtendunt sibi debitum ex æquitate Canonica, juxtà quam, ex *Thesaur. citata quæst.22. nu.3. & 6.*, inquiunt, eosdem admittendos esse saltem ad
exclusionem Fisci, qui, nonnisi in casu extre- 93
mi subsidii à Lege vocatur, deficientibus videlicet Conjunctis omnibus usque ad decimum gradum inclusivè; immò verò eidem nedum præfertur Uxor, sed & intra strictiores fines ejusdem successione limitatâ, in concursu Magistratus, & Collegii excluditur ab hereditate Collegæ, vocando denique Commilitonem in successione Militis, & Consocium in illa Consocii: Magis igitur justa ratione illum excludere posse dicebant Conjunctos ex latere paterno, vigore patriarum Legum illi effectos successibiles, id confirmando exemplo cujusdam Joannis Colbert Angli, qui cum in Urbe decessisset, & Fiscus ejus Bona, tanquam vacantia, occupasset, illa deindè restituit Uxori, quæ, licèt, tanquam hæretica, incapax esset successionis in hereditate Viri Catholici, nihilominùs, quia ipsa docuit, juxta Leges An-
glicas esse sibi debitam successionem in here- 94
ditate Viri Catholici, Rev. Camera Bona Fisco incorporata eidem dimisit.

Nescitur enim, quo Juris loco scripta sit dicta æquitas canonica excogitata à *Thesauro*, quæ sanè si subsistentiam haberet, actum undique esset in his terminis de successione fiscali, communi tamen Doctorum placito adm[illegible] sa, & rursus frustrà nostræ sanctissim[illegible] inter conjunctos ex latere paterno,

mos ablatis agnationis, & consanguinitatis ju-
ribus, statuissent, Fiscum excludi tantum
95 à Matre, & Descendentibus per latus mater-
num, nil propterea mirum, si Doctores om-
nes, qui ante, & post *Thesaurum* scripserunt,
dictam æquitatem, licèt omnibus obviam, at-
que notam, secuti non fuerunt. Norunt enim,
illam sequendam esse, vel in decernendis dum-
taxat alimentis Filiis spuriis, aut ex coitu, à
Lege civili damnato, sive non adprobato,
susceptis, quibus illa non providerat, *Bart. in
leg. fin. n. 7. ff. de his, quibus ut indign.*, *Natt.
consf. 402. nu. 49. lib. 2.*, *Riminald. Jun. consf.* 380.
num. 9. & plurib. seqq., *Surd. consf.* 177. *nu.* 13.
lib. 2., *Gratian. discept. for. cap. 95. num. 16.*,
Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 83. num. 3., *Co-
var. in Epitom. de Sponsal. part. 2. capit. 8. §. 5.
num. 3.*, *Clar. in §. Testamentum lib. 3. quæst. 31.
num. 5. in addit.*, *Lucidor. de Illegitim. in præ-
lud. nu. 23. in fine*, vel ad effectum consequen-
di legitimationem, ex firmatis à *§. Quo stante
cum seq.*; At quod attinet ad hereditarias suc-
cessiones, Leges Canonicæ, quæ non immu-
tarunt dispositionem Juris civilis, aperte ex-
cludentis Conjunctos ex latere paterno ab he-
reditate Illegitimi, nullo loco censuerunt, il-
los admittendos esse ad exclusionem Fisci præ-
textu æquitatis, Doctorum ingenio adinven-
tæ, atque apertè lædentis sanctissimas Leges,
quæ, tametsi rigidæ sint, nihilominùs, cum
rigor iste Lege scriptâ probatus reperiatur,
96 præferendus omninò est inani colori æquitatis,
privato Judicio unius Doctoris confictæ, & ini-
quitatis notâ proscribendæ, non enim æquio-
res Lege nos esse decet, ut ait *Thabor. axiom.
Jur. lib. 1. cap. 39. axiom. 10. § Ubi enim repe-
ritur cum seq.*, & cum eo *Tusch. pract. conclus.
lit. E. conclus. 312. nu. 16. & seqq.*, *Gaill. pract.
observat. lib 2. observat. 23. num. 26.*, ubi, quod
æquitas non adiuta Legibus, servanda non est,
97 & Judex aliud judicare non potest, quàm quod
jure definitum reperitur, *Henrig. de fidejussor.
cap. 5. num. 115.*, ubi quod æquitas contra Jus
non attenditur, *Menoch. de præsumpt. libr. 1.
præsumpt.* 80. *num. 32.*, *Monac. decis. Florent.
70. num. 31.*, & passim alibi.
Cui porrò non scriptæ æquitati locum facere
98 nequit odium Fisci, quia, ut plenè probatur
*in Voto edito favore Rev: Cameræ in secundo ar-
ticulo §. 7.*, cum Bona vacantia ad illum defe-
rantur, tanquam ad communem Parentem,
idemque, ut prosequitur *dictum Votum §. 8.*,
ea capiat beneficio Legis, nullâ ratione odii
99 notari potest, quæ rursùs si aliquo respectu in
ordine ad Fiscum considerari valeret, nihilo-
minùs, ut ex *Paciano de probat. lib. 2. capit. 12.
num. 49.* probat *dictum Votum §. 7.*, in succes-
sione deferenda, non favor materiæ, sed di-
spositio Juris spectanda est, proindèque dum
100 Leges certum gradum, & locum Fisco in suc-
cessione statuent[illegible] deficientibus Cognatis,
per decimum [illegible] conjunctis,
illum veluti [illegible] locarunt,
successio ei [illegible] [illegible]sique

P

præripi non poterit à Conjunctis ex latere pa-
terno, quos Leges non agnoverunt, nec in
illo successibilitatis gradu unquam posuerunt,
ut supra latè firmatum fuit in *§. 1. & sequen-
tibus*.
Parvi itaque refert, quod Fiscus admittatur
in casu dumtaxat extremi subsidii, eidemque
Jura nostra prætulerunt Uxorem, aliasque Per-
sonas exadverso enumeratas; nam tantum
abest, quod ratio ista juvet, ut potiùs retor-
queatur adversus Conjunctos ex latere paterno,
nam, si Lex vocat Fiscum in subsidium dum-
taxat, si huic subsidiario Successori prætulit
plures Personas, nullo consanguinitatis vincu-
lo Defuncto conjunctas, si denique cum agi-
tur de Illegitimi hereditate, admisit dumta-
xat Conjunctos ex latere materno, nullo un-
quam loco, aut casu locum faciendo Descen-
dentibus ex latere paterno, sed immò illis pe-
nitus prætermissis, dicendum profectò est,
quod ab illis excludi nullo pacto possit subsi-
diarius iste Successor, cum licèt peculiaris Ju-
ris privilegio prælatæ reperiantur Personæ,
exadverso enumeratæ, prælatio tamen isthæc 101
extendenda non erit ad alias Personas, de qui-
bus Lex expressè non loquitur, & quas omni-
nò contempsit, ex regula, quod Fisci exclu-
sio inducta in casibus à Jure decisis, & expres-
sis, trahenda non est ad casus, Doctorum aucto-
ritate collectos, *Corrad. dec. 258. num. 39.*, *Pe-
regrin. de Jur. Fisc. lib. 4. titul. 3. sub num. 13.
versic. Tu adverte*, ubi, quod extra casus à Ju-
re decisos, auctoritatibus Doctorum contra Fi-
scum non facile subscribendum est, *Montan. in
tractat. de Regal. verb. bona vacantia num. 7.*,
inquiens, Fiscum in succedendo Subditis, so-
lum excludi in casibus expressis in Legibus, non
in aliis auctoritate Doctorum figuratis, quia in
materia successionis non est facienda extensio,
cum hereditates ex Legibus solum deferantur, 102
idemque tradit *Pajard: allegat. Fiscal. part. 1.
allegat. 32. num. 132. & seqq.*, *Paschal. de vir.
patr. potestat. part. 2. cap. 1 num. 73. versicul. ad-
verte tamen*, *Alfar. de offic. fiscal. Gloss.* 20.
§. 9. num. 139., *Vincent. de Franch. decis.* 198.
num. 1.
Quin prævalere possit in concreto casus illa
semper inculcata ratio, quod agatur de suc-
cessione in hereditate Illegitimi, vigore Pa-
triæ Legis, atque adscriptionis nobilitati Ja-
nuensi restituti Juribus agnatitiis, quia, ut
pluries dictum est, illæ efficere poterunt, quod
Conjuncti ex latere paterno (nisi aliud obstet,
ut superiùs notatum fuit) excludant Fiscum
quoad Bona existentia in Territorio Januensi,
atque subjecta Jurisdictioni, ac potestati Le- 103
gislatorum, at non etiam quoad Bona, quæ
NicolausMaria acquisivit in Ditione Ecclesia-
stica, ad quæ ex defectu potestatis extendi ne-
quit dispositio Legum alterius Principis: Quam-
obrem si Fiscus hic non reperit Conjunctum
ullum ex latere materno, aut aliam Personam,
quæ expressè ipsi à Jure prælata reperiatur, ju-
re suo excludet Conjunctos ex latere paterno,

extra omnem succesſibilitatis gradum poſitos,
eiſdemque ſuffragari non poterit ficta illa legi-
timatio, ſive diſpenſatio deſumpta, tum ex
Statuto, tum ex adſcriptione nobilitati, quia
his præjudicium nullum inferri poteſt Juribus
Fiſci alterius Principis, ut luculenter tradit
*Duad. dicta ſæpius allegata conſultat.1. ſub nu-
mer.17., Trentacinq. variar. reſolut. lib. 1. ti-
tul. de legitim. quæſt.4. num.12. & 13.*, ubi lo-
quens de legitimatione facta ab Imperatore,
ait, illam nocere non poſſe Fiſco alterius Prin-
cipis, ibi = *Tum quia præjudicaretur Patri, &
eo mortuo, Filiis Agnatis, & Cognatis, etiam
Fiſco Eccleſiæ, ſeu alterius Principis*.

Et denique plus non urget dictum exemplum
in objecto relatum, & de quo fusè *in contrario
Reſtrictu* §. 48., nam, cum Fiſco faveat ex-
preſſa Juris diſpoſitio, ſucceſſionem illi defe-
rens in hereditate Illegitimi, ut Agnati, vi-
104 gore peculiaris Juris, promanantis ex patriis
Legibus, Fiſco prælati cenſeri poſſint exem-
plo rerum Judicatarum, in ſimilibus Cauſis edi-
tarum, non ſufficeret unicum adferre, ſed plu-
ra proferenda eſſent judicata, ex quibus ita ju-
dicandi conſuetudo introducta dici poſſet, per
ea, quæ tradunt *Bonden. collect. legal. 38. nu-
mer.177. & 185. volum. 2., Rota coram Ro as
decis.143. n.9., coram ſan. me. Alexand.VIII.
decis.220. num.23.*, & benè *coram Merlin. de-
cis.353. num.54. & ſeqq.*, ibi = *Nec obſtat con-
105 ſuetudo, ut etiam in Bonis extra Territorium
ſervetur Statutum Narnienſe excluſivum fœ-
minarum, quam Maſculi aitebantur probare,
quia defecerunt, nec probarunt concludenter,
cum requiſitis ſcilicet, quod talis conſuetudo ſit
univerſalis, quod fuerit in contradictoriam de-
ducta, & obtinuerit, & quod veriſimiliter de-
venerit ad notitiam, & frequenter id contigerit,
prout opus erat, Doctores in leg.2. Cod. quæ ſit
long. conſuetud., & quod idem caſus cum iiſdem
qualitatibus contigerit pluries, & pro Maſculis
fuerit reſolutus, Ancharan. &c. =, & dec.544.
num.6. & ſequen., in recent. decis.177. num.54.
& ſequen part.5. tom.1., & decis.267. num. 8.
& ſeq part.16.*, ibi = *Et quod pluries fuerit
deciſum favore Maſculorum* =.

Inſuper memoratum exemplum in ſui etiam
unicitate longè diſtat ab hypotheſi noſtra, &
nullam cum ea conferentiam habet; Uxor
enim vindicans Bona Viri defuncti, nulloque
106 egens auxilio Legum Anglicarum, intentio-
nem ſuam fundabat in aperta diſpoſitione Ju-
ris communis *in leg.1. C. Undè Vir, & Uxor*,
ipſi prælationem tribuentis ad excluſionem Fi-
ſci, à quo eadem repelli nequibat ſub obtentu,
quod eſſet hæretica, tum quia hoc non erat
benè juſtificatum, tum & fortiùs, quia, tam-
etſi fuiſſet heretica, cum tamen inter ipſam,
107 & Defunctum validum, & verum Matrimo-
nium contractum reperiretur, *Sanchez. de Ma-
trim. lib.7. diſput.72. num.1. & ſeqq., Rota in
Monaſterien. Matrimonii 5. Decembris 1696.
coram clar. mem. Card. Caprara*, in qua di-
ctum fuit, quemdam Baronem Catholicum te-
neri inire Matrimonium cum Hæretica propter
ſponſalia, cum eadem contracta; eadem, li-
cet ob hæreticam pravitatem incapax fuiſſet
ſucceſſionis, non idcircò tamen repelli potuiſ-
ſet à Fiſco, qui ſolummodò Bona capit, uti 108
ab indigno, non autem ab incapace, ut ma-
turè re examinata, tradit *Farinac. de heref.
quæſt.190. §.7. nu.102. & ſeqq., & ſub n.104.
§. Sed certè*, ubi ait, quod juxta veriorem opi-
nionem inteſtata hereditas delata ad Hæreti-
cum vindicari nequit à Fiſco, *Barry de ſucceſſ.* 109
*lib.18. tit.1. num.34. & ſeq. fol. mihi 387., Bo-
naccin. oper. moral. tom.2. de contract. diſput.3.
quæſt.17. punct.3. ſub num 1. §. Ex quo infert,
cum aliis apud Sanchez. in ſumm. lib. 2. cap.14.
num.21. & ſeqq.*

Ab iis, quæ huc uſque diximus, concidit
tertium fundamentum *contrarii Reſtrictus, à §.
10. & ſeqq.* propugnantis, quod cum hic non
agatur de ſucceſſione activa Illegitimi in here-
ditate alicujus Conjuncti per medium pater-
num, ſed de paſſiva ſucceſſione in hereditate
ejuſdem Illegitimi favore Agnatorum, quos
mille actibus pro Conſanguineis agnovit, at-
que probavit, diverſo marte dijudicandum
ſit vel de ſanctione Juris civilis, vel de ope- 110
ratione Statuti Januenſis: Etenim nemo non
videt, quod Jura civilia, quæ ſtatuerunt Jus ſuc-
ceſſionis viciſſitudinarium, mutuum, & reci-
procum, æquâ lance militant in ſucceſſione
activa, ac in paſſiva, quia non ſuccedimus il-
li, qui nobis non ſuccedit, & hoc eſt apertum,
immotumque Juris principium: Inſuper ſi di-
ctum Jus mutuæ ſucceſſionis eatenus negatum
fuit inter Illegitimum, Conjunctoſque ex late-
re Patris, quia Legibus Civilibus omnia Jura
agnationis, & conſanguinitatis quoad ipſos
ſuccifa ſunt, profectò hæc ratio generaliter
ſtringens reſpectu, tum activæ, tum paſſivæ
ſucceſſionis, efficit, quod quemadmodum Il-
legitimus activè ſuccedere nequit Agnatis, ita
etiam ejus hereditas obnoxia minimè ſit Juri
paſſivæ ſucceſſionis favore Agnatorum, cum
hæc invicem ſint correlativa, ut probatum
fuit *§. 1. & ſeqq.*, ubi demonſtravimus, id
procedere etiam favore Fiſci, qui deficienti-
bus Conjunctis ex latere materno, tanquam
vacantem, capit hereditatem inteſtatam Ille-
gitimi, excludendo prorsùs venientes ex late-
re paterno, deſtitutos omni civilis agnationis,
ſive conſanguinitatis vinculo, & carentes jure
viciſſitudinariæ ſucceſſionis, quod Jus, ex ipſa
notione, & ethimologia nominis illius viciſſi-
tudinarii importat paritatem rationis inter
activam, & paſſivam ſucceſſionem; Cum
enim illæ ſint invicem correlativæ, ſublato
extremo activæ, ſublatum quoque dicendum
erit extremum paſſivæ ſucceſſionis, vel ſaltem
Pars adverſa adferre cogetur juſtam aliquam
rationem deſumptam ex Juris principiis, ob
quam Agnati ſuccedere debeant Illegitimo,
quibus ipſe ſuccedere nequit, quam tamen
adferre numquam poterit, donec manebunt
Leges ſub initium allegatæ.

Quam

Quam sinè rationem non bene mutuant à
Statuto Januensi, permittente activam succes-
sionem Agnatis, quia, ut toties diximus, &
111 replicare cogimur, similes Leges municipales
afficiunt dumtaxat res, & Personas, Statuen-
tium Jurisdictioni subjectas, & non operantur,
nisi copulative concurrente utraque subjectio-
ne, Personarum, & Bonorum; Quonam er-
gò pacto Statuta Januen. præstituere poterunt
successionem activam Agnatorum in patrimo-
nio, à Marchione Pallavicino hic in Urbe reli-
cto, & cujus respectu viget Jus Romanorum,
quoscumque Agnatos per medium paternum
arcens? nonnè id esset Legislatoris potestatem
extendere ad res, & Personas, ejusdem Juris-
dictioni non subditas, Jusque dicere extra pro-
prium Territorium? quod perabsurdum esse,
atque repugnare omnibus Juris nostri regulis,
præter alibi allegatos, docuerunt *Altograd. consil.93. num.16.*, *Thomat. decis.189. nu.19. & seq.*, *Rota coram Merlin. decis.353. num.20. & seqq.*, *coram bon: mem. Emerix. Jun. decis.335. num.2. & seqq.*, *& dec.372. num.2.*, *in recent. dec.177. num.28. & seqq. part.5. tom.1.*, *dec.96. num.5. & seqq usque ad fin. part.19. tom.1.*, &
prosequitur *in dicta Romana dotis, & Testamenti §. Vel ad summum coram Rev. Patre D. Cerro.*

Contemptis prorsùs auctoritatibus omnibus
exadversò in hoc passu fusè congestis, tum
quia reprobantur, sive declarantur à *Dond. d. magistrali consultat.1. num.* 20. *& seqq.*, tum
quia revera nostræ hypothesi non applicantur;
ad rem enim non pertinent illæ, in quarum
casibus concurrebat legitimationis petitio, sive
ipsa formalis legitimatio obtenta à Legitimato;
Hoc namque casu absurdum non erat, quod
ipsi succederent illi, quos faciendo se legitima-
re agnoscere voluit in suos Successores, quam-
112 vis è converso isti eum non agnoverint, præ-
sertim verò, quando legitimatio impetrata
fuit absque Agnatorum consensu; Tunc enim
justâ ratione successio claudicare potuit, ut
nempè Agnati succederent Legitimato, qui
voluit sese eorum familię aggregare, atque in-
serere, licèt ipse non succederet Agnatis, qui
legitimationi non consenserunt, & in hoc sen-
su loquuntur *Angel.*, *& Carpan. loco citato*,
aliique, quorum verba referuntur in contrario
Restrictu.

Caronda lib. 1. *cap.* 24. agit casum à nostro
diversum; Nam loquitur de Legitimato à Du-
ce Ferrariæ, cujus erat Subditus, qui deindè
lares transferens in Galliam, obtinuerat à Re-
ge literas naturalizationis, ut habere posset Suc-
cessorem in Bonis, in Regno sitis, excluso
113 jure Regio succedendi in omnibus Bonis, ibi
possessis tàm à Bastardis, quàm ab Exteris;
Refert autem, Causam hanc valdè fuisse di-
sceptatam in Camera perquisitionum, & Do-
minum *Chartelier* non retulisse quid fuerit de-
cisum, licèt dixerit, ipsum tenuisse pro Con-
sanguineis, pro quibus idem *Caronda* ait, se
responsurum, ob eam rationem, quod literæ
naturalitatis datæ fuerant à Rege postquam
legitimatus fuerat à Principe, & sic literæ eum
jam legitimatum repererant, & fortè rectè eo
casu pro Consanguineis respondisset, quia li-
teris à Rege datis, prorogatâque Jurisdictione
Legitimantis, adprobata dici posse videbatur
legitimatio facta à Duce Ferrariæ, quæ proin-
dè implicito quodam consensu, à Rege præsti-
to, prodesse poterat Consanguineis.

Barry de success. lib.18. tit.1. num.28. vers. nàm cum Dux, refert simplicitèr quæ tradit *Caronda*, ut illi respondendo, notat *Dond. dict. consult.1. sub num.20. §. Franciscus Barry.*

Baquet Druit de Bastard. cap.14. loquitur
de legitimatione obtenta ad instantiam Patris,
ut notat *Barry* illum allegans *de success. ab intest. lib.10. tit.1. num.25. & seqq.*, & præser-
tim *num.27. vers. sed quæritur*, subdens, eum-
dem *Baquet* docere, tunc demum Collaterales, 114
Patris succedere posse ipsi Legitimato, cum illi
legitimationi consenserunt.

Thesaur. sepius exadverso citatus *quæstion.2. num.6.*, nescitur, quo jure dicat, obtinuisse
Conjunctos ex latere paterno, quibus obstabant
apertissima Jura relata *§. 1. & seqq.*, quæ inter
Illegitimum, & illos vigere negant jura vicis-
situdinariæ successionis intestatæ, quia inter 115
ipsos non contrahitur jus agnationis, sivè quà
non datur jus successionis, & prætereà ipse *Thesaur.* clarè innuit, agi de Bonis sub ejusdem
Principis Jurisdictione existentibus.

Rota coram Orano apud Constantin. ad Statut. Urb. decis.127. num.4. firmans, quod Con-
stitutio Sancti Pii V. licèt ademerit Illegitimis
legitimatis activam successionem in Bonis Cle- 116
ricorum, non sustulerit jus passivæ successio-
nis, suffragari nequit Dominis Adversariis.
quià passivam successionem, quam non sustu-
lit dicta Constitutio, ademit Jus commune, ab
illa non immutatum, utràque successione ex-
cludens Consanguineos ex latere Patris, eam
concedendo Conjunctis ex latere Matris.

Et deniquè missis aliis, quod attinet ad *clar: mem: Card. de Luca*, *& Votum Andreæ Pieri*,
hi fundantur in auctoritate *Angeli*, & *Alciati*, qui declarantur à *Dondeo dict. consult.1.*,
locis superiùs allegatis, & prætereà in eorum
casu concurrebat vera, atque explicita legiti-
matio obtenta consensu Patris, nec agebatur
de ejusdem effectu porrigendo ad Bona, & res
existentia extrà Territorium Legitimantis, &
sub dominio alterius Principis, ex quo proma- 117
nat alia ratio, ob quam, tametsi concurreret
vera legitimatio, nihilominùs intestata here-
ditas Nicolai Mariæ fieri non posset obnoxia
juri passivæ successionis, ab intestato deferen-
dæ ad Agnatos, ut probatum fuit in *§. Quæ certissima cum seqq.*, quod agnovisse etiam vide-
tur *Angelus* in contrarium allegatus *dicto consil.350.*, dùm ait, in casu, de quo ipse agebat,
legitimationem à Principe factam de proprio
Subdito, ipso, vel ejus Patre petente, extendi
potuisse extrà Territorium Principis legitiman-
tis, eò quod illi nulla irrogabatur injuria, dum,

ipso non contradicente, prorogatio jurisdictio-
nis facta;fuerat, ut notat *Doud. dict. consult.*1.
*num.*20. *§. Inter scribentes*, paulo post initium,
quod etiam innuit *Martin. Laudens. loco in con-
trario Restrictu allegato*; nàm postquam *n.*106.
excripserat verba *Angeli*, *num.* 107. sic in-
quit = *nisi diceris, salvando Angelum, ipsum
loqui, quando legitimatio fit ex prorogatione ra-
tione personæ, rei, vel loci* = licet quoties fit
respectu rei, semper illam prohibitam censeat
*Bellon. de jur. accrescend. cap.*10. *dict. quæst.*4.
*num.*75. *& seqq.*

Jam verò sumus in quarto contrarii Restri-
ctus fundamento in eo posito, quod Marchio
Nicolaus Maria se conformare voluerit dispo-
118 sitioni patrii Statuti Januensis, ut nempè inte-
stata successio in sua hereditate deferretur ad
eos, qui Patria Lege vocantur, hanc præsum-
ptam confirmationem eliciendo ex eo, quod
ille natus civis Januensis, jura originarii domi-
cilii numquam amiserit, immò verò animum
illud retinendi declaraverit pluribus actibus
exadverso cumulatis, per quos inferunt DD.
contrarii Defensores, quod ipse in hereditate
sua successionem deferri voluerit ad mentem
præfati Statuti, quæ voluntas, ut subdunt,
normam dare debet successioni respectu etiam
Bonorum, quæ sita sunt in alieno Territorio,
eò quod hoc casu illa non à Statuto, sed à De-
functi voluntate, quæ divisionem non patitur,
deferri dicatur.

Discursus ejusmodi fragilitatem sufficienter
evinceret generalis illa animadversio, quod
119 nempè præsumpta hæc Defuncti conformatio
Patriis Legibus multum quidem valere queat
prò interpretando illius testamento, si adesset,
ac dubia illius dispositione, quam Doctores re-
currentes ad Patrias Leges ità intelligendam
esse docuerunt, ut Testator in dubio se illis
conformasse præsumatur, quemadmodum si
hæ deficiant, ad mentem juris disponere vo-
luisse censetur, optimè *Casareg. ad Statut. Ja-
nuen. in rubric. de succession. ab intestat. n.*88.
& seqq., & frequentèr apud alios: At aliter
res se habet respectu intestatæ successionis, quæ
immediatè à Lege, ejusque ministerio defertur
120 ad Personas, ex ejusdem censura vocatas, ità
quidem, ut in tali successione Defunctus per-
missivè dumtaxat se habeat, totumquè Lex
operari dicatur, *Perusin in leg. Si quis in prin-
cip. num.*69. *ff. de legat.*1., *Dadill. in leg. ab eo
num.*5. *in fin. Cod. de fideicomm.*, *Canon. in
leg.*1. *num.*10. *ff. de legat.*1., *Bald. in leg. si
emancipati num.*15. *Cod. de collat.*, ibi = *Octa-
vò opponitur, quod non sit differentia testati,
& intestati, quod sic probo. Qui non testatur,
testatur scilicèt tacitè, ut ff. de jur. Codicil.
leg. Si quis cum nullum: solve: Illud impropriè
dicitur testari, scilicèt permissivè, non disposi-
tivè; nàm aliud est permittere, in quo sola cau-
121 sa efficiens apparet, & aliud est disponere, in
quo apparet causa efficiens formalis, & etiam
materialis, & ideò succedens ab intestatu non
habet formalem titulum ab homine, sed à lege* =
*Rota in recen. decis.*317. *antè num.*28. *par.*18.,
& fusius dicetur inferius.

Idque adeò verum est, ut, tametsi certè
constaret de voluntate Defuncti expressa ver-
bis, vel quod magis est, declarata per testamen-
tum, quod ob defectum solemnitatum, vel
alia simili de causa irritum, & inefficax reman- 122
serit, nihilominùs intestatam ejus hereditatem
capiant ii, qui à Lege vocantur, per *Textus
apertos leg. hac consultissima §. Ex imperfecto
Cod. de Testament.*, *leg.*1. *in fin. ff. si Tabul. Te-
stament. null. ext.*, *Roman. cons.*494. *num.*4.,
*Menoch. consil.*488. *num.*46., *Peregrin. cons.*64.
*num.*21. *lib.*1., *Magdalen. de numer. Test. in
Testam. requisit. par.*1. *cap.*4. *num.*20., *Daurb.
de Testament. tit. de Testib. testament. n.*422.,
*Covar. in cap. Cum esses num.*8. *& seqq. de Te-
stament.*, *Crasi. de successi. quæst.*54. *num.*2.
& seqq., *latè Torr. de pact. futur. successi. lib.*3.
*cap.*12. *num.*60. *& seqq.*, *Bouden. collect. le-
gal.*22. *num.*62. *vol.*2., *Rot. decis.*81. *num.*12.
*par.*7. *decis.*102. *num.*8. *par.*9., *decis.*317. *n.*29.
*par.*18. *recent.*, *post Torr. de pact. decis.*4. *n.*3.
& 4., *& ad ornat. clar: mem: Card. de Luc. de
benefic. decis.*16. *num.*17., & ita in nostris ter-
minis egregiè ratiocinatur *Casareg. ad Statut.
Januen.* 12. *rubr. de successi. ab intest. num.*85.,
inquiens, non attendi tacitam voluntatèm De-
functi, quem sufficit obiisse sinè expressâ, vi-
delicet sinè testamento, ut successio vigore
Statuti deferatur cui de jure deferenda est, &
*num.*86. subdit, quod semper observatur Sta-
tutum, licèt ex testamento invalido cognosca-
tur voluntas Testatoris à Statuto diversa, adeò
quidem ut servatis Legibus municipalibus Lo-
corum, in quibus sita sunt Bona Defuncti,
idem censeatur, quod plures repræsentando 123
Personas, permittere voluerit, ut secundùm di-
versitatem Legum, quibus obnoxia sunt patri-
monia ab ipso relicta, diversimodè etiam suc-
cessio deferretur, & conferunt tradita per *Car-
pan. ad Statut. Mediolan. lib.*1. *cap.*272. *n.*83.,
*Cancer. var. resol. lib.*1. *cap.*5. *n.*71. *cum seqq.*,
*Merlin. de legit. lib.*3. *tit.*1. *quæst.*18. *n.*8. 9.
& 44., *Bellon. de jur. accrescend. cap.*10. *quæ-
stion.*2. *num.*111. *& seqq.*, *Rota in recen. de-
cis.*228. *num.*22. *& seqq. par.*8., *& post Torr.
de Primog. Ital. decis.*47. *num.*28., & latius di-
cemus inferioribus locis.

In cujus, licèt generalis, de cetero tamen
validissimæ animadversionis comprobationem
accedit, quod, si præsumpta ista conformatio
Patriis Statutis tanti valeret, ut ad illius men-
tem successio regulanda esset in universa here-
ditate Defuncti respectu quorumcumque Bo-
norum, ubicumque illa sita sint, eò quod hoc
casu operatio non ad Statutum, sed ad præ- 124
sumptam Defuncti voluntatem, divisionem
non patientem, referretur, frustrà Doctores, ac
Tribunalia tandiù disceptassent famigeratam
illam quęstionem de vi Legum municipalium,
extrà Statuentium Territorium, & Jurisdictio-
nem vires non porrigentium, nàm si tacita vo-
luntas Defuncti elicita ex præsumpta confor-
tio-

matione Patris Legibus, utpotè divisionem non admittens, ubiquè operativa esse poterat, facili ratione expediri potuisset istiusmodi gravissima quæstio, dicendo, quod ex tali præsumpta conformatione eliceretur voluntas Defuncti, nullius Territorii circumscripta finibus, sed ubiquè Locorum effectum suum operans, & nihilominus Doctores, & Tribunalia hanc rationem expressè rejicientia, ut apud *Menoch. cons.1021. num.2., Paris. cons.84. n.42. lib.1., Purpurat. cons.320. num.22., Alex. cons.128. num.2. vers. sed ad hoc respondeo lib.1., Bellon. de jur. accrescend. cap.10. quæst.2. num.97. & seqq., Thesaur. quæstion. forens. lib.2. quæst.5. num.4., Cusureg. ad Statut. Jan. in rubr. de success. ab intestat. num.83. per tot., & præcipuè sub §. Sed tu benè, Capyc. Latr. decis.137. num.24., Rot. decis.177. num.35. par.5. recen., coram Merlin. decis.428. num.19.*, ex professo determinarunt, quod in deferendis successionibus Bonorum existentium extrà Territorium Statuentium attendenda non esset tacita, & præsumpta isthæc Testatoris voluntas, sed servaretur dispositio Juris communis, cujus ministerio, & operatione hæreditas intestata immediatè devoluebatur ad Personas ab illo vocatas, exclusis iis, qui à Statutaria Lege præferebantur, & ad cujus normam à Testatore magis dilecti censendi erant, ut plenè firmatur à Doctoribus, & Tribunalium decisionibus relatis in *§. 33. & seqq.*

Verùmtamen propiùs accedendo ad examen rationum, quibus utuntur Domini exadverso
125 Scribentes, & quas præcipuè desumunt ex retentione originarii domicilii, confirmata pluribus actibus, à Nicolao Maria gestis, respondemus, quod, licèt civilitas, & jura ex origine quæsita, indelebilia dicantur, id tamen intelligitur quoad jura naturalia, & illa sanguinis; at non etiam quoad subjectionem jurisdictioni Legis originariæ, ceterosque civiles effectus; respectù namquè illorum tale jus obumbratur, seù veriùs extinguitur domicilio alibi contracto, ut plenè firmat *Rota in dicta Romana dotis, seù Testamenti 11. Januarii 1714. §. Quamvis enim coram R. P. D. Cerro*, & tradunt *Paul. de Castr. in leg. si eodem n.6. ff. de offic. Assessor., Cephal. consil.13. num.46. & seqq., Riminald. Junior. consil.353. n.145., Honded. consil.5. num.29. cum pluribus sequent. lib.1., Gaill. observat.36. num.7. & seqq lib.2., Molin. resolut.3. num.36. & seqq., Bonden. collectat. legal.44. num.36. & seqq. lib.1., Gobb. consultat.114. n.14.*: Quamobrem cum Marchio Nicolaus Maria longissimo incolatu domicilium Romæ constituerit, inquè eam uni-
126 versum suum patrimonium à Civitate Januæ transferendo, illud ibi retinuerit, atquè ampliaverit, Legibus loci, in quem ipse lares traduxit, & fixit, sese conformare voluisse dicendus est, *Rustic. de fil. in condit. posit. lib.5. cap.7. num.15., Donat. Anton. de Marin. variar. resol. lib.1. cap.141. num.11., claræ memoriæ Cardinal. de Luca de success. discurs.6. n.6., Rota coram Seraphin. decis.1329. num.12., coram Merlin. decis.447. num.11. & seqq., & num.15. §. Quoniam num.25.*, loquens his verbis = *Et quemadmodum Ugoccionus Testator commorando in Urbe, erat adstrictus Foro Urbis, ità etiam contrahendo, vel testando, jure censeri debet se conformasse, & adhæsisse Statutis Urbis* = subdùquè *num.31.* = *Et cum hoc Statuto præsumitur se conformasse Testator, ex quo Romæ testamentum condidit, & diù commoratus est* = *coram sanctæ memoriæ Alexandr. VIII. decis.113. num.4. & seqq., & in Recent. decis. 169. num.8. par.13.*; Immò verò, quod pro inducenda præsumpta conformatione Testatoris Statuto Loci, in quo quis moratur, non 117
oporteat eumdem illi subjectum esse, tradit *Rota coram Priol. decis.436. n.8.*, ibi = *Cum Joannes Antonius hìc in Curia diù steterit, testatus fuerit, & decesserit; licèt eidem Statuto non subesset, arguitur tamen, quod illius dispositioni voluerit proprium testamentum conformare.*

Et hinc descendit alia verissima juris assertio, quod scilicèt concurrente duplici domicilio, altero originis, altero habitationis, sivè
incolatus, præsumptam conformationem vo- 128
luntatis Defuncti referendam, potiùs esse ad Statutum loci habitationis, non originis, ut constanter docuit *Sacra Rota coram Merlin. decis.447. num.28.*, inquiens pro interpretanda Defuncti voluntate, spectanda esse Statuta Regionis, in qua ille commorabatur *coram bonæ memoriæ Emerix Junior. decis.810. num.2. & seqq., ad ornatum clar: mem: Card. de Luca de fideicommiss. discur.71. num.23.*, & præcisè ad rem nostram agens de Principe Nicolao Pallavicino Fratre consanguineo legitimo Marchionis Nicolai Mariæ, qui pariter in Urbe decessit, censuit, illum se conformare voluisse Statutis Urbis, non autem originariis Legibus Januæ in *Romana, seù Januen. Legitimæ sivè Trebellianicæ 10. Martii 1684. §. Etenim coram clar: mem: Card. Matthejo*, confirmata *19. Januarii sequentis Anni §. Inconcussum coram eodem*, & deindè *coram bon: mem: Pio 2. Martii 1693., & 5. Junii ejusdem anni*, ut in Decisionibus impressis ad ornatum *clar: mem: Card. de Luca titul. de Testamen. decis.61. num.2. & 4.*, ibi = *Ex his omnibus potiori jure consequimur, quod Nicolaus voluerit Statuto Urbis, vel Romanorum legibus, quàm Statuto originis in ejus voluntatis Elogio se reddere uniformem* =, & *decis.62. num.6.*, dicens, receptissimam esse
apud Doctores, & Tribunalia opinionem, quod 129
Forensis se potiùs conformet Statutis habitationis, quàm illis originis.

Idquè fulcitur prævalidà illa ratione, quod domicilio originis, utpotè casu à natura dato, præferendum videatur illud, quod quis prælegit maturo consilio, & voluntate, in qua diù
perseveraverit, alibi incolatum contrahendo, 130
per argumentum ductum à *Textu in cap. Nullus de tempor. ordin. glos. in cap. Statutum 11. §. Cum verb in verb. unam dictam*, ubi dicens de

de loco originis rationem non haberi, in fine
subdit = *Et sic disputavi, & determinavi, &*
sic servat Curia Romana, ut audivi =, & est
theorica *Bartol. in leg. si servus plurium 53.*
§. Si numerus num 2. ff. de legat. primo, quam
sequuntur *Bald. in rubr. Cod. si à non competen-*
te Judice, Soccin. Senior. in rubr. digest. so-
lut. Matrim. num.21., Cephal. consil.451. nu-
mer.137. & seqq., Surd. consil.313. num.60.,
Lancellot. Gall. in Consuetud. Alexandr. præ-
fat.8. num.22., Capyc.Galeott. lib.2. contr.17.
ex num.15., Marott. discept.8. num.16. circà
finem, R. P. D. Ansald. de Commerc. & Mer-
cat. disc.10. num.8., Afflict. decis.384., Surd.
decis.329. num.11., Denart. decis. Sardin.85.
num.6., quæ Doctorum traditio multo magis
recipienda est in Romanæ Curiæ Tribunalibus,
inspectâ *Constitutione fon: mem: Innocentii XI.*
relat. apud Card. de Luca de Statutar. successi.,
131 qua disponitur, quod si desit expressa declara-
tio contrariæ voluntatis Defuncti, præsumendum semper sit, illum se uniformare voluisse
Legibus, & Statutis Locorum, in quibus Bona
sita sunt.

Nec vim faciunt contrariæ authoritates, ad-
ductæ, ad probandum, quod declaratio vo-
luntatis aliquando sumpta fuerit à Statuto Lo-
ci originis, non ab illo domicilii; nam ex eo
potius, quam ex isto Loci habitationis interpre-
132 tationem voluntatis capiendam esse, tunc so-
lùm censuit *Sacra Rota*, quando de hoc aliun-
dè concludenter liquebat, ut apud *Jacob Eme-*
rix decis. 810. *num.* 4.; deficientibus vero ad-
miniculis, id confirmantibus, recedendum mi-
nimè est à firmata regula, cui non adver-
santur authoritates in contrarium allegatæ
§. 53., nam in earum thesi concurrebant con-
vincentia argumenta voluntatis Testatoris se-
se conformandi Statuto Loci originis, & age-
batur de interpretanda voluntate resultante ex
testamentaria dispositione Defuncti, qui casus
est longè diversus à nostro, quia, ut inquit *Ro-*
ta coràm Priolo decis. 436. *num.* 11. = *Agitur*
de successione intestata, in qua mens Testatoris
non sic colligi potest ex verbis æquè ac in succes-
sione ex Testamento =; In plerisquè rursus
non concurrebat duplex domicilium, illud
originis, scilicèt, & habitationis, cujus Legi-
bus per diuturnum incolatum Defunctum ta-
citè se subijcere voluisse præsumeretur; nec
contrarium docuit *Salicet. in leg. cunctos Po-*
pulos sub num.14. Cod. de summ. Trinit., & Fid.
Catholic. allegatus *in §. 53. dicti contrarii Re-*
strictus, quia, ut bene illum declarando do-
cuit *Alexand. consil. 16. num.primo, & per to-*
tum libr. primo, ejus doctrina locum sibi vin-
dicare fortè valens in casu, quo Civis aliquis
nunquam per incolatum se subjecisset Legibus
Loci habitationis, procedere certè nequit,
quandò tacitè se illis subijcere voluisse dici po-
test, ut loquitur idem *Alexand. sub dicto nu-*
mer. primo versic. in eadem Sententia, ibi = *In*
eadem sententia quoad casum nostrum concurrit
Salicet. in dicta leg. cunctos Populos in versic. ex
prædictis infero ad Decisionem &c., & etiam in
versic. præcedenti, dum vult, quod, quando
Statutum, puta Civitatis Lucanæ, præfert ali-
quem ad successionem præter jus commune, non 133
extenditur ad Bona alibi sita, si Civis, origine
Lucanus, decedens, Legi alterius loci per do-
micilium, & incolatum ante mortem se sub-
jecit.

Ut igitur intestata hereditas March. Nicolai
Mariæ, non secundùm Leges Loci originis, sed
ad normam Romanarum Legum deferenda
sit, probandum superest, quod ille domicilium
Romæ contraxerit, quodque vel penitùs ex-
cludamus tacitam ejus voluntatem se confor-
mandi Patriis Legibus, & ad illarum normam
intestatam hereditatem deferendi, vel quod
saltem id adeo dubium reddamus, ut fiat locus
magis communi traditioni Doctorum, sentien-
tium, Forensem præsumi potiùs se conformas-
se Legibus, & Statutis Loci, in quo incolatum
contraxit, quàm illis originis.

Porrò, quod attinet ad primum, solà de-
cennali habitatione domicilium contrahi, dis-
ponitur in *Leg. Cornelia 5. §.Ego puto ff. de in-* 134
jur. leg.2.Cod. de Incol. libr.10., Alberic. in
leg. si quis instructus num.8., ibique etiam *An-*
gel. num. 7. ff. ad municipal., Bertazzol. consil.
Criminal. 410. num.9. versic. nec me, Gratian.
disceptat. 824.num.39., Sodarin.resp.prim. nu-
mer.11.versic.Amplius, latè R.P.D.Ansald.de
commerc., & mercat. discurs.10.num.10., Cam-
pell.ad Constitution. Ducat. Urbin. decret. 23.
num.426., Rota coram Comitul. decis. 120. nu-
mer. 4., coram Sanctæ memoriæ Gregor. XV.
decis.279.num.26., coram Buratt.decis.224.nu-
mer. 12., cor. Merlin. dec. 231. num. 5., & in
Mantiss. ad ornat. Card. de Luca de donat. de-
cis. 23. n. 6.

Potiori ergò jure illud in nostra hypothesi à
præfato Marchione Pallavicino contractum
fuisse dicendum erit quadraginta, & ultrà an-
norum nunquam interrupto Incolatu ab ipso
Romæ habito, *Cephal. consil. 246. nu. 23., &*
sequen., Sodarin. dicto resp. primo numer. 12.,
R.P.D.Ansald.de commerc., & mercat.discurs.
10.num.11., Ludovic. decis. Perus. 76.num.14.
præsertim verò, quia agitur de Extero, qui re-
licto Principatu, cui in origine subditus natus
erat, sese contulit ad alium; hoc enim casu
faciliùs præsumi mutationem, sivè acquisitio-
nem novi domicilii, latè dixerunt *Amaya in* 135
leg.Cives ex num.32.Cod. de Incol.libr.10., Na-
var. consil.4. num. 12. de Constitut., R. P. D.
Ansald.de Commerc.dicto discurs. 10.num.18.,
Afflict. decis. 384.num.5., & num.9., ibique
Ursill. num. 3., & sequent., Dexart. decis. 67.
per tot., & præsertim ex *nu.2. versic. sed melius*
cum sequent., Rota ad ornat. Cardinal.de Luca
de Testament.decis.37.nu.14. atque etiam quia
allegatur acquisitio domicilii in loco Incolatus
pro elicienda solummodò voluntate Defuncti
se conformandi Statuto illius Loci, quo casu
non exigitur rigorosa probatio, quod domici-
lium contraxerit animo deliberato ampliùs
non

non discedendi, prout requireretur, si Forensis, antè domicilium longo incolatu quæsitum, juvari vellet beneficio dicti Statuti, ut benè distinguendo advertit *Rota in Romana, seu Januen. successionis ad ornatum Card. de Luc. de Testamen. decis. 61. numer. 5. & seq. & decis. 62. num. 13.*

Fortiùs hæc urgent, quia, præter longissimi temporis Incolatum, Nicolaus Maria rerum, ac fortunarum suarum summam Romæ constituit; Maximam enim Locorum Montium vim hic possidebat, quamdam Domum ibi coemerat, plurima officia vacabilia comparaverat, & denique amplam domum, quam ipse inhabitabat, magnificentissimo, splendidissimoque cultu instruxerat, ita quidem, ut plurima ad ornatum dictæ domus ab ipso facta, loco moveri, & Januam transmitti nequirent; Enim verò his omnibus induci Incolatum, contrahiquè domicilium, res apertissima est, ut de acquisitione Locorum Montium, quæ Stabilibus æquiparantur, *Rot. coram Merlin. decis. 447. num. 29., in Mantiss. ad ornat. Cardinal. de Luc. de donat. num. 9.*, traditur in *Romana dotis, seu Testamenti 12. Januarii 1714. §. Siquidem il secondo coram R.P.D. Cerro*, & de acquisitione Stabilium *Gratian. discept. 599. num. 12., D. Advocatus Campell. ad constitut. Ducat. Urbin. dicto decret. 23. num. 461., Rot. decis. 413. num. 2. part. 4. divers., in recent. decis. 137. num. 11. part. 15., coram Gregor. decis. 179. num. 6., & num. 12., coram Carill. decis. 17. num. 5., coram Priol. decis. 193. num. 4. ad ornat. Cardinal. de Luc. de Testam. decis. 61. num. 3., & in Mantissa ad eumdem tit. de donat. decis. 23. num. 9.*, ac denique de eo, qui majorem Bonorum partem in aliquo loco possidet, est *Text. in leg. 2. Cod. ubi Senatores vel clarissimi*, ibi = *In Provinciis verò, ubi larem fovent, aut ubi majorem partem possident*, & melius in *Leg. cives cod. de Incolat. lib. 10.* illis verbis = *Et in eo loco singulos habere domicilium, non ambigitur, ubi quis larem, rerumque, ac fortunarum suarum summam constituit*, *Glos. in leg. is, cui §. Qui legatorum in verb. domicilium ff. ut in poss. legat., Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. glos. 3. num. 7., Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. prima cas. 86. num. 18., & sequent., Mascard. de probat. concl. 354. num. 21., Barbos. de Episcop. par. 2. alleg. 4. num. 27. versic., & hoc intelligitur, Pattell. adnot. 97. num. 23., Sadarin. respons. primo num. 10., & 14., Mans consult. 60. num. 25., & sequent., R.P. D. Ansald. de commerc. dicto disc. 10. num. 12., Rota in Romana, seu Januen. legitimæ, sivè Trebellianicæ 19. Januarii 1685. §. Inconcussum in fine coram clara memoria Cardinal. Mattheio*; Quo loci respondendo contrariis auctoritatibus, sic inquit = *Quidquid dixerint in contrarium citati, qui non loquuntur in casu tot circumstantiis munita, & signanter retentionis majoris partis Bonorum, pro quo intrat vulgatum adagium, ubi Bonum, ibi patria* =.

At non solum ex præmissis contrahi Incolatum, novumque acquiri domicilium, Doctores tenent, sed præterea antiquum originis censeri derelictum, admonent omnes citati in dicta *Romano dotis, seu Testamenti §. Siquidem in fine coram R.P.D. Cerro*; Certius, quandò, ut in casu nostro, agitur de eo, qui è Loco originis, atque ex alieno Principatu fortunas omnes suas transtulit in Urbem, in qua eisdem amplificandis semper intentus fuit, licèt ab inclinata jam ætate admoneretur, quod, si Patriam remeare, ibiquè res, ac patrimonium suum constituere intendebat, longiores non dabantur induciæ, nec cunctationi, aut moræ locus amplius relinquebatur.

Facta hæc licèt sint potentiora verbis, illisquè viventis, aut morientis voluntas meliùs explicetur, quàm verbis, cum facta effectum ipsum ostendant, verba verò aliquando contrà voluntatem Loquentis proferantur, per *Text. in cap. dilecti filii il 2. de appellat., Castill. contr. Jur. lib. 1. 1. cap. 2. num. 117., & sequent.*; Nihilominus in nostra hypothesi non desunt verba, quibus Nicolaus Maria declaravit, domicilium originis animo penitùs deseruisse; Ille enim, dum viveret, pluries dixerat, se ex hæreditate sua insignem erigere velle Accademiam pro liberalibus Sculpturæ, Picturæ, atque Architecturæ artibus instaurandis, perficiendisque, atque in hanc rem destinaverat, tum domum, quam ipse habitabat, tum etiam tabulas pictas, quas habebat, ut latiùs in nostro *Summ.*; Frustraquè pro adumbranda facti veritate, dictorum testium depositione asserta, adferuntur nonnulli testes, recensiti in contra-
rio *Summario*, quià non deponunt de voluntate 136
deliberata Marchionis Nicolai Mariæ, sed de simplici quadam illius velleitate, ideoque nullo numero habendi, ut inquit *Rota decis. 312. num. 11., & sequent. part. 16., decis. 728. num. 12. part. 18.*, & quod magis est, eorum dictis resistit, inverisimilitudo, illis fidem adimens, *Ale-
xand. consil. 116. in fin. lib. primo, Bertazzol. 137
consil. Criminal. 71. numer. 27., Giurb. consil. 71. num. 16., Fontanell. decis. 60. num. 4., Rot. coram bonæ memoriæ Emerix Jun. decis. 1055. num. 8., & in recent. decis. 819. num. 9. part. 18.*; Contrà verò nostris Testibus fidem conciliat rei ab ipsis assertæ verisimilitudo, elicita ex
factis positivis, superiùs recensitis, *Leg. ob Car- 138
men. §. Ultimo ff. de Testib. cap. licet causam versic. ex præmissis de probat., Conciol. allegat. civil. 53. num. 38., & 40*, latè *Adden. ad Pamphil. decis. 13. num. 14., & sequent., Rot. coram Mantic. decis. 215. num. 4., & seqq., coram Card. Cels. decis. 215. num. 6., ad ornatum Cardinal. de Luc. de dot. disc. 37. num. 15., & de conflict. leg., & ration. decis. 5. num. 5.*, Cumque denique unus dumtaxat ex contrariis testibus, videlicet quartus, dicat, Nicolaum Mariam dictam Accademiam in Civitate Januæ erigere aliquando cogitasse, testis iste, tanquam uni-
cus, nihil probat, ut admonemur *Numer. 139
cap. 35.*, & disponitur in *Leg. Juris jurandi 8. cod. de Testib., cap. veniens 10., & cap. licet ex*

qua-

quadam 47. *versic. non utique ab uno eodem tit.*, *Rota in Romana Mobilium 23. Martii 1711. §. Alter circa med. coram R.P.D. Aldrovando*, præcipue in conflictu nostrorum testium, qui sunt numerò plures, *Angel. de acquir. possess. quæst. 8. art.6. num.161.*, *Cyriac. controv. 61. num.2.*, *Rota Lucen. apud Palm.nepot. decis.28. num.5.*, apud. *Posth.de manut.decis. 534.nu. 20. decis.655. num. 3. coram bonæ memoriæ Emerix Jun. decis. 31.,num.3.,decis. 113.num.5., & decis. 1167. num. 14.*, & deponunt non de mera quadam velleitate præfati Nicolai Mariæ, sed ex eorum depositione elicitur illius perseverantia in tali proposito.

Quæ sanè perseverantia voluntatis, firmique propositi retentio sufficienter desumpta ex eo, quod dicti testes hæc ab illo dici audiverint sub extremum ejus vitæ tempus, à quo
140 specialius elicienda est præsumpta ejus conformatio Statuto, *Bald. in leg in suis num. 33. §. Octavo quæritur ff. de liber., & posthum.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt.40.num. 3.*, *Mantic.de conjectur.lib.3.tit.11.num.18., & numer.20., & sequent.*, *Rot. inter. impress. ad ornat. Cardinal. de Luc. decis. 61.num. 7., & decis.62. numer. 14.*, supra omnem evidentiam manifesta redditur alio validissimo argumento, quia nempè, præter erectionem Accademiæ deponunt, illum destinasse ædificare sacellum in Ecclesia Sanctæ Mariæ ad Rotundam, ibique suum condere monumentum, atque idcircò mandasse Domino Camillo Ruscono egregio sculptori, quod suum elaboraret marmoreum simulacrum super illo collocandum; ut inquiunt duo ex nostris testibus; Quonam itaquè pacto in dubium revocari poterit, quod Nicolaus Maria Patrio derelicto solo, domicilium in Urbe acquistverit, ubi nedum quadragenarium duxerat Incolatum, sed corporis sui exuvias condere destinaverat in loco ab
141 ipso electo? quo argumento ad effectum ostendendi animum acquirendi in loco habitationis domicilium, utuntur *Gratian. d scept.592.numer.5.*, *Rot.coram Sanctæ memoriæ Alex. VIII. decis.98.num.primo §. Verum vers. construenda sepulturam, & ad ornat. Card. de Luc.tit. de Testam.dec.61. ante n.2.*

E conspectu verò tū facti, tum & dictorum talis relevantiæ, quadrare nequit solita replicatio, quod ipse Romæ moram traxit negociationis, & mercaturæ causâ, quæ propterea ad mille etiam annos continuata, nec novi domicilii acquisitionem, multòque minùs antiqui desertionem
142 concludit, secundùm auctoritates contrarii *Restrictus §. 66., & sequent*; Id enim ad sensum earumdem auctoritatum locum sibi fortè vindicare posset, si ageretur de Mercatore, vel alio hujus generis Homine, Coriali videlicèt, Scholari, atque his similì persona, cujus respectu unà cum diuturna habitatione non concurreret ullus alius actus, innuens animum acquirendi domicilium, at aliter res se habet in casu nostro, in quo tot concurrunt univoci actus, hunc animum manifestantes; In his enim circumstantiis elisâ quavis contrariâ præsumptione, solâ decenniali habitatione domicilium contrahi, docuerunt *Felin. cap. dilectus filius il 2. num. 12.versic.2.limita de rescriptis*, *Paris.consil.12. nu.20.,consil.53.lib.3.*, *Menoch. de arbitr. cas.86.num.22., & num. 27.*, *Mascard. de probat. conclus. 534. num. 14.*, *Grat. discept. 592. num. 5., & num. 10. cum sequent.*, *Zauger. de except. part. 2.cap.prim. num. 32., & sequent., & num. 35. versic. negociatio etenim*; *Andreol. contr.428.*, late *Tranchedin. consult.31.num.31. num.14.*, *R.P.D. Ansald. de commerc., & Mercat.disc.10.ex num.14.*, *Rot. in recent.decis.188. ex num.3. part. 2., & bene decis. 137. numer. 9. part.5., & coram Sanctæ memoriæ Alex. VIII. decis.98.num.5., & sequent.* Immò eadem tanti valere censent Doctores, ut, etiamsi agatur 143
de Mercatore, in dubio domicilium ab eo contractum fuisse præsumendum sit, ut apud *Roland. consil.59.num.51., & sequent. lib. 3.*, *Cephal consil.246.num.25. cum sequent.*, *testans de communi, & consil.414. num. 44*, *Paris.consil. 12.num.13., & num. 20.cum sequent lib.3.*, *Bero consil.60.num.23.lib 2.*, *Gratian discept.592. num. 6.*, *Ludovic. decis. Perus. 76. numer. 14. part.2.*; Quibus non adversatur *Rota in Nepesina Legitimæ 26. Aprilis 1697. coram bonæ memoriæ Muto*, in contrarium allegata; Nam in illius hypothesi non constabat de animo contrahendi domicilium, dùm Testator retinebat domum, familiam, & Bona, absque ullà eorum distractione, in Civitate Nepesina; Immo verò post conditum testamentum reversus ad Patriam, in ea permansit usque ad obitum, conditis in eadem codicillis, in quibus Civem Nepesinum se nuncupavit.

Superfluum itaque videri posset respondere argumentis, & conjecturis, quibus Domini contrarii Defensores probare conantur, Marchionem Pallavicinum animo semper retinuisse originarium domicilium, quod etsi justo alio- 144
quo colore sustineri posset, nihilominus illius retentio eidem suffragari valens quoad nonnullos effectus, illos nempè retinendi originarias Patriæ prærogativas, aliasque his similes, non prodesset quoad effectum Patrus Legibus subiiciendi Bona ab ipso possessa in Ditione minimè subjecta jurisdictioni Statuentium, atque in illa toto vitæ spatio retenta, ut validissimè alibi probavimus: Quocircà parvi refert, quod idem Marchio adscribi curaverit nobilitati Januensi, nobilem Januensem se denominaverit, uti talis, nedùm à Republica, sed à Consanguineis omnibus agnitus fuerit, dùm in pluribus contractibus, aliisque actibus, lato calamo exadversò recensitis, ab illis adhibitus reperitur; nam si hæc omnia exadversò referuntur, ut ex iisdem eliciatur species quædam legitimationis præfati Marchionis, & frustrà certò certiùs expenduntur: Etenim legitimatio, atque restitutio natalibus Filii illegitimi, nedum Supremi Principis auctoritate, sed certà, ac solemni formâ fieri debet, derogando 145
Legibus clausis in corpore Juris, *Rot.decis.35. num.1.*

num. 1.*part.*8., & adeo quidem solius Supremi Principis potestati tribuitur, ut licet ad illam requiratur Patris consensus, nihilominùs non
146 Pater, sed Princeps, qui derogat Juri civili, & natalia restituit, legitimare dicatur, ut apud *Bondin. collect.* 1. *numer.* 17. *lib.* 1., *& Bellon. de Jur. accresc.cap.*10. *quæst.*4. *num.* 141., *& seqq.*

Aut verò similes actus magnificantur pro demonstrando animo nunquam mutandi originarium domicilium, ac per consequens se conformandi illius Legibus, quasi eisdem subjectus remanere semper voluerit, & id corruit in antecedenti, & non subsistit in consequenti:
147 Corruit quidem in antecedenti, recurrendo ad distinctionem traditam à *Rota in dicta Romana dotis, seu testamenti §. Quamvis enim coram R.P.D. Cerro*, pluriesque etiam à nobis suprà insinuatam, quod videlicet secernenda sint Jura sanguinis, quæ naturalia dicuntur, ab aliis Juribus merè civilibus, & pertinentibus ad Leges, eisdemque successorios: Actus siquidem omnes pertinentes ad primam speciem frustrà adferuntur pro impedienda adquisitione domicilii hic in Urbe, & præsumpta conformatione, ac respectivè subjectione Legibus Romanis pro deferenda hereditate intestata; Id etenim tum à Lege, tum à voluntate diuturni Habitatoris resurgens, impedire nequivit, quod Marchio Nicolaus Maria adscribi curaverit nobilitati Januensi, & se nobilem Januensem denominaverit, quodque uti talis agnitus, atque tractatus fuerit ab aliis, quippe, si nobilitas non ex Reipublicæ liberalitate, sed origine, & sanguine quæsita à Principe Nicolao ejus Fratre consanguineo non prohibuit, quin ille domicilium adquireret in Urbe, ut firmatum fuit *dicta decis.*62.*num.*15.*ad ornatum Card. de Luc. tit. de testam.*; Quonam pacto id operari valuit respectu Nicolai Mariæ, licèt ipse sese, Republicâ benignè annuente, appellaverit nobilem Januensem, & talis denominatus fuerit ab aliis?
148 *Rot. in Recent.decis.* 137.*n.*12., *& seqq. par.*5., inquiens, protestationem Defuncti, dicentis, se esse Bergomensem, non impedire domicilii adquisitionem, sed ad hunc effectum requiri protestationem claram, quod quis domicilium contrahere noluerit.

Ad eamdem classem conservationis, & agnitionis Jurium naturalium referendi sunt mutui tractatus exhibiti à Consanguineis, & eis repensi à Marchione Nicolao Maria; Cum enim inter Illegitimum, & Conjunctos per me-
149 dium maternum adsit quædam Conjunctio naturalis, cujus vigore hic dicitur de parentela Patris, *Bald. in cap. Innotuit.*20. *num.* 26. *de elect.*, *Natt. consil.*231. *num.*4., *Ruin. consil.* 9. *num.*4. *lib.*4., *Riminald. Jun. consil.* 442. *n.* 37. *& seqq.*, *Peregrin. consil.*52. *num.* 12. *lib.* 4., *& de fideic. art.*22. *num.*8., *Ludovic. ad Surd. de natural. liber. tit. de appellat. natural. numer.*8. *vers. Quinta quæritur*, *Fusar. de substitut. quæstion.*365. *numer.*6., *Benedict. Barz. de fil. non legitim. nat. part.*5. *num.*15., *Picenard. in suo respons. unic. post Sadarin. num.* 69.; Idcircò ex istiusmodi actibus, utpotè percutientibus Jura sanguinis secundùm naturam, itidemque naturalem dictarum Personarum conjunctionem, nullum desumi potest argumentum pro 150
deferenda successione ab intestato, quæ à sola civili consanguinitate dimanat, & normam sumit, ut probavimus supra, & per *Text. in Can. ad Sedem caus.*35. *quæst.*5., appositè notant *Paleott. de Noth.*, *& super cap.* 54. *nu.* 8. *in fin.*, *Picenard. d. respons. unic. num.*71.

Ob quam rationem nil etiam confert gestatio insignium Domus Pallavicinæ, quibus usus est Nicolaus Maria, utpote tribuenda generali consuetudini, quâ receptum jam est, quod 151
etiam Naturales, & Illegitimi dicantur de domo Patris, ferantque illius arma, ad tradita per *Bart. in lib. ult. Cod. de verb. oblig.*, *& in tract. de insignib.*, *& arm.num.*11. *vers. contrarium tamen*, *Soccin. Sen. consil.* 102. *numer.*8. *lib.* 2., *Cephal. cons.*591. *num.*13., *Peregrin. de fideic. art.*22. *numer.*83., *Paleott. de noth.*, *& spur. cap.*60. *numer.*5., *Mart. de success. legal. part.*1. *quæst.*3. *art.*3. *num.*22., *& part.*2. *quæstion.*4. *art.*5. *nu.*23., *Picenard. d. respons. unic. num.* 64., *& num.* 71. §. *Quod verò*; Hæc tamen gestatio tali pacto tolerata, nequaquam efficit, quod Illegitimi sint pro effectibus civilibus, & successoriis de domo, familia, & agnatione, à qua sanè classe in ordine ad successionem, & Jura agnatitia exclusi dicuntur, 152
juxta magistrales decisiones *in Bononien. Fideicommissi de Manzolis* 14. *Januarii* 1697., 10. *Januarii* 1698. *coram b. m. mem. Ursino*, *&* 22. *Junii* 1699. *coram R.P.D. Ansaldo*, quæ postrema impressa reperitur penes *Constantin. ad Statut. Urb. decis.*174.

Consultò pariter omitti poterat conjectura sumpta ex eo, quod Nicolaus Maria adhibitus fuerit in pluribus actibus requirentibus solemnitatem interventus Proximiorum ex Consanguineis; nam hujusmodi actus provenientes 153
ab errore Contrahentium, qui adhibuerunt Proximiorem insuccessibilem, quando pro actus validitate requirebatur Proximior, de jure succedere valens, *Pic. ad Statut. Urb. tit. de contract. minor. glos.*13. *numer.*7. *& seq.*, *Constantin. ad eundem tit. annotat.* 44. *numer.* 83., *R.P.D. Zaul. ad Statut. Favent. tom.*1. *libr.* 3. *rubric.*17. *num.*18., *Rot. in Recent. decis.*344. *num.*4. *part.* 3. *coram Card.Cerr., decis.*840. *n.*8. *& seq.*, nullo numero haberi debent pro effectu, de quo agimus: Sicuti enim non operantur validitatem eorumdem actuum, qui potiùs irriti censentur ob adhibitam Personam, quæ 154
aliter haberi nequibat, quàm pro merè extranea, *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *capit.* 151. *num.*13. *cum seqq.*, *R.P.D. Zaul. rubric. mox citata n.*19., *Rot. coram Dunoz. Jun. dec.*676. *num.* 35. *vers. Defectus cum seq. coram Ninot. decis.*3. *vers. Resultat cum seq.*, *in Recent. decis.*232. *num.*1. *part.*12., *decis.*547. *num.*11. *cum duobus seqq. part.*18., ita, multòque minùs suffragari poterunt ad effectum, ut Conjuncti ex la-

latere paterno ſucceſſibiles ſint Nicolao Mariæ
contra expreſſam diſpoſitionem Juris, ne alio-
155 quin ſequatur, quod ſit in poteſtate illorum,
in ſimilibus actibus adhibendo Illegitimum, in-
duſtriâ ſuâ ſibi comparare jus ſuccedendi in in-
teſtata ejuſdem ſucceſſione, quando ad hunc
effectum requiritur legitimatio Principis, quæ
præterea, ut ſuperiùs probatum eſt, vires ſuas
non extendit extra Territorium Legitimantis,
ut egregiè etiam in ſimilibus terminis dixit
Rota in Romana Fideicommiſſi 20. *Junii* 1712.
*§. Neque hic verſ. Niſi tamen coram R.P.D. meo
Anſaldo*.

Ejuſdem inanitatis eſt pro intento conforma-
tionis Statuto Januenſi in puncto delationis ſuæ
hereditatis inteſtatæ, quod præfatus Marchio
Pallavicinus in quadam epiſtola ſcripta anno
1707. bon: mem: Liviæ Mariæ ſorori ſuæ men-
tionem fecerit Statuti Januenſis *de ſucceſſion.*
illud nominans adjectivo poſſeſſivo *noſtro*, quia
pars illa Statuti, cujus ipſe meminit, loqui-
156 tur de Legatis dumtaxat, & Falcidia, jure na-
turæ debita Matri, haud verò nominat illud,
in quo diſponitur de ſucceſſione Agnati in Bonis
Illegitimi, ab inteſtato, & ſine ſuis Deſcen-
dentibus defuncti: Quamobrem ſi ex ſcientia
dicti capituli Statuti inferri non poteſt ad
ſcientiam alterius, ex notatis per *Surd. con-
ſil.* 150. *num.* 133., *Manſ. conſult.* 227. *num.* 34.,
& num. 39., *& conſult.* 338. *ex num.* 27., *Fon-
tanell. deciſ.* 154. *num.* 12., *Rota Florentin. apud
Palm. deciſ.* 92. *num.* 37., *Rot. coram Seraphin.
deciſ.* 991. *num.* 1. *&* 2., *& in Mantiſſ. ad orna-
tum clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm. de-*
157 *ciſ.* 76. *num.* 11., & univerſim, quod à generi-
ca ſcientia reſultante ex mentione alicujus In-
ſtrumenti, vel Statuti elici nequeat ſpecifica,
atque individua ſcientia eorum, quæ in illis
continentur, *Gloſſ.* communiter recepta *in cap.
Conſultiſſimus de appellat. in* 6., *Cephal. con-
ſil.* 247. *num.* 3., *Peregrin. de fideic. artic.* 52.
num. 21., *Cyriac. controv.* 81. *num.* 93. *cum duo-
bus ſeqq.*, *Urceol. de tranſact. quæſt.* 47. *nu.* 14.
& ſeqq., *Fontanell. deciſ.* 154. *num.* 8. *& ſeqq.*,
Rot. coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 156.
num. 13., *coram Bich. deciſ.* 7. *nu.* 21., *in Man-
tiſs. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de fidei-
comm. dicta deciſ.* 76. *nu.* 7., *Rota Lucana apud
Palm. deciſ.* 8. *numer.* 60. *& ſeq.*, *Rot. Florent.
apud eumdem deciſ.* 92. *num.* 6.

Profectò multò minùs elici poterit actus ul-
lus voluntatis dependens à tali Statuto, juxtà
158 illud omnium ore tritum effatum, *nil volitum,
quod non præcognitum*, cui ſanè enunciationi
factæ de dicto Statuto robur addere nequit ad-
jectivum illud *noſtre*, quia noſtrum dici pote-
rat à Nicolao Maria ſpectatâ origine, quem-
admodum nominando Urbem Januenſem, no-
159 mine noſtræ Patriæ nuncupare valuiſſet; at
non idcircò ex adeò æquivoco loquendi modo
inferri poteſt, quod ipſe ſubjectionem tali
Statuto innuere, ſeque conformare voluerit
illius diſpoſitioni pro delatione ſuæ hereditatis
inteſtatæ, de qua fortaſse in hac cathegoria
nunquam cogitavit: Talis ſiquidem præciſa
voluntas, hunc caſum individualiter percutiens
non æquivocis, ſed omninò concludentibus
probationibus demonſtranda eſt, ex firmatis
in pluribus ſuperioribus §§.

Denique non eſt, cur adferatur teſtamen-
tum ab illo conditum anno 1675., in quo he-
redes ſcripſerat Conjunctos ex latere paterno;
Tantum enim abeſt, ut ex his elici poſſit vo-
luntas ſeſe conformandi Patrio Statuto, ut po-
tiùs contrarium evincatur; Nam, ſi Teſtator
perſeveraſſet in prædilectione illa, quâ, ad
normam Statuti, vocaverat Conjunctos per
medium Patris, non revocaſſet dictam diſpo- 160
ſitionem, ſed cum ea deceſſiſſet, ut ex tali re-
vocatione eruendo mutationem voluntatis ar-
gumentatur *Ruin. conſ.* 14. *numer.* 17. *libr.* 2.,
Gabr. conſi. 97. *n.* 27. *lib.* 2., *Manſ. conſult.* 358.
num 2. *& ſeq.*, *Capyc. Latr. dec.* 127. *num.* 65.
96. *& ſeq.*, *Rota coram Buratt. deciſ.* 689. *n.* 10.,
coram Dunozett. Jun. deciſ. 107. *nu.* 8., *in Re-
cent. deciſ.* 261. *num.* 7. *part.* 11., *deciſ.* 107. *n.* 7.
part. 13., *& in dicta Romana, ſeu Januen. Tre-
bellianica impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de
Luca de teſtam. deciſ.* 61. *n.* 15.

Et quamvis Domini contrarii Defenſores
acrius inſiſtendo revocationi dicti teſtamenti,
in ea conſtituant quintum proprii aſſumpti fun-
damentum, dicendo, quod, cum ille in dicta
revocatione declaraverit, ſe velle decedere
ab inteſtato, & quidem nedùm iſto, ſed om- 161
ni alio meliori modo &c., fateri oporteat, quod
de mente certiſſima dicti Nicolai Mariæ fuerit,
nedùm revocare dictum teſtamentum, ſed ad
hereditatem ſuam vocare, & admittere Pro-
ximiores ab inteſtato ſuccedentes, juxta do-
ctrinam *Bart. in leg. Si jure nu.* 3. *ff. de legat.* 3.,
maximè verò, quia dictæ ſolemni revocatio-
ni teſtamenti ſuperaddita fuit clauſula illa *non
ſolùm iſto, ſed etiam omni alio meliori modo*, 162
quæ certiùs diſpoſitioni revocatoriæ tribuere
dicitur vim ſpecialis, atque implicitæ inſtitu-
tionis favore Heredum ab inteſtato venien-
tium, his ſubdendo, quod tametſi revocatio
ſic concepta vim non haberet teſtamenti favore
Succeſſorum venientium ab inteſtato, nihilo-
minus ex ea ſaltem reſultaret voluntas Nicolai 163
Mariæ ſe conformandi patriis Legibus vocanti-
bus Conjunctos ex latere paterno, & quidem
innegabiliter, ut exadversò dicitur §. 59. *&
ſeqq.* reſpectu Fiſci, quem Nicolaus Maria
nullo pacto cogitavit, aut ſuppoſuit ſibi futu-
rùm heredem ab inteſtato ſucceſſibilem.

Facile tamen erit dictum tantoperè exage-
ratum fundamentum ſubmovere, tum in facto,
tum in jure: In facto equidem animadverten-
do, quod Nicolaus Maria duas fecit revoca-
tiones præfati ſui teſtamenti, primam exara-
tam anno 1677., & in hac leguntur verba
illa = *volens potiùs ab inteſtato, quàm
ſub dicta diſpoſitione decedere* =, & mu-
nita etiam reperitur clauſulâ = *Omni melio-
ri modo* = At ſecunda facta anno 1710. ſim-
pliciter continet revocationem dicti teſta-
menti

menti absque declaratione illâ, quod vellet ab
intestato decedere: Consultò autem, atque
deliberato consilio dictus Nicolaus Maria cele-
bravit hanc secundam declarationem sinè di-
ctis verbis, quia, cum ex famigerata contro-
164 versia inter Heredes bon. mem: Principis Ni-
colai Pallavicini, & ejusdem Sorores agitata
super successione in hereditate Caroli commu-
nis Parentis, acriter disceptatum fuisset, an ex
revocatione testamenti facta cum declaratione,
quod revocans intendebat decedere ab intesta-
to, censeretur, nec ne voluntas dispositiva,
vel permissiva favore venientium ab intestato?
ut percipi potest ex *decis. 1184. edita à bo. mem.
Emerix. Jun.*, Nicolaus Maria ne similis con-
troversia incideret super ejus intestatâ heredi-
tate casu, quo ipsum, nullo condito testa-
mento, decedere contingeret, anno 1710. pro
clariori ipsius voluntatis explicatione hanc se-
cundam fecit declarationem absque illis ver-
bis = *Volens potiùs ab intestato, quàm sub dicta*
165 *dispositione decedere* =, quæ idcircò ex propo-
sito omissa censentur, ut rem relinqueret sub
dispositione Juris communis, ex traditis ad ca-
sum per *Rocc. disput. Jur. select. cap. 42. n. 27.*,
quæ sanè verba dictæ secundæ declarationi inesse
se, atque in ea repetita censeri nequeunt vir-
tute illius protestationis, quâ declaravit, nol-
le recedere à dicta prima revocatione, ibi =
*E senza recedere dalla sudetta sua prima cassa-
zione, & annullazione* =, quia, si Nicolaus
Maria hoc secundo actu nihil addens, vel mi-
nuens primò, fecisset consimilem, & in om-
nibus uniformem declarationem, hæc super-
flua omninò fuisset, nil quippè urgebat, quo
moveri posset ad simplicitèr confirmandum
primum actum, contra verò justa suberat ra-
tio, ob quam illud melius declararet, pro evi-
166 tandis nempè controversiis, quæ super eo
emergere poterant, quo fit, ut sequenda sit
interpretatio illa, quâ talis actus utilis, rationi
consonus, & ad finem aliquem consequen-
dum proportionatus redditur, non autem al-
tera intelligentia, qua idem prorsùs inutilis,
& nullâ justâ ratione, aut causâ factus dica-
tur, ex notis juris nostris regulis.

Ex ista verò facti animadversione, & sepa-
ratione facilè assequimur, dictam secundam
testamenti revocationem à Nicolao Maria fa-
ctam fuisse eâ dumtaxat mente, illoque con-
silio, ut primæ adimeret speciem omnem,
& fucum tacitæ voluntatis aliquem certum He-
redem sibi designandi, quam importari posse
verbis illis, *quod potiùs decedere volebat ab in-
testato*, adeò acriter disceptatum viderat in
illa controversia nota universæ Curiæ, & ma-
gis ipsi, qui frater erat DD. Sororum de Pal-
lavicinis.

In jure autem multipliciter corruit conse-
quentia, quæ subsumitur à prætensa uniformi-
tate dd. declarationum, & asserta conjunctio-
ne secundæ cum prima; Etenim, si eædem
declarationes præseferrent, ut Pars prætendit,
speciem aliquam tacitæ voluntatis super dela-
tione intestatæ hereditatis ad normam Legis, 167
vel Statuti, adhuc regula hæc sumi non posset,
nisi à Statuto Loci habitationis, conditi testa-
menti, & factæ declarationis, seu revocatio-
nis, minimè verò à Statuto originis, quod in
hac materia prælativè ad dictum Statutum do-
micilii, & testamenti in nulla potest conside-
ratione haberi, secundùm ea, quæ lato cala-
mo locis suis disseruimus: Nequaquam refra-
gante repetitâ illâ objectione, quod Nicolaus
Maria tantâ constantiâ, & firmitate tractando
pro veris Consanguineis dictos Agnatos per
medium paternum, illos, tamquam sibi ab
intestato successibiles agnovisse dicendus sit,
taliter ut ad eos dumtaxat respexerit, quando
revocato testamento, professus est velle dece-
dere ab intestato, nam semper recurrit eadem
inconcussa replicatio, quod tractatus tanto ap-
paratu conclamati, probant agnitionem hujus-
modi jurium, sanguinis, & naturæ, quæ in-
negabilia erant, & juxta quæ Marchio Palla-
vicinus tractavit pro sibi naturaliter conjunctis
antedictos Agnatos, & illi è converso ipsum
Nicolaum Mariam; At quid indè pro juribus
agnationis, & consanguinitatis ademptis à Le-
ge, & non concessis à Statuto Januensi, nisi
partialiter, & per viam dispensationis simpli-
citer suffragaturæ quantum ad Bona sub eo- 168
rum jurisdictione existentia? Ista siquidem ju-
ra agnationis, & consanguinitatis sunt absolu-
tè necessaria pro stabilienda vicissitudioaria il-
la specie successionis, quæ secundùm Leges no-
stras determinatur, & aliter stare nequit: Cum
ergò nemo facto suo alteri attribuere possit,
quod à Lege denegatum est, palam est, quod
Marchio Pallavicinus nequivit sibi constituere
in veros Agnatos, ab intestato successibiles, di-
ctos Conjunctos per medium paternum, solum- 169
que potuit illos instituere heredes ex testamen-
to, vel æquipollenter declarare, quod inten-
debat illos ex sua dispositiva voluntate succe-
dere, tametsi non reperiretur testamentum il-
los nominatim designans. Longè autem ab hoc
scopo distant tractatus, & agnitiones referen-
dæ ad jura naturalia sanguinis, quæ sicuti di-
stinctissima sunt à civilibus, & successoriis, ita
stat benè simul, quod Marchio Pallavicinus
eisdem juribus naturalibus confessatis, qualia
revera erant, nunquam habuerit in mente
delationem hereditatis intestatæ, constituendo
non Agnatos civiles in cathegoria, qua non
erant, pro dicto effectu successorio ab intestato,
quem percutere debent in puncto puncti con-
trariæ probationes, alioquin semper æquivo-
cæ manebunt, & nullius in proposito relevan-
tiæ, secundùm ea, quæ supra pleno calamo ad-
notavimus.

Respondemus præterea, quod in quæstione
illa, an is, qui revocat testamentum, quia
vult decedere ab intestato, censeatur decede-
re velle cum voluntate dispositiva favore legi- 170
timorum Heredum, vel cum voluntate merè
permissiva, Doctores distinguentes casum in
quo Defunctus revocaverit testamentum, quia

simpliciter decedere volebat intestatus, ab alio, in quo, præter revocationem testamenti, declaraverit, se illud revocasse, ut sic succederent legitimi Heredes, vel aliis similibus verbis designaverit Personas succedere debentes; Hos, inquam, casus distinguentes, censent, in primo venientes ab intestato vocatos censeri minimè posse voluntate dispositivâ,
171 sed voluntate merè permissivâ, submoto solùm obstaculo testamenti, quo illi arcebantur ab hereditate; revocans enim testamentum, ut decedat intestatus, non testatus, sed verè intestatus mori dicitur, ad *Text. expres. in leg. §. Si heres ff. si tabulæ testam. null. extab.*, ibi = *Si heres institutus non habet voluntatem, vel quia incisæ sunt tabellæ, vel quia alia ratione Testator voluntatem mutaverit, voluitque intestatus decedere, dicendum est, ab intestato rem habituros eos, qui possessionem Bonorum acceperunt*, *Bald. in leg. sancimus n.2.*, ibique etiam *Castrens. num.5. in fin. Cod. de testam.*, *Soccin. Jun. in rubr. ff. de acquir. possess. nu.135.*, ubi explicans *Bartol.*, ait = *Non tamen ex testamento propriè, sed ab intestato succederetur*, & *num.139. in fin.*, inquiens, hanc opinionem esse communem, *Natt. in Authent. hoc inter liberos num.11. & seqq. Cod. de testam.*, *Spad. cons 336. num.1. num.10., & numer.12. lib.3.*, *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 15. numer.19. in fin.*, cum aliis apud *Mans. consultat.446. num.1.*, *Rot. in Romana, seu Jannen. Successionis 11. Januarii 1693. §. Neque revocaverit coram clar. mem. Card. Matthæjo.*

Multùm siquidem repugnat Legis dictamini, quod revocans testamentum, quia vult decedere intestatus, testamentum condere dicatur, ut vocationem ex eo certis Personis attribuat, ut benè ratiocinatur *Aretin. in leg. Heredes palam §. Si quid post col.2. in fin. versic. præterea ff. de Testament.*, ibi = *Præterea, & istud fortiùs obstat, quomodò videntur instituti venientes ab intestato, si Testator dicit, quod vult decedere intestatus? Certè hoc repugnat verbis Testatoris* = *Barbat. cons. 60. ex numer. 15. lib.2.*, *Aldobrandin. cons. 2. num.7.*, *Soccin. Jun. consil.145. nu.9. vers. Et tantum erit lib.2.*, *Spad. cons.336. num.16. ad med., & num.21. libr.3.*, *Mantic. de conjectur. lib.12. tit. 1. numer. 31.*, *Merend. contr. Jur. lib.3. cap.44. nu. 8. in fin., & num.9.*, *Mans. consult.446. num.4.*, *Franch. decis.287. num.2.*, ibi = *Si Testator revocet testamentum, quia vult decedere ab intestato, quomodò igitur poterit dici, quod heredes instituerit venientes ab intestato?* = *Rota in d. Romana, seu Jannen. Successionis 11. Januarii 1683. §. Ita imperceptibile coram clar. memor. Cardin. Matthæjo.*

Conspirante in idem duplici certissimo Juris nostri axiomate, quorum primò traditur,
172 titulum testati, tanquam à sua forma, pendere à præcisa, ac deliberata voluntate testandi, ità quidem, ut dari sinè ea non possit, ad *Textum in leg. divus 25.*, *ubi gloss. in figuratione casus ff. de militar. Testament.*, *Soccin. Jun. cons.139. num.31., & num.38. & seqq. lib.2.*, *Cancer. var. resol. par.1. cap.3. n.75. & seqq.*, *Mantic. de conject. lib.2. tit.15. n.22. vers. nam magis*, *Cresp. observ.50. num.22. in fin., & observ.52. num.47.*, *Mans. consult.446. num.4., & num.7.*, *Leo decis. volent.40. n.61. & seqq. tom.3.*; Altero vero edocemur, quod titulus testati, & intestati suàpte naturà sibi invicem adversantur, ut inquit *Bald. in leg. Sancimus num.2. Cod. de Testament.*, *Riminald. Jun. in leg. unic. num.46., & num.51. Cod. quand. non peten. part., & consil.532. n.49.*, *Rip. respons.9. num. 3. de secund. nupt.*, *Altograd. cons.61. num.21. lib.2.*, *Argel. de acquir. possess. quæstion.6. artic.12. num.332.*, *Mans. dicta consultat.446. num.8.*

Unde Jure, meritòque communiori Doctorum calculo receptum est revocationem testamenti factam cum simplici declaratione decedendi ab intestato, non inducere dispositionem, sivè tacitam institutionem venientium ab intestato, sed permissivam dumtaxat volun- 173
tatem, tollentem obstaculum prioris testamenti, ut ex *Textu in leg. Si quis ità 82., & gloss. ibidem ff. de hæred. instituen.*, probant *Peralta in leg. Lucius num.23. vers. ratio est ff. de legat.2., & in leg. Si quis ff. de legat.3. num.53., & num.69. & seqq. in fin.*, inquiens, ista expositio in revocatione prioris testamenti, nolo valere testamentum, quia volo decedere intestatus, non est dispositiva, sed est declaratio quædam tacitę, seù fictæ voluntatis permissivæ, & cum exprimatur quod à Jure tacitè inerat, non operatur aliquid de novo, dispositivè inquam, nisi sublationem prioris testamenti, *Bart. in leg. Gallus & seqq. ff. de liber., & posthum.*, *Bald. in leg. Antequam in primo opposit. Cod. commun. de success.*, *Natt. in Authent. hoc inter liberos in 6. quæstion. sub n.12. vers. ex prædictis Cod. de testament.*, *Soccin. Junior. cons.124. numer.36. post med. lib.2.*, *Spad. cons.326. num.1. in fine num.15., & numer.25. in princip.*, ibi = *Quæ verba clarè demonstrant, quod per hujusmodi dispositionem Testator non dicitur fecisse novum Testamentum, nec dedisse hereditatem venientibus ab intestato, sed tantùm permissivè, quod succederent ex Juris dispositione sinè testamento* = latissimè *Giurb. in consuetud. Messan. cap.5. gloss.4. num.5. in fine*, *Mans. consult.446. num.13., & per tot., consult.448. num.6.*, *Rota in dicta Romana, seù Jannen. Successionis 11. Januarii 1683. §. Et non videtur, & §. Proindeque.*

Indeque assequimur, quod Succedens hoc
casu, dicitur habere titulum à Lege, & non ab 174
homine, *Bald. in leg. Si Emancipati num.15. Cod. de collation.*, ibi = *Octavo opponitur, quod non sit differentia testati, & intestati, quod sic probo: Qui non testatur, testatur scilicet tacitè, ut ff. de jur. Codicillor., leg. Si quis cum nullam, solve, illud impropriè dicitur testari, scilicèt permissivè, non dispositivè, nam aliud est permittere, in quo sola Causa efficiens apparet, & aliud est disponere, in quo apparet Causa efficiens*

ciens formalis, & etiam materialis; Et ideò Succedens ab intestato non habet formalem titulum ab homine, sed à lege = *Alexand. cons.46. in fin. lib.5.*, ibi = *Præterea illud, quod dicimus, quod intestatus decedens videtur disponere, & relinquere Bona venientibus ab intestato, dictæ leg. conficiuntur, illud est verum impropriè, scilicet permissivè, non dispositivè, & ideo talis Succedens non dicitur habere titulum à Defuncto, sed à Lege* =, *Sped. consil.336. num.15. ad med.*, ibi = *Ista revocatio etiam vestita, non est novum testamentum, nec est voluntas dispositiva, sed ademptiva, nempè quia non disponit expressè, quod sibi succedant venientes ab intestato, sed hoc relinquit in dispositione Juris, ut sibi succedant ab intestato ex legis dispositione, non autem ex sua dispositione testamentaria* =, & *num.115. §. Ex his*, ibi = *Ex his ergo Juribus, & authoritatibus tot gravissimorum Doctorum videtur intrepidè concludendum, quod hic non sumus in voluntate dativa, sed tantùm permissiva, ut sibi succedatur ex dispositione Legis, remoto impedimento primi testamenti* = *lib.3., Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.27. n.13., Bellon. de Jur. accrescen. cap.10. quæst.2. numer.111. & seqq.*, inquiens, quod hoc casu successionem defert Lex, non autem Defunctus, latè *Giurb.* loco mox citato *num.5. in princ.*, *Merend. controv. Jur. lib.3. quæst.44. num.9.*, dicens, quod qui vult decedere intestatus, non vult testari, cum velit hereditatem à Lege deferri, & apud *Mans. consult.44. num.17. §. Quodque Carolus, & num.24. §. Atque in præcisis*, ibi = *In hoc casu voluntas Defuncti est merè permissiva, & non dispositiva, itaut Lex, & non Defunctus successionem deferat* =, & *consult.449. num.15.*

Nec hujusmodi actui simplicis revocationis, importanti voluntatem dumtaxat permissivam, vim dispositivæ tribuere potest clausula illa *omni meliori modo*; Etenim hæc tan-
175 quam suàpte naturà roborans dumtaxat, atque confirmans actum revocationis testamenti, illius naturam mutare nequit operando, quod de permissivo dispositivus, & de negativo efficiatur actus affirmativus, *Petroch. cons.8. n.20.*, *Bero cons.4. ex num.5. lib.2.*, *Faber. de error. Pragmatic. decad.39. error.2. num.8. & seqq.*, *Hodiern. ad Surd. decis.128. num.10.*, *Mans. consult.133. à princ. usque ad num.13.*, & præcipuè *num.8. & seqq.*, idem *consult.496. n.14.*, & *consult.448. num.10.*, *consult.449. num.27. & seqq.*, *Rota in dicta Romana, seù Januen. Successionis 11. Januarii 1683. §. Non obstat cum seqq. coram clar: mem: Card. Matthejo.*

Multò autem minùs turbat, quod à sæpius citata *decis. in dicta Romana, seù Januen. Successionis 11. Januarii 1683. coram claræ memoriæ Card. Matthejo Sacra Rota* deindè recesserit, in *decisionibus* nempè editis *coram eodem Cardinali Mattheja, & bonæ memoriæ Pio*, confirmatis *in decis.1144. coram bonæ memoriæ Emerix*, quia *Sacra Rota* non idcirco recessit à dicta *decisione*, quia censuerit, quod actus ille, quo quis suum testamentum revocavit, eò quod decedere vellet ab intestato, importaret voluntatem dispositivam, sed quia in hypothesi dictæ decisionis Carolus Pallavicinus Pater Nicolai Mariæ minimè se continens in simplici revocatione testamenti facta, ut decederet intestatus, ulteriùs declaraverat, quod volebat decedere intestatus, quodque in ejus hereditate succederet, seù succederent ille, vel illi, qui ex forma Statuti Januæ *de success. ab*
intestat. succedere debent, idque declaravit 176
coram Notario, & quinque testibus, quæ sunt solemnitates in testamentis ordinandis requisitæ à Statuto Januæ, quod præterea mandat, ut in omnibus dispositionibus, atque ultimis voluntatibus, spretis formis, & Juris subtilitatibus, executioni demandetur Testatoris voluntas. Jure igitur, meritòque *Sacra Rota*, hoc casu censuit, istiusmodi verbis importari voluntatem dispositivam, non autem merè permissivam, quia Testator non revocaverat testamentum, ut simpliciter decederet ab intestato, sed designaverat certas Personas, illas nempè vocatas à Patrio Statuto Januæ, ad quod nominatim relationem habuerat: Quamobrem, cum actu isto, nedùm expressè designati legerentur certi Successores, sed talis designatio facta esset cum solemnitatibus sufficientibus ad perficiendam veram testamentariam dispositionem, & ageretur inter Liberos ejusdem Testatoris, talis actus, utpotè re verà dispositivus, importare nequibat simplicem voluntatem permissivam tollentem dumtaxat prioris testamenti obstaculum.

Nemo autem non videt, quantum hic casus distet à nostro; nam Nicolaus Maria nihil aliud dixit, quàm revocare velle suum testamentum, ut decederet intestatus, & sublato obstaculo testamenti ab ipso conditi, hereditatem suam relinquere sub dispositione Juris communis, & Legum, nullo prorsus designato Personarum genere, quas succedere vellet, quo casu cum deesse dicatur quælibet tacita voluntas dispositiva Defuncti, ejusdem proindè Bona deferenda erant ad normam Legum, quibus illa subjecta sunt, pro diversitate patrimoniorum eidem dando diversos Heredes, ex plenè firmatis pluribus in locis præsentis Restrictus.

Quâ retentâ terminorum distinctione, locus in præsenti nequaquam dari potest illi tacitæ voluntati ex adverso desumptæ à dicta revocatione, quæ, ut ajunt Domini contrarii Defensores, si vim testamenti habere nequit, saltem indigitat voluntatem Marchionis implicitè directam ad Conjunctos ex latere paterno, vocatos à Patriis Legibus, quibus illum se conformare voluisse hoc casu præsumendum est, juxtà authoritatem *clar: mem: Card. de Luc. de Testam. disc.25. sub num.14.*, & *Rota coram bonæ memoriæ Emerix Junior. decis.1184. num.1. & seqq.* Discursus namquè iste continet petitionem principii, & supponit id, quod est in quæstione, quod nempè Defunctus simili actu se conformasse præsumendus sit dispositioni Legis

gis municipalis, id quod nec in concreto casus nostri, nec etiam in abstracto ullâ justâ ratione sustineri potest. Non quidem in concreto casus nostri, quia non versamur in Defuncto, qui unicam dumtaxat civilitatem haberet, illam nimirum originis, quo casu colore aliquo præsumi posset, eumdem in aliquo actu, ab ipso gesto, se conformare potius voluisse Patriis Le-
177 gibus, quam dispositioni Juris communis, minus verò Legibus municipalibus, vigentibus extra suam Patriam: At aliter res se habet in casu nostro, in quo, ut luculenter credimus demonstratum, Marchio Nicolaus Maria duplicem habebat civilitatem, originariam nempè, & domiciliariam, quæsitam quadragenario Incolatu Urbis, aliisque positivis actibus superius recensitis: Hac etenim figuratione cum agitur de capienda interpretatione alicujus actus celebrati ab istiusmodi Persona, determinandum prius est, cui nam Statuto illum se conformare voluisse præsumendum sit, num scilicet Statuto originis, vel Statuto domicilii: Cumque ex prænotatis prævaleat Statutum domicilii, eo plenius, quod tacita voluntas ex adverso à revocatione subsumpta non faveret Agnatis, qui in solo Statuto Januæ fundamentum suæ vocationis inveniunt, sed bene ceteris Heredibus intestatis præstitutis à Legibus Romanorum, & Statutis municipalibus Urbis.

In abstracto verò, & in universum dicimus, quod in similibus actibus simplicis revocationis testamenti locum sibi vindicare nequit in-
178 terpretatio tacitæ voluntatis, elicitæ ex præsumpta conformatione Legi municipali, quià talis interpretatio supponit subjectum, sive actum, circà quem versari possit, præexistentem videlicet voluntatem dispositivam, quæ dubia fit, & ex verisimili ista conformatione interpretationem recipere queat: Quamobrem, si ista deficiat, tanquam deficiente subjecto, interpretabili, deficiet etiam interpretatio, ex illo omnium ore trito effato, quod non Entis nullæ sunt qualitates, quo, in proposito, utitur *Casareg. ad rubric. Statut. Jan. de success. ab intest. num.88. & seqq.* Cum autem, ut diximus, istiusmodi simplices revocationes testamenti contineant voluntatem merè permissivam, quæ dispositionis nomen non meretur, hinc sequitur, quod, quoties ex probationibus, vel aliis veris argumentis non constat, Defuncti mentem fuisse, ut Bona sua deferrentur ad
179 eos, qui Statutariâ dispositione vocantur, hoc casu successio deferenda sit ad normam Juris communis, non autem dispositionis Statutariæ, quæ vigore permissivæ dumtaxat voluntatis Defuncti, vires suas porrigere nequit ad Bona, alienæ Jurisdictioni subjecta, *Peralta in leg. Lucius num.23. vers. ratio est ff. de legat.2., Bald. consf.262. sub num.1. propè finem lib.3., Alex. consf.128. num.2. vers. secundò allegabat lib.1., Cravet. consf.250. num.4. vers. secundò principaliter, Marian. disput.39. num. 21. tom.1.,* optimè *Bellon. de jur. accrescen. cap.10. quæstion.2. num.108. & pluribus seqq.*, ibi = *Sive ex probationibus, vel veris ex præsumptionibus, & conjecturis constet, mentem Defuncti fuisse, ut Bona sua ad eos, qui Statutaria dispositione vocantur pertinerent, censent alii trahi Statutum etiam ad Bona alibi existentia &c., sed neque sententia sustineri potest; nam, cum tractetur de successione intestati, in qua non consideratur voluntas Defuncti, nisi quatenùs non disponendo, censetur rem in Juris dispositione reliquisse, & sic voluntas permissiva fit, ut ea non secundùm id, quod Testator universaliter voluit, sed secundùm id, quod de Jure dispositum est, & sic quoad Bona sita in Territorio Statuentium secundùm dispositionem Statutariam, quoad Bona verò alibi existentia, secundùm dispositionem Juris communis regulari debeat; Voluntas enim Testatoris ità demum in successionibus deferendis est attendenda, si sit dispositiva, non etiam si sit permissiva, quià qui permittit, non agit, ideòque vis actus non ex voluntate Disponentis æstimari debet* =, & apud *Mens. consult.446. num.21., consult.448. num.4., & consult.450. num.12.*, & distinguendo inter voluntatem permissivam, & dispositivam admittit *Rota in Romana, seù Januen. Successionis 6. Aprilis 1685. §. Haud quidquam relevante coram clar: mem: Card. Matthejo.*

Propterea que in his terminis voluntatis merè permissivæ omni exclusâ interpretatione, conformationis uni, vel alteri Statuto, Bonorum delatio ab intestato diverso jure censenda est juxtà diversitatem Legum, Statutorumque, 180
in diversis Territoriis vigentium, *Cyn. in leg.1. num.4. vers. ad quod respondeo*, ubi etiam *Bart. num.36. vers. non obstat Cod. de Summ. Trinit., Corn. consf.85. num.8. lib.3., Alex. consf.128. num.2. vers. sed hoc respondeo lib.1., Gozzadin. consf.49. num.9., Menoch. consf. 1021. num. 7. & seqq., Bellon. de Jur. accrescen. cap.10. quæstion.2. num.39. ad num.102., Carolus Anton. de Luc. de pluralit. homin. legal. cap.148. n 9., Mausf. consultat.446., latè Casareg. ad Statut. Januen. rubric. de success. ab intest. ex num.97. usque ad fin.*

Et hinc patet, extraneam prorsus esse *decis. 1184. coram Jacob Emerix*, quià ibi Carolus verè disposuerat, ut prænotavimus, & agebatur de Testatore, unico originis Statuto tan- 181
tummodò subjecto: Auctoritas verò *Card. de Luca* non meretur attendi, quià ut ipse refert *num.2. dicto disc.25. de Testam.*, *Sacra Rota* semel, atque iterum sprevit motivum tacitæ voluntatis dumtaxat elicitæ à præsumpta simplici conformatione Statuto, & sanè opinio *Rotæ*, dictam tacitam voluntatem non attendens, conformis apparet bonis principiis, quibus contraria viceversa obluctatur; nam Heredes legi- 182
timi habent tacitam voluntatem Disponentis, ut *leg. si quis ità heres instituatur ff. de hered. instituen.*, & nihilominus ex *gloss.* ibidem succedere dicuntur ab intestato, non ex testamento, quod pariter colligitur ex *leg. conficiuntur*, & *leg. si quis cum testamento in princip. ff. de Jur. Codicill.*, & etiam ex *leg. Lucius §. Fi-*

§. Filiam ff. de legat. = Pronepos licèt habeat voluntatem Testatoris, tamen succedit ab intestato = ; Et denique ex *leg. Gallus in princip. ff. de Liber., & Posth. = Filius expressè non institutus, habet quidem tacitam voluntatem Testatoris, & hæc non sufficit, ut testamentum non subsistatur* = quod notat etiam *Gloss.* ibidem *in princ. in verb. posse*, ut optime ex his Juribus ad rem nostram ratiocinatur *Spad. conf. 336. num. 23. lib. 3.*

Nec magis favent ceteræ auctoritates ex adversò relatæ, quià plerumque fundantur in doctrina *Bart. in leg. si jure ff. de legat.*, qui loquitur per verbum = *Videtur* =, & sic sensit non de vera institutione, sed de abusiva & impropria tantùm, ut aptè colligitur ex verbis Jurisconsulti in *leg. conficiuntur ff. de Jur. Codicill.* loquentis his verbis = *Creditur Paterfamilias spontè sua relinquere legitimam hereditatem* =, & tamen ei succeditur ab intestato, & ex dispositione Legis, non ex testamento, sicut etiam in *leg. si quis cum testamento in princip. ff. eodem*, dicitur, quod legitimi Heredes perindè habentur, ac si omnes heredes ejus essent, ubi *Gloss. in verb. hæredes supplet = scripti habeatur, ergò legitimi hæredes, perindè ac*
183 *si essent scripti* =, & nihilominus non succedunt ex testamento, sed ab intestato, & ita declarando doctrinam *Bart.* observant *Perols. in leg. Lucius num. 23. vers. ratio ff. de legat. 2., Spad. conf. 336. num. 25. lib 3., Mans. consult. 446. n. 5. & 6.*, & reverà *Bart. in dicta leg. si Jure* locutum fuisse de Institutione impropria, apertissimè evincitur ex ejusdem mente in *leg. si quis cum testamento ff. de Jur. Codicillor.*, loquentis his verbis = *omnis decedens intestatus*
184 *videtur instituere illum, qui ab intestato succederet* = ; Id quod intelligi nequit, nisi impropriè, non autem proprie ad inducendum titulum testamentarium, ut benè declarant *Alemand. conf. 44. num. 21. vers. Prætereà lib. 5., Spad. conf. 335. num. 24. lib. 3., Bellon. de Jur. accrescend. cap. 2. quæst. 2. num. 19. & seqq., & num. 67. & seqq., & cap. 10. quæst. 2. num. 20., Amat. resol. 76. num. 16., Mans. consult. 446. num. 6.*

Reliquas doctrinas missas facimus, vel quia ad sensum *Bartoli* loquuntur, vel quia reprobatæ sunt ab aliis Doctoribus, secundum veriora principia quæstionem tractantibus ; Undè sat esset respondere alteri subalterno assumpto DD. exadverso Scribentium, quod nempè intèr Succedentes ab intestato sufficit quodcumque voluntatis indicium, quia illud aliundè sumendum est, quàm ex ipsa revocatione, quia hæc continet meram permissionem, &, sicuti inquit *Bellon. citat. in §. In abstrato = Qui permit-*
185 *tit, non agit* = ; Quamobrem ex *Casareg. in dicta rubrica ab intestato num. 89.*, optimè concludemus, quod non præexistente aliquo actu positivæ, seù dispositivæ voluntatis, adesse nequeunt adminicula, & indicia, quæ illum demonstrent.

Jam verò, si, ut mox dictum est, qui permittit, non agit, & qui vult decedere intestatus, removet solummodò obstaculum prioris testamenti ; talis remotio proderit etiam Fisco, quem Leges vocant, cum Defunctus decedit sinè testamento, & nullis relictis Heredi- 186
bus, qui ejus Judicio necessariò succedant, ut firmatum fuit in *Voto Articulo primo §. 1.*, neque hoc casu quærendum est, an Fiscus succedat titulo Heredis, seu Jure regali Supremi Principis, sed satis est, quod, deficiente Herede scripto, qui titulo testati hæreditatem capiat, & nullo etiam extante legitimo Herede, illam ab intestato agnoscente, fiat locus Juri Fisci, pro cujus exclusione frustrà dicitur, capiendam esse quamcumque interpretationem 187
favore cujuslibet alterius Conjuncti, juxtà *consil. Bald. 437. sub nu. 2.*, aliasque auctoritates allegatas *in contrario Restrictu §. 63.*, nam illæ loquuntur in terminis renunciationis, quæ revera continèt actum dispositivum Renunciantis, eademque quocumque modo concipiatur, sivè per translationem, cessionem, extinctionem, aut quamcumque aliam rationem, tametsi importantem realitatem actus, nihilominus talis renunciatio, licèt quoad modum, quo concepta est, diversimodè operetur, attamen, 188
quia ejus operatio semper tribuitur voluntati dispositivæ Renunciantis, explicatæ per actum positivum, rectè hoc casu dicitur, verisimile non esse, quod Renuncians ad exclusionem sui, suorumque Heredum, deficientibus Renunciatariis, Fiscum vocare voluerit, ideoque eveniente hoc casu, ex implicita voluntate Renunciantis fit locus resolutioni renunciationis, excluso prorsùs Fisco, juxta authoritates exadverso allegatas, quæ dum recurrunt ad resolutionem renunciationis, confirmare potiùs videntur Jus Fisci, alioquin successuri, dictà renunciatione stante, ut percipi potest ex ipso *Baldo consil. 431. num. 2. versic. Pone enim libr. prima, Molphes. ad consuetud. Neapol. titul. de renunciat. quæst. 17. num. 16., & in tractat. de succession. ab intest. fol. 643. num. 23., Moles apud Prat. disceptat. 33. pagin. 295. §. Nec decisiones, Donat. Anton. de Marin. resolut. 190. numer. 35. lib. 1., Carol. Anton. de Luca ad franc. decis. 375. numer. 8., Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 10. num. 38., & post ipsum Rota decis. 200. num. 1.*

Ergo ubi actus non sumit fomentum à voluntate dispositiva Facientis, sed immo ab operatione Legis, nulli dubium subesse potest, quod dicta Legis operatio, homine permittente, efficax Fisco faveat pro capienda hereditate intestata, & ut intestata deferenda, ut contingit in terminis longè durioribus donationis irrevocabilis, seu inter vivos facta favore alterius, in qua certò nemo cogitur vocare Fiscum 189
ab Bona donata casu, quo Donatarius sinè testamento, & legitimis Heredibus decedat, nihilominùs cum deficit pactum reversivum, succedit Fiscus, juxtà firmata per *Rotam in Cavallicen. Donationis 11. Novembris 1707. §. Item in opposito coram R.P.D. Ansaldo, & in confirma-*

materia 2. Julii 1710. §. Quibus omnibus coram R. P. D. mea Lancetta, non ex alia ratione,
quia pro eo excludendo, non sufficiunt vaga
indicia desumpta ex inverisimilitudine, alisque
que adminiculis minimè inhærentibus subjecto
190 alicujus præexistentis dispositionis, quæ sola
Fiscum arcet, non voluntas permissiva, quæ
Legem operari sinit; nam, si lex Fiscum certo
casu vocat, illum profectò excludere nequit
voluntas nil agens, sed Legis censuræ totum
remittens.

Progrediendo post hæc ad examen sexti contrarii
fundamenti, innixi Apostolicis Constitutionibus
Julii III., *Pii IV.*, & *Pauli V.*, ex
quibus Reverendam Cameram excludi, con-
191 tenditur a successione Incolarum exterorum,
& forensium in Urbe decedentium; facile nos
ab illis expedire possemus, dicendo, quod
Pars Adversa intentionem suam fundans in di-
ctis Constitutionibus, requirentibus certam
qualitatem, concludenter de ea docere teneretur,
videlicet, quod Nicolaus Maria Pallavi-
cinus habendus esset pro Extero, & Forensi;
nam de istorum hereditatibus eædem Constitutiones
disponunt. Cum autem argumentis
luce clarioribus probaverimus, illum effectum
fuisse verum Civem Romanum, juxtà etiam
firmata in sæpiùs citata *Romana Dotis, seu Testamenti
§. Quamvis enim coram R.P.D.Cerro*,
192 aliasque authoritates alibi allegatas, hinc sequitur,
dici non potuisse Forensem, proindeque
non comprehendi sub Statuto, seu Lege
loquente de successione Forensium, *D. Advocatus
Campellus ad Constitutiones Ducatus Urbini
decis. 23. num. 424., & post Rembold. Vot. 1.
num. 338., Rota coram Merlin. decis. 103. numer. 1.,
& decis. 145. num. 12.*

Verùm si illarum importantiam medullitùs
scrutari proponimus, inspiciendum priori loco
est, quid disponatur in illa *Julii III.*, nam
reliquæ *Pii IV.*, & *Pauli V.*, tanquam confirmatoriæ,
addere quidem possunt robur Con-
193 stitutioni confirmatæ, sed nihil de novo disponere
censentur, ex omnibus nota regula, de
qua apud *Ramon. consil. 37. num. 73., ibique
Balducc. num. 41., Rocc. disput. Jur. select. capit.
185. ex num. 11., & seqq., & in Firmana
annuæ præstationis super emolumento salis 14.
Junii 1709. §. Summo quidem coram Reveren.
Aldrovande.*

Cum autem dicta Constitutio, & sic consequenter
aliæ confirmatoriæ disponant solum-
194 modò de spoliis Ecclesiasticis, sive Bonis,
Clericis, alisque Beneficiatis quæsitis ex reditibus
Ecclesiasticis, non autem de Bonis patrimonialibus,
& laicalibus, qualis est hereditas,
de qua agitur, justè proindè inferimus,
quod illa obnoxia non est censuræ dictarum
Constitutionum, ex notatis per *Palm. allegat. 107. num. 16., & sequ., allegat. 337., &
allegat. 447. utrobique num. 12., Rota in recen.
decis. 229. num. 15. par. 19.*
195 Nec obstat, quod eadem Constitutio in
§. prime loquatur de Bonis ecclesiasticis cum
dictione *etiam*, quæ, utpotè ampliativa, connotare
dicitur subjectum aliquod, cui augmentativè
adhæret; Etenim indubium est, istiusmodi
dictionem, juxtà propriam, ac veram
significationem in Rescriptis accipi plerum- 196
que non ampliativè, sed explicativè, *Bald.
consil. 209. num. 2. libr. 3., Gozzadin consil. 73.
num. 13., Tusch. practicar. conclus. tom. 2. litt. D.
conclus. 275. nu. 12., & n. 14., Cened. singul. 51.
numer. 6. in fin., Rocc. disput. Jur. select. cap. 55.
num. 48.*, quo fit, ut ex simili dictione, quæ
secundum veram, ac propriam significationem
explicativè intelligi potest, induci non debeat
ampliativa interpretatio derogans dispositioni
Juris communis, juxtà *Text. in Leg. Quod ve-* 197
*rò contra, & Leg. Jus singulare ff. de legibus,
Cap. Quæ Juris communis, & Cap. Constitutionem*,
ibique *Gloss. in verbo prorogamus de regul.
Jur. in 6., Onded. consil. 95. nu. 121. libr. 1.,
Tiraquell. de legibus connubial. Gloss. 2. nu. 22.,
& de revocat. donat. in verb. Libertis num. 27.,
& 73., Villagut. de extens. Leg. rubric. de extens.
Leg. corrector. numer. 4., & seqq., Bonden.
collect. legal. 15. num. 57. libr. 2., Ofasc. decis. 21.
numer. 13., & 14.* præsertim vero in præju- 198
dicium Disponentis, ut monet *Gloss. in Leg. Si
domus*, ibique *Bartol.*, & *alii ff. de servitut.
Urbanorum prædiorum, Curt. Jun. consil. 23.
num. primo, Bursatt. consil. 347. numer. 9., Menoch.
consil. 282. num. 9., Hodiern. in Leg. Hac
edictal. quæst. 2. num. 110., Mans. consult. 343.,
num. 75., Rocc. disput. Jur. select. cap. 35. nu. 17.*,
hoc enim casu licèt deessent argumenta suadentia,
talem dictionem in sensu ampliativo,
& non merè explicativo accipiendam esse, ità
intelligi deberet, ut, eamdem restringendo,
minùs derogaret dispositioni Juris communis,
minùsque læderet Disponentem, prout ex *Textu
in Leg. præcipimus Cod. de appellat., Leg. Si
verò §. de Viro ff. solut. Matrimon.* tradunt *Eugen.
consil. 49. num. 18., & seq., Menoch. de recuper.
possess. remed. 14. num. 17. in fine; Farinacc.
in fragment. Crimin. part. prima litter. E.
num. 123., & seqq., & numer. 130., Posth. resolut.
130. numer. 42., & sequentibus, Mans.
consultat. 343. num. 76. Rocc. dicta disput. 55.
num. 48., Rota Lucen. apud Palm. Nep. decis. 52.
num. 17., & decis. 276. num. 13.*

Eòque certiùs hæc restrictiva, sivè explicativa
interpretatio in nostra hypothesi illi tribuenda
est, quia concurrunt argumenta id
evincentia, eademque desumuntur tum intrinsecus
ex litera, & mente ejusdem Constitutionis,
tum etiam uberrimè promanant extrinsecus
ex observantia videlicet, dictæque
Bullæ executione, & agendo de argumentis
intrinsecis; *in §. 7.* ejusdem dum prohibetur,
nè Camera succedere possit in Bonis Incolarum,
ac Forensium, res ità explicatur = *quod si
Urbis Incolæ, aut Curiam hujusmodi sequentes
ab intestato decesserint, eorum Bona, pecuniæ,
Jocalia, Jura, actiones, & res hujusmodi non
ad nos, & pro tempore existentes Romanos Pontifices,
aut Cameram, sed ad ipsorum pro tem-
pore*

tempore decedentium Proximiores Agnatos, & alios, qui eis (nisi Beneficiati essent) de jure succedere deberent, alios juxta juris communis dispositionem liberè devolvantur = Ex hisce autem finalibus verbis hujus dispositivæ duo promanant argumenta, assumptum nostrum confirmantia: Primum videlicet, Summum Pon-
199 tificem locutum fuisse de Bonis non patrimonialibus quorumcumque Forensium, sed de illis, quæ ex reditibus Ecclesiasticis à Sequentibus Romanam Curiam quæsita fuissent; Id enim apertè innuunt verba illa = *Nisi Beneficiati essent*, = quæ dictio, utpotè vim habens exceptionis, ad *Text. in leg. actione 4. Cod. de transact. ubi Bart., & Jason., Bero in cap. quod autem num. 36. de Jurepatron., & in cap. Naviganti num. 18., de usur., Alexand. consil. 64. in princip. lib. 4., Dec. consil. 386. num. 2., Paris. consil. 96. num. 109. lib. primo, Gratian. discept. 9. num. 26., & disceptat. 446. num. 41., Bonden. collect. legal. 20. nu. 216. lib. 2., Surd. decis. 225. num. 19., & decis. 264. num. 17.*, apertissimè demonstrat, quod quum Summus Pontifex in præcedenti §. locutus fuit de Exteris decedentibus in Urbe, disposuit de solis Clericis, seu Beneficiatis, Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, utpotè comprehensis in exceptione, quæ si est de
200 regula, efficit, quod cetera, quæ sub exceptione non comprehenduntur, sub regulâ relicta censeantur, ad *Text. in leg. nam quod liquidè §. fin. ff. de pen. legat., Bart. in leg. quæsitum §. Deniquè ff. de fund. instruct., Castrens. consil. 70. num. 3. lib. 11., Altograd. consil. 68. numer. 46., consil. 87. num. 35. lib. primo, Gratian. disceptat. 446. numer. 32., Bonden. collect. legal. 31. num. 2. lib. 2., Rot. in rec. decis. 410. num. 9. part. 19., cor. bon. mem. Emerix Jun. decis. 1341. num. 8.*

Confirmat id ipsum secundum argumentum desumptum ex verbis immediatè præcedentibus, ac subsequentibus dictam exceptionem, ibi = *Sed ad ipsorum pro tempore decedentium Proximiores Agnatos, & alios, qui eis (nisi Beneficiati essent) de Jure succedere deberent, aliàs juxtà Juris communis dispositionem* =;
201 Enim verò, si Summus Pontifex verbis illis, conceptis per viam exceptionis, restrictivè, ac limitatè disponere voluit solummodo de Bonis Ecclesiasticorum, en clarum, quod de patrimonialibus non intellexit, argumento ducto à partibus antecedentibus, & subsequentibus, quæ intermedias declarant, secundùm notas regulas.

Non recedendo itidem à mox recitatis verbis, alia species argumenti in exclusionem dictorum DD. Marchionum emergit: quandoquidem, si Papa dum designavit Successores, qui, exclusà Camera, & Fisco, Bona capere deberent, nominavit Decedentium Proximiores Agnatos, & alios, qui his de jure succedere deberent, subjungendo verba illa = *aliàs juxtà Juris communis dispositionem liberè devolvantur* =; Dicendum profectò est, quod, cum appellatione Juris communis veniat dumtaxat
Jus Civile Romanorum, non autem Jus mu- 202
nicipale, quod non extenditur ultrà Ditionem Statuentium, *Alexand. in leg. post Dotem numer. 27. ff. solut. Matrim., Decius consil. 429. numer. 5., & 6., Caval. commun. opinion. quæst. 238. in fin., Gratian. discept. 99. num. 14., & sequent., Rot. coram bon. mem. Emerix Jun. decis. 556. num. 8*, dicendum, inquam, est, quod, tametsi colore ullo dici posset, sub dictâ Bulla indifferenter comprehendi non solùm Bona, ex reditibus Ecclesiasticis quæsita á Clericis, sed ceteras quascumque Secularium etiam hereditates, nihilominùs DD. Marchiones illâ juvari
non possent, quia cum præscribat, Bona defer- 203
ri juxtà Juris communis dispositionem, censetur utiquè, quod Summus Pontifex prospicere cupiens legitimis dumtaxat Heredibus, nullum Jus tribuere voluerit DD. Marchionibus, qui in successorio Edicto nec gradum, nec locum ullum habent, ex latè firmatis sub initium, nè alioquin sequatur, quod dicta Pontificia Constitutio, non quidem præservet Jura legitimis Heredibus, & iis, qui juxtà Juris communis dispositionem vocantur, sed novum Heredum gradum constituendo, sub successorio Edicto novas comprehendere voluerit Personas, quod nemo non videt, nedum ab omni Juris ratione, sed multo magis à Legislatoris mente aberrare.

Cum itaque prohibitio facta Reverendæ Cameræ respiciat favorem legitimorum Here-
dum, nominatorum in secunda parte, cui pri- 204
ma est correspectiva, cessante idcircò illorum favore, tanquam cessante causâ, deficiet talis prohibitio, per ea, quæ tradunt *Dec. consil. 476. num. 18., Bellon. Jun. consil. 17. n. 43., Peregrin. consil. 69. num. 5., & seq. lib. 3., Marta de success. legal. par. 4. quæst. 18. art. 10. numer. 114., & in Romana Canonum de Salviatis 9. Decembris 1707. §. Nec relevat coram Reverendissimo Molines*: Proindeque parvi refert, quod DD. Marchiones vigore Patrii Statuti vocentur ad Illegitimi hæreditatem, quonam enim pacto dici potest, Summum Pontificem in Exterorum hereditatibus indicentem exclusionem Fisci, ut locum faceret eis, qui de ju-
re succedere deberent, atquè ut Bona, & il- 205
lorum hereditates, juxtà juris communis dispositionem liberè devolvantur, voluisse ad easdem hereditates vocare Personas, ex peculiaribus Statutis admissas; Illis enim se conformare voluisse censeri nequit, tum quia Summus Pontifex eadem præsumitur ignorare, ut ex *Text. in leg. Decurionibus Cod. de Silentiar. lib. 11.* tradunt *Felin. in cap. nonnulli num. 23. de Rescript., Roderic. Suarez allegat. 28. num. 9., Castill. quotid. Jur. contr. lib. 6. cap. 36. nu. 8., & seqq., Naguerol. alleg. 39. ex num. 26., Rot. cor. Seraphin. decis. 1293. nu. 4., & 5., in recent. decis. 102. num. 23., & seq. part. 17., & decis. 437. num. 12., & 13. part. 18.*, tum etiam quia nominatim, & taxativè se referens ad dispositionem Juris communis, taxativè etiam
locutus dici debet de Personis, & Hererdibus 206

illis, qui in relato Jure, nempè communi, ad
successionem vocantur, prout ex *Text. in leg.*
Asse toto 77. ff. de hered. instit., leg. institutio
10. ff. de condit. inst., leg. si ita scripsero ff. de
condit., & demonstr. tradunt *Casanat. cons. 47.*
num. 68., cons. 50. num. 42., Venturin. consil. 1.
num. 138. & sequent., & num. 216., Peregrin.
de fideicom. art. 16. n. 113., Mans. consult. 315.
num. 28., Rot. decis. 29. nu. 13. part. 10., dec. 87.
num. 4. part. 15., decis. 50. nu. 3. part. 17., in Bo-
nonien. fideicommissi de Roffenis 4. Junii 1708.
§. Non relevante coram bon: mem: Omanna, &
in Romana fideicommissorum 14. Martii 1712.,
si malum coram R.P.D. Crispo.

Parti dispositivæ dictæ Bullæ consonat etiam
pars executiva, dum §. 3. & 4. ejusdem non
solùm prohibetur Judicibus Fiscalibus, sed
etiam Prælatis Monasteriorum, & Beneficio-
rum, & Rectoribus Capitulorum, nè manus
apponant ejusdem Bonis, sed illa liberè relin-
207 quant Decedentium Heredibus, juxtà verba
relata *in responsione facti D. Commissarii Gene-*
ralis §. 56., cur autem derogatum fuisset Con-
stitutionibus, & Ordinationibus Capitulorum,
in quibus Beneficiati Beneficia obtinebant, si
Constitutio prædicta non disposuisset de Spoliis
dumtaxat Ecclesiasticis, & Beneficiatis? mi-
nimè quadrante replicatione, quod Constitu-
tio cum loqueretur etiam de Laicis exteris, &
forensibus, necessaria idcircò erat derogatio
Constitutionibus disponentibus de Beneficiatis,
quia iterùm repetendo, quod Constitutio in
§. 2. dispositivè loquitur solummodò de Bene-
ficiatis, prætereà respondetur, quod in ordi-
ne ad Bona laicalia, & patrimonialia necessa-
rium minimè erat privilegium ullum Aposto-
licum, aut derogatio aliqua Apostolicis Con-
stitutionibus, vel particularibus Statutis Ec-
clesiasticorum, vel Monasteriorum; Inspectâ
namque Juris communis dispositione, Exte-
rus, & Forensis Laicus decedens in alieno
208 Principatu, liberam habet facultatem dis-
ponendi per testamentum de suis Bonis, illa-
que ab intestato relinquendi legitimis Heredi-
bus; Quamobrem, nisi Constitutio *Julii III.*
referatur ad Ecclesiasticos, superflua prorsùs, ac
inanis redderetur, quod absonum est, ad *Text.*
in cap. si Papa de privil. in 6., Riminald. Jun.
consil. 588. num. 11., & seqq., Surd. consil. 127.
num. 9. ad fin., Gratian. discept. 995. num. 9., Ro-
ta coram Cavaler. decis. 147. numer. 5., & inter
collectas à bon. mem. Advocato Constantino ad
Stat. Urb. dec. 143. n. 5.

Et denique, quod Constitutio *Julii III.*, &
Pii IV., juxtà nostrum assumptum, comprehen-
dat dumtaxat Forenses Ecclesiasticos, & illo-
rum Bona quæsita ex reditibus Ecclesiasticis,
evidens, & apertum redditur ex Constitutio-
209 ne *Pauli V.*, qui suorum Prædecessorum Con-
stitutiones in desuetudinem abiisse conspiciens,
illas instauravit, atque confirmavit, duo eis-
dem superaddendo, videlicet, quod illorum
Indulta, comprehendentia solummodò Curia-
les, & Incolas Beneficiatos, in Urbe deceden-
tes, extenderentur etiam ad Cives originarios
Urbis, quodque præterea eisdem juvari non
possent Beneficiati obtinentes Beneficia, quæ
residentiam requirebant: At vero si Summus 210
Pontifex hac nova Constitutione peculiare ali-
quod privilegium impertiri voluit Civibus Ori-
ginariis Urbis, hinc perspicuum fit, quod in-
tellexisse nequivit, nisi de Spoliis, sive Bonis
ex reditibus Ecclesiasticis acquisitis, nam ori-
ginarii Cives Urbis quoad facultatem dispo- 211
nendi de Bonis patrimonialibus nullo egebant
peculiari Indulto; Illa enim a jure communi
ipsis tributa reperiebatur, *leg. primu Cod. de Sa-*
cros. Eccles., leg. fin. Cod. de pact. §. disponat itaque
Auth. de Nep., Bald. in leg. cum in antiquiori-
bus 19. num. 20. Cod. de jur. deliber., Tiraquel. de
jur. Primog. quæst. 40. num. 504., Card. de Luc.
de fideic. disc. 141. num. 28., Thoming. decis. 13.
num. 41., Rot. ad ornat. Card. de Luc. de Fideic.
decis. 5., & in Mantis. ad eumdem de conflict.
leg., & ration. decis. 20. utrobique nu-
mer. primo.

Jam verò constito ex his omnibus, quod
juxta dd. Constitutionum contextum sub ea-
rumdem dispositione comprehendi nequeant,
nisi certæ speciei Bona, quodque Personæ He-
redum, & Successorum, in eisdem designa-
torum, aliæ esse nequeunt, quàm illæ, quæ
ex Juris communis dispositione successionis ca-
paces esse poterant, frustrà DD. exadverso
Scribentes insistunt partibus, & clausulis illis
Julianæ Constitutionis, quibus tollendo inca-
pacitatem, ex delicto, vel aliis de causis con-
tractam, Bona Exterorum ad eorum Successo-
res deferri permittuntur, nam animadversio
ista continet petitionem principii, & supponit
id, quod est in quæstione, quod nempè Con-
juncti ex latere paterno capaces sint successio- 212
nis in hereditate Illegitimi, ideòque illis fave-
re possit Pontificia Constitutio, quæ tamen
reverà illis suffragari nequit eò quod, dum
Summus Pontifex sustulit talem incapacitatem,
noluit creare de novo novum ordinem succe-
dendi, locum faciendo iis, qui penitùs de jure
exclusi fuissent à successione, sed respiciendo
Personas, non quas Jus municipale, Conditori
Constitutionis prorsùs incognitum, sed illas
dumtaxat, quas Jus civile admittebat, tollen-
do incapacitatem, supposuit, illam supervenis-
se in Subjecto aliquo, sive Persona, quæ alio-
quin ex dispositione Juris communis, quod
ipse inspexit, succedere potuisset, & sic sup-
ponendo prius habitualem successibilitatem,
abstulit deindè impedimentum, quod ex ali-
qua superveniente causa obstaculum præbuisset
successioni; ex eo autem, quod Summus Pon-
tifex, submoto aliquo obstaculo, exercitium ju-
ris succedendi restituerit accidentaliter Impe- 213
dito, inferri certè nequit, quod jura succes-
sionis tribuere voluerit illi, qui in radice eis-
dem carebat, per ea, quæ notantur apud
Grat. discept. 397. numer. 38., Rota coram san:
me: Greg. XV. decis. 87. num. 3., coram Coccin.
dec. 1133. n. 4., coram Duran. decis. 238. n. 23.,

cerum

coram Royas decis.48. num.6., & dec.56. n.10.,
coram Bichio decis.360. num.4., in recent. de-
cis 619. num.8. part.19., in Romana Census 31.
Martii 1710. §. Verùm ubi coram R.P.D.An-
saldo, & in Romana pecaten, a reintegrationis 6.
Junii 1712. §. Redeuntes 35. cor. eodem.

Ut etiam parvi refert, quod Incolis, &
Exteris facultatem dederit scribendi sibi heredes
Illegitimos, aliasque quascumque Personas,
214 tametsi de jure incapaces, quia ex facultate
ista activè disponendi favore Illegitimorum,
aliarumque Personarum, de Jure incapacium,
per viam privilegii tributa Forensibus, inferri
nequit ad passivam successionem respectu eo-
rumdem, juxta animadversa per *Card. de Luc.*
de Jurepatr. disc.45. nu.5. de donat., disc.73. nu-
mer.9., & de Paroch. disc.60. nu.4., cum aliis
deductis per *Rot. in Asten. Prioratus de Costa*
super pertinentia 6. Martii 1711. §. Quare præ-
cognita coram R.P.D. Ansaldo, alioquin Sum-
mus Pontifex, qui speciali privilegio donare
voluit Forenses dumtaxat in Urbe decedentes,
& illos, qui ex Juris communis dispositione
activè illis succedere potuissent, privilegium
diceretur impertiisse illis etiam, qui nullo Juris
215 nostri loco vocati reperiuntur, contra ea, quæ
ex *Textu in leg. Titia Sejo 84. §. Usuras ff. de le-*
gat. 2. ponderant *Bart. ibidem sub numer. 1.,*
Mandel. Alb consil.132. nu.8., Abb. cons. 61.
num.2. in fin. part. 2., Thoming. consil.4. n.27.,
Cyriac. controv.587. num.29., R.P.D. meus Fat-
tinell. resp.21. numer. 6. post observat. ad Bull.
Baron.

Verùm enim verò si colore ullo sustineri
posset, dd. Constitutiones *Julii III., ac Pii IV.*
indifferenter comprehendere quorumcumque
Forensium Bona, & Personas, easdemque suf-
fragari posse nedum legitimis Heredibus, à Jure
216 communi vocatis ad successionem, sed etiam
illis, ad quos juxta originaria Statuta, tametsi
exorbitantia, intestata Exteri, Romæ defun-
cti, successio defertur, nihilominùs frustra
hodiè pro determinanda Causa, de qua agitur,
eædem adferrentur, quia per non usum jam
abolitæ fuerunt, qui sanè non usus, earumque
abolitio in nostra hypothesi in dubium revoca-
ri minimè posse videtur, tanquam probatus il-
lo, omnium supereminenti, testimonio *Pau-*
li V., qui in §. 1. suæ Constitutionis de illis
loquens, ait = *quæ temporum fortasse injuriâ*
diversas ob causas imminuta, aut aliàs abroga-
ta dicuntur = quandoquidem, si sola Summi
Pontificis assertio, deliberato consilio emissa,
217 exuberare posse videtur ad effectum probandi
non usum alicujus Constitutionis, ad *Text. in*
Clem. prima de probat., Oldrad. cons.258. nu.2.,
Federic. de Sen. consil.117. num.2., Gabriel. de
probat. conclus.2. num.2. & 23., Farin. de Test.
quæst. 63. num. 92. & sequent., R. P. D. meus
Fattinell. resp.9. nu 22. post tractat. de translat.
pens., Rot. coram Carill. decis. 126. numer. 7.,
& 8., coram Card. Cels. decis.292. nu.2. & se-
quent., coram Bich. dec.479. num. 17., in rec.
dec.259. num.9., & dec.192. n.13. par.18.

Quantò certiùs eumdem non usum verifica-
bit in subjecta hypothesi, tum quia idem affir-
matur in actu adeò solemni, atque proportio-
nato, in quo nimirum Summus Pontifex antiquam
Legem, jam abolitam, confirmare, atque am-
pliare profitetur? Renovatio etenim, atque 218
instauratio antiquæ Legis supponit, illam in
desuetudinem abiisse, nam si viguisset, locus
minimè fuisset illius restaurationi, ad *Text. in*
leg. Grege 13. in princ. ff. de pignor. in leg. dies 4.
in princ. ff. de damn. infect., gloss. in leg qui usum-
fructum 43. in verb. legatus ff. de usufruct., Boer.
decis. 44. num.5., Rota in Camerinen. Juris-
patronatus 10. Maii 1674. §. porum & sequent.
coram Reverendissimo Molines, in Caven. Molen-
dinorum 20. Martii 1611. §. Sed etiam coram
R.P.D. Crispo, quia talis non usus fundabatur
in superveniente Constitutione *Sixti V.* inter
ejus *impress. Bullar. novo la 100.*, in qua Sum-
mus Pontifex se conformando dispositioni Juris
communis, Illustrissimo D. pro tempore The-
saurario impartitur facultatem injiciendi ma-
nus, atque apprehendendi possessionem here- 219
ditatum vacantium, ut in §. 9. & 14. dictæ
Constitutionis, verbis illis = *Nec non Bona sinè*
heredibus Decedentium in Curia prædicta, vel
extra eam ubique quomodolibet vacantia. Hæc
enim verba, utpote generalitate suâ compre-
hendentia tàm Subditos, quàm Exteros, in to-
ta sua latitudine intelligenda sunt, ut proba-
tum fuit *in Voto D. Auditoris Illustrissimi Do-*
mini Thesaurarii artic.1. §.12., & quemcum-
que casum complecti dicuntur, *leg. Julianus in*
princ. ff de leg.3., Alciat. in leg. sub prætextu
nu.2 Cod. de transact., Covar. var. resol. lib. 2.
cap.14. num.1. versic. sextò illud est, Menoch. de
præsumpt. lib.4. præsumpt.164. nu.15., Cyriac.
controv. 128. num.47., contr. 412. numer. 16.,
Urceol. consult.99. num.15., Rota in recent. de-
cis.317. num.34. part.18., in Balneoregien. Pe-
cuniaria 8. Junii 1711. §. Indubitantius autem
coram Reverendissimo Molinez, confirmata 15.
Aprilis 1712. §. pro universali coram R.P.D.
Crispo, & in Interamnen. legati 12. Decem-
bris 1712. §. potissimè cum sequent. cor. R.P.D.
Falconerio.

In cujus Constitutionis verbis licèt ambigui-
tas nulla esse videatur, nihilominus si qua
adhuc dubietas superesse dici velit, ea penitùs
sublata fuisset subsecutâ observantiâ, quæ 220
optima dicitur Apostolicarum Constitutionum
interpres, *Rota coram Mantic. decis.59. n.12.,*
coram Bich. decis.83. num.9., coram Cardinali
Cerro decis.842. num.22., in Recent. decis.362.
num.12. part.15., decis.441. num.9. cum sequen.
part.18., ad ornat. Cardinalis de Luca de offic.
venal. vacabil. dec.1. num.4., in Marsicen., seu
nullius Jurisdictionis super bono jure 7. Junii
1700. §. Posita autem coram bonæ memoriæ Ma-
to, & in Tarraconen. Insignium 11. Decembris
1702. §. penult. coram eodem; Eademque e
fortius urget, quia conflata reperitur ex acti-
bus, tum affirmativis, tum negativis, quibus 221
ostenditur, usu receptam solummodò esse

Constitutionem *Sixti V.*, eamque, uti con-
sonam dispositioni Juris communis, tum in
universa Ditione Ecclesiastica, tum etiam Ro-
mæ observari: Et sanè, si de observantia affir-
mativa res sit, hæc notoria est in Tribunali-
bus Fiscalibus, nam, quoties evenit, Exterum
decedere in Urbe, nullo condito testamento,
& Ministri Camerales justâ credulitate opinari
potuerunt, illum nullum reliquisse Heredem,
vel Consanguineum, qui Fiscum excludere
posset, Reverenda Camera manum semper
injecit illius hereditati, tanquam vacanti, ut
probatur in InformationeFacti IllustrissimiDo-
mini Commissarii; Hæc autem observantia
affirmativa, per se spectata, sufficiens,ut nullus
amplius dubitationi locus relinquatur, ex tra-
ditis *in Voto art.1. §.13.*, efficacior redditur in
casu nostro, quia confirmatur observantiâ ne-
gativâ; nullum etenim adduci potest exem-
222 plum, quod deputati Nationum manus adpo-
suerint hereditatibus vacantibus, ac Inventa-
ria, & descriptiones Bonorum confecerint,
sed illorum possessione captâ à Ministris Ca-
meralibus, si deindè legitimi comparuerunt
Heredes, promptè eisdem restituta fuit Defun-
cti hereditas, vel pecunia ex Bonis hereditariis
conflata.

Quamobrem, si Pontificiæ Constitutiones
tacitoSuperiorum consensu rediguntur ad inob-
223 servantiam, quemadmodum loquendo de di-
ctis Constitutionibus *Julii III.*,& *Pii IV.*, san-
citum fuit in Constitutione *Pauli V.* in ordine
lu 18. §.1., & firmat *Rota coram Coccin. de-
cis.2027. num.50. ad ornat. Cardinalis de Luca
de Testam. decis.6.num.33.*, tametsi illæ muni-
tæ reperiantur Clausulâ sublatâ ,& Decreto ir-
ritante, ad tradita per *Passerin. in cap.Consue-
tudo quæst.1. art.12. num.292. de consuetudin.*,
& cap.10. num.58. de elect., *Fermosin. in rubr.
de consuetud. quæst.2. num.10.*, *Gonzol. in cap.
fin. num.8. de consuet.*, *Suarez. de legib. lib. 7.
cap 29. num.4.*, *Castropal. oper. Moral. tract.3.
disput.3. punct.4. §.2. num.5.*, *Rota ad ornat.*,
Cardinalis de Luca de Testam. decis. 6. nu. 32.,
224 profectò in nostra hypothesi in dubium revo-
cari minimè poterit, quin Constitutiones *Ju-
lii III.*, *& Pii IV.*, si re verà comprehende-
re dici possent Exterorum hereditates, atta-
men revocatæ fuerint contrario usu, tum quia
ille coadjuvatur posteriori Constitutione *Sixti*
225 *Quinti* munitâ Clausulis derogatoriis, quæ so-
læ abrogationem præcedentis suadent, *R.P.D.
meus Fattinell. resp.8. num.20. post observat. ad
Bull. Boron.*, tum etiam quia præbet ad minus
justum titulum, cujus virtute coadjuvatâ suc-
226 cessivâ observantiâ, hæc derogare valuit con-
trariæ Legi,juxta *Gloss.in capit.1. in verb.fran-
gere de Tregu., & pac., ibique etiam Felin. sub
num.12.*, *Rolan. consil.99. numer.50. lib.2., &
consil.8. num.32. & seqq. lib.3.*, *Surd. cons. 58.
num.9.*, *Gratian. discept. forens. 202. num.18.*,
*Rota coram sanctæ memoriæ Alexandro VIII.
decis.175. num.17., & decis.229. n°13. & seqq.*,
præcipuè quia talis observantia hic nullo eget
tituli adminiculo, sive quia uniformis est, & 227
nullo contrario actu elisa, sive etiam quia illa
centenarii temporis auctoritate confirmata re-
peritur, ideòque pro eadem sustinenda exu-
beret præsumptus ille titulus, qui elicitur ex
implicito consensu Summi Pontificis, quo
sciente, talis non usus introductus censetur ex
tot reiteratis actibus, coram eo in Urbe gestis,
hoc enim casu abolitio Constitutionis non tàm
à non usu, quam ab illius consensu provenisse
diceretur, ut egregiè observat *Card. de Luca
de Paroch. disc.22. num.6.*

Ut supremam manum operi admoveamus,
examinandum superest septimum, & ultimum
fundamentum, *in contrario Restrictu* indè pe-
titum, quod Marchio Nicolaus Maria coopta-
tus fuerit inter Equites S. Petri, & Pios, qui
eo stante privilegio, eorum Collegiis concesso,
creantur Familiares Pontificis, & Nobiles, ac
Comites Palatini, atque etiam declarantur ca- 228
paces obtinendi hujusmodi officia, etiamsi
illegitimi essent, & defectum natalium pate-
rentur, ex quo Domini contrarii Defensores
inferre conantur, Nicolaum Mariam plenariè
fuisse legitimatum; at illatio nullo pacto sub-
sistens est, quia in Bullis erectionis dictorum
officiorum, relatis *in nostro Summario*, nulla
legitur concessa legitimatio, & restitutio na-
talium, quæ non sub involucro verborum,
sed semper conceptis verbis, & certà formà à
supremis Principibus fieri solet, juxta alibi no-
tata; Idque evidens, & apertum redditur ex
litera dictarum Constitutionum, in quibus so-
lummodò disponitur, quod acquirere volen-
tes similia officia, si nati fuerint ex illegitimo
concubitu, in illorum impetratione defectum
natalium exprimere non teneantur; nemo ita-
que non videt, Summos Pontifices præfatis
Constitutionibus impartitos fuisse simplicem
dispensationem, quæ, quantum differat à le- 229
gitimatione, omnibus notum est, & præter
latè allegatos superioribus locis, tradunt *Soc-
cin. Jun. cons.97. num.41. lib.2.*, *Ruin. cons.75.
num.18., & cons.87. num.19. lib. 3.*, *Carpon.
ad statut. Mediolan. cap.456. num.23.*, *Peregr.
de fideic. art.23. num.61.*, *De Barbosus in tract.
de fil. famil. quæst.44. nu.37.*, *Ofasch. dec.119.
num.21.*

Hæc autem dispensatio limitatè concessa ad
unum effectum,suffragari nequit quoad alium,
exemplo illius, qui per professionem in Reli- 230
gione dispensatus ad Ordines, censeri nequit
dispensatus ad,Dignitates assequendas, *Rebuff.
in prax. benef. part. 3. tit. de mandat. Apostol.
§. Declarantes verb. Dignitates fol.636.*, *& in
tit. de collat. §. Præfatiq. Ordinarii, verb. Di-
gnitates fol. 561.*, *Tusch. lit. D. conclus.463.*,
*Corrad. in prax. dispens. Apostol. lib.1. capit.5.
& 6. lib.2., cap.6. num.1. & seqq. Iustit. de dis-
pens. lib.1. cap.3. num.46.*, undè est, quod di-
spensatio pro dd.officiis assequendis concessa,
suffragari nullo pacto poterit quoad effectus
successorios sive activos, sive passivos favore
ejusdem Dispensati.

Nec

Nec merebatur allegari, quod iidem Officiales creantur Nobiles, ac Comites Palatini
231 cum facultate doctorandi, & legitimandi, quia teste *Cobell. in notit. Cardinalat. cap. 32. §. Quibus etiam*, facultates istæ abrogatæ fuerunt Constitutione *S. Pii V. inter ejus impress. la 117.*, & in Urbe legitimationes non conceduntur ab hujusmodi Officialibus, sed à Scriptoribus
232 Archivii, ad normam Constitutionis *Pii IV. in ardine la 45.*; Cum itaque in Bullis erectionum similium officiorum expressè cautum non fuerit, quod hujusmodi Officiales, infecti vitio natalium, pro veris legitimis habeantur, & juxta omnibus notoriam observantiam, notorium cuique sit, eosdem nullo hodiè frui ex illis privilegiis, quæ exadversò recensentur, frustrà Pars adversa contra tenorem Bullarum, & vim observantiæ, præsidium sibi ex illis quærit pro effectu adeo exorbitanti successionis, de quo nec per umbram in dd. Officialium creationibus cogitatum fuit.

Consentaneè iis, quæ in superiori Dissertatione firmata sunt, contrariis hic respondetur objectis, Causæque hujus Quæstio plenè ac validiùs conficitur.

233 *Conjuncti ex latere paterno, nulla habent agnationis, seu consanguinitatis jura cum Filio illegitimo; proindèque nec ei succedere possunt*, & n. 235. & 259.

234 *Jura agnationis, seu consanguinitatis, nonnisi per justas nuptias à communi Patre derivantur.*

236 Spuriorum *nomine à Legibus, excludentibus ab eorum hereditate Conjunctos ex paterno latere, comprehenduntur quicumque Illegitimi, sicque etiam simpliciter naturales.*

237 *Probatio qualitatis naturalitatis exposcit certitudinem nedum Matris, sed status, & conditionis ejusdem.*

238 *Naturalitatem jura nostra attribuunt iis dumtaxat Filiis, qui ex vera Concubina nascuntur; Reliqui autem sub nomine Spuriorum veniunt.*

239 *Filii omnes nati ex soluto, & soluta de æquitate canonica pro naturalibus habentur, abusivè tamen & pro effectu legitimationis, vel alimentorum dumtaxat, non autem intestatæ successionis*, & n. 241.

240 *Pro successione prolis illegitimæ attendi debet Juris civilis dispositio, à Sacris Canonibus non immutata.*

242 *Jura honorifica à Juribus successoriis hoc differunt, quod communicari hæc valent, non item illa.*

243 *Fisco jus competens succedendi in Bonis vacantibus Filii illegitimi, sinè testamento, aliove legitimo Herede defuncti, colore æquitatis adimi nequit.*

244 *Statutum Januense haud restituit jura agnationis Filio illegitimo.*

Etenim, utpotè directum ad Bona, & non ad Personas, jus dumtaxat successibilitatis in Bonis restituit, & n. 245. & 246.

246 *Agnationis, & successibilitatis jura inter se diversa sunt, atque invicem separabilia.*

247 *Statutum Januense, quatenùs jura agnationis Filia illegitima restitueret, effectum suum operari non posset quoad Bona extra Territorium Statuentium sita*, & n. 253.

248 *Statuta, seu Leges immutantes ordinem intestatæ successionis, à Jure communi inductum, ut operari queant, utraque requiritur subjectio, Personarum, & rerum.*

249 *Legitimatio, quantumvis specialis, & expressè à Principe concessa, extra ejus Territorium non extenditur*, & n. 250.

251 *Legitimatio sive ex Principis Rescripto sive à Statuto inducta, non extenditur extra Territorium Legitimantis, aut Statuentium, tàm si de activa, quàm si de passiva Illegitimi successione agatur*, & nu. 254. & seq.

252 *In materia successoria vicissitudinarium jus ac reciprocum constitutum est, ut scilicet illi nobis succedant, quibus nos succedimus*, & n. 253.

254 *Legitimatio est actus jurisdictionis, exerceri non valens, nisi ab habente potestatem.*

255 *Principi legitimanti permissum non est, sinè consensu Principis, in cujus Territorio Bona sita sunt, derogare dispositioni Juris communis, ea in Territorio vigentis.*

256 *Respectu Legitimati de consensu Patris, locum obtinet successio tàm activa, quàm passiva.*

Neutra tamen locum habere potest quoad Bona alieni Territorii, n. 258.

257 *Legitimatio quoties facta non est de consensu Patris, nulla sive activa sive passiva successio dari potest quoad Bona, extra Legitimantis Territorium existentia.*

259 *Præsumpta Legitimati voluntas se uniformandi Patrio Statuto, Agnatos ad illius Bonorum successionem vocanti, eisdem prodesse potest solùm quoad Bona existentia in Territorio Legitimantis, non quoad alibi sita.*

260 *Licèt concurrant cum Fisco*, & n. 261.

261 *Bona sita extra Ditionem Legitimantis, tamquam vacantia ad Fiscum devolvuntur.*

262 *Renunciantis favore semper, ad Fisci exclusionem præservatus in renunciatione subintelligitur regressus ad Bona renunciata.*

263 *Revocans testamentum cum declaratione, quod ab intestato decedere vult, an ideo vocasse censeatur Proximiores, ab intestato venientes?*

264 *Et quando testamenti revocatio voluntatem merè permissivam, non autem dispositivam importet?*

265 *In secunda testamenti revocatione omissa declaratio illa* = quia vult ab intestato &c. decedere =, *consultò omissa censetur, ut*

scilicet res relinqueretur sub Juris communis dispositione.

266 *Simplex ac nuda praecedentis testamenti revocatio importare nequit voluntatem dispositivam.*

267 *Testamenti revocatio quoties esset referenda ad tacitam Defuncti voluntatem se uniformandi Statuto, id de Statuto Loci habitationis intelligendum esset, non de Statuto Loci originis.*

268 *Defunctus qui animo domicilium originis retinuit, praesumitur se conformasse Patriis Legibus, ubi agitur de dubia illius dispositione interpretanda.*

Secus, quum testamentum deficit, ibid.

269 *Deficiente testamento, hereditas non ex dispositione Defuncti, sed à Lege deferri dicitur.*

270 *Praesumpta Defuncti conformatio municipalibus Legibus cessat stante illius declaratione expressa adquisitionis novi domicilii, cum derelictione originarii.*

Et tunc non originarii, sed novi domicilii Leges attendi debent, ibid.

271 *Constitutiones derogantes juribus Supremi Principis, ejusque Fisci, atque immutantes succedendi ordinem, à Jure communi praescriptum, strictè intelligenda sunt.*

272 *In successione illius, qui domicilium in Urbe adquisivit, verusque Civis Romanus effectus est, non sunt spectandae Constitutiones Julii III, Pii IV., & Pauli V., de Forensium successione disponentes.*

273 *Constitutio Julii III. de Spoliis loquitur ecclesiasticis, non autem de patrimonialibus Bonis Forensium, in Urbe decedentium.*

274 *Neque ad haec extensa censeri debet ex dictione* = etiam = *ibi* = etiam quaesitorum ex fructibus Ecclesiarum.

275 *Cum ea dictio non in sensu ampliativo, sed merè explicativo accipi debeat, & ratio*; ibid., ac num. 276. & 277.

278 *Summus Pontifex taxativè se referendo ad dispositionem Juris communis, taxativè etiam locutus dici debet de Personis, & hereditatibus in Jure communi contentis.*

279 *Constitutio Julii III. praescribens, Bona deferri juxta Juris communis dispositionem, censenda est intellexisse de Heredibus dumtaxat, qui juxta Romanas Leges, non autem juxta municipales Locorum Constitutiones succedere possent.*

280 *Antecessoris Constitutio ex Constitutione Successoris declaranda est.*

281 *Pontificiae Constitutiones declarantur ex subsecuta observantia.*

282 *Pontificiae Constitutiones tacita Superiorum consensu reducuntur ad observantiam.*

Tametsi munitae reperiantur clausulâ sublatâ, & Decreto irritante, ibid.

QUamvis in Causa sit Fiscus, non idcircò tamen est decidenda contrà Legum dispositiones, nàm etiam in casu,
in quo scripsit *Cravetta consil. 138.*, lis erat inter Fiscum, & Conjunctos illegitimo ex latere
paterno, & tamen pro Fisco consuluit mox citatus Author; Et quidem Juridicâ ratione;
nàm Conjuncti ex latere paterno, quales sunt
Illustrissimi DD. Marchiones de Pallavicinis,
& Lomellinis, nulla habent Jura agnationis, 283
seù consanguinitatis cum Marchione Nicolao
Maria, Filio illegitimo Caroli, juxtà *Text. expressum in leg. Si Spurius 4. ff. undè cognati, &*
§. Vulgò quaesitos Instit. de Successione Cognatorum, ea enim, nonnisi per justas nuptias à com-
muni Patre derivantur, *leg. 19. ff. de stat. homin.* 234
ibique Glossa in princip., ac per consequens
deficiente Jure omni consanguinitatis, & agnationis, DD. Marchiones de Pallavicinis, &
Lomellinis, ex latere Paterno conjuncti, nul-
lo pacto succedere possunt praefato Marchioni 235
Nicolao Mariae, juxta *Textum expressum in leg. Si Spurius ff. unde cognati cum aliis concordantibus Juribus allegatis in nostris Informationibus §. 1. & sequentibus*, ubi pariter probavimus, quod hoc casu ex certa Juris censura successio defertur ad Fiscum, tamquam vacantia, occupantem Bona Illegitimi defuncti sinè testamento, & Herede à Lege vocato.

Nilque turbat responsio, quod *Textus in dicta leg. Si Spurius* loquatur de Spuriis, non
vero de naturalibus, qualem exadverso dicitur
fuisse Nicolaum Mariam, quia praefatâ *leg. Si* 236
Spurius ff. undè cognati, & alio Textu in §. Filium Auth. quib. mod. natural. effic. sui, comprehenduntur etiam Filii naturales, ut probant authoritates à nobis allegatae in *§. Facili negocio.*

Imò verò, quando etiam justo aliquo colore sustineri posset, sub dd. Jurium censura Naturales comprehensos non censeri, nihilominùs
sub hoc obtentu dd. DD. Marchiones admitti
nequirent ad successionem in hereditate Mar- 237
chionis Nicolai Mariae, quia non docent de hac qualitate naturalitatis, nàm, cum hujus qualitatis probatio exposcat certitudinem nedum Matris, sed status, & conditionis ejusdem, optimè *Pegas de inclus., & exclus. majorat. tom. 2. cap. 9. num. 455. & seqq., aliisque allegatis in Restrictu §. Illa incontinenti*, quonam pacto id probatum dici poterit in casu nostro, in quo non solùm probatus dici nequit status, & conditio Matris, verum incerta penitus est, quae, qualisque fuerit Mater Nicolai Mariae, dum in fide Baptismatis illius nomen, & cognomen reticetur, & constanter semper occultatum reperitur in pluribus aliis solemnibus actibus recensitis in nostro Restrictu contrà Arnaldam, hoc namque casu, procul dubio probata dici
nequit qualitas naturalitatis, quam Jura nostra
attribuunt iis dumtaxat Filiis, qui ex vera Con- 238
cubina nascuntur, reliqui namque comprehenduntur sub nomine Spuriorum, ut praeter allegatos in Restrictu, tradunt *de Marin. resolut.*

Jur.

Tur. 255.*n.*10. *& seq. lib.*1., *Manf. consult.*348. *n.*3., *& seq.*, *& n.*20. *& seq.*, *Torr. de Primog. Ital. cap.*28. *§.*1. *n.*55., *& n.*94. *& seqq.*, *Fontanell. decis.*115. *n.*8., *Rot. in rec. decis.*199. *n.*3. *par.*3., *& decis.*316. *num.*22. *& seqq. par.*5.

Nec est cur exadverso obtendatur æquitas Canonica, Filios omnes natos ex soluto, & soluta habens pro naturalibus, qui præterea cum
239 juxtà totius Italiæ mores, & consuetudinem Juribus agnationis restituti sint, & loco Agnatorum habeantur, admittendi idcircò videantur ad intestatam successionem Nicolai Mariæ tamquam restituti Juribus agnationis, juxtà opinionem, quam tamquam æquiorem sequutus fuit *Thesaurus quæstion. forens. lib.* 1. *quæst.*22. *num.*3., *& num.*5. *&* 6. Discursus namque iste nullo pacto subsistit. Nam, si ex censura Juris civilis Filii naturales dicuntur illi solummodò, qui nascuntur in schemate concubinatus, & in
240 successionibus deferendis sola attenditur dispositio Juris civilis, à Sacris Canonibus minimè immutata, *Manf. consult.*348. *num.*2., *Torr. de majorat.*, *& Primogen. Ital. tom.*1. *cap.*28. *num.*55. *& num.*94. *& seqq.*, *Rota apud eundem de pact. futur. succesf. decis.*23. *n.*21. *& seqq.*, *in Recent. decis.*199. *num.*1. *par.*3., aliique allegati in nostris Informationibus, parui proindè referret, de Jure canonico Filios quoscumque natos ex soluto, & soluta, inter quos Matrimonium contrahi posset, loco Filiorum naturalium haberi, quia, ut latius probatum fuit in nostro *Restrictu §. Quamobrem si Jus*
241 *& seqq.*, id suffragari poterit istiusmodi Filiis, sivè pro obtinendis legitimationibus, atque dispensationibus, sivè prò aliis effectibus præter illum successionis, cujus respectu immota manet dispositio Juris civilis.

Quæ multò minùs ulla ex parte immutata censeri poterit consuetudine, & moribus Italiæ, quia, si, ut fatentur DD. exadverso Scribentes in eorum *Restrictu §.* 2., id procedit respectu solummodò Jurium honorificorum, talis profectò consuetudo, talesque mores
242 trahi minimè poterunt ad evertenda Jura successoria, ut dictum fuit in nostris Informationibus, ob eam sanè rationem, maximæ nempè diversitatis intercedentis inter Jura honorifica, & successoria; prima etenim sinè ullo, vel saltem nonnisi cum levissimo præjudicio aliis communicari possunt, secunda verò maxima cum injuria Legum, & læsione Juris, alteri quæsiti, transferrentur ad eos, quibus à Lege impartita minimè reperiuntur. Hæc autem ratio præjudicii, quod inferretur illi, qui exclusis Conjunctis ex latere paterno, habet Jus fundatum in aperta Legis dispositione, efficit, quod locus esse nequeat æquitati figuratæ à *Thesauro*, quæ utpotè nullo legalis rationis colore fulcita, reprobatur à *Marciano consil. primo art.*5. *num.*192., proindeque eadem nec etiam Fisco nocere debet, inani eum æquitatis, à Lege non scriptæ, colore, eidem adimendum non est Jus, ex clara Legis disposi-
243 tione ipsi competens, succedendi in Bonis vacantibus Filii illegitimi, sinè testamento, alioque à Lege vocato Herede defuncti, ut egregiè tradit *Cravetta consil.*138., aliique, à nobis allegati in *Restrictu §. Et hinc derivat*.

Frustraque Pars adversa recurrit ad Statutum Januense in *Rubrica de succesf. natural. cap.*34., quo *Filio naturali ex quocumque coitu non legitimè nato* Jura agnationis restituta dicuntur, huic Statutariæ dispositioni plures ad- 244
dendo conjecturas, quibus coadjuvatâ qualitate naturalitatis Marchionis Nicolai Mariæ Pallavicini, facilior Conjunctis ex latere paterno via aperta dicitur ad intestatam illius hereditatem tametsi illegitimi; ob eam rationem, quod si inter has Personas à Statuto restituta fuerunt Jura agnationis, quæ vigore Juris civilis adempta eidem fuerant, Conjuncti ex latere paterno, tamquam agnati, successibiles effecti dicendi sint in hereditate Illegitimi, ut ex *Scipione Theodoro allegat.*62. *sub num.*6. loquente in terminis Statuti Januensis, ratiocinantur DD. contrarii Defensores *§.*23. *& sequentibus*.

Discursus namque iste nec in assumpto, nèc in consequenti ullo pacto subsistere videtur. Verum namque non est, quod Statutum resti- 245
tuat Jura agnationis Filio illegitimo, eumque in ipso momento nativitatis efficiat agnatum, idque probari posse videretur eâ solâ ratione, quod illud, utpotè directum ad Bona, & non ad Personas, licet restituat Jus successibilitatis in Bonis, haud tamen tribuit Jura agnationis, ista namque Jura diversa sunt inter se, atque 246
invicem separabilia, *Bellon. de Jure accresc. cap.*10. *quæst.*4. *num.*141. *& seqq.*, & latiùs in nostro Restrictu, ubi probatum fuit, apertè excludi dictam restitutionem Juris agnatitii, quæ in ipso momento nativitatis vigore Statuti exadverso fieri supponitur, dùm ex clara ejusdem litera ejus effectus tales non sunt, ut ex eisdem argui possit plenaria ista restitutio Juribus agnatitiis; Quamobrem corruunt argumenta exadverso desumpta ex *Scipione Theodoro dicto alleg.*62., qui redarguitur à *Capyc. Galeotto* scribente in eadem Causa *controv.*33. *num.*34. *lib.*2., & contrà eum in eadem Causa scripsit etiam *Noguerol. alleg.*13. *num.*29., &, quod magis est, contra ab eo deducta judicavit Sacrum Consilium, quamobrem idem obsequendo veritati *in alleg.*66. *in fin.*, fatetur, se in ea Causa errore lapsum fuisse.

Et Jure quidem, meritòque contra dictum Authorem judicavit Sacrum Consilium, adhærens solidissimis fundamentis ceterorum Advocatorum, qui in eadem Causa scripserunt, quia vel agnovit, quod dictum Statutum minimè restituebat Illegitimo, ut exadversò insinuatur, Jura agnationis, vel etiàm quia, tametsi reverà dici posset, dictum Statutum ple- 247
nariè ea restituisse, itá quidem, ut efficiendo illum legitimum, Jura omnia agnatitia inter ipsum, & Conjunctos ex latere paterno restituisse censeri posset; nihilominùs dictum Statu-

tu-

tutum quoad Jura successoria effectum suum
operari posset quoad Bona tantùm sita in Ter-
ritorio Statuentium, at non etiam quoad Bona
posita extrà illorum Dominium, ob certissi-
mam illam Juris regulam, late firmatam in
nostro Restrictu *§. Vix enim figurari potest &
seqq.*, ubi probavimus, quod ut Statuta, Le-
gesque Principum immutantes ordinem inte-
statæ Successionis, à Jure communi inductum,
248 effectum suum operari queant, requiratur utra-
que subjectio Personarum, & rerum, quarum
alterâ deficiente, immota manet dispositio
Legum sivè Romanarum, sivè Municipalium
alterius Principatus, cui Personæ, aût res sub-
ditæ sunt, & præter generalia late deduximus
nedum auctoritates, & *Sacræ Rotæ Romanæ
Decisiones* loquentes in termiois Statutorum
Januæ, sed prætereà in individuo retulimus,
Dondeum consult.1. per tot., loquentem de le-
gitimatione concessa à Serenissima Republica
Januensi, apud quem refutatæ leguntur argu-
249 mentationes omnes, quibus utuntur DD. con-
trarii Defensores, eumque sequitur *Casoreg.
in rubric. de Successfion. ab intest.n.92.*, quod
paritèr de similibus Principum legitimationi-
bus; ut nempè vim suam non extendant extra
TerritoriumLegitimantium,demonstratum fuit
dicto *Restrictu §. Quæ certissima & seqq.*; Si
igitur legitimationes,quantumvis speciales, ac
plenariæ & expressè à Principe legitimante
concessæ ad effectum restituendi Jura agnatio-
nis, Jus succedendi tribuere nequeunt extrà
250 Territorium Legitimantis, ut in dicto *Restrictu
§. Non recedentes*, quonam colore, aut quâ
justa ratione sustineri poterit, quod effectum
istum operari possit legitimatio, sive restitutio
Juribus agnationis, quæ sub obtentu talis Sta-
tuti exadverso induci prætenditur?

Neque exadversò recurratur ad distinctio-
nem inter successionem activam, quâ Natura-
lis succedere contenderet Agnatis, & passi-
vam, quâ isti illi succedere velint, ideoque,
licèt legitimatio sivè ex Principis Rescripto,
251 sivè, ut in casu, de quo agitur, inducta à Sta-
tuto, vires suas extendere non posset extrà Ter-
ritorium, & Jurisdictionem Legitimantis, si-
ve Statuentium, alitèr tamèn se res habeat re-
spectu passivæ successionis, quasi ex voluntate
illius, qui legitimari obtinuit, Agnatis quæsi-
tum dicatur Jus passivæ successionis, ità expli-
cando *Dondeum*, aliosque qui loqui dicuntur
de activa, non autem de passiva successione
Illegitimi; Nàm distinctio ista nullo Jure pro-
bari posse videtur, veluti suo loco movens ele-
mentarem illam regulam, quâ in materia suc-
252 cessoria adeò statutum est Jus vicissitudina-
rium, & reciprocum, ut illi dumtaxat nobis
succedant, quibus nos succedimus, & ex op-
posito denegetur successio Personis, inter quas
eadem mutuò consistere nequit, ut expressè di-
sponitur *in §. Si verò effusu verf. in quibus
Auth. quib. mod. natural. effic. sui*, ibi = *In
quibus enim casibus naturales Filios vocavimus
ad successionem, in iis quoque, & ipsi decen-
tem naturalibus Patribus devotionem servent,
eâdemque mensurâ sicut Parentes prospiciunt
naturalibus Filiis, secundum hanc nostram Le-
gem, & ipsi Parentibus compensent sivè in suc-
cessionibus, sivè in alimentis, sicut superiùs san-
civimus*, & probant *Mans. consult.787. n.11.*;
Et sanè nulla adferri potest ratio, ob quam
Statutum, sive Princeps concedendo legitima-
tionem, non possint tribuere Illegitimo capa-
citatem succedendi in Bonis sitis extrà suam
Ditionem, vice autem versâ Agnatos capaces
reddere possint, ut succedant in Bonis Illegiti-
mi, tametsi in alieno Principatu sitis, sive enim
agatur de passiva, sive res sit de activa succes-
sione, semper agi dicetur de extendenda Sta-
tuentium, sive Legitimantis potestate ad res,
& Personas, ejusdem Jurisdictioni non subdi-
tas, quod est Jus dicere extra proprium Terri-
torium, quod per absurdum esse, & repugna-
re omnibus Juris nostri regulis, latè firmatum
fuit in nostro *Restrictu §. Ab iis, quæ huc us-
que & seqq.*

Quamobrem malè exadversò evitari con-
tenditur vis, & efficacia authoritatum, à nobis
allegatarum, *Dondei* nempè loquentis in indi-
viduo de legitimatione concessa à Senatu Ja-
nuensi, & aliorum Doctorum agentium de
legitimationibus concessis ab aliis Supremis
Principibus, sub obtentu, quod in concreto eo-
rum casus ageretur de successione activa Illegi- 253
timi, vigore legitimationis, à suo Principe
obtentæ, succedere contendentis in Bonis sitis
extrà Territorium Legitimantis; nàm ratio,
quâ iidem moventur, eadem est tàm respectu
activæ, quàm etiàm respectu passivæ successio-
nis; desumitur enim tùm ex Jure vicissitudi-
nariæ successionis, quæ si deficiat respectu
unius extremi, deficere etiam oportet respectu
alterius, tùm etiam fundatur in eo, quod le- 254
gitimatio cùm sit actus Jurisdictionis, qui non
potest exerceri, nisi ab habente potestatem,
extendi non potest ad Bona sita extrà domi-
nium, & Jurisdictionem Legitimantis, vel quia
istiusmodi Bona subjecta non sunt illius Juris-
dictioni, vel quia, ut eadem comprehendi pos-
sent sub legitimatione, ab ipso concessa, neces-
se esset, quod derogaret dispositioni Juris com-
munis, vigentis in alieno Territorio, quod 255
Principi legitimanti permissum non est sinè
consensu Principis, in cujus Territorio Bona
sita sunt, ut probat *Dond. in dicta sua consult.1.
n.19. & seqq.*, nemo autèm non videt, utram-
que ex istis rationibus pari ratione procedere
respectu tùm passivæ, tum activæ successionis;
superfluum autèm est singillatim respondere
auctoritatibus in contrarium allegatis, id enim
egregiè præstitit *Dondeus dicta sua consultatio-
ne, quem sequuti fuimus in nostro Restrictu
§. Ad partes positis & seqq.*, & ex ipsa earum-
dem auctoritatum lectura patet, applicari mi-
nimè posse casui nostro, prout certè applicari
nequeunt Doctores illi, qui loquuntur de suc-
cessione agnatorum in Bonis Illegitimi, sitis in
Territorio Statuentium; alii verò, qui dicunt, 256

quod

quod respectu Legitimati de consensu Patris lo-
cum obtineat successio tàm activa, quàm passi-
va, paritèr extranei sunt à casu nostro, tùm
quia deficit legitimatio de consensu Marchio-
nis facta, quo casu verius est, nullam dari pos-
se sivè activam, sivè passivam successionem
257 in Bonis sitis extrà Territorium, *cl: me: Card.
de Luca de Testament. disc.54. num.10.*, *Rota
coram Comitul. decis.56. num.5.*, *coram Royas
decis.317. num.18.*, tùm etiam quia, tametsi
concurreret legitimatio, consentiente Mar-
chione Nicolao Maria, facta; nihilominus,
cum non pendeat à Privati voluntate Jurisdi-
ctionem Legitimantis extendere ad Bona subje-
cta alterius Principis Jurisdictioni, hinc est,
258 quod, etiamsi ageretur de legitimatione, ful-
cita illius consensu, talis consensus tribuere
non posset Agnatis, eidem Conjunctis ex late-
re paterno, Jus successionis in Bonis sitis extra
Ditionem Principis legitimantis, *Bellon. de
Jur. accresc. cap.10. quæst.4. num.140.*, *Dond.
consult.1. §. Et quoniam Pars adversa fol.18.*

Ex quo sublatum remanet argumentum de-
sumptum ex tacita, sive præsumpta voluntate
Marchionis Nicolai Mariæ se uniformandi Le-
gibus patrii Statuti, quia cum Jura nostra non
259 dent Agnatis Jus succedendi in Bonis Illegiti-
mi, & illius legitimatio eisdem prodesse
queat respectu dumtaxat Bonorum existentium
in Territorio Legitimantis, absque eo quod
ob defectum Jurisdictionis extendi possit ad
Bona alibi sita; istiusmodi Jurisdictionis de-
fectus suppleri nullo pacto potuit voluntate
Marchionis Nicolai Mariæ, ab ea enim mini-
mè pendebat Agnatis restituere Jura successio-
nis, quæ eisdem à Lege denegata fuerant;
parvique refert, quod dd. Agnati non con-
currant cum aliis legitimis Heredibus, sed cum
260 Fisco, quem ex præsumpta Legitimati volun-
tate faciliùs excludi inquiunt §.35., plures alle-
gando auctoritates, quia, quoties, ut in casu
nostro, agitur de Bonis existentibus extra
Territorium Statuentium, Agnati, qui ab in-
testato succedere contendunt in Bonis existen-
tibus in Ditione Ecclesiæ, docere debent ex
quonam Prętorii Edicti capite venire queant,
non enim ex titulo *undè Liberi*, non ex illo *un-
dè Agnati*, non denique ex alio *undè Cognati*
successionem capere ipsi possunt; Quamobrem
cum inspectâ Juris communis dispositione, in
Bonis hisce existentibus in Ditione Ecclesiasti-
261 ca, nulli adsint legitimi Heredes, Bona va-
care dicuntur, ac per consequens justè Fisci
rationibus vindicantur absque eo quod Agnati,
penitùs exclusi in Edicto successorio, ex præ-
sumpta seu tacita Decedentis voluntate ad illa
admitti possint, ad tradita *per Bellon. de Jur.
accrescend. cap.10. quæst.2. num.108. & plurib.
seqq.*, Nec obstant doctrinæ allegatæ in §.35.,
contrarii Restrictus, quia illæ loquuntur in ter-
minis renunciationis, in qua favore Renun-
262 ciantis cum ad exclusionem Fisci subintelliga-
tur semper præservatio regressus ad Bona re-
nunciata, proinde applicari nequeunt ca-
sui nostro, in quo Marchio Nicolaus Maria
nihil unquam de Bonis suis disposuit, sed so-
lummodò agitur de excludendo Fisco ex præ-
sumpta illius voluntate, quæ si valeret, Fiscus
semper exclusus censendus esset, quod tamen
verum non est.

Idque agnoscentes DD. contrarii Defensores
§.37. & seqq., inquiunt, quod, si deside-ra-
retur expressa voluntas Marchionis Nicolai
Mariæ mediante testamento, vel actu ultimæ 263
voluntatis, ista in casu nostro minimè defice-
ret tamquam promanans ex duplici revocatio-
ne testamenti ab eodem facta, ex ea inferendo
illum legalem effectum, quod nempè dd. re-
vocationes trahi debeant ad virtutem veri te-
stamenti, vocantis Proximiores ab intestato,
ut latè in dicto Restrictu ex *§. 37. usque ad
§. 64.*

Præventivè in nostro Restrictu sublatum fuit
fundamentum istud, summoperè exadverso exa-
geratum, ut enim notatum fuit ex *§. Facilè ta-
men erit & plur. seqq.*, duæ adsunt revocationes
testamenti, à præfato Marchione conditi an-
no 1675. Prima facta anno 1677., explicatè
legitur verbis illis = *volens potius ab intestato,
quàm sub dictà dispositione decedere*, & muni-
ta reperitur clausula *omni meliori modo*; Alte-
ra verò celebrata fuit diu post, an. nempè 1710.,
eâdemque relatâ præcedenti revocatione, con-
tinet nudam, & simplicem revocationem abs-
que declaratione illâ, quod vellet decedere ab
intestato, quæ quidem in hac secunda revoca-
tione consultò omissa dicenda est, ob illam
nempè famigeratam controversiam inter He-
redes bon: memor: Principis Nicolai Pallavi-
cini, & ejusdem Sorores agitatam super suc-
cessione in hereditate Caroli communis Patris, 264
in qua acritèr disceptatum fuerat, an ex revo-
catione testamenti facta cum declaratione,
quod revocans intendebat decedere ab intesta-
to, inducta censeretur nec ne voluntas dispo-
sitiva, vel permissiva dumtaxat favore venien-
tis ab intestato? ut patet ex *decisione 1184. bo:
me. Emerix. Jun.*; Nè igitur occasione primæ
revocationis testamenti ab ipso factæ similis
controversia oriri posset, pro clariori volun-
tatis suæ explicatione edidit secundam revoca-
tionem absque illis verbis *volens potiùs ab inte-
stato, quàm sub dicta dispositione decedere*, quæ
sanè verba repetita censeri nequeunt in poste-
riori revocatione virtute illius protestationis, 265
quâ dixit recedere nolle à prima revocatione,
ibi =, *e senza recedere dalla sudetta prima cas-
sazione, & annullazione* =; nam nullâ justâ
ratione affirmari potest, Nicolaum Mariam
fecisse hunc secundum actum animo nihil mi-
nuendi, vel addendi primo, sic enim frustrà
operatus fuisset, quod præsumendum non est
in actu adeò serio, adeòque maturo consilio
ab ipso expleto, proindèque, si eidem aliquam
justam, & verisimilem rationem, causamque
finalem assignare velimus, ea alia esse non
potuit, quàm meliùs voluntatem suam expli-
cando, illam redigere ad actum simplicis, ac
nudæ revocationis testamenti, de qua dubitari
non posset, an importaret, nec nè speciem il-

lam voluntatis dispositivæ, quæ quoties defi-
266 cit, sed versamur in casu simplicis, ac nudæ
revocationis præcedentis testamenti, hæc, utpo-
tè importans voluntatem merè permissivam,
videlicet solummodò tollentem obstaculum
testamenti, trahi nullo pacto potest ad volun-
tatem dispositivam, secumferentem tacitam
vocationem legitimorum Heredum, juxta ea,
quæ latè deducta fuerunt in d. nostro Restrictu
§. Respondemus præterea & seqq.

Non omittendo denique, quod si per malam
hypotesim in nostro casu similibus actibus tri-
267 buenda esset vis illa tacitæ voluntatis super de-
latione intestatæ successionis ad normam Le-
gis, vel Statuti, nihilominus, ut animadver-
sum fuit in *§. In Jure autem* dicti nostri Restri-
ctus, regula hæc desumenda minimè esset à
Statuto Loci originis, sed à Statuto Loci habi-
tationis, ubi Marchio Nicolaus Maria quadra-
ginta annorum spatio moram traxerat. Quæ
sanè præsumpta conformatio Nicolai Mariæ
Legibus, & Statutis Loci, in quo ipse domi-
cilium constituerat, minimè tollitur ex Do-
ctrina *Saliceti in leg. cunctos populos sub nu.* 14.
Cod. de Summ Trinit., & Fid. Catholic., quia
Doctoris hujus traditio explicata fuit in nostro
Restrictu, ubi ostendimus, illam trahi mini-
mè posse ad casum nostrum, eandemque re-
probari communi Doctorum traditione, &
præsertim à *Sacra Rota*, optimè probatur à
DD. Defensoribus D. Arnaldæ in eorum Re-
strictu *§. 20. & plur. seqq.*

Hinc omittimus verba facere de iis, quæ
pro confirmanda, magisque verisimili red-
denda præsumpta ista conformatione Marchio-
nis Nicolai Mariæ Pallavicini cum Patriis Le-
gibus, desumuntur ex pluribus actibus, ex qui-
bus exadverso probandum assumitur, illum,
268 licèt moram trahentem hic in Urbe, animo
tamen semper retinuisse domicilium originis,
ideòque ad illius normam interpretandam
esse ejus voluntatem; quia discursus iste, lo-
cum sibi vindicare fortè valens in casu, quo
adesset subjectum interpretabile, voluntas
nempè, sive dispositio aliqua Marchionis Ni-
colai Mariæ, prorsùs silet in casu nostro, in
quo ille cum ab intestato decesserit, prorsùs
deficit subjectum, super quo interpretatio ver-
sari possit, quippè deficere dicitur voluntas,
& dispositio quævis Defuncti, eâ autem defi-
269 ciente, non ex ejus voluntate, sed à Lege
successio deferri dicitur, ut in nostro Restri-
ctu *§. Discursus ejusmodi & seqq.*; Verùm præ-
tereà respondetur, quod in nostro casu si illius
hereditas deferenda esset ex ejusdem tacita vo-
luntate, elicita ex præsumpta conformatione
Legibus communibus, sive municipalibus, in
nostro casu non Leges Loci originis, sed Loci
domicilii, Romanæ nempè Leges attendendæ
270 essent, eò quod in dubium venire nequeat,
illum Romæ domicilium contraxisse, & qui-
dem animo ibi permanendi usque ad obitum,
prout latè demonstratum fuit *§. Ut igitur &*
seqq., quibus superaddere juvat unum dum-
taxat evidens argumentum desumptum ex
Sum. D. Arnaldæ n. 2. in fin., nam, cum an-
no circiter 1709. Agens Serenissimæ Reipubli-
cæ ab eo petiisset solutionem quarundam Ta-
xarum, quæ decurrerant usque ab anno 1672.,
ipse respondit, se ad illas non teneri, eo quia=
quantunque il Signor Marchese si glorij d'essere
figlio della Serenissima Republica, tutta volta
perche da quaranta anni egli dimora in Roma,
dove hà trasferito, e possiede tutte le sue sostan-
ze, e perciò già divenuto Cittadino Romano, on-
de per tal cagione soggiacendo quì alle Tasse
imposte dal Sommo Pontefice, non pare ragio-
nevole, che debba anche soccumbere a quelle del-
la Republica, ove esso non hà domicilio, nè pos-
siede cosa alcuna = At verò, si nova domicilii
adquisitio cum derelictione originarii præci-
pue pendet ex declaratione animi; profectò
nulla adferri posse videtur declaratio potentior
illa, quæ resultat ex præfatis verbis prolatis
cum explicatione causæ, ex qua Nicolaus Ma-
ria novum acquisivisse, & originarium domi-
cilium animo abjecisse declaravit.

Denique omissis pluribus aliis subtiliùs in
contrario Restrictu replicationis deductis, &
præventivè jam rejectis in nostris Informatio-
nibus, progredimur ad examen Constitutio-
num Julii III. Pii IV., & Pauli V., quibus
exadverso contenditur, Rev: Cameram exclu-
di à successione Exterorum, & Forensium,
in Urbe decedentium; Veruntamen frustra
Partis Adversæ conatus impensos credimus; la-
tè enim à nobis demonstratum fuit, dd. Con-
stitutiones locum sibi vindicare minimè posse
in hereditate Marchionis Nicolai Mariæ; Nam,
si illarum literam sequi velimus, prout certè 271
illi inhærendum est in interpretatione Consti-
tutionum, quæ, utpote derogantes Juribus
Supremi Principis, ejusque Fisci, atque im-
mutantes ordinem succedendi, à Jure commu-
ni præscriptum, strictè intelligendæ sunt, re-
jectâ quacumque extensione ad casus, de qui-
bus eædem nominatim non loquuntur. Si in-
quam spectanda sit litera dictarum Constitu-
tionum, sub earum censurâ comprehendi cer-
tè nequit hereditas Nicolai Mariæ, qui pro
Extero, & Forensi haberi non poterat, sed re-
putandus erat verus Civis Romanus, qui tum
animi destinatione, verbis, & solemnibus fa-
ctis declaratâ, tum etiam quadraginta anno-
rum incolatu, tum denique universum suum
patrimonium in Urbe retinendo, ibidemque 272
Sepulturam sibi destinando, domicilium in
eadem acquisiverat, verusque Civis Roma-
nus effectus fuerat, ideòque in ejus successio-
ne spectanda sunt Jura, & Leges, de Roma-
norum Civium hereditatibus loquentes, non
autem illæ disponentes de Forensium successio-
ne, juxta animadversa in nostro Restrictu *§. Pro-*
grediendo post hæc.

Verùm fortius urget tenor ipse, & substan-
tia dd. Constitutionum, nam, si intueamur
illam Julii III., quæ sola spectanda est, cum 273
posteriores editæ à Pio IV, & Paulo V., tam-
quam

quam confirmatoriæ primæ Constitutionis, eidem nihil addant, eam Legenti patet, solummodo loqui de spoliis Ecclesiasticis, sive de Bonis, à Clericis, aliisque Beneficiatis quæsitis ex redditibus Ecclesiasticis, nihil autem disponere de Bonis patrimonialibus, & laicalibus Forensium, in Urbe decedentium, qualis est hereditas, de qua agitur, quæ proinde obnoxia non est d. Constitutionis censuræ.

Hic autem obvius sensus Constitutionis loquentis de ista specie Bonorum, reverà indigente peculiari dispositione, ut eximeretur à censura particularium Constitutionum, illa applicantium Rev: Cameræ, hic, inquam, sensus
274 detorqueri nequit ad alias Bonorum species interpretatione illâ desumptâ ex dictione *etiam*, ibi = *etiam quæsitorum ex fructibus Ecclesiarum*, quæ verba referuntur in contrario Restrictu *§. 79.*; eademque ex mente tum Juris, tum Bullæ connotare dicuntur subjectum aliquod, cui augmentativè adhæreat, ut in dicto Restrictu *§. 80. & plur. seqq.*, nam in nostra responsione *§. Non obstat* verius esse demonstravimus, quod inspectis tum contextu verborum, tum mente dictæ Constitutionis, dictio illa = *etiam* =, quæ persæpè explicativè solummodò accipitur, in hoc sensu intelligenda sit in nostra hypothesi ob illam prævalidam rationem, quod, cum apposita reperiatur in dispositione derogante Juri communi, eadem, tametsi
275 accipi posset in sensu ampliativo, nonnisi tamen in sensu merè explicativo accipienda veniat, præsertim quia agitur de præjudicio Disponentis, cui ex dubia interpretatione similis dictionis, referibilis ad sensum tàm explicativum, quàm ampliativum, adimi tentatur beneficium, de jure communi illi competens. Eòque certiùs hæc similis dictionis acceptio in sensum merè explicativum, & non ampliativum, sequenda est in casu nostro, quia illum coadjuvant ceteræ ejusdem Constitutionis partes, in quibus, ut notatum fuit in *§. Eòque certiùs & seq.*, Summus Pontifex disposuisse
276 deprehenditur non indefinitè de Bonis patrimonialibus quorumcumque Forensium, sed de illis tantùm, quæ à Sequentibus Romanam Curiam ex redditibus Ecclesiasticis quæsita fuissent.

Quamquam hæc plurimùm valeant pro excludendis DD. Marchionibus de Pallavicinis, & Lomellinis, fortiùs tamen urget argumentum desumptum ex illis aliis Bullæ verbis, in quibus dum Papa designavit Successores, qui,
277 exclusâ Camerâ, & Fisco, Bona capere deberent, nominavit Decedentium proximiores Agnatos, & alios, qui his de Jure succedere deberent, ibi = *Aliàs juxtà Juris communis dispositionem liberè devolvantur* =; quamvis igitur colore aliquo sustineri posset, quod dispositio ista comprehenderet Bona etiam patrimonialia Forensium; nihilominùs cum in eisdem Summus Pontifex succedere posse voluerit illos dumtaxat, qui juxta Juris communis
278 dispositionem succedere deberent, hinc sequitur, quod cum DD. Marchiones prædicti inspectâ Juris communis censurâ, insuccessibiles prorsus sint, utpotè enim exclusi ex aperta dispositione *Textus in leg. si Spurius*, ex nullo Prætorii Edicti capite ad successionem venire possunt, sed illam consequi contendunt vigore patrii Statuti, admittentis ex latere paterno conjunctos Illegitimo, sine testamento defuncto, præsumi autem nullo pacto potest, quod Summus Pontifex se conformare voluerit peculiaribus Statutis Locorum, tum quia illa ignorasse præsumebatur, tum etiam quia se taxativè referendo ad dispositionem Juris communis, taxativè etiam locutus dici debet de Personis, & Hæredibus illis, qui in Jure communi, ad quod fit relatio, continentur, novum sanè minimè constituendo Heredum gradum, sub successorio Edicto non comprehensum, sed præservando dumtaxat gradus, qui eodem Edicto ad successionem admittuntur, alioquin dicendum esset, quod si Statuto Januensi Agnati, & Cognati, in duodecimo, sive decimo tertio gradu existentes, ad successionem admitterentur, hi etiam vigore dictæ Constitutionis admissi censendi essent, & rursùs, si eodem Statuto restrictâ successione Agnatorum, & Cognatorum ad sextum, vel septimum dumtaxat gradum, his non existentibus, Fiscus Reipublicæ admitteretur, si hic in Urbe comparerent legitimi heredes in nono, vel decimo gradu existentes, licèt de Jure communi successibiles, repellendi essent sub obtentu, quod, juxta Patrias Leges, ipsi non sint de numero legitimorum Heredum, & in gradu successibili, ideòque hoc casu exclusis dd. Personis, alioquin de Jure communi successibilibus, hereditas applicanda esset Reverendæ Cameræ, vel eadem, si vera esset Sententia eorum, qui sustinent, Fiscum in Bonis vacantibus succedere titulo, & nomine 279
hereditario, deferenda esset ad Fiscum Serenissimæ Reipublicæ, quæ omnia cum absurdissima fiant, manifestè evincunt, Conditorem Bullæ, nomine eorum, *qui juxta Juris communis dispositionem* succedere deberent, intellexisse dumtaxat de Heredibus, qui juxta Romanas Leges, non autem juxta Municipales Locorum, & Principatuum Constitutiones successionem capere possunt.

His addere possemus plura argumenta desumpta ex posterioribus Constitutionibus, quibus Pius IV., & Paulus V. confirmarunt Constitutionem Julii III.; Verùm illa consultò omittimus, quia, si quæ dubietas inesse posset in dictæ Julianæ Constitutionis verbis, ea penitùs sublata videretur ex posteriori Constitutione Sixti V., inter ejus Impressas *la* 100., 280
ex qua vel declaranda est Antecessoris ejusdem Constitutio, vel si illi contraria sit, eadem corrigenda, redigendaque est ad terminos posterioris Constitutionis, quà Summus Pontifex inhærendo dispositioni Juris communis, Illustrissimo Thesaurario pro tempore impartitur facultatem injiciendi manus, atque appre-

hendendi possessionem Bonorum vacantium, veroisillis = *nec non Bona Decedentium in Curia prædicta, vel extra eam ubique quomodolibet vacantia* =, quæ sane verba, licet generalitate suâ comprehendant tam Subditos, quam
281 Exteros, nihilominus, si dubia essent: declararentur subsecutâ observantia, conflata ex actibus tum affirmativis, tum negativis, quibus usu recepta, & in Romana Curia observata reperitur Constitutio dumtaxat Sixtina, juxta quam Ministri Reverendæ Cameræ capientes possessionem Bonorum vacantium Exterorum omnium, illa restituerunt Heredibus dumtaxat, juxta Juris dispositionem succedere de-
282 bentibus; Cujus sane observantiæ vis frustra infringi contenditur sub obtentu Clausulæ *sublata*, & *Decreti irritantis*, quo munita reperitur Juliana Constitutio, quia huic objecto præventive occurrendo *§. Quamobrem si Pontificia*, vim dd. clausularum inefficacem reddi, ostendimus, quoties spectante Supremo Principe, similes Constitutiones ad inobservantiam reducuntur, & quoties talis contrarius usus coadjuvatur justo titulo saltem colorato desumpto ex Constitutione Sixti V., atque continuatus fuerit spatio centum, & ultra annorum, quo casu derogare valuisset cuicumque contrariæ Legi.

Proposita fuit Causa hæc in plena Camera, Ponente bon: mem: de Alteriis, Rev: Cam: Cleric:, die 10. Junii 1718.; ab eaque adprobatis universim his, supra expositis, rationum momentis, secundum ea resolutio prodiit, alterius præcedentis confirmatoria, prout ex Voto ejusdem bon: me: de Alteriis sub dicta die edito, quod hic adnectitur.

VOTUM.

283 *Ea quæ procedunt à natura, semper firma, & immutabilia sunt*, & n.284.
285 *Agnatio civilis inter Legitimos, & Illegitimos, ex Jure Romanorũ penitus est abolita.*
286 *Inter Spurios, aut vulgò Quæsitos etiam Filii naturales comprehenduntur.*
287 *Hereditas Illegitimi ab intestato defuncti non defertur Legitimis ex latere Patris descendentibus.*
Sed spectat ad Matrem, aut Fratrem ex eadem Matre natum, ibid. n.288.
289 *Agnatio à Jure Civili adempta, restitui potest à Principe, potestatem habente.*
290 *Statuta derogare posse Juri communi non dubitatur.*
291 *Remoto per Statutum impedimento Juris, fit regressus ad agnationem, Jure civili sublatam, adeo ut Agnati succedant in hereditate Illegitimi, licet extra dominium Statuentium domicilium transtulerit.*
Limita in certis casibus, relatis num. 292. per totum.
293 *Hereditas Incolæ Urbis tam ratione incolatus, & domicilii, quàm Bonorum possessorum Lege Romanorum est adjudicanda.*
294 *Testamenta debent regulari secundùm Statuta domicilii, non originis Testatoris.*
295 *Successio ab intestato deferenda est iis, qui ex Legibus domicilii, ubi Bona existunt, sunt vocati.*
296 *Hereditas Defuncti ab intestato extra Patriam, & in loco ubi elegerat domicilium, & Bona possedit, quo Jure sit adjudicanda?* & n. seqq.
297 *Condere Statuta est actus Jurisdictionis, & a Jurisdictione pendet.*
298 *Causa finita non potest producere effectum infinitum.*
299 *Statuta non obligant extra Locum, & Territorium Statuentium.*
300 *Ut Statutum in Hereditatibus tamquam lex operetur, rerum simul, & Personarum subjectionem requirit.*
301 *In Terra aliena Princeps externus reputatur tamquam privatus, & propterea ejus Statutum vel directum in rem, vel in Personam, non habet Locum*, & n. 302. ac seq.
304 *Legitimatio facta à Principe, & etiam Patre requirente, non suffragatur extra Territorium Principis legitimantis. Limita* ut num.305. & num.307.
306 *Emancipatus vigore legis Statutariæ, extra Territorium Statuentium remanet Filius familias.*
Quamvis Rescriptum Principis, sivè Statutum sit directum Personæ n.308. & 310.
308 *Statutum Januæ disponit, quod Filiis illegitimis succedant Descendentes, & Ascendentes agnati.*
309 *Potentia succedendi Illegitimis à Statuto concessa, & separata ab agnatione, & potest stare sinè ea.*
310 *Jus succedendi plerumque est separatum à Legitimatione.*
311 *Verba enunciativa Legum decisionem non inducunt.*
312 *Statutum de successione Illegitimorum, ex quocumque coitu natorum, an comprehendat natos ex damnato coitu?* & num. seq.
Scipionis Theodori allegatio *62. n.6. confutatur.* n.315.
314 *Statutum Januæ disponens, quod Illegitimo succedant Ascendentes perinde acsi Naturalis esset legitimus, istam non numerat inter Agnatos.*
315 *Ubi Externus asportat omnia sua Bona, & inhabitat, ibi domicilium elegisse non dubitatur ad effectum eadem Bona subjiciendi Legibus Loci habitationis.*
Amplia ut n.316. & seqq.
319 *Stat bene simul, quod Forensis retineat stemma, & denominationem originis, & nihilominus ejus Bona subjiciantur Legibus dominii domicilii*, & n. seqq.
322 *Pro validitate contractus Mulieris, juxta sanctionem Statuti Urbis, urget præsentia Proximiorum, qui de Jure Contrahenti succedere possint.*
323 *Testibus inverisimilia deponentibus nulla fides est adhibenda.*
327 *Filii illegitimi cũ Patris Agnatis per natura-*

valem sanguinis conjunctionem dicuntur de Parentela Patris.

Ea tamen non est referibilis ad Jura Civilia, & municipalia n.328.

329 *Forensis electo domicilio extra Patriam; quamvis ibi negociationi incubuerit, non dicitur amplius de domicilio Patriæ.*

Maximè ut n.330.

331 *Testibus deponentibus verisimilia per vehementem probationem creditur*, & n.332.

333 *Successio ab intestato decernitur juxta diversitatem Legum, seu Statutorum ubi existunt Bona*: *Contraria* ibid. *argumenta refelluntur.*

334 *Verisimilius est, Defunctum se conformare voluisse Legibus Loci, cujus Forum voluntariè sortitus est, & quibus Bona subjecit, quàm Statuto originis.*

335 *Profitens, velle mori ab intestato, non testatur dispositivè, unde ex hujusmodi tacita voluntate Defuncti neque datur, neque adimitur hereditas.*

Sed defertur venientibus ab intestato, prout de Jure, n.336.

337 *Declarationes animi absque subsequenti testamento, proferuntur potiùs ad captandam benevolentiam alicujus, quam ad firmandam voluntatem deliberatam, quæ est mutabilis usque ad mortem, & sic nullo numero habentur ad interpretationem mentis Defuncti.*

338 *Revocatio testamenti cum declaratione*: Velle potius mori ab intestato, quam cum testamento revocato, *non facit voluntatem expressam decedendi ab intestato.*

Et vide n.339.

340 *Princeps quamvis potentialiter possit derogare Juribus Tertii, & litibus super eis introductis, regulariter tamen non potest.*

283 MArchio Pallavicinus in Urbe Campsor Filius naturalis Caroli Pallavicini, ruptis testamenti tabulis, quibus olim se velle mori declaraverat, die 23. Martii 1714. à Domesticis, qui ut assurgeret, diutius expectaverant, effracto cubiculi ostio, prope lectum, ubi ab apoplexia conciderat, inventus est mortuus. Ad consertissimam Viri, intestato defuncti, hereditatem plures aspirarunt. Procuratores Joannis Stephani Pallavicini, ac Caroli Lomellini, quibus postea in Judicio associatæ sunt Paula, & Salvagina ejusdem Caroli Sorores, quamvis nullo fulsulti mandato, sese alieno negotio non accersiti ingerentes, possessionem inierunt, reputantes, quod isthæc successio deferenda sit secundum Legem municipalem Genuæ, per quam Filio naturali decedenti ab intestato sine Filiis ex legitimo Matrimonio natis, succedunt Ascendentes, & Descendentes agnati, perinde ac si naturalis esset legitimus. Qui Fisci rem curabant, pariter in omnia Bona manus injecerunt: ad Ærarium enim Principis transferuntur, si nullum ex quavis sanguinis linea, vel Juris titulo legitimum reliquerit Intestatus Heredem. Tertiò in contentionem venit, proximitatis nomine, Maria Hieronyma, Jo: Dominico Arnaldo nupta, hereditatem sibi venire existimans, quòd Marchioni defuncto, per Matrem, à qua ipsa descendit, conjuncta sit. Demum spes successionis injecta est Sorori Mariæ Constantiæ, asserenti, se, licèt illegitimam Marchionis Filiam, Legitimorum Jura à professione Religionis hausisse, totamque mereri hereditatem: sin minus sextantem, quod Illegitimis deferunt Leges cum Matre repartiendum, agente ejus nomine Monasterio Sancti Bernardini, in quo vota solemnia nuncupavit; Hinc secum ad Causam traxit Curiettam Matrem, quæ à sextante prædicto in Filiam successionis Jure transferendo, suam virilem acciperet. Inter illos Litigatores Reverendissimus D. Cardinalis Pro-Thesaurarius binas protulit Sententias, in quibus, abjudicatis juribus tum Agnatorum, tunc pro possessione dumtaxat certantium, tum Mariæ Hieronymæ Arnaldæ, atque pro nunciata filiatione Sororis Mariæ Constantiæ, immissionem Monasterio concessit ad duas tantum uncias æqualiter cum Curietta Matre Monialis repartiendas: Aliis vero residuum in Fiscum transtulit, ea utriusque petitione rejecta, quæ ad totam vicissim hereditatem extendebatur.

Ab hujusmodi Sententiis omnes, præter Curiettam, appellarunt Supremum Cameræ Tribunal, in quo totâ reassumptâ Causâ ad relationem D. mei Collicolæ, die 23. Martii 1716. tria emerserunt Rescripta; primum scilicet respiciens DD. de Pallavicinis, ac Lomellinis, *non esse dandam manutentionem, & Sententiam Reverendissimi Pro-Thesaurarii quoad Agnatos esse confirmandam*. Alterum, quod ad Monasterium attinet, *Sententiam Reverendissimi Pro-Thesaurarii quoad decem uncias esse confirmandam, quo vero ad duas uncias esse infirmandam*. Tertium autem, *Sententiam Reverendiss. Pro-Thesaurarii esse infirmandam, & Immissionem esse dandam Mariæ Hieronymæ Arnaldæ in tota hereditate Marchionis Nicolai Mariæ Pallavicini*. Admissis post hanc resolutionem Articulis, tum à Pallavicinis, & Lomellinis, tum à Fisco exhibitis, quos inter consortium est initum adversus alios Collitigantes, peractoque in Urbe duorum testium examine, quos Fiscus induxit, & aliis sex testibus in Civitate Genuæ à dictis Fisci Consortibus examinatis, Causam proposui tamquam subrogatus D. meo Collicolæ, hoc interim spatio ad gerendas vices Thesaurarii Generalis assumpto, & ad consuetum Dubium = *An sit standum, vel recedendum à decisis* =, Domini responderunt *standum esse in decisis*. Mox attentis hisce resolutionibus, Causam expediri mandarunt, injuncta mihi editione voti.

Quod ad Judicium contra DD. de Pallavicinis, & Lomellinis prolatum spectat, frustra ab illis affertur agnatio profluens è latere paterno, seu fundamentum intestatæ successionis 284

Mar-

Marchionis illegitimi. Quamquam enim affi-
nitas naturalis, & communio sanguinis, quæ
inter Descendentes, utcumque à communi Pa-
rente genitos, intercedit, Legibus deleta non
sit, cum ei, quæ sunt naturæ, firma, & im-
mutabilia permaneant *Instit. lib. 1. §. Sed na-
turalia leg. Jure sanguinis 8. ff. de regul. Jur.*
Agnationem tamen Civilem, à qua successio-
num tituli dimanant, inter Descendentes Legi-
timos, & Illegitimos Jus Romanorum penitus
abolevit, adeo ut Marchio defunctus cum di-
285 ctis Agnatis nulla se se civili conjunctione san-
guinis attingeret, ut liquet *ex leg. Si Spurius
intestato decesserit Jure consanguinitatis, aut
agnationis hereditas ejus ad nullum pertinet, quia
consanguinitatis, & agnationis Jura à Patre
oriuntur*, & quidem à Patre, cui soboles sit à
legitimis nuptiis, ut declarat *Text. in leg. cum
legitimæ 19. ff. de statu Homin.*, ibi = *Cum
legitimæ nuptiæ factæ sunt, Patrem Liberi se-
quuntur. Vulgò quæsitus Matrem sequitur*, ne-
que veremur Spurii nomine, aut vulgò quæsi-
ti, Filios etiam naturales comprehendi, nam
286 perindè est, quempiam Patrem demonstrare
non posse, & eum habere, quem habere non
licet, ut sancitum est *in leg. vulgò concepit 23.
ff. de stat. hominum*, & ita declarant etiam *Bar-
tol. in leg. final. colum. 2. vers. quæro ff. de his
quibus, ut indignis, Jacob. de Put. inter cons.
Cavalcan. cons. 62. col. 2., Alexand. consil. 174.
in fin. lib. 5., Capr. cons. 108. column. 3. in fin.,
& cons. 38. n. 6. & 8., Gomez ad leg. 9. Tauri
sub n. 46., Covarruv. de Sponsal. par. 2. cap. 8.
§. 5. num. 19., Dec. cons. 315. num. 1., Paris.
cons. 100. n. 12. lib. 2., Card Paleott. de Noth.
& Spur. cap. 16. sub num. 6., & cap. 39. num. 5.,
Grass. in §. Successio ab intest. quæst. 34.*, Cra-
*vett. cons. 138. à num. 6. & num. 12., & per tot.,
Gam. decis. 3. n. 1.* Idcirco Legibus ipsis cau-
287 tum est, hæreditatem Illegitimi intestato de-
functi nullo modo pertinere Legitimis è latere
Patris descendentibus, quippè (ut inquit *Pa-
leott. de Noth. cap. 39. num. 5.*) *Nulla se omni-
nò necessitudine attingunt*. Sed Mater talium
288 Liberorum, aut Frater, eadem Matre natus, Bo-
norum possessionem ejus ex Edicto petere po-
test, quia sunt invicem sibi cognati, ut præter
dictas Leges *hac parte la 2. etsi Spurius ff. undè
cognati habetur in cap. 4. auth. quib. mod. natur.
effic. sui*, ibi = *Æquum ei dantes privilegium,
ut sicut nec Cognatis Patris sit iste successor, sic
nec illi ad ejus vocentur successionem*, quarum
Legum authoritatem sequuntur *Covarruv. de
Sponsal. par. 2. cap. 8. §. 5. num. 19., Dec. cons.
315. num. 1., Paris. cons. 100. num. 12. lib. 2.,
Card Paleott. de Noth. & Spur. cap. 39. n. 5.,
Grass. in §. Successio ab intest. quæst. 34., Cra-
vett. cons. 38. à num. 6. & num. 12., & per tot.,
Marcian. cons. tom. 1. num. 191.*, ibi probat
etiam *Text. in leg. si Spurius 2. ff. undè cognati,
qui etsi loquatur in Spurio, procedit in omni Ille-
gitimo*.
289 Quamquam consanguinitatis titulum, &
successionem inter agnatos Patris, & Filium
Illegitimum Leges abstulerunt, DD. tamen de
Lomellinis, & Pallavicinis ad successionem
intestatam Marchionis, ideò vocari contende-
bant, quod à Statuto Genuæ *de successi. natu-
ral. cap. 34.* nedum ad successionem, sed ad
agnationis jura restituantur. Agnatio enim
Jure Civili adempta, ab alio Jure Civili, seu à
Principe, potestatem habente, restitui potest,
quemadmodum fit in legitimatione, *Angel.
cons. 17. sub num. 5., Castrens. cons. 34. num. 3.,
Dec. cons. 307. num. 13. vol. 1., Gozadin. cons. 6.
num. 77., Bim. cons. 8. num. 14. vol. 1., Picenard.
post Consilia Sadarini in ejus respons. ex n. 75.,
Cyriac. controv. 208. n. 1., Surd. cons. 1. n. 98.,
Giovagnon. consil. 59. n. 49., Altograd. cons. 93.
num. 17. lib. 2., Decian. cons. 35. num. 41. lib. 4.,
Cephal. cons. 111. lib. 1., Riminald. cons. 294.
num. 21. vers. nec obstat lib. 3., Menoch. con. 20.
num. 19. & seqq., & cons. 827. num. 12. & seq.,
& cons. 827. n. 12. & seqq., Guttierez. de Ma-
trim. cap. 74. n. 15., Rocc. disp. Jur. select. ca-
pit. 8. num. 17., Tiraquell. in leg. si umquam
vers. susceperit liberos num. 77. & seqq. Cod.
de revoc. donat. donat., Rot. coram Coccin. de-
cis. 1721. num. 6. 7. & 8.*, & Statutis Civita-
tum Juri communi derogari posse, non est am- 290
bigendum, per *Text. in leg. omnes populi ff. de
Just. & Jur., ubi Bald., Abb. cons. 104. n. 3.*,
undè remoto per Statutum impedimento Juris,
fit regressio ad agnationem, Jure Civili subla-
tam, quæ mox tamquam comes inconvulsa, 291
numquam ab Illegitimis, quòcumque domici-
lium transferant, avellitur, & ubicumque Loco-
rum ad successionem Agnatis aditum patefa-
cit, ex auctoritate *Scipion. Theodor. allegat. sub
num. 6., Thesaur. quæstion. forens. lib. 1. par. 22.,
num. 4. & seqq.*
Verum ista, & quot alia ab hujusmodi Sta- 292
tuto Genuæ sumpta sunt argumenta, ad indu-
cendam successionem favore Agnatorum, ni-
hil consistere visa sunt. Quamvis enim Mar-
chio Pallavicinus Genuæ ex Parente nobili or-
tum habuerit, à quo scutis centum millibus,
ut vocant ex argento donatus fuerat, atque
eam Urbem, tamquam Patrium solum, honore
semper habuerit, tamen à prima ferme ætate,
Genuâ longum valere jussâ, Romam venit,
ubi quidquid residuum à donatione paterna si-
bi remanserat, asportavit, hic summam rerum
suarum, laremque constituens, quasi numquam
discessurus, ut reapse numquam discessit;
Quamobrem sinè dubio domicilium contra-
xit, & statim factus est Civis Romanus, *ad Tex-
tum in leg. Domicilium, & Gloss. ibidem in ver-
bo bicolas ff. ad munip., Boer. decis. 35. num. 7.
lib. 2.*, imò sufficeret, laribus etiam non tran-
portatis, si decem annis Romæ sedem sibi con-
stitutam habuisse constaret, ut habetur *in
leg. nec ipsi Cod. de Incol. lib. 10., Surd. cons.
371. num. 47., Antonell. de Tempor. legal. lib. 2.
cap. 75. num. 1., Pœnia in Vot. impress. post
Fenzon. ad Statut. cap. 41. num. 9., Rot. coram
Merlin. decis. 232. num. 4., coram Royas decis.
104. num. 8., coram Ubold. decis. 608. num. 1.,
& in*

& in Recen. deciſ.137. num.5. par.5., & coram
ſan: mem: Alexandr. VII. deciſ.98. num.5. &
ſeqq., cum aliis adductis per R. P. D. Anſald.
de Commerc. & Mercat. diſc.10. num.14. &
ſeqq. Ut enim verus Civis quiſpiam æſtimetur,
& tamquam Civilitate donatus, Juribus Ci-
vium fruatur, nihilo minus ſpectamus origi-
nem, quàm domicilium, ad Text. in leg. Ci-
ves Cod. de Incol. lib.10., Surd. conſ.313. n.61.,
Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc.10. n.7.,
quod uſque adeò obſervatur, ut ſi Cives origi-
narii domicilium in alio loco poſuerint, in Ci-
vitate ſua, ſi in ea nihil poſſident, habeantur
tamquam Forenſes, neque ſub nomine Civium
comprehendantur, Gloſs. in cap. Statutum
§. Cum verò verb. unam in fine de reſcript. in 6.,
& in Clement. 1. verb. Subditos in fin. de for.
competen., Anſald. de Commerc. & Mercat. di-
cta diſc.10. num.8., & perdunt privilegia, præ-
rogativas, & quæcumque favorabilia, quæ Sta-
tutis originis conferuntur, quia odioſa non ſu-
ſtinent, Capyc. Galeott. controv.17. num.1.
cum ſeqq., Dexart. deciſ. Sard n.85. num.6.,
Marott. diſcept.8. num.16. circa finem, Boer.
deciſ.13. num.13. & 45., Rot. in Romana Do-
tis, ſeu Teſtamenti 12. Januarii 1714. §. Si-
quidem coram R.P.D. Cerro.

293 Inde conſequitur, quod hereditas Marchio-
nis defuncti non aliis Legibus, quàm Romano-
rum veniat adjudicanda, tum ratione Perſonæ,
quæ poſt longum incolatum in Urbe deceſſit,
tum ratione Bonorum, quæ hic ſita ſunt, nam
propriè Subditus quis dicitur à domicilio, Tex-
tus in cap. Licet ratione de for. competen., &
competen., & ibidem Felin. num.23., Cagnol.
in leg. cum quoddam ff. de Juriſdict. omn. Ju-
dic, ubi quod potentius eſt Forum domicilii,
quàm originis, proindeque Leges, & Statuta,
quæ diſponant de Civibus, locum habent in In-
colis, qui ex Jure domicilii Patriam acquirunt,
& ligantur Statutis Loci, ubi domicilium ha-
bent, Alex. conſ.19. num.6. vol.6., Gail. dicta
294 obſervat.35. num.2. lib.2., & ſicuti teſtamen-
tum factum in loco domicilii debet regulari ſe-
cundùm illius domicilii Satuta, & non ſecun-
dum Statuta Loci originis, ut firmant Boer. de-
ciſ.13. n.23., Card. de Luc. de Succeſs. diſc.6.
num.6., Rot. coram Seraph. deciſ.1329. n.12.,
coram Merlin. deciſ.447. num.11. & ſeqq., &
num.15., coram ſan: mem: Alexand. VIII. de-
ciſ.113. num.4. & ſeqq., & coram Priol. deciſ.
436. n.8., & in Recent. deciſ.169. n.8. par.13.,
295 ita ſucceſſio ab inteſtato deferenda eſt iis, qui
Legibus domicilii, ubi Bona exiſtunt, ad eam
invitantur, ut latè ſcripſerunt Alexand. conſ.
228. num.2. vol.1., & conſ.44. num.4. vol.5.,
Corn. conſ.202. num.11. vol.2., Ruin. conſ.49.
n.5: lib.3., Tiraquell. de Jur. primogen. quæ-
ſtion.46. num.15. & ſeqq., Bellon. de Jur. ac-
creſcen. cap.10. quæſt.2. num.20. & 22.

Non ergo prodeſt DD. de Lomellinis, & Pal-
lavicinis Statutum Genuæ ad hanc hereditatem
aſſequendam, illud quippe vim Legis non ha-
bet, niſi quatenus Territorium Statuentium
porrigitur, nec extollenda poteſtas Genuen-
ſium, ut jus dicant in ſucceſſione inteſtata
Marchionis, qui mortem obiit in Urbe, ubi
Bona hereditaria ſita ſunt, juxta doctrinam
Bartol. in leg. cunctos Populos num.33., Cod. de 296
Summ. Trinit., Ruin. conſ.39. num.16. circa
finem lib.1., & conſ.48. num.1. lib.3., Pariſ.
conſ.84. num.43. vol.1., & conſ.12. num.47.
vol.3., Gozzadin. conſ.49. n.7., Surd. conſ.1.
n.2., Bellon. de Jur. accreſcen. cap.10. quæſt.2.
n.6. & 7., Merlin. de Legitim. lib.3. quæſt.18.
num.20., Pign. ad Statut. Ferrariæ rubr.139.
num.52. tom.2., Manſ. conſult.448. num.16.,
Rot. deciſ.256. num.15. & 16. par.11., & de-
ciſ.96. num.4. par.19. recent., ut enim Statuta,
quæ immutant ſucceſſiones, & in illis Juri com-
muni refragantur, vim Legis obtineant, re-
quiritur nedum ſubjectio Perſonarum, ſed 297
etiam ſubjectio rerum, ſeu Bonorum; Utrali-
bet deficiente, ita enervata ſunt, ut non eſſe
diſpoſitionem poſt Bald. in leg. unico Cod. quan-
do non pet. part. ſcripſit Bellon. de Jur. accre-
ſcen. cap.10. quæſt.2. num.11., & tunc vel pro-
ceditur juxta Leges Romanorum, vel juxta
Statuta Loci, ubi Perſonæ, aut res ſitæ repe-
riuntur, Albertus Brunus de Statut. fæmin.
exclud art.8. quæſt.25. pag. mihi 40. verſ. ad-
ducem Bald. ibi = Si habeat Bona Regii, &
Bononiæ, quoad Bona Regii, ſerventur Statuta
Regii, & quoad Bona Bononiæ Jus commune =,
& inferius ſimili paritate adhibita aſſerit, quod 298
Perſona eo caſu conſideratur, ut duplex homo
videlicet, ut Florentinus, & Mantuanus, &
non obſtare Statutum Mantuanum, quod tale
Jus reddatur Forenſibus, quale redderent Fo-
renſes Mantuanis, ſequuntur Tiraquell. de Pri-
mogen. quæſt.94. num.1., Maſcard. de general.
Statut. interpretat. concluſ.6. num.3. & ſeqq.,
& ſemper tenuit Rot. ut in magiſtrali dec.353.;
coram Merlin. per tot., & ſignanter num.4.,
coram Comitul. deciſ.123. num.4., & per tot.,
Rot. coram Buratt. deciſ.158. num.1. & ſeqq.,
coram Gregor. deciſ.255. num.3., coram Man-
zaned. deciſ.46. n.11., & in Recent. deciſ.304.
num.2. par.1. deciſ.177. n.12. par.5., deciſ.294.
num.3. & ſeq. par.6. deciſ.227. n.42. deciſ.100.
num.4. & 5. par.8. deciſ.96. num.4. par.19. re-
cent., & in Romana, ſeu Savonen. Succeſſionis
13. Martii 1705. §. Quarè coram R.P.D. An-
ſaldo, & in Romana Dotis, ſeu Teſtamenti
12. Januarii 1714. §. Et nihilominus coram
R. P. D. Cerro, & proprius ad hanc Cauſam, 299
utpotè procedentes in terminis Statutorum
Genuæ, Paſchal. de Patr. poteſt. par.2. cap.4.
num.261., Card. de Luc. de Legitim. diſc.28.
num.2., & de ſucceſs. diſc.4. num.2., Caſareg.
ad idem Statut. in rubr. de ſucceſs. ad inteſtat.
num.91., Rot. coram Emerix Jun. deciſ.100.
num.2., & deciſ.412, num.9. par.16., & de-
ciſ.284. per tot. par.17. recen., & in deciſ.196.
num.7., poſt Torr. de pact. futur. ſucceſs.

Et ſi poſt hujuſmodi omninò multiplex aucto-
ritatis ſuffragium ratio in hanc rem exquiratur, 300
ea occurrit ſtatim, nam condere Leges, aut
Sta-

Statuta, est actus Jurisdictionis, & à Jurisdictione pendet, Text. in cap. Sancta Maria de Constitut., Abbas in cap. Cum consuetudinis num.6. de consuetud., Corn. conf.224. num.4. lib.2., Riec. decis.70. num.12. vol.1.; Cum-
301 que causa finita non possit producere effectum infinitum, sed sicut limitatur potentia causæ, sic etiam limitari debeat effectus, juxta Text. in leg. si Arrogater ff. de adopt., leg. juris peritos §. Cum oriundus ff. de excusat. Tutor., inde consequitur, quod sicuti Jurisdictio Genuensium limites non egreditur eorum Ditionis, ita Statutum ab illis conditum iisdem limitibus continetur, & ideo hujusmodi Statuta dicun-
302 tur Leges locales, quæ non obligant extra Locum, & Territorium Statuentium, Text. in leg. final. ff. de Jurisdict. omn. Judic., ibi = Extra Territorium Jus dicenti impunè non paretur, idem est, etsi supra Jurisdictionem suam velis jus dicere = leg. duumvirum Cod. de decur., ubi quod non licet extollere potestatem fascium extra metas Territorii, cap. Ut Animarum de constit. in 6., Rot. coram Merlin. decis.353. num.13., & per tot.

Non igitur auctoritate dumtaxat DD., & Tribunalium praxi, prætertim Sac. Rotæ, sed etiam ratione fortissima, quam mox dedimus, perspicuum est, hereditatem Marchionis Pallavicini deferendam esse non iis, qui succederent Genuæ per Statutum, quod ibi viget, sed
303 iis, qui Jure civili vocati sunt, Rot. decis.763. num.7. & 8. par.18. recen., cum aliis in Romana, seu Viterbien. lucri dotis 2. Decembris 1711. §. Quandoquidem coram R. P. D. Aldrovando, & in hanc Causam cadit quoque id quod disposuit san: mem: Innoc. XI. in sua Constit. apud Card. de Luc. de Statut. success., nempe, ut Statutum tamquam Lex operetur, rerum simul, & Personarum subjectionem requiri. Si aliter est, servari Jus commune, quam Constitutionem sequitur Rot. in Romana, seu Savonen. Successionis 13. Martii 1705. §. In nihilo coram R. P. D. Ansaldo.

Ex his concedit fundamentum agnationis, quam licèt abstulerit Jus Civile, ea tamen per d. Statutum quasi postliminio restituta propugnabatur, ita ut Statuto in Personam disponente, atque indivulsam agnationis qualitatem inducente, suos effectus sortiatur ubique; ita quidem ut Marchio Pallavicinus, quamvis Romæ vita functus, indivisibiliter tamen ab ortu haustam Patriæ Legibus agnationem servaverit, per quam DD. de Lomellinis, & Pallavicinis Jure ejusdem statutariæ agnationis, successio debeatur; Ideo enim Statuta extra Territorium Statuentium vim Legis amittunt, quia cessat à limite Territorii Jurisdictio, unde quocumque modo concepta sit lex particularis Statuti, atque vel feratur in rem, vel in personam, numquam egredietur limites Jurisdictionis Statuentium, nec Jus erit in Terra aliena, in qua Princeps exterus reputatur tamquam privatus, dicto cap. final. de constitut. in 6. cap. per Venerabilem, qui filii sint legit. leg. 3. ff. de Offic. Præf., Bero conf.155. num.14. lib.2., Merlin. decis.353. n. 10. Gail. observ. 124. n.11. cum seqq. 304
proindeque ea distinctio super verbis Statuti directis in rem, vel in personam rationi aperte refragatur, & ideo vana est, & aversanda, Albert. Brun. dicto tract. de Statut. art. 8. quæst. 25. pag. mihi 41., Alex. consil. 128. post num. 2. vers. tertio adducit lib. 1. ubi singulas rationes Salyceti expendit, Roto dec. 304. n. 3. parte prima divers., cor. Gregor. dec. 255. n.6., cor. Buratt. dec. 188. n.3., cor. Merlin. dec. 353. num. 13. ubi quod distinctionem hanc semper rejecit, Rota, & in Romana dotis, seu testamenti 12. Januarii 1714. §. Hujusmodi coram P. P. D. Cerro;
Nequicquam plane quærendum, quibus verbis Statuta concepta sint, & an dirigantur ad 305
Bona, an ad Personam, an ne etiam conferant agnationem, ad effectum illa extendendi ad Jurisdictionem alienam; namque ubi deficit potestas Statuentium, quæstio de eorum voluntate superfluit, alioquin pro se quisque Princeps verbis ad personam accummodatis, posset jus dicere in alieno Territorio, & ut inquit Merlin. dicta decis. 353. num. 16., Ingeniosa verborum structura alienam supplantare, & illudere, ac propriam extendere Jurisdictionem ultra fines Territorii, quod nunquam non vetitum
est, ut firmant Dondeus cons. lt. 1. n. 19., Gaill. 306
observ. 124. n. 15. lib. 2. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 9., Thesaur. qu. forens. lib. 2. q. 5. n. 4., Tiraquell. de Jur. primogen quæst. 46. num. 2. & 32. Bellon. de Jure accrescen. cap. 10. qu. 7. numer. 3. & 48., Altograd. cons. 93. num. 10., Thomas. decis. 189. n. 19., Rota coram Emer. decis. 335. numer. 3. & seq., & decis. 372. num. 2. rursus coram Merlin., dec. 828. n. 7. Ottbobon. dec. 199. num. 4. ad 6. ubi plurimi concordantes, Royas decis. 157. nu. 8., Peutinger. dec. 109. num. 4. ad 7., & in Recent. decis. 28. num. 6. part. 6., & dec. 96. num. 5. & seqq. par. 19. tom. 1., & in Romana, seu Viterbien. lucri dotis 2. Decembris 1711. §. Inhabilitatio cor. R. P. D Aldrovando, & in dicta Romana dotis, seu testamenti 12. Januarii 1714. dicto §. Hujusmodi coram R. P. D Cerro.

Ad extremum duplici exemplo sententia hæc, qua vix tritiorem aliam reperimus, obsignanda: Primum petimus à legitimatione Supremi Principis, quæ dicitur donum, sive alitas, seu munificentia ejusdem Principis, quamvis fiat, Patre requirente; at verò quia Princeps non potest suam auctoritatem, & Jurisdictionem exercere, nisi pro Bonis in suo dominio existentibus, hinc fit, quod legitimatio vim suam non operatur extra Territorium
Principis legitimantis, Gabriel. cons. 29. nu. 6. 308
cum seq. lib. 1., Fragos. de regim. Reipublicæ Christian. part. prim. lib. 3. disput. 6. n. 16., Antunez. de donat. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 16. nu. 26., Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 59. num. 60., Lup. de illegitim. comment. 3. §. 3. num. 26. & seq., Peregrin. de fideicomm. artic. 23. numer. 22. & seq., Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 11. tit. 10. n. 43., Trentacinque var. lib. 1. resol. 4. numer. 12. & 13. Boscol. in respons. & post Torr. de majorat.
por-

parte 3.num.31.,Dondeus conf.1.per tot, Bellon.
plenissime de Jur. accrescen.cap.10.qu.4:per tot.
signanter n. 140. & seq. valebit verò uno casu
legitimatio, & tribuet Jus succedendi in Bonis
308 alibi existentibus, si nempe fiat cum consensu
Principis cui Bona subsunt. Scilicet quia Prin-
cipis consensus omnem læsionis, & In ju-
stitiæ causam excludit, ut scripserunt *Jason.*
cons. 7. col. prima versic. sed istis non obstantibus
vol.3.,Soccin. Jun.cons.100.n.6.10.27.lib.2.,Ce-
phal.cons.23.n.76.& seq.,Roland. cons. 88.n.26.
*& 36. vol.1.,Bursatt. cons.433.n.6.,*quos addu-
cit, & sequitur *Bellon. d. qu. 4. num. 163.*

Alterum exemplum, quod pariter omnino
citra discrimen est, habetur in emancipatione;
Ubi hæc fiat à Patre, æmancipatus quolibet in
loco sui Juris erit. Secus est, si quis emancipa-
tionem obtineat à Statuto, nam eo casu extra
Territorium Statuentium remanet filius fami-
309 lias, nihil officiente, quod idem simul eman-
cipatus sit in loco Statuti, ut tradunt *Alex.*
cons.19.n.6.in fine lib. 6.,Gozzadin. cons.49.n.9.
Gaill. observ.124.n.12.& seqq. lib.2., & suppo-
nitur in dicta Romana dotis, seu testamenti 12.
Jan.1714.§.Absque eo quod cor.R.P.D.Cerro.

Auctoritati Doctorum pro utroque casu suf-
fragatur ratio, quæ inde ducenda est, quod
in iis, quæ continent actum Privatorum, exten-
310 ditur dispositio in Bonis ubicumque sitis, quia
Privatus, tamquam Dominus, potest de Bonis
suis pro suo arbitrio disponere, ubique ea sita
sunt, ut in adoptione, & emancipatione expe-
rimur; quæ revera ad Privatos pertinet. In
iis verò, quæ pendent à rescripto, & potesta-
te Principis, quantumvis Privatis requirenti-
bus, dispositio, etsi dirigatur in personam,
non extenditur ultra Territorium concedentis,
ut est in legitimatione, quæ est actus Principis
legitimantis, non Patris, unde tamquam me-
rus actus Jurisdictionis, limitibus Territorii
continetur, ut doctè *Bellon.de Jur. accrescen.*
dicto cap. 10. qu.4. nu. 143. quo theoremate
omnes, quæ in oppositum adducebantur, aucto-
ritates conciliantur, ut respondit *Rota in dicta*
Romana dotis, seu testamenti 12. Janua-
rii 1714. §. vel ad summum cor. R. P. D.
Cerro.

At verò in cassum ad agnationem diverti-
mus, & de Statuto, ad Personam dispositio rem
311 dirigente, verba fudimus, nam Statutum Ge-
nuæ, de quo agitur, neque Illegitimis agna-
tionem tribuit, neque loquendo de eorum suc-
cessione, verba dirigit ad personam; verba Sta-
tuti sunt = *Quod naturali ex quocumque coitu*
non legitime nato decedenti ab intestato sinè de-
scendentibus natis ex se de legitimo Matrimo-
nio, succedant descendentes, & ascendentes,
agnati, & alii vocati in Statuto de successione
ab intestato secundùm suos gradus, perinde si
naturalis esset legitimus, & ex legitimis nuptiis
natus, salvo quod si superesset mater, succedat
ipsa quoad usufructum in vita sive in tertia par-
te bonorum Filii defuncti, quæ tertia pars post
vitam matris pervenire, ac reverti debeat ad su-
pradictos secundum dispositionem Statuti de suc-
cess. ab Intest. = quo plane Statuto nihil aliud dis-
ponitur, nisi quod Filiis illegitimis succedant
descendentes, & ascendentes Agnati, & alii
vocati in alio Statuto *de success. ab Intest.*, sed
neque expresse neque tacitè inducitur agnatio
favore Illegitimorum: Multum namque discri- 312
minis inest inter successionem passivam per
Statutum inductam, & agnationem, de qua
Statutum nihil loquitur, nam potentia succe-
dendi est separata ab ipsa agnatione, & potest
stare sine ea, ut inquit *Bartol. in leg. Is po-*
test 18. ff. de acquirenda hæredit.n.7. & 8.,Tira-
quell. in leg. 1. unquam Cod. de revocan.donat.
verb.donatione largitus n.317.& seq.,Peregrin.
de fideicom. art.23.num. 34.,Gratian.discept.fo-
rens.cap.496.num.27.& seq.,Molin.de primogen.
Hispan. lib.3.cap.3.n.38.,Bellon. de Jur. accre-
scen. cap. 10.qu.4.n.141.,Rota coram Achill. de
Graff. decis. 6.nu.2.tit.qui filii sint legitimi, &
decis. 505. nu.9.part.prima divers. sicuti è con-
tra stant plerumque adscitæ per legitimatio-
nem agnationes, sine Jure succedendi, nec
per hoc, quod Legitimatus succedere est pro-
hibitus, infertur, quod non sit plenè Legitima-
tus, & quod non desierit esse spurius, ut inquit
Ruin.consil.86.num. 5.,Gozzadin. cons. 6.nu.22.
& 23.,Gratian.discept.forens.cap.936.nu.9.,Ro-
ta dec. 614.num.10. par.1.divers.,& dec.35.nu-
mer. 8. par. 8. rec. quo posito discrimine inter
Jus succedendi, & agnationem, cum unum
sine alio jus nostrum admittat, ut superiùs pro-
batum est, à Jure succedendi, quod tribuitur à
Statuto, non rectè infertur inductio agnationis,
ita ut perspecto etiam hoc Statuto, DD. de
Pallavicinis, & Lomellinis nulla prorsus affi-
nitate Marchionem defunctum attingunt,
quamvis in Territorio Statuentium ab Intesta-
to succedant.

Neque vis aliqua fieri potest in eo, quod
Statutum in successione Illegitimorum Legiti- 313
mos, quibus successionem defert, appellat
Agnatos, quia hæc enunciativa est emissa ad
meram demonstrationem Personarum, qui-
bus successionem tribuit, undè non est apta
dispositionem adeò exorbitantem, & inverisi-
milem inducere, ut in puncto enunciativæ
Statuti firmant *Roman. consil.191.n.5., Tren-*
tacinq. variar. resolut. tit. de verb signific.at.re-
solut.2.sub num.1. in fine, Genua de verb.enun-
ciat. lib.1. quæst. 5. sub num. 3., & egregiè *in*
Terracinen. Census 12. Februarii 1685. coram
Albergato impressa in Mantiss. ad Card. de Luc.
lib.3. dec.25.n.5.6. & 7.

Illud etiam accedit, quod Statutum loqui-
tur de successione Illegitimorum *ex quocum-* 314
que coitu non legitimè natorum, unde cum
nulla ratio diversitatis assignari possit, cur non
comprehendat etiam Filios natos ex damnato
coitu per illam dictionem universalem = *quo-*
cumque = *Leg. Qui autem §. final. de Constitut.*
pecun., *Dec. consil.529. numer.2. libr.2.*, *Tira-*
quell. de retract. lignag. §.1. Gloss.7. num. 20.,
Rota coram Coccino dec. 1680. num. 9., etiamsi
Sta-

Statuentibus ad istorum legitimationem facultas non deesset, prout reverà deesse multi tradiderunt, adhuc propter nobilitatem Statuentium impossibile quodammodo videtur, quod Personis tantâ infamiâ, & turpitudine flagrantibus, de qua *Text. in Auth. ex completa Cod. de incest. nupt.*, *Roland. à Vall. consil.79. n.45. & seq.*, *Bald. consil.374. nu.1.*, honorem agnationis tribuere voluerint, nam tanta est istorum genituræ macula, ut nec legitimatione Imperatoris aboleatur, sed per eam quasi obtento velo tegitur, ut firmant *Angel. de Perus. consil. 350. num. 12.*, *Castrens. consil. 468. num.7. lib 2.* Indeque videmus dictos Naturales successione Affiuium minimè douari, prout esset, si verè Statutum eos Agnatos faceret, ut observant *Peregrin. de fideicomm. artic. 23. nu.25.*, *Merlin. de legitim. lib.1. tit.2. quæst.8. num.7.*, *Rota post eundem decision. 76. per tot.*, *decis.77. num.5.*, *& decis.78. num.2.*, *& in divers. decis.505. num.2.*, *& num.4.*, nam agnatio æque conservatur per Legitimatos, ac per Legitimos, ut docet *Tiraquell. in leg. Si umquam verò susceperit liberos num. 83. Cod. de revocan. donat.*, *Gratian. discept. 498. numer.9.*, *Sperell. decision.73. n.33.*

Hinc non obstat authoritas *Scipion. Theodor.*
315 *alleg.62. num. 6.*, ubi supponit per Statutum, quod defert successionem Illegitimorum Agnatis, pernecesse illegitimis agnationem restitui; Non enim unius, vel alterius Doctoris assertio præponderare debet communi Doctorum opinioni, præsertim quando est, ut in præsenti, contra apertam rationem Juris, ut sancitum est in *Leg. Quod verò ff. de legib.*

Neque literæ Statuti minus refragatur asser-
316 tio, quod illius verba, & dispositio ad personam, non ad rem dirigantur. Siquidem contrarium verius est, cum Statutum super Illegitimis nihil aliud disponat, quàm quod illis succedant Ascendentes, & Descendentes, perindè *si naturalis esset legitimus*, qui loquendi modus parificat quidem successionem Illegitimi successioni Agnatorum, sed eos, nec declarat agnatos, neque legitimos, cum dictio *perindè* similitudinem inducat, & propriè sit significativa fictionis, ut in *Leg. qui à Patre, ubi Bartol. ff. de confirmat. Tutel.*, *& in Leg. Sed & si lex §. Perindè ff. de petit. hereditat.*, *Tiraquell. in Leg. Si umquam in verb. Susceperit liberos num.7. Cod. de revocan. donat.*, *Surd. consil.375. num.42. lib.4.* Quodque pleniùs argumentum urget, illud est, quod Statutum ad
317 eam, quam inducit, intestatam successionem Naturalium favore Agnatorum, duplicem apponit conditionem, si nempè decedant ab intestato, & si decedant sine Descendentibus, undè perabsurda fermè videtur interpretatio, quod Illegitimi per hanc successionem passivam, duplici sub conditione inductam, à momento nativitatis ad Jura agnationis restituantur, tum quia successio Agnatorum est incerta, quia à conditionibus pendet, tum quia Statutum hujusmodi nihil operatur, nisi in tempus mortis, ad quod successio refertur, *Bald. in Leg.2. Cod. de Jur. emphyt.*, *Menoch. cons.220. num.127.*, *& cons. 1170. num. 8.*, *Sperell. decis.11. post nu.23.*, *Rota coram Bichi dec.625. num.30.*, *& in Recent. dec. 256. numer.15. 16. & 17. part.11.*, ideoque etiam ab isto Statuto 318
Illegitimi tales habendi sunt, quales Jure communi reputantur, & semper sunt sine agnatione, & consanguinitate cum Legitimis, ad *Text. in Leg. Servum §. Non dixit ff. de acquiren. heredit. leg.4. §. Toties ff. de damn. infect.*, *Surd. dec.122. num.13.*, *Rota dec. 664. nu. 11. part.18. Recent.*

Frustra verò Domicilium, & Civilitatem Romanam Marchionis, Agnati, inficiabantur, proferentes quidquid ille egerat, quod obsequium erga Rempublicam, Patriæ amorem, aut benevolentiam ad Patris Consanguineos significaret, perindè si ab his liceret arguere animum ejus adversum incolatui Urbis; Etenim 319
hæc nulli ex DD. ambiguitatem ingesserunt: Cum enim Marchio nondum minorem superingressus ætatem, Romam accessisset, Genuam paulo post remigravit, & avulsam ea Urbe totam rerum suarum substantiam Romæ collocavit, cumque ita Genuam deseruerit, ut nulla esset occasio redeundi, satis indè deprehenditur animus figendi Romæ perpetuum Domicilium, quia nihil in Patria reliquit, quod eum avocaret, ut explicat *Text. in Leg. Cives Cod. de incol.*, & quadrat adagium *ubi bonum, ibi Patria*, quo rectè utitur ad hunc finem *Rota in Romana, seu Januen. Legitima, seu Trebellianicæ 19. Januarii 1695. §. Inconcussum coram clar. mem. Cardin. Matthejo*, & præter alios adductos in *§. Verum ista* in fortioribus terminis tradit *Paris. lib.3. consil. 12. num. 2.*, ibi = *Nam si qua apparebit emptio facta, modici est momenti, quum majorem partem fortunarum suarum habeat in Hispania*, *Alexand. consil.16. lib.1. num.20.* ad effectum autem subjiciendi hereditatem Marchionis Legibus Romanorum, & Foro Curiæ, nec etiam necesse es- 320
set probare animum certum, & determinatum adipiscendi Domicilium, sed unus attenditur incolatus, ubi Bona existunt, ut firmat *Rota in Romana, seu Januen. Trebellianicæ impressa ad ornatum Cardin. de Luca de Testament. decis.61. numer.5.*, *& decis.62. numer.1.* juncta præsertim animadversione, quod per idem tempus lares quoque in Urbem transtulerunt Princeps Stephanus, Cardin. Lazarus ejus secundùm naturam Patrui, & demum Princeps Nicolaus ejus Frater, qui num suam Romanum Domicilium deseruerunt.

At verò animum etiam à Patriæ incolatu penitùs abalienatum semper demonstravit, nam licèt ex Appaltuum Fiscalium quæstibus, lucrisque Cambiorum provectus esset ad magnas opes, nihil unquam Genuam misit Stabilibus comparandis, sed emptitando Loca Montium, & vacabilia, facultates Romæ, ubi fortuna sibi lautior obtigerat, ampliavit. Inter congestas autem divitias luxu diffluens, Palatium pro-

propriis sumptibus restauratum regiæ opulentiæ cultu adornavit, nam interiores parietes exquisitis picturis, & apparatibus, phrigio opere, auro argentoque mira arte, & sumptu elaboratis, constraverat; Neque solum in multos annos incolatum protraxit, & quoad vixit, domicilium hujusmodi non deseruit, sed verbis etiam animum facto respondentem declaravit. Constat namque diutius, & in ultimum vitæ tempus mente infixam habuisse erectionem Insignis Accademiæ, in qua Artium Picturæ, Sculpturæ, & Architecturæ studia celebrarentur, & sibi jam tamquam Fundatori Statuam è marmore decreverat, è conspectu simulacri celebratissimi Pictoris Maratti collocandam, conductà ad id operà insignis Sculptoris Rusconi, qui Jure jurando hoc testatur; atque fidem profectò conciliat huic Testi tabula, quæ etiam num extat, in qua cernitur Marattus pingens, ac prospectans Marchionem Pallavicinum, quem ob genium ad liberales Artes (quod specie pueri illi adjacet) acclivè Gloriæ Templum adire gestientem, virentibus omne genus floribus coronat Fama supervolans, arridentibus iisdem Artibus, quæ stant prope Marattum, atque Marchionem, quasi Mœcenatem suum, immotis oculis intuentur; cujus quidem tabulæ adminiculo augetur Testi fides, per ea, quæ firmat *Rota coram Ubaldo decis.425. n.1., coram Merlino decis.714.n.16., & in Romana Filiationis 21. Novembris 1710. §.Minus attento coram R. P.D. Aldrovando*,
321 longè autem his minora requiruntur ad arguendum animum figendi in loco domicilium, ut conijcitur, tum ex authoritatibus jam adductis, tum ex *decis.413. num.2.part.4. diversf., coram Gregor. decis.179. num.6., & numer. 12., coram Carill. decis.17. numer.5., coram Priolo decis.193. nu.4., & in Recent. decis.137. n.11. part.15., & in d. Romana Dotis, seu Testamenti 12. Januarii 1714. §.Siquidem il secondo cor. R.P.D. Cerro*.

Proindèque parum refert, quod Marchio
322 appellaretur Nobilis Genuensis, de Familia Pallavicina, quod more Magnatum ad ostensionem nobilitatis stemmata Reipublicæ super ostium collocata teneret, quodque semper, negotiis etiam pro Republica gestis apud Sanctam Sedem obsequia, quæ Subditos decent, præstiterit. Hæc enim nihil aliud præseferunt, nisi Marchionem fuisse ex Patre Pallavicino, Patria Genuensem, & jura originis retinuisse, quibus etiamsi voluisset, renunciare non poterat, ad clarum *Text.in leg. assumptio ff. de municip. Bartol. in leg.quæsitum ff.de legibus 3.Roland. de lucr. dotol. quæst.22. numer.6., Surd. cons.553. num.21.* itaut si quispiam absens per mille staret annos, semper suam retinet originem, ut declarat *Boer. dec. 13. num. 4. & 5.*, stant autem simul, ut quis appelletur Genuensis, & originem Patriæ retineat, stemmataque Familiæ, & nihilominùs contraxerit incolatum Urbis, eum quis possit, & pluribus in
323 Locis sortiri domicilium, & in uno loco retinere originem, & in alio acquirere incolatum, ut explicat *Gloss. in dicta leg. assumptio ff. ad municip.*, & ita loquitur *Rota in decis.137. numer.14. part.5., Recentior. & ita judicavit Sacra Rota de Principe Nicolao Fratre Marchionis in dec. 62. Inter impress. ad ornatum Cardinalis de Luca de testament. dec.62. per tot., & signanter num.25.*

Prædicta corroborantur ex responsione per Marchionem in scriptis data Ministro Reipublicæ, contributiones, quas Senatus indixerat requirenti, = *che quantunque il Signor Marchese si glorii di essere Figlio della Serenissima Republica, tutta volta, perchè egli dimora in Roma, ove ha trasferito, e possiede tutte le sue sostanze, e perciò già divenuto Cittadino Romano, onde per tal cagione soggiacendo quà alle tasse imposte dal Sommo Pontefice, non pare ragionevole, che debba anche soccombere a quella della Republica, ove esso non ha domicilio, nè possiede cosa alcuna* = hac autem declaratione constat, quod Marchio retinuit quidem jura originis, sed in ceteris voluit haberi Civis Romanus, neque alia subire onera, quàm ea, quæ subeunt Romani Cives. Hujusmodi verò 324
declaratio, non minùs est magni ponderis, quia hæc materia nonnihil ab animo dependet, *Bald. in leg. multum interest sub num.2. Cod. si quis alteri, vel sibi, Corn. cons.123. numer.14. lib.1., Rota coram Merlin. dec. 194. num. 29., coram Buratt. dec.279. num.17., coram Bichio decis.20. num.13., coram Cerro decis.93. n.11., & in Recentior. dec.172. num. 8. part. 15., & dec.386. num.2. part.16., & decis.430. num. 6. part.13., dec.616. num.23. part.18. tom.2., Recent.* quàm est integræ fidei, utpotè reperta inter Scripturas Marchionis.

Similiter non refert ad persuadendum, Marchionem numquam habuisse animum figendi Romæ domicilium, quod eodem semper fuerit loco habitus, quo ceteri de Familia Palla- 325
vicina, ab omnibus omninò Consanguineis è latere Patris, qui, uti cujusque gradus erat, ita illum titulo consanguinitatis cohonestarunt, perindè si legitimus, & verè agnatus fuisset. Cum enim nulla reapsè intercederet sanguinis conjunctio, suspicari licet, quod hi titulo tenus honores jacerentur in Marchionem, virum opulentum, & simul impendio præturgidum tamquam delinimenta gratissima; ad cognationem non absimilem adlusit Terentius in Phormione = *At si talentum rem reliquisset decem, primus esses, memoriter progeniem vestram usque ab Avo, atque Atavo proferens*=, neque aliter est accipiendum, quod Marchioni tanquam agnato data fuerit tutela Filiorum Simonis Pallavicini, atque etiam intervenerit uti proximior in contractibus Consanguineorum ad implendas solemnitates, quoniam vel judicandum est, id Agnatos admisisse, ut Marchioni, hujusmodi scabie prurienti, blandirentur, vel quod lapsi sint in errorem, nam quando Statutum exigit interventum Consanguineorum Minoris, non loquitur de Con-

sanguineis Patris in contractu Filii illegitimi, quia illi non sunt neque Agnati, neque Cognati, ut firmat *Honded. consf.5. per tot.*, ubi loquitur de Statuto Urbis, & rescribit pro nullitate donationis factæ à Filia illegitima, adhibitis duobus Consanguineis Patris. Pro validitate autem contractus requiritur Proximior, qui de jure succedere possit, à *Statut. Urbis tit. de contract. gloss.13. n.7. & seq.*, *Constantin. ad eundem tit. annotat.44. num.83.*, *R.P.D. Zaul. ad Statut. Favent. tom.1. lib.3. rubric.17. n.18.*, *Rota coram Cerro dec.840. nu. 8. & seq.*, *& in Recent. dec.343. num.4. part.3.*, & si aliter observetur, contractus nulli censentur, *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.1. cap.151. nu.13. cum seq.*, *Rota coram Dunozett. Jun. dec.676. n.36. vers. defectus cum seq.*, *coram Ninot. dec.3. n.4.*, & *in Rec. dec.232. num.1. par.12.*, *dec.547. n.11. cum seq. part.18.*

Non juvante reflexione, quod Marchio non poterat hisce actibus interesse, qui Agnatos requirebant, quin se verè Agnatum reputaret, & agnationem desumeret à Statuto Patriæ, quod simul Agnatis confert jus successionis. Cum enim supra demonstratum sit, nullam agnationem per Statutum inductam favore Illegitimorum, frustrà objiciuntur hujusmodi actus, perindè quasi ex his agnatio, refragante Lege, induci potuerit; his enim Privatorum actibus, qui vel ab erronea opinione Marchionis, vel ad illum palpandum prodierunt, nullatenùs legibus derogari potuit.

Minimoque pretio habiti sunt nonnulli Testes ad perpetuam, qui deponunt, Marchionem
326 in votis habuisse redeundi Genuam; Quoniam nihil mirum esset, si illi diutius Romæ commoranti aliquando incessit Patriæ revidendæ desiderium. At verò nunquam credibile est, illum animo deliberasse domicilium Urbis deserere, in quo splendidè, ampliterque in ubere rerum affluentia 40. annis vixit; id enim tam difficile fuisset, quam arduum reputatur, vetus arbustum loco moveri, atque transferri, præsertim cum Genuæ nihil omnino possideret, atque divitias omnes Romæ collocatas haberet, quæ cum in hodiernum quoque diem, sicut olim, caput efferat præ cæteris Italiæ Oppidis *quantum lenta solent inter viburna cupressus*, nulla adest verisimilitudo, quod Marchio, jam consenescens, illi præferre voluerit Incolatum Genuæ; Unde hujusmodi Testibus sinè formâ examinatis, tamquam inverisimilia deponentibus, nulla fides habenda est, ad *Text. in cap. Quia verisimile 10. de præsumt. & ibi Abbas num. 3. vers. nota quod Testes*, *Mascard. de probat. conclus. 1358. numer. prim. vol. primo*, *Rot. coram Buratt. decis.175. nu.11.*, *& ibi Adden. n.23.*, *coram Coccin. decis.715. nu.17.*, *coram Emerix Junior. decis.1055. n.8.*, *& in rec. decis.819. num.9. par.18. & decis.668. num.15. & 16. par.19.* & præcisè de quodam Stephano Centurione, qui plura Stabilia Genuæ acquisiverat, & ex Hispania per binas literas animum repatriandi significaverat, quod non exindè sublatum remanserit domicilium, uui majorem partem Bonorum possidebat ad effectum excludendi dispositionem Statuti Genuæ, respondit *Parif. consf. 12. numer. 18.19. & 20. lib. 3.*

Quod verò nullus ex Agnatis, qui decesse- 327 rat, non recognoverit Marchionem tamquam agnatum, qui Legata sibi ab illis, eo titulo, relicta acceptaverit, nihil faciendum est, cum deficiente re ipsa agnatione, isti Cognati divitiarum dicerentur; si verò spectemus Legatarium is fecit, quod quisque alius faciendum putasset, juxta votum, quod profert Seneca, ubi referens Philosophi cujusdam apophtegma, ait = *omnium esse dulcissimum accipere* = cæterum cum inter Filium illegitimum, & Patris Agnatos adsit quædam naturalis sanguinis conjunctio, & per eam dicantur de parentela Patris, *Bald. in capit. Innotuit. 2. n.26. de elect. Natt. consf. 231. in 4.*, *Ruin. consil. 9. n. 4. lib.1. Riminald. Jun. consf. 482. num. 37. & seq.*, *Peregrin. consf. 52. num.13. lib. 4. & de fideicom. art. 22. n. 8. vers. quinto quæritur*, *Fusar. de subftit. quæst. 365. n. 6.*, *Benedict. Barz. de fil. non legit. por. 5. n.15.*, *Picenard. in suo resp. unic. post Sadarin. num. 69.* idcircò ex hujusmodi actibus, utpotè referibilibus ad Jura sanguinis secun-
328 dum naturam, nulla deduci potest consequentia ad Jura civilia secundùm Leges, multoque minus ad arguendum animum Marchionis reassumendi, fluxa jam ætate, Genuæ domicilium, sed ij actus unicè ad suam causam referendi sunt, nempè ad naturalem sanguinis conjunctionem, *Bald. in leg. Jubemus num. 1. Cod. ad Vellejanum*, *Soccin. Sen. consf. 24. n.12. vol.1.*, *Surd. decis. 217. n. 3.*, *Rot. in novissim. decis.19. num. 3. de appellat. & decis. 28. numer. 5. tom.2. par.4. rec.*

Objecto non attento, quod Marchio Pallavicinus Romæ moram traxerit accidentem occasione negotiationis, & conductionis Appaltuum Fiscalium, quia quidquid judicandum sit, ubi Mercator quispiam, relictis laribus in Patria, alicubi se transferat ad exercendam
Mercaturam, & quidem ad breve, vel deter- 329 minatum tempus, in quibus terminis loquuntur auctoritates in objecto adductæ, certum, ac irrefragabile est, quod in casu nostro, ubi non constat, Marchionem Genuâ discessisse, ut ad mercaturam exercendam Romam se transferret (quod etiam inverisimile est, per ea, quæ appositè considerat *Rota in decis.94. nu. 4. & 5. post Constantin. ad Stat. Urbis*) si admittitur, quod veniens ad Urbem, summam rerum suarum asportavit, novisque acquisitionibus ampliavit, retento Incolatu per annos quadraginta, & usque ad obitum, certum, inquam, est Marchionem contraxisse domicilium, etiamsi negotiationi postmodum incubuerit, quæ in his circumstantiis accidentalis est, ac pendens à domicilio jam collocato, *Roland. consf. 59. num. 51. & seq. lib.3.*, *Cephal. consf.246. num.25. & seq. & consf. 414. num. 44.*, *Parif. consf. 12. numer.13. & 20. cum seq. lib.3.*, *Bero consf. 60. numer.23.*

mer. 23.*lib.*2.,*Tancredin.consult.*31.*nu.*14.,*Gratian. discept.*592. *n.*6.,*R.P.D.Ansal.de comerc. & mercat.disc.*10.*num.*14.,*Rot.coram Ottbobon. decis.* 98. *n.* 5. *& seq. & decis.* 137. *nu.* 10. *&* 11. *par.* 5. *recent.* neque adservatur *Rota in Sabinien. Census, quæ est decis.* 129.*post Constantin.ad Statut. Urb.* in objectione adducta, quinimo approbat supradicta, quoties agitur de Foreusi domiciliario Loci, in quo Testamentum exaravit (quod multo fortius trahi debet ad an-
330 tiquum habitatorem loci, in quo demum decubuit) & quoties Testator plura bona possideret in Urbe, & quando agitur de Forense, qui per spatium quadraginta annorum, & ultrà Romæ deguit, ut videre est *in eadem decis.numer.* 10. 11. *&* 12.& facit etiam *decis.* 94. *numer.* 2. *&* 3. *post eumdem Constant. ad Stat. Urb.*

331 Neque spernenda est duorum Testium depositio testantium, quod Marchio ad Urbem venit, ut Sacræ Militiæ nomen daret, & Prælatorum numerum augeret, & tum demum à proposito deflexisse, cum certior est factus, ad amplissimam Cardinalatus dignitatem nullum posse promoveri, qui ex legitimis nuptiis natus non sit. Quarè Cardinalitiæ dignitatis spe deposita, ad argentariam, aliasque negotiationes sua studia convertit. Hujus rei fidem facit laurea Doctoratus, quam Romani incolatus initio adeptus est; honor namque hujusmodi per se præclarus, ad mercaturam exercendam minimè confertur, & loci gratia aptarem adagium, quod rostro suillo annulus aureus non est inserendus, unde ne Marchionem ineptiisse dicatur, credendum est Testibus, asserentibus, Romam profectum fuisse, ut Sacræ Aulæ fortunas assequeretur *Gabriel de Testibus conclus.* 4. *num.* 23.,*Farinac.eodem tractat. quæst.* 65.*num.*127.*& sequen.*,*Rota coram Bich. decis.* 232. *numer.* 12., *coram Cerr. decis.* 84. *num.* 22.

Urgebant Scribentes, quod ubi constat, quod quis patrio Statuto se uniformare voluerit, tunc
332 juxta dispositionem talis Statuti regulanda venit successio, etiam quoad Bona sita in alieno Territorio, cum eo casu talis operatio non procedat à Statuto, sed à voluntate Defuncti: unde, si Marchio defunctus, decedens intestatus, voluit se conformare Statuto Patriæ, illius successio iis debetur, qui à dicto Statuto invitantur. Verùm hujusmodi assumptum corruere facili responsione demonstratur. Cum enim nullo alio modo deferatur hæreditas, nisi ex testamento, vel ab intestato, ita quidem, ut quod expressa voluntas Testatoris operatur in causa testati, in qua Hæres titulum suum agnoscit à Testatore, idem operentur Leges in causa intestati, in qua Succedens titulum habet non à Defuncto, sed à Lege, juxta *Text.in l.* 2. *§. Hac autem Bonorum ff. unde cognat.* §. 1. *instit. de heredit.quæ ab intest.deferuntur*, *Rot. dec.* 317. *num.*28.*p.*18.,*& dec.*647.*n.*25.*par.*19. *tom.*2.*rec.* imperceptibile videtur, quod moriens sine testamento, valeat se Legibus eximere, & tollere titulum Hæredis ab intestato, quem Leges deferunt; atque illum sibi constituere Hæredem, cui sinè testamento hæreditas non debetur. Posito enim quod Marchio nulla servata testamenti forma animum declarasset, velle hæreditatem suam iis deferri, quos vocat Statutum Genuæ, nihil magis indubitanter fecisset, quam si condidisset testamentum favore Agnatorum, quos dictum Statutum ad succedendum admittit, nullis servatis solemnitatibus, propterea que illi, qui à Statuto invitantur, hæreditatem capere non possent vigore testamenti, cum idem sit in Jure non rite, & rectè testari, & nullo modo testari, *argum. Text. in leg. quoties ff. qui fastid. cogan.* eoque casu Romæ succederent venientes ab intestato, neque ex odio, vel ingratitudine erga Defunctum impediretur eorum successio, *Rot. in decis.* 304. *num.*4.*par.*1. *divers.decis.*676.*numer.*30.*coram Dunoz.Jun. & decis.*339.*num.* 9. *coram Royas*, ex invincibili ratione, quod testamenta non constant ex sola voluntate Hominum, neque consistunt in veritate actus, sed in solemnitatibus, quibus omissis, testamenta remanent imperfecta; & tunc Defuncti voluntas, utpote imperfecta, non potest titulum hæreditatis conferre, nec dominatur tamquam Regina, neque executioni demandari potest, imo in linea ultimæ voluntatis nusquam tenet, ut disponit *Text. litteralis in leg. Hac consultissima C. de Testam.*,*Gomez.cons.* 382.*n.*4.*lib.*2., *Rot. decis.* 81.*num.*12.*par.* 7.,*& decis.* 317 *numer.* 29. *part.* 18. *rec.*, ex quibus consequitur, quod ubi etiam probaretur expressa Marchionis voluntas decedendi ab intestato ad formam Statuti Genuæ, cum Agnati, qui ab eo Statuto vocantur, quoad Bona in Urbe existentia, succedere non valeant in vim testamenti, quod conditum ritè non esset, neque ab intestato, quia resistunt Leges Romanorum, quibus, Marchione etiam nolente, Bona ejus subjacent, opus esset, ut illi ad hæreditatem admitterentur, recurrere ad tertiam speciem successionis, quæ esset media inter successionem ex testamento, & successionem ab intestato. Quidquid autem sit de hujusmodi velut androgynos successione, liquidum est, quod hæreditas, vel capitur ex voluntate dispositiva Testatoris, quæ contineri nequit in testamento imperfecto, vel ubi testamentum non adest, ex dispositione Legis, quæ non tollitur ex voluntate permissiva Defuncti, qui declaraverit velle mori ab intestato, ut Bona sua ad eos perveniant, qui statutaria originis dispositione vocantur, ut rectè hanc opinionem reprobando discurrit *doctissimus Bellonus de Jur. accresc.cap.*10.*quæst.* 3.*à num.* 108. *ad nu.*113. cadente absque dubio ibsamet arduitate, sive dicta declaratio Defuncti probetur expressa, sive tacita, cum taciti, & expressi eadem sit virtus, *leg. Quicquid ff. si cert. petat.*& utrumque casum comprehendit doctrina *Belloni* suprà indicata.

Hinc videmus, quod posthabità inquisitione,

an

anDefunctus intestato decedens voluerit unum potius quàm alterum sequi Statutum, illius
333 successio decernitur juxta diversitatemLegum, seu Statutorum, ubi existunt Bona, ut præter supra adductos firmant *Cyn. in leg. 1. n. 4. vers. ad quod respondeo, ubi etiam Bart. nu. 36. vers. non obstat Cod. de Summ. Trinit.*, *Corn. cons. 85. num. 8. lib. 3.*, *Alex. cons. 128. n. 2. vers. sed hoc respondeo lib. 1.*, *Gozzadin. cons. 49.*, *Menoch. cons. 1021. nu. 7. & seq.*, *Bellon. de jur. accrescen. cap. 10. quæst. 2. nu. 39. ad num. 102.*, *Carol. Ant. de Luca de pluralit. homin. legal. cap. 148. nu. 9.*, *Mans. consult. 446.*, *latè Casareg. ad statut. Jan. rubric. de success. ab intest. ex num. 97. usque ad finem*.

Habetur ex his, & quidem à majoritate rationis confutatio Doctorum, quos in eam sententiam adduxerant Scribentes pro Agnatis, ut Juris præsumptione, ad illum ab intestato Bona pervenire debeant, ad quem lex Originis
334 Defuncti disponit, nam si vera esset hujusmodi sententia, superflua esset, & nunquam verificabilis eorum opinio, qui tenent, in hujusmodi successionibus, Statutum non extendere vires suas ultra Territorium Statuentium, undè meritò *Salycetus*, quem multi asserunt fabulam hanc ducere in *leg. cunctos Populos Cod. de Summ. Trinit.* speciatim proposito dubio, *an opinio Salyceti sit vera*, reprobatur *in d. decis. 304. per tot. part. 1. divers.* quamvis idem Salycetus loquatur extra casum, nam illius Defunctus non mutaverat domicilium Originis, *Et Signorol. in cons. 168. una cum Rot. decis. 447. coram Merlin.*, *& decis. 180. part. 12. & decis. 29. par. 19.* cum loquantur de interpretando testamento ex norma Statuti, extra quæstionem allegabantur, nam versamur in hæreditate Defuncti, qui intestatus decessit in loco domicilii contracti per longum Incolatum, & ubi omnia Bona existunt, undè si à verisimili mente Testatoris deferenda esset hæreditas, indubitatè ad eos spectaret, quos domicilii Statutum invitat, cum verisimilius sit Defunctum se conformare voluisseLegibusLoci, cujus Forum voluntariè sortitus est, & cui Bona subjecit, quam Statuto Originis, à cujus Foro se, & avulsam suam substantiam exemit, ut declarat *Surd. cons. 553. nu. 20.*, *Rota coram Merlin. decis. 447. a n. 11. & seq.*, *& in Romana, seu Savonen. successionis 4. Decembris 1699. §. Altera coram R. P. D. Lancetta, & in confirmatoria 13. Martii 1705. §. Quare coram R. P. D. Ansaldo*.

335 Abjecta ratione, quod Marchio, quia addidit in revocatione testamenti, velle mori ab intestato, dicatur fecisse novum testamentum, quoniam profitens velle mori intestatus, non testatur dispositivè, sed permissivè, & impropriè, & ex hujusmodi tacita voluntate Defuncti, nequè datur, nequè adimitur hæreditas, *leg. ex facto, & leg. hæreditas ff. de hæredib. instit.* undè illius successio remanet sub dispositione Juris, quod illam defert venientibus ab intestato; hi autem non sunt, quos invitat Statutum Genuæ, sed illi, qui ab legibus Romanorum vocantur, quibus Marchio subditus obiit, illiusque Bona subjacent, 336
& qui succedunt titulum non habent à d. declaratione Marchionis, sed ab ipsa Lege, *Bald. in leg. si emancipati n. 15. Cod. de Collat.*, *Alexand. cons. 46. in fin. lib. 5.*, *Spad. cons. 336. n. 15. ad med. & n. 115. §. Ex his lib. 3.*, *Menoch. de præsum. lib. 4. præsumpt. 27. num. 13.*, *Bellon. de Jur. accresc. cap. 10. q. 2. n. 111. & seq.*, *Giurb. in consuet. Messan. cap. 5. gloss. 4. n. 5. in princ.*, *Merend. controv. Jur. lib. 3. q. 44. n. 9.*, *Mans. consult. 146. n. 17. §. Quodque Carolus, & n. 24. §. Atque in præcisis, & consult. 449. n. 15.* adversantur enim invicem velle mori intestatus, & hoc ipsum esse testamentum, *Aretin. in leg. Heredes palam §. Si quid post col. 2. in fin. versic. præterea. ff. de Testam.*, *Barbat. cons. 60. ex n. 15. lib. 2.*, *Aldobrandin. cons. 2. n. 7.*, *Soccin. jun. cons. 145. nu. 9. versic. & tantum erit lib. 2.*, *Spad. con. 336. n. 16. ad med & n. 21. lib. 3.*, *Mantic. de conject. lib. 12. tit. 1. n. 31.*, *Merend. controv. Jur. lib. 3. cap. 44. n. 8. in fine, & n. 19.*, *Mans. cons. 446. n. 4.*, *Franch. decis. 287. num. 1.*, *Rota in Romana, seu Jannen. successionis 11. Januarii 1683. §. Ita imperceptibile coram clar. mem. Card. Matthæio*.

Hæc autem extra lineam proponebantur, 337
deficiente omnino nedum expressa, sed & tacita voluntate Marchionis decedendi, successione præordinata ad formam Statuti Genuæ: expressa siquidem non exhibebatur, & tacita conjecturis, ut opus erat, validis probata non extitit. Nam quod Testibus nonnullis asseratur, Marchionem familiariter loquendo cum Domesticis, declarasse animum sibi hæredes constituendi Agnatos ex latere Patris, nihil meretur attendi, nam hujusmodi declarationes animi, quæ identidem proferuntur ad captandam benevolentiam alicujus, non habentur pro voluntate efficaciter deliberata, quæ etiam mutabilis esset, undè passim nullo numero habentur ad interpretationem mentis Defuncti, ut firmat *Rota in decis. 793. n. 16.*, *& decis. 813. n. 2.*, *& dec. 327. n. 9. & 10. part. 12.*, *& dec. 312. n. 12. par. 16.*, *decis. 728. n. 10. par. 18.* & in istius confirmatoria, quæ est *decis. 38. n. 15. par. 19. rec.*; Altera conjectura desumpta ex eo, quod Defunctus in quadam Epistola ad sororem Liviam Mariam Pallavicinam conscripta mentionem faciens de Statuto Genuensi, illud nominaverit cũ adjectivo *nostro*, pariter est parvipendenda, quia Marchio tamquam de Patria Genuæ jure dixit *nostro*, & hæc expressio pluries non est æstimanda, quam si Defunctus professus esset, se esse Genuensem, & velle mori Genuensem, quo casu non diceretur Legem sui domicili excussisse, ut in proposito firmat *Rota in decis. 137. numer. 12. & decis. 341. numer. 6. par. 5. rec.*

Ad extremum non obstant decisa per *Rotam in Jannen. Successionis*, in qua agebatur de hæreditate Caroli Pallavicini Patris Marchionis, quæ est *decis. 1184. cor. Emerix*, quoniam omissa discussione d. successionis, quæ non sit, neque

338 quæ ex testamento, neque ab intestato, & auctoritatum ibi adductarum, multum discriminis invenitur inter casum d. decisionis, & casum præsentem, nam Carolus Pallavicinus Pater Marchionis declaraverat velle intestatus decedere ad formam Statuti Genuæ, ubi nunquam habitare desierat, & ubi pars major Bonorum extabat, ibi: *quod volebat decedere intestatus, quodque in ejus hæreditate succedant illi, qui ex forma Statuti Januæ de successionibus ab intestato succedere debent*: sunt verba Instrumenti relata in principio d. Decisionis coram Emerix, distat, inquam, noster casus ab illo d. Decisionis, quandoquidem in primo Marchio non solùm non declaravit velle suos Successores ab intestato, quos vocat Statutum Genuæ, sed nec etiam dixit absolutè velle mori ab intestato, *sed velle potius ab intestato, quam cum jam facto Testamento decedere*, qui modus loquendi importat comparationem inter obitum ab intestato, & cum testamento jam facto, & non aliud significat, nisi quod Marchio adeò animum, & voluntatem in eo testamento expressam abolevit, ut potius sine testamento, quam cum illo jam facto decedere velle declaravit, juxta firmata per *Pitton. discept. Eccles. discept. 32. sub n. 4.* unde satis infirmatur, ac enervatur argumentum efficacis voluntatis pro Venientibus ab intestato.

Hoc autem ratiocinium, omninò conveniens, invalescit ab alia revocatione ejusdem testa-
339 menti, in qua non apposuit d. declarationem, remotè indigitantem animum decedendi ab intestato, ideoque ipsa declaratio, quia in isto secundo actu non fuit apposita, censetur revocata, *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 10., Molin. de Primog. Hispan. lib. 3. cap. 5. num. 56., Rota cor. Ubald. decis. 166. nu. 5. & seq., & cor. Alex. VIII. dec. 252., & dec. 581. n. 7. parr. 7. rec.*

In hac secunda Causæ propositione novo utebatur argumento, quod nimirum cum inter R. Cameram, & dd. prætensos Agnatos ini-
340 ta fuerit concordia litis, ut Jura Arnaldæ superarentur, ex hac concordia emergat Principis nostri consensus, quod Genuense Statutum vim Legis obtineat. Veruntamen statim cadit argumentum, nam cum per hanc litem jus acquisitum fuerit Arnaldæ super hæreditate Marchionis, sine derogatione Juris hujusmodi, nulla dispositio eidem Arnaldæ adversari potest. Itaque de expressa derogatione non fuerit constat cum enunciata concordia non fuerit exhibita, & nullo modo est præsumenda, nam Summus Princeps quamvis potentialiter possit derogare juri Tertii, & Liti super eo introductæ, regulariter tamen non potest, *ad Textum in leg. supplicare Cod. ut lite penden. ibique Bartol. num. 3. & Bald. num. 13. ibi: si verò aliquis vult impetrare aliquod Privilegium super Causa, quæ agitur, ei non licet: Gab. consf. 113. numer. 29., Gratian. discept. forens. 422. num. 38. & seq. & n. 46., Rota coram Seraphin. decis. 351. numer. 6., coram Burat. dec. 776. num. 10. & coram Bichio decis. 489. num. 18.* & quod revera Sanctissimus Dominus Noster huic liti specialiter non derogaverit, colligitur ex eo, quod si dispensasset, ut Statutum Genuæ, non obstante lite, in hac hæreditate observaretur, cessasset ipso facto jus Rev. Cameræ, quæ frustra perseveraret in præsenti litigio,

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Ad intestatam Patris naturalis hereditatem, sine legitimâ Prole defuncti, Filius naturalis succedit in duabus unciis, cum Matre dividendis, Filiationis tamen concludens probatio requiritur; Quæ autem per Testes fiat, probatio, an & quando sufficiat vel non? Ob professionem in Religione Filius naturalis habetur pro legitimato, non quoad successionis effectum; Præcipue verò obest ipsi Filio, atque etiam Matri renunciatio penitùs abdicativa, & per viam irrevocabilis donationis inter vivos, quam ille emiserit favore Patris; Et licèt res sit cum Fisco, capit hic Bona Patris, tamquam vacantia, si nullus alius existat legitimus Heres.

DISSERTATIO XVI.

1 *Filio duæ unciæ præservantur in hereditate Patris naturalis, ab intestato defuncti.*

2 *Filiatio quum tamquam fundamentum intentionis adducitur, concludenter probanda est.*

3 *Filiatio, etiam respectu Patris, concludenter probanda, quoties res est de prole extra Matrimonii figuram suscepta.*

4 *Reo, & Possessori sufficit quoquomodo reddidisse dubias Actoris probationes*, & numer 32.

5 *Filiatio etiam respectu Patris concludenter probanda, quum in Judicio agitur non possessorio, & ad alimenta, sed petitorio, & ad successionem obtinendam.*

6 *Maximè, si contra Tertium, independenter à Defuncti persona venientem*, & numer. 52.

7 *Fiscus occupans Bona vacantia, independenter a Defuncti persona venire dicitur.*

8 *Testes, quorum personæ, & dicta exceptiones patiuntur, nullo numero habendi.*

9 *Mulieri afferenti, se fuisse ab aliquo cognitam, ex eoque genuisse Filium, regulariter non creditur.*

10 *Mater testis idonea esse nequit favore Filiæ*, & n. 34.

11 *Affectionis, & interesse ratio æquè Testi fidem adimit*, & n. 13. 20. 40. & 59.

12 *Inter Filium, ejusque Matrem dividendæ sunt duæ unciæ, eidem filio debitæ super hereditate Patris naturalis, ab intestato defuncti.*

Qui-

14 Quicumque de linea Ascendentium inutiliter pro Descendente in Testem producitur.

15 Testis consanguineus non probat, & numer.34.

16 Testes consanguinei, & affines quandoque in Causis filiationis admittuntur, quum scilicet in Judicio agitur possessorie, non quando in petitorio.

17 De filiatione quando agitur in Judicio petitorio, tunc principaliter de ea agi dicitur.

18 Et ad eam probandam requiruntur Testes integræ omninò fidei, deponentes de custodia ventris tempore conceptionis, & numer.54.

19 Spiritualis affinitas excludit à testimonio ferendo.

21 Testes de denominationibus in Filium deponentes, si de loco, & tempore contestes non sint, filiationem non probant.

23 Ex denominationibus in Filium ut certitudo filiationis haberi possit, oportet eas fuisse factas in actibus proportionatis, atque solemnibus, celebratis cum expressione paternitatis.

24 Legitimatio obtenta ab ass. Patre, vel donatio, aut testamentum ab eodem factum cum expressione filiationis, filiationem ipsam plenè probat.

25 Filiatio nudis asseverationibus non constituitur, sed Matrimonio, vel adoptione.

26 Denominatio in filium unà, vel alterá vice, dici potest facta blandiendi causâ Puero, qui diligitur, nec filiationem inducit.

27 Persæpè, ad blandiendum Amasiæ, vel Puero, Filiorum nomine, appellantur Alumni, ac Personæ prorsùs extraneæ.

28 Denominationes in Filium sufficiens non præbent filiationis argumentum, cum de sobole agitur, extra Matrimonii figuram suscepta.

29 Tractatus, & denominationes argumentum filiationis præbere nequeunt in Judicio petitorio, & ad successionis effectum.

Licèt probentur depositione Testium, qui sint contestes, n.30.

30 Filiationis argumenta ex tractatibus, & denominationibus desumpta, etiamsi nullis contrariis elidantur conjecturis, non sufficiunt.

31 Multòque minùs si contrariæ adferantur denominationes, filiationem excludentes.

33 Filiationis exclusivam conjecturam præbet fides Baptismatis, in qua non ass. Pater, sed alius nominatur.

35 Occultatio Parentum in Libro Baptismatis nequit dici facta honestatis causâ, quoties agitur de soluto, & soluta, cujus commercium cum Amasio notorium sit.

36 Enunciatio in Instrumento facta alterius, non autem ass. Patris, confessionem præsefert, ass. filiationis exclusivam.

Quæ confessio prævalet Testibus de filiatione deponentibus, ibid.

37 Filiationis exclusivam conjecturam præbent reiterati actus, in quibus ass. Pater denominatione Patris spiritualis ab ass. Filio nuucupatus fuerit.

38 Præsertim, si non sint ex iis solemnibus actibus, in quibus justa ratio occultationis veri Patris urgere posset.

39 Testis unicus filiationem non probat, & numer.171.

40 Testis Monialis professa, deponens ad Monasterii commodum, non integræ est fidei.

41 Nomen = Tata =. aliaque ejusmodi adhiberi non semper solent ergà illos, quos natura Patres dedit, sed ergà illos etiam, qui ob beneficia, instar Parentum coluntur.

42 Eademque prolata extra actus proportionatos, satis non sunt ad filiationem probandam.

43 Denominationes diversæ ubi concurrant, aliæ nempè ass. Patris, eliquam nominantis filiam suam, aliæ verò ipsius filiæ, nominantis Compatrem eumdem ass. Patrem, conciliandæ sunt, ut de spirituali paternitate intelligi debeant.

44 Alimentorum subministratio sufficiens non præbet filiationis argumentum.

45 Præsertim si à Viro opulentissimo non tùm ass. Filiæ, sed toti etiam ejus domui facta.

46 Dotatio nisi probetur filiationis intuitu facta, filiationem non concludit.

Maximè si facta à Viro opulento, n.47.

47 Dotes ab opulentis Viris ex motivo pietatis, vel dilectionis extraneis Puellis constitui, novum non est.

48 Dotatio nisi filiationis titulo, & cum illius expressione factæ fuerint, filiationem non probant.

49 Subministratio alimentorum, ac etiam dotis constitutio, quum agitur de filia extra figuram Matrimonii suscepta, tametsi cum expressione filiationis facta fuerit, filiationem non probat in petitorio Judicio, & ad successionis effectum, & n.50.

50 Tractatus, & agnitiones in filium, veluti ex sua caussa, vim omnem ex arcta ventris custodia desumunt.

51 Eàdemque exclusâ, filiationem nunquam in Judicio petitorio concludunt.

52 Ad filiationem probandam in Judicio petitorio arcta ventris custodia requiritur, etiam cum agitur de hereditate ass. Patris.

53 Fortiùs, cum de ea vindicanda à Tertio, jure proprio possidente, ibid.

55 Contrarietas non modicè lædit fidem Testium, ac, etiamsi conciliari possit, semper tamen suspectos illos reddit.

56 Testes non contestes de loco, contrarii dicuntur in substantialibus, ac proindè nullum probationis gradum constituere possunt.

57 In Causis filiationis vis est in tempore, nempè

pè conceptionis, itaut Testes illud percutere debeant, ut filiationem probent.

58 *Testis de auditu nec semiplenam constituit filiationis probationem in Judicio petitorio.*

59 *Maximè, si sit Testis de auditu à Testibus, interesse habentibus.*

60 *Ubi de Muliere agitur in schemate concubinatus domi ab Amasio retenta, vel in separata domo, cuicumque clausa, benigniùs pro ventris custodia præsumendum est favore filii, ex eadem Muliere suscepti.*

61 *Custodiá ventris conceptionis tempore exclusá, filiatio probata dici nequit.*

63 *Pro relaxando rigore custodiæ ventris in Caussis filiationis, requiruntur actus, qui, nonnisi contemplatione filiationis expleti dici possint, vel præpotentia viri concurrere debet,* & n.86.

64 *Ex præpotentia viri, nonnisi fallax desumi potest custodiæ ventris præsumptio, cum non rarò Mulieres præpotentibus viris obtrudant prolem, ex alieno complexu susceptam.*

65 *Præpotentes viri ad custodiæ ventris præsumptionem inducendam qui dicantur, qui non?*

66 *Custodiam ventris excludi, ac filiationem dubiam reddi,* Sac. Rota *censuit ex solo accessu unius Famuli.*

67 *Liberum virorum commercium in Amasiæ domo tollit custodiam ventris, requisitam in Judicio filiationis ad successionis effectum.*

68 *Testes contra ipsos adducentem plenè probant.*

69 *Custodia ventris nequit inferri ex eo quod Mulier in domo Matris degens, ibi ab Amasio compressa fuerit.*

70 *Neque ex eo quod Amasius claves ipsius domus retineret.*

72 *Similitudo vultus fallacissimum filiationis argumentum.*

73 *Filii persæpè effigiem repræsentant non adulterini, ex cujus complexu suscepti sunt, sed præsumpti eorum Patris.*

74 *Testis affectatè, ac nimis inverisimilia deponens, audiendus non est.*

75 *Ventris custodia non probatur ex desponsationis fide Amasiæ data,* & n.80.

76 *Ad probandum, desponsationis fidem Mulieri fuisse datam, frustra adsertur ipsius Mulieris depositio.*

77 *Desponsationis fides Amasiæ, dum comprimeretur, data, sine animo sese obligandi emissa censetur.*

78 *Ex actibus pro majori dumtaxat cautela gestis nulla probatio desumi, nec Juris effectus sequi potest.*

79 *Sicque ex renunciatione, quam ass. Pater pro majori cautela procuravit ab ass. filia, filiationis conjectura desumi nequit,*

80 *Duæ unciæ filia à Legibus præservatæ super hereditate Patris naturalis ab intestato, & sine prole legitimá defuncti, an alimentorum loco succedant?* & n.83.

81 *Filia legitima congruè dotata, actione alimentorum caret.*

Eòque magis filia illegitima, ibid.

82 *Filia illegitima per professionem in Religione, legitima effectu censetur,* & n.103.

83 *Legitima Filiis legitimis, & naturalibus debita in Bonis paternis, succedit loco alimentorum.*

84 *Filius si pro Legitimæ consecutione agat, & dubitetur de ejusdem filiatione, de ea concludenter docere debet.*

Legitima includit jus irrevocabilis successionis Bonorum, in ejus caussam debitorum, ibid.

85 *De filiatione ubi quæstio est in Judicio decisorio pro alimentis perpetuis consequendis, concludentes undique filiationis probationes requiruntur.*

86 *Rigorosa custodiæ ventris probatio suppletur solemnibus, atque univocis agnitionibus in filium.*

87 *Consanguinei Defuncti intra decimum gradum Fiscum excludunt.*

88 *Duæ unciæ super hereditate Patris naturalis, sine testamento, ac legitimà prole defuncti, à Legibus præservantur favore filii dumtaxat in schemate concubinatus suscepti.*

Filii autem suscepti ex soluto, & soluta licèt subrogati hodiè censeantur loco filiorum, ex concubinatu susceptorum, id tamen eis quoad alios effectus suffragari fortè poterit, non quoad effectum successionis in eisdem duabus unciis, num.177. num.94. & 101.

89 *Concubinatus hodiè de Jure Canonico prohibitus,* & num.151.

90 *Intestatæ successiones à Lege deferuntur,* & n.104.

91 *Lex conjunctionem omnem præter Uxoriam, & concubinariam, effusam concupiscentiam vocat.*

92 *Filii extra concubinariam conjunctionem nati, tamquam impropriè naturales, à Legibus prohibentur quidquam etiam ex testamento Patris capere, licèt Legitima proles deesset.*

Contrario tamen prævaluit opinio, quod ex Patris testamento possint, ibid.

93 *Judiciorum usus multam tribuit libertati testandi.*

95 *Filiis, ex concubina susceptis successio à Jure civili impartita, non fuit à Jure Canonico adempta.*

96 *Filii extra concubinariam conjunctionem suscepti, jure successorio defici dicuntur.*

97 *Lex successionem denegans filiis extra concubinariam conjunctionem susceptis, non fuit à sacris Canonibus abrogata,* & n.102.

98 *Natus ex soluto, & soluta, tametsi domi non retenta in schemate concubinatus, di-*

citur Filius naturalis, idemque si fuerit, uti talis, legitimatus, succedit Patri legitimanti non ex vi solius filiationis, sed ex vi legitimationis.

99 Authoritates firmantes, Juris civilis dispositionem tribuentem jus succedendi filiis, ex concubina susceptis, hodiè locum sibi vindicare in filiis progenitis ex soluta, attendendæ non videntur.

100 Lex de filio naturali loquens, intelligitur de nato in schemate veri concubinatus.

104 Professio in Religione similitudinem habet cum oblatione, à Patre facta Curiæ Principis secularis.

105 Non tamen pro effectu ut legitimatio inducta censeatur.

Hacque est magis vera magisque communis opinio; n.107. ad 156.

Contrariarum authoritatum, aliæ declarantur, aliæ refelluntur, d. n.156.

106 Lex positiva certo casui, & certæ dumtaxat Personæ successionem deferens, trahenda non est ad alios casus, & Personas.

107 Professio in Religione Illegitimos capaces solùm reddit consequendi sacros Ordines.

108 Irregularitatem verò non tollit; Sed illa manet quoad effectum eorum exclusionis à Dignitatibus Ecclesiasticis, & num. 109. & 113.

110 Professio in Religione legitimationem inducit solùm ubi voluntas Patris concurrat, & filius naturalis sit, sed non spurius, & num.111.

111 Oblatio Curiæ olim legitimationem inducebat in Filiis naturalibus, sed non in Spuriis.

Ac legitimatio ejusmodi erat plenaria, oblatum naturalibus restituens quoad omnes Juris effectus, & præsertim quoad illum successionis, n.113.

112 Professio in Religione, quod illegitimitatis maculam eluat, intelligendam de spiritualibus, non autem de temporalibus.

113 Nec de Jure successionis, & num. 114. & 126.

114 Inter oblationem Curiæ, & oblationem Religioni factam, diversa quoad succedendi effectum ratio militat.

115 Prima enim indiget divitiarum fulcimento, non item secunda, & numer. 116. 130. & 132.

116 Monasticæ vitæ splendor maximè in parsimonia, & rerum humanarum contemptu, & abstinentia consistit, & n.117.

118 A Legum decisionibus facilè recedere summæ levitatis esse videtur, & n.122.

119 De similibus ad similia procedere permittitur, ubi novus casus nulla Lege comprehensus est.

120 Justinianus legitimationis formam, per oblationem Curiæ à Theodosio introductam, confirmavit.

Hoc autem beneficium si etiam Monachis impartiri voluisset, id expressisset quando de illis plura disposuit in Auth. de Monach., ibid.

121 Jus Canonicum Monachos professos ad Ordines habilitans, cum jura successionis eis non restituerit, censendum id noluisse.

123 Probatissimis Legibus cavetur, ne quis plus se sapere, quàm Leges, velit.

124 Lex nequit ex rationis conjectura extendi ad casus, & Personas, de quibus non loquitur.

125 Legis extensio, & æquiparatio non datur, nisi in iis, quæ in Jure exæquota sunt, vel coordinata inter se habentur, uti genus ad speciem, pars ad totum, antecedens ad consequens.

126 Et pro ea excludenda sufficit, quod dubia reddatur identitas rationis.

127 Vel quod unica ratio non appareat, sed plures assignari possint.

128 Legis extensio tota fundatur in unicitate, & identitate rationis.

129 Quæ tunc adesse dicitur, quum expressa est, vel clarè ab expressis resultat.

130 Minima quæcumque disparitas omnem Legis extensionem tollit.

131 Professio in Religione licèt facta voluntate Patris, nil prodest nec ad effectum succedendi, & nec etiam ad effectum impediendi purificationem conditionis: si sine Filiis.

133 Voluntas dividi, ac scindi nequit.

134 Filius qui ante professionem in Religione, abdicativam, atque solemnem renunciationem, amplissimamque donationem irrevocabilem ex voluntate Patris emiserit favore ipsius Patris, nequit dici ex voluntate Patris succedere.

Eidemque sublatus perpetuò censetur regressus omnis ad Jura successionis, n.136.

135 Legitimationes factæ Rescripto Principis, tametsi amplissimæ, & plenariæ quoad jura successionis, restringuntur atque limitantur voluntate Patris.

137 Successionis effectus ex legitimatione proveniens, juxta Patris voluntatem procedit.

138 In legitimatione voluntas Patris non alia de caussa requiritur, nisi, ut illi invito successor non detur.

139 Contra Fiscum, tamquam Successorem Juri exosum, pronunciandum est.

Non ita tamen, quando ei de successione res sit cum Filio illegitimo, ibid.

140 Præfinitum Jure est quantum Illegitimus Filius capere possit, sive Pater alios heredes habeat, sive non.

141 Non ideo naturalis excluditur quia succedit Fiscus, sed ideo Fiscus succedit, quia naturalis jam est exclusus, nec alius adest legitimus heres.

142 Collegio, Curiæ, Patrono, Universitati, Commilitoni, Socio, Præfecto Prætorio, Hospitali, & Ecclesiæ jus datum est succedendi quoad Bona vacantia.

143 Hi-

143 *Hique omnes Filiis naturalibus præferuntur.*

Præterquam quoad duas uncias, eisdem Filiis a Legibus præservatas, dummodo concepti fuerint ex Muliere, in schemate concubinæ semper retenta, n.147.

144 *Ratio odii contra Filios illegitimos summopere urget*, & n.151.

145 *Pater prohibetur Filios naturales, ex Concubina susceptos, adoptione, vel adrogatione sibi legitimos facere, & sic successionis capaces reddere.*

146 *Olim naturales omnino successionis incapaces efficiebantur.*

148 *Naturales multis in Regionibus ad Patris, vel Matris intestatam successionem nullatenùs admittuntur.*

149 *Jure veteri Divino Illegitimi à Parentum successione repellebantur.*

150 *Ethnici, licèt concubinatus erat eis permissus, successionem tamen Legitimis tantùm reservabant.*

152 *Fiscum a Filio, vel Filia naturali, tamquam habente jus sanguinis, & naturæ, excludi, apertè pugnat cum Juris principiis.*

153 *Agnati, vel Cognati ultra decimum gradum, Fiscum non excludunt*, & n.154.

154 *Legitimi heredes sunt, qui à Lege vocantur.*

155 *Paria sunt aliquem non existere, vel succedere non posse, aut nolle.*

157 *Donatio inter vivos, non munita pacto reversivo, tamquam pura, & absoluta, nulloque colore resolubilis, Donanti, seu cuicumque alii, ab eo caussam habenti, adimit regressum ad Bona, & jura donata.*

158 *Itaut Donatario ab intestato decedente, ejus successio deferatur ad Heredes etiam extraneos.*

159 *Per donationem irrevocabilem inter vivos sinè pacto reversivo factum censetur Donans sibi voluisse regressum adimere favore Donatarii, ejusque heredum dumtaxat, at non etiam favore Fisci.*

160 *Præsertim, si donatio sit tantùm accessoria principali renunciationis actui, quo casu Lex ipsa regressum Renuncianti, in exclusionem Fisci, præservasse censetur*, & numer.166.

Contrarium num.161.; *ubi, quod eo casu Donans habetur ac si esset naturaliter mortuus, Bonaque proinde tamquam effecta de libero Donatarii patrimonio, ad quemcumque ipsius Successorem, ac etiam ad Fiscum deferuntur*, & num.162. 163. 164., & 166.

Quando autem donatio æquè principaliter, & non accessoriè celebrata censenda sit, itaut omnes producat effectus, à vera, & propria donatione proficiscentes? num.175. & seqq.

163 *Bona ex vi irrevocabilis donationis inter vivos incorporata patrimonio Donatarii, nedum obnoxia fiunt debitis, & hipothecis, à Donatario contractis, sed etiam sub confiscatione cadunt.*

165 *Fiscus excluditur iis solummodò casibus, & ab iis dumtaxat Personis, de quibus Leges loquuntur.*

166 *Renunciatio licèt realis, nullo unquam casu locum facere potest successioni Fisci.*

167 *Donatio irrevocabilis inter vivos facta contemplatione certarum Personarum, istis deficientibus, regressum Donanti præbet.*

Concurrente tamen pacto reversivo. Aliter conclusio non procedit, etiamsi donatio concepta esset verbis taxativis = tantum =, *& similibus*, n.171.

168 *Donationis personalitas excluditur ex eo, quod celebrata sit favore Heredum & Successorum quorumcumque, etiam extraneorum.*

169 *Donatio facta favore Heredum, & Successorum quorumcumque, etiam extraneorum, regressum Donanti non tribuit, sed Bona, juraque donata, ad Heredes etiam extraneos deferuntur.*

170 *Donatio ubi verè personalis est, Bona donata, deferri debent ad certas Personas, in illa contemplatas.*

171 *Regressum ad Bona donata tribuit non contemplatio certæ Personæ, sed pactum reversivum.*

172 *Contemplatio certarum Personarum in donatione, operari nequit, ut iis deficientibus, Donans, regressum habeat ad Bona donata.*

173 *Bona, virtute fideicommissi, ordinati favore certarum Personarum, illis durantibus, obnoxia sunt oneri restitutionis, sed eisdem deficientibus, libera efficiuntur in ultima ex Personis contemplatis.*

174 *In uno eodemque instrumento duo contineri valent contractus distincti, atque separati, qui æquè principaliter celebrati dicuntur.*

176 *In proemiali contractus parte regulariter Contrahentes exprimunt naturam, & qualitatem actus, quem celebrare intendunt.*

177 *Ex complicata mentione donationis, & renunciationis in parte proemiali, vel dispositiva, censet* Sac. Rota, *inter Partes non de renunciatione dumtaxat, sed æquè principaliter de donatione etiam actum fuisse.*

178 *Donatio accessoriè in instrumento renunciationis stare censetur, quoties donationis verbum incidenter dumtaxat adjectum legatur.*

179 *Promissio non impugnandi contractum ex caussa ingratitudinis, regulariter adjicitur donationi irrevocabili inter vivos, ejusdemque naturæ congruit.*

180 *Solemnitas insinuationis à Contrahentibus adhibita, ostendit, eos non de simplici renunciatione, sed æquè principaliter de donatione egisse.*

181 *Solemnitas insinuationis non requiritur in* re-

renunciatione, vel alio contractu, accessoriè, & dependenter ab illa celebrata.

182 *Contractuum intrinsecam naturam dignoscimus ex qualitatibus, & forma, quibus eorum species demonstratur.*

183 *De donatione æquè principaliter inter Contrahentes fuisse actum, dubitari nequit, quoties geminatis, atque inculcatis verbis, & clausulis professi sunt eam celebrare velle, adjiciendo pacta, & conditiones illi convenientes.*

184 *Donationis cohærentia, & dependentia à renunciationis contractu non benè desumitur ex eo, quod concepta minimè legatur per caput separatum.*

185 *Dependentia, seu independentia inter duas dispositiones desumitur ex illarum substantia, atque ex Contrahentium mente, non autem ex intrinseca illarum forma*, & num.186.

187 *Dictio* = & = *persæpè æquipollet verbis, & dictionibus, novæ orationis inceptivis.*

188 *Dictio* = & = *quum ponitur inter duo, quæ idem non significent, sed diversæ sint naturæ, non declarativè, sed dispositivè inter diversa posita dicitur.*

189 *Spes succedendi cedi, ac donari potest.*

190 *Per viam irrevocabilis donationis inter vivos facta renunciatio, effectum suum operatur etiam, quoad spem futurarum successionum, & rerum, nondum Donanti, & Renunciatio quæsitarum.*

CONFIRMANDO Sententiam Illustrissimi D. Thesaurarii ea ex parte, quâ Ven. Monasterio S. Bernardini Urbis denegat immissionem ad intestatam hereditatem Marchionis Nicolai Mariæ Pallavicini ex persona Sororis Mariæ Constantiæ, in eo professæ, & præfati Marchionis assertæ filiæ naturalis, infirmanda videtur alia ex parte, quà immissionem eidem Monasterio concedit prò sextante dictæ hereditatis æqualitèr partiendo cum D. Constantia Curietta, dictæ Sororis Mariæ Constantiæ Matre, nàm d. Sextans incorporandus est Rev: Cameræ, quæ jure Bonorum vacantium successit in hereditate præfati Marchionis Nicolai Mariæ, defuncti sinè testamento, & sine ullo legitimo herede, ut latè firmatum fuit in primo Articulo Voti editi à D. Auditore Illustrissimi D. Thesaurarii.

Licèt enim ex novissima Cæsarei Juris cen-
1 sura *Authen. de Trient. & Semiss. collat. 3.*, & *in §. Discretis vers. si quis autem*, *Auth. quibus mod. natural. effic. sui*, unde sumpta est *Auth. Licèt Cod. de natural. liber.*, Filio præserventur duæ unciæ in hereditate Patris naturalis, ab intestato defuncti; nihilominus, ut Monasterium ex persona Sororis Mariæ Con-
2 stantiæ frui possit isto Legis beneficio, probare concludenter debet illius filiationem, quod nempe à Nicolao Maria suscepta fuerit ex fortuito complexu cum Constantia Curietta; gerere enim dicitur personam Actoris, qui, utpote intentionem suam fundans in asserta filiatione, claris omnino probationibus de ea docere tenetur, ex latè deductis in dicto Voto super secundo Articulo §. 2., præsertim verò, quia negatur a legitimo Contradictore, videlicet Reverenda Camera possiditrice, *Decian. respons. 40. num. 1. lib. 1.*, *Rota in Romana Fideicommissi 18. Junii 1700. §. Attamèn coram Reverendissimo Molines, confirmata 20. Junii 1712. §. Cum itaque coram R. P. D. Ansaldo*; Atque etiam, quia prò istiusmodi filiatione præsumenda, non urget favor Matrimonii relaxans probationum rigorem, sed illarum onus aggravat odium, quo Jura nostra abhorrent
prolem, extrà illius figuram susceptam, hoc 3
enim casu, tametsi agatur de probanda filiatione respectu Patris, Doctores, & Tribunalia requirunt probationes magis concludentes.

Etenim, quoties non versamur in Judiciis possessoriis sive preparatoriis, pro consequendis nempè alimentis temporariis, sive perpetuis, sed filiatio adfertur ad effectum obtinendi
in Judicio petitorio, & decisorio immissio- 4
nem jure legitimæ successionis, secumferentis perpetuam adquisitionem proprietatis, & dominii; cum Reo, & Possessori sufficiat quoquo modo dubias reddidisse probationes Actoris, *Rot. in rec. decis. 389. num. 7. part. 12.*, *coram Card. Cerro decis. 827. num. 8.*, *in d. Romana fideicommissi §. Quibus positis in fin. coram R̃mo Molines*: ut is in hoc Judicio obtinere queat,
plenissimas adferre cogitur probationes, clarè 5
concludentes filiationem, *Alexand. consil. 74. num. 1. lib. 2.*, *Roland. cons. 22. num. 30. lib. 3.*, *Bursat. cons. 384. sub num. 18.*, *Spad. cons. 251. num. 8. lib 3.*, *Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 38. sub nu. 8.*, *Rota coram Cels. dec. 334. num. 9. post Mel. observ. ad Castill. decis. 23. numer. 1. & seq.*, *in rec. decis. 289. num. 1. part. 1.*, *decis. 167. num. 1. & seq. part. 8.*, *in Romana filiationis 21. Novembris 1710. §. 2. cor. Reverendissimo Aldrovando*, *in d. Romana fideicommissi 20. Junii 1712. §. Ast quoties coram R.P.D. Ansaldo*, etiamsi agatur de succedendo in hereditate asserti Patris naturalis, *Rot. coram Card. Celsa d. decis. 334. num. 9.*, *post Zacch. quæst. medic. legat. decis. 90. num. 4.*, *post Mel. ad Castill. d. decis. 23. loco citat.*, *in Romana filiationis super bono Jure 8. Aprilis 1707. §. Nec ejus cum seq. coram bon. mem. Omanna*, & *in alia Romana filiationis 21. Novembris 1710.*, *coram Reverendissimo Aldrovando*, in qua præcisè agitur de Filio in duabus unciis succedere contendente asserto Patri naturali, ab intestato defuncto, & admittitur etiam in d. *Romana fideicommissi coram R.P.D. Ansaldo §. Neque hunc cum seq.*, in qua rectè firmatur, eò
rigidiores exposci probationes, quando asser- 6
tus Filius agit de successione avertenda in præjudicium eorum, qui independenter à persona Defuncti ex proprio Jure ad illam adspirant, & priùs dixit *Rota decis. 214. numer. 1. & seq. part. 10.*, *decis. 388. num. 2. & seq.*, & *nu. 11. & seq. part. 14.*, *in Carpen. filiationis 29. Januarii*

nuarii 1704. *§. Constituta coram Reverendissi-*
mo Molines; Prout certò independenter à per-
sona Defuncti sine testameoto, & sine legiti-
mo herede venire dicitur Fiscus, Jus suum in
7 successione Bonorum vacantium desumens ex
dispositione Legis, rectâ viâ ad eum illa defe-
rentis, ut optimè in hac specie docuit *Actolin.*
*resol.*86. *num.*36. *vers. at in hoc casu*.

Percurrendo autem singulas probationum
species, exadverso adductas; si rem ordia-
mur à Testibus, quorum testimonio d. filia-
8 tionis probationem Monasterium S. Bernardi-
ni sibi comparare curavit; licèt examinati re-
periantur octo Testes, nihilominùs perpensis
exceptionibus, quibus tum eorum personæ,
tum eorum dicta perstringuntur, iidem nullo
numero habendi videntur; repellenda enim à
testimonio ferendo videtur D. Constantia
Curietta Mater, quia, quoties agitur de Filio
9 extra figuram Matrimonii concepto, si Mulie-
ri asserenti se fuisse ab aliquo cognitam, ex
eoque genuisse Filium, regulariter non credi-
tur, ex cumulatis per *Roland. à Vall. consf.* 11.
*lib.*4., *Surd. consf.*552. *num.* 24., *Caball. resol.*
*crimin.*200. *num.*113., *Boer. decis.*299. *nu.* 1.,
*& decis.*319. *num.*7., *Peregrin. dec. Patavin.*9.
*nu.*2., *Rota post Zuff. de legit. Processf. dec.* 39.
*num.*12., *in rec. decis.*347. *num.* 17. *part.* 12.,
*decis.*171. *num.*17. *part.*17., *& in Romana Pe-*
cuniaria seu Alimentorum 26. *Aprilis* 1706.
§. Neque hujusmodi in fin. coram bo: me: Omanu-
na, quonam pacto fides ulla in hoc Judicio
10 præstari poterit præfatæ Constantiæ Curiettæ,
quæ tamquam Mater, Testis idonea esse ne-
quit favore Filiæ, ad *Text. in leg. filium ff. qui*
sunt sui vel alien. Jur., *ubi Alberic. num.* 13.,
*& leg.*1. *§. Julianus ff. de liber. agnosc.*, *Dec. in*
cap. per tuas post princ. de probat., *Barbat. con-*
*sil.*27. *num.*4. *circa fin. lib.*1., *Alex. consf.* 157.
*num.*3. *lib.*1., *Paleot. de noth.*, *& spur. cap.*25.
*num.*5. *& seqq.*, *Rot. in rec. decis.*289. *num.* 2.
*vers. neque Matri part.*1., *decis.* 151. *numer.* 7.
*part.*18., *in Romana Pecuniaria seu Alimento-*
rum 26. *Aprilis* 1706. *§. Neque hujusmodi ad*
11 *med. coram bon. mem. Omanua*, maxime, quia
noo dissimulat maximam affectionem, quâ ad
ita deponendum mota præsumi potest, pro
comparanda videlicet Filiæ victoria Causæ,
ait enim =, *& io averei gasto che vincesse la li-*
te detta mia Figlia, o pure il suo Monastero =,
& præterea tum suæ, tum Filiæ servit utilita-
12 ti, & commodis, nam si subsisteret, quod di-
cta Soror Maria Constantia esset Filia Mar-
chionis Nicolai Mariæ, duæ unciæ heredita-
tis, in quibus succederet ejus asserta Filia na-
turalis, dividendæ essent inter Matrem, &
Filiam, ex Juris locis allegatis initiò *§. Licèt*
enim, & tradit *Peregr. de Jur. Fisc. libr.*3. *ti-*
*tul.*18. *num.*1. tàm autem affectionis, quàm
proprii interesse ratio fidem Testi adimere di-
citur, ut de prima est *Textus in Canon. Accu-*
satores vel Testes caus. 3. *quæst.*6. =, ibi *amor*,
ac timor plerumque sensus hebetant hominum,
& opiniones pervertunt = *Bartol. in leg. qui te-*
*stamento §. Quucumque num.*3., ibique etiam
*Bald. col.*2. *in princ. vers. in ea ff. de Testament.*,
*Nell. de Testib. num.*7., *Campegg. eodem tract.*
*regul.*2. *vers. tertiò quia Mater*, late *Farinacc.*
*eodem pariter tract. quæst.*54. *regul.*3. *num.*149., 13
& de secundo disponitur pluribus Juris nostri
locis, quibus nedùm in re propria dicendi testi-
monii facultas submota reperitur, ut ait *Pom-*
ponius in leg. nullus 10. *ff. de Testib.*, & rescri-
pserunt Imperatores *in leg. omnibus Cod. eodem*
cap. per tuas, *cap. nuper*, *cap. insuper*, *& cap.*
Romana eodem titul. Canon. si Testes §. Nullus
*caus.*4. *quæst.*2. *&* 3., *R.P.D. Severolus in Vo-*
to impressf. in rec. dec. 535. *num.* 29. *part.* 14.,
*Rot. decis.*18. *nu.*1. *part.*16., *in Mantiss. ad or-*
nat. clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr. de-
*cis.*23. *num.*10., sed etiam quicumque de lineâ
Ascendentium inutiliter pro Descendente in Te-
stem producitur, *Gregor. Lopez. in leg.*11. *ti-* 14
*tul.*16. *part.*3., *& leg. final. titul.*30. *part.* 7.,
*Anton. Gomez. variar. resol. lib.*3. *cap.* 2. *n.*24.
versic. quod est verum, *Lessf. de justit.*, *& Jur.*
*cap.*30. *num.* 27. *lib.* 2., *Sanchez. consf. moral.*
*lib.*6. *cap.*2. *dub.*18. *num.*1. *&* 2.

Non absimili exceptione minùs integræ fi-
dei Testis redditur Elisabetha Bacchina, quæ
fuit Uxor quon. Caroli Curietti Fratris dictæ
Constantiæ Curiettæ, ut fatetur tum ipsa, tum 15
etiam Curietta, quod arctissimum consangui-
nitatis vinculum proculdubio fidem adimit
Testi, qui depositione suâ maximum com-
modum affert illi, cujus favore deponit, *Ca-*
non. absens il 2. *caus.*3. *quæst.*9., *Alexand. con-*
*sil.*132. *nu.*27. *lib.*5., *Farinacc. de Testib. quæ-*
*stion.*54. *num.*1. *& seq.*, *Rot. coram Duran. de-*
*cis.*127. *num.*3., *coram Card. Celso decis.* 166.
*num.*6., *coram bon: mem: Emerix Jun. dec.*253.
*num.*8., *in rec. dec.*327. *num.*13. *part.*12., *de-*
*cis.*54. *num.*12. *part.*17., *& ad ornat. clar. me.*
Card. de Luc. de regular. decis. 17. *num.* 7., &
licet Testes consanguinei, sive affines quando-
que in hujusmodi Causis admittantur; eorum 16
tamen testimonium valet quum de filiatione
quæritur incidenter, sive in Judiciis possesso-
riis, atque præparatoriis, at non etiam quan-
do versamur in Judicio decisorio, ob eam ra-
tionem, quod in illo principaliter agi dicatur 17
de filiatione, quippè in ea consistit fundamen-
tum intentionis Actoris, & secum trahit gra-
ve præjudicium tertii, cui hereditas, & suc-
cessio aufertur, juxta deducta in d. Voto
R. P. D. *Severoli decis.*535. *n.*68. *part.*14.; hoc
enim casu oportet afferre Testes integræ omni-
nò fidei, deponentes de filiatione, & custodia 18
Ventris tempore conceptionis, *Alex. consf.*82.
*num.*3. *lib.*1., *Riminald. Jun. consf.*263. *nu.*85.
& seqq., *Rot. in rec. decis.*429. *nu.*18. *& seqq.*,
*decis.*544. *num.*1. *part.*19., *in Romana filiatio-*
nis super bono Jura 8. *Aprilis* 1707. *§. Et qui-*
dem in princ., *& in alia Romana filiationis* 21.
Novembris 1710. *§. Quin suffragari coram Re-*
verendissimo Aldrovando.

Angela Sartoria, & Lazzarus Maria Baldui-
nus minùs idonei Testes redduntur unâ utri-
que

19 que communi exceptione, quod nempe spiri-
tuali cognatione junguntur Actricibus, ut in
nostro Sum. talis enim spiritualis affinitas illos
excludit à testimonio ferendo, *Cravet. cons.*182.
numer. 15., *Aufrer. de Testib. numer.* 89.,
Mascard. de probat. conclus. 1357. *numer.* 52.,
Gabriel. variar. conclus. tit. de Testib. conclus.
15. *numer.*1. *& seqq.*, *Bonden. collect. legal.*49.
*nu.*11., *& num.*13. *& seq.*, *Rota coram Cæsar.*
*de Graff. decis.*71. *sub num.*6., *& coram Caccin.*
20 *decis.*2117. *num.*8., & præterea, quod attinet
ad Angelam, adversus eam recurrit exceptio
deducta contra Curiettam, ait enim in suo
examine, se optare felicem exitum Causæ fa-
vore Sororis Mariæ Constantiæ filiæ Curiettæ,
d. nostro Sum.

Exceptionibus hisce, minùs idoneas reddenti-
bus dd. Testium personas, accedunt plura
alia, quæ eorum dictis fidem adimunt, effi-
21 ciuntque, quod justæ probationis gradum con-
stituere nequeant; Inquiunt enim, quod Mar-
chio Nicolaus Maria sæpius in Filiam nomina-
verit Sororem Mariam Constantiam, Verùm,
cum in hoc non sint inter se contestes, sed sin-
22 gulares, nec concordent in loco, & tempore,
hinc fit, quod inspectâ hujusmodi singularita-
te, non probant, ut, omissis generalibus, in
nostris terminis tradunt *Nugnerol allegat.* 23.
*num.*88., *Rot. coram Coccin. decis.*297. *num.*1.,
*coram Burotto decis.*117. *num.*8., *coram Dunoz.*
*Jun. decis.*251. *num.*5., *coram Carillo dec.*136.
*num.*12., *in rec. dec.*70. *numer.*33. *part.*2., *de-*
cis. 167. *num.*12. *part.*8., *decis.* 52. *num.* 4. *&*
*seqq. part.*15., *decis.*513. *num.*10. *part.*18., &
egregie prosequitur *Rota in d. Romana filiatio-*
nis 21. *Novembris* 1710. *§.*5. *coram Reverendis.*
Aldrovando, & latè *in d. Romana filiationis* 21.
Novembris 1710. *§. Quinto coram R. P. D. Al-*
drovando; Et præterea tametsi contestes essent,
ideòque in dubium revocari minimè posset
23 quin concludenter probarent ab ipsis assertas
denominationes; nihilominùs eædem nullo
pacto conferrent, quia ut ex illis certitudo fi-
liationis haberi possit, oportet, quod factæ
fuerint in actibus proportionatis atque sole-
mnibus, celebratis cum expressione paternitatis,
*Rot. decis.*167. *num.*9. *part.*4., *dec.* 544. *nu.* 5.
*part.*19. cum aliis in *d. Romana filiationis* 27.
Junii 1680. *§. Præsertim coram bon: mem: Ursi-*
no, *& in alia Romana Filiationis* 21. *Novem-*
bris 1710. *§.*15. *coram R.D.P. Aldrovando*, id
explicante exemplo legitimationis obtentæ ab
asserto Patre, vel donationis, aut testamenti,
24 ab eodem facti cum expressione filiationis, vel
denique aliorum similium actuum secumfe-
rentium explicitam, ac solemnem Patris con-
fessionem, quæ æquiparari possit probationi
desumptæ ex publico instrumento, vel re judi-
cata, ita quidem ut, illorum instar, plenæ
probationis vim assumat contra Bona, & he-
reditatem confitentis, ut ait *Rota in d. Romana*
fideicommissi 20. *Junii coram R. P. D. An-*
saldo.

Quamobrem, cum denominationes illæ,
quæ à præfatis Testibus adferuntur, non in acti-
bus solemnibus, atque proportionatis, sed in-
cidenter, & extrajudicialiter factæ reperiantur,
nihil prorsus Sororem Mariam Constantiam 25
juvare valent, etenim *non nudis asseverationi-*
bus nec ementita professione, licèt utrique
consentiant, sed matrimonio legitimo concepti,
vel adoptione solemni Filii, civili Jure, Patri
constituuntur =, ut rescripserunt Imperatores
Diocletianus, & Maximinianus in *leg. non nu-*
dis 14. *Cod. de probat.*, atque ita etiam sanxe-
runt Valerianus, & Gallienus *in leg. neque pro-*
fessio 5. *Cod. de Testam.*, verbis illis = *neque pro-*
fessio, videlicet Patris, ut ibi inquit *Gloss.*, *ne-*
que asseveratio nuncupantium Filios, qui non
sunt, veritati præjudicat =, *Salycet. in leg. non*
ignorat Cod. qui accusar. non poss., *Bald. in ca-*
pit. per tuas de probat., *Asin. in prax. judic.*
*par.*2. *cap.*45., *& cap.*46., late *Scopp. ad Mer-*
lin. Pignatell. cent. 2. *cap.* 85. *num.* 1., optimè
Rota in d. Romana filiationis 21. *Novemb.* 1710.
§. 5. *coram R. P. D. Aldrovando*, ibi = *Tum*
etiam quia filiatio numquam probata remanet ex
eo solùm, quod quis nominet aliquem Filium
suum incidenter, & in actu, ut hic, non propor-
tionato, sicuti esset in testamento, donatione,
vel legitimatione, quia nominatio est actus val-
dè æquivocus, ubi præsertim una, vel alterâ
vice fuit emissus, qui procedere valet, vel pro- 26
pter aliquem respectum particularem, vel etiam
blandiendi causâ Puero, qui diligitur =, proin-
deque persæpè animo blandiendi, vel Amasiæ,
vel Puero, Filiorum nomine appellantur Alum- 27
ni, & Personæ prorsus extraneæ, *Rota coram*
*Carill. decis.*136. *num.*8. *& seqq.*, cum aliis in
*decis.*100. *num.*22. *part.*19.

Fortius verò hæc urgent in casu nostro, quia
non agitur de Filia nata in figura Matri nonii,
cui fortasse similes denominationes prodesse 28
possent, ut observat de *Angel. de confess. lib.*2.
*quæst.*7. *num.*10., nec filiatio assertur in Judicio
possessorio ad effectum consequendi alimenta, 29
vel præstationem alicujus proportionati livelli,
aut alium similem effectum, sed allegatur in
Judicio petitorio pro decernenda successione,
illaque irrevocabiliter adjudicanda asserto Fi-
lio, ut utrumque casum distinguendo plenissi-
mè tradunt *Bald in leg. non Epistolis* 13. *n.* 9.,
ibi = *Secus in simplici petitorio, ubi major re-*
quiritur probatio= *Cod. de probat.*, *Jason. in leg.*
neque professio 5. *num.*2. *Cod. de Testam.*, *Felin.*
*in cap. per tuas num.*13. *de probat.*, *Covarru. de*
*sponsal. part.*2. *cap.*8. *§.* 3. *num.* 6. *vers. si verò*,
ibi = *Si verò agat quis petitorio Judicio ex eo*
quod Sempronii Filius sit, non est satis sufficiens
probatio tractatus=, *Rota in rec. decis.* 164. *nu.*9.
*part.*3., *coram Card. Cels. decis.*316. *nu.*3. *&* 6.,
*coram Priol. decis.*184. *num.*17. *& seq*, *in dict.*
Romana filiationis coram R.P.D. Aldrovando,
quo sanè casu si dd. denominationes non suffi-
cerent, tametsi probarentur depositione Te- 30
stium, qui essent contestes, eædemque nullo
alio contrario eliderentur adminiculo, multò
minùs in nostro casu prodesse poterunt Mona-
sterio,

fterio, quia loco exhibendi authentica docu-
menta denominationum factarum in actibus
31 proportionatis, atque solemnibus, concurrunt
contrariæ denominationes exclusivæ filiatio-
nis, quæ in mox recensendis actibus, reverà
proportionatis, atque solemnibus, factæ repe-
riuntur, ideòque eædem vel penitùs exclu-
dunt, vel saltem dubiam reddunt assertam
filiationem, *Paris. cons.29. numer.89. libr. 2.*,
Giovagnon. cons.6. num.51., *Gabriel. cons. 25.
num 6. lib.1.*, *Pontan. de aliment. cap.6. n.28.*,
Sperell. decis.184. num.93., *& num.109.*, *Ro-
ta coram Carill. decis.136. num.14. in fin.*, *co-
ram Card. Celso decis.134. nu.8.*, *coram Priolo
decis.141. num.12.*, *decis.184. num.21.*, *in rec.
decis.167. num.16. part.3.*, *decis.263. numer.8.
vers. urgentibus potissimè part.12.*, quæ sola
dubietas Reverendæ Cameræ, ex legitimo ti-
32 tulo possidenti, sufficit pro repellendo Mona-
sterio Actore, ex firmatis in §. *Licèt enim ex
novissima*.

Primo autem loco sese offert fides Baptisma-
tis, in qua d. Soror Maria Coostantia, in se-
culo nuncupata Theresia Livia, nominata non
legitur Filia Marchionis Nicolai Mariæ, sed
cujusdam Joannis Pallavicini, & Franciscæ
33 Leræ, prout convenit inter Partes, & admit-
titur etiam in Voto super articulo *3.§.6.*, qui
Joannes Pallavicious cum sit Persona prorsùs
ignota, ex illo ipso documento, ex quo re-
gulariter desumi consuevit primordium ali-
quod certitudinis paternæ originis, eadem peni-
tùs sublata remanet, ad tradita per *Rotam co-
ram Dunozzet. Jun. decis.977. num.4.*, *in rec.
decis.317. num.22. part.9.*, *decis.348. num. 38.
& seq. part.12.*, *decis. 100. num. 28. & duobus
seqq.*, *decis.544. num.10. part. 19.*, *in Romana
filiationis 21. Novembris 1710. §. Destruebatur
coram R.P.D. Aldrovando*, *& in Romana fi-
deicommissi 20. Junii 1712. §. Fastidiebant vers.
quodque pariter non obstante coram R.P.D. An-
saldo*; Cujus conjecturæ vis minimè elidi pos-
se videtur animadversione illâ factâ in dicto
contrario *Voto §.6.*, quod nempè ex mandato
Marchionis Nicolai Mariæ in fide Baptismatis
inscriptum fuerit nomen alterius, honestatis
causâ, nè scilicèt innotesceret, talem Filiam
fuisse ab ipso susceptam, nam de hoc man-
dato deponunt solummodò Coustantia Cu-
rietta, & Elisabetha Bacchina, quarum pri-
34 ma cum sit Mater, & in hac Causa foveat
maximum interesse, integræ fidei testis es-
se nequit, ex deductis in §. *Percurrendo autem*
ut etiam audienda non est Elisabetha Bacchina
tanquam affinis tum Matris, tum Filiæ, ex ani-
madversis in §. *Non absimili*; Eoque minùs
dd. Mulierum testimonio probatum dici po-
35 test d. mandatum à Nicolao Maria traditum,
quia circumspectio ista occultandi in fide Ba-
ptismatis veros Parentes adhiberi solet, quan-
do agitur de prole illegitima, suscepta ex for-
tuito complexu cum Muliere altioris gradus,
cujus commercium cum Amasio nemini inno-
tuerit, vel quando agitur de Filio adulterino,
ad occultandum nempè delictum Patris, per
ea, quæ in proposito considerat *Rota coram
Dunoz. Jun. decis.977. num.4.*, *coram Celso de-
cis.226. num.13.*, *in rec. decis. 100. numer. 29.
part. 19.*, *in Romana filiationis 21. Novem-
bris 1710. §. Destituebatur coram Reverendis.
Aldrovando*, quæ rationes prorsùs cessant in
casu nostro, quia agebatur de Filia nata ex
soluto, & soluta, ideòque respectu Marchio-
nis Nicolai Mariæ nulla urgebat justa ratio
supponendi nomen fictitii Patris, & ex dili-
gentiis exadverso adhibitis pro cumulandis pro-
bationibus desumptis ex circumstantiis antece-
dentibus, concomitantibus, atque subsequen-
tibus nativitatem Sororis Mariæ Constantiæ,
quibus exadverso notoria reddi dicitur d. filia-
tio, excluditur illa honestatis ratio, quâ Ni-
colaus Maria moveri poterat ad occultandos
in fide Baptismatis veros Sor. Mariæ Costan-
tiæ Parentes.

Accedit his instrumentum renunciationis,
occasione Professionis à Sorore Maria Constan-
tia factæ, in qua pariter enunciatur filia d. Jo-
annis Pallavicini de Mediolano; quæ asser- 36
tio ab ipsa facta in solemni, atque jurato in
strumento, & quidem in actu adeo pro-
portionato cum contineat ejusdem confessio-
nem exclusivam assertæ filiationis, cujus
vigore ipsa hodie controversam asserti Patris
hereditatem consequi contendit, non solùm
prævalet depositioni contrariorum Testium
Angel. de confess. lib.1. quæst. 1. num. 16., *Rot.
coram Celso decis.236. num. 1.*, sed eandem ex-
cludit exceptione innixà propriæ confessioni,
ut in præcisis terminis respondit *Rota in rec.
decis. 176. num.3. & 4. part.1.*, *decis.100. n.36.
& seqq. & decis. 544. num.19. part. 19.*, quæ eò
fortius adversus eam urget, quia denomina-
tiones istæ, quibus soror Maria Constantia al-
terius, quam Marchionis Nicolai Mariæ, se
filiam dixit, factæ etiam leguntur in pluribus
Epistolis nuncupatis *Biglietti*, in quibus Mar-
chionem Nicolaum Mariam non vocat Patrem
naturalem, sed spiritualem, quæ sane deno- 37
minationes plurimum valent pro excludenda
filiatione respectu Marchionis Nicolai Mariæ,
tum quia in tot reiteratis actibus nunquam
ipsa se in illius filiam agnovit, ut docuerunt
Soccin. sen. cons.39. num.7. lib. 1., *Asin. in prax.
part.2. cap.26. num.5. & seq.*, *Scoppa ad Merlin.
Pignatell. cent.1. cap.85. num. 1.* & similem cir-
cumstantiam in difficiliori casu ponderavit *Ro-
ta in Romana Fideicommissi 18. Junii 1700.
§. Eoque magis coram Rmo Molines*, *& in con-
firmatoria 20. Junii 1712. §. Fastidiebant co-
ram R.P.D. Ansaldo*. Tum etiam quia in
istis privatis, & secretis Epistolis urgere ne-
quibat justa illa ratio, quæ prò occultando ve- 38
ri Patris nomine considerari fortè potest in
publicis, & solemnibus actibus.

Nilque turbat, quod quædam Monialis nun-
cupata Bartoletta, una ex testibus exadverso
examinatis, deponat, d. Sororem Mariam
Constantiam in suis literis quandoque Mar-
chio

39 chionem Nicolaum Mariam, Patrem nomi-
nare consuevisse, illo nempe nomine *di Tuta*,
nam Monialis ista, tamquam unica in sua de-
positione, & tamquam deponens ad commo-
dum Monasterii, in quo ipsa est professa, mi-
nus integræ fidei esse videtur, ut de teste uni-
co in nostra specie tradunt *Conciol.allegat. 24.
n.38., Rot. coram Carillo decis. 136. num.11.,in
rec. decis.43. part.17.,decis. 100. utrobique nu-
mer.10. part. 19.,in Romana filiationis §. 7. co-*
40 *ram Reverendiss. Aldrovando* & de Professo
deponente ad commodum Monasterii docet
*Farinace. de Testib. tit. de apposit contr. person.
test.qu.60.n.458.*, & præterea, tametsi id pro-
baretur pluribus integræ fidei testibus, nihi-
lominus non concluderet exadverso præten-
41 sam filiationem; nam nomen illud *Tuta* cum,
ut omnes sciunt, sit expressivum cujusdam spe-
cialis benevolentiæ, eoque appellentur Perso-
næ illæ, quibus tum ob ætatem, tum ob bene-
ficia exhibentur signa amoris, ac reverentiæ,
ex eo elici nequit argumentum ullum filiatio-
nis, atque correspectivæ paternitatis, cum hæc
vocabula non semper adhibeantur erga illos
solos, quos natura Patres dedit, sed erga illos
etiam, qui ob beneficia, instar Parentum, co-
luntur, ideoque, quum proferuntur extra
42 actus proportionatos, remanent valdè æquivo-
ca, ut in d. *Romana filiationis coram Rmo Al-
drovanda* ibi = *Tum etiam quia filiatio nunquam
probata remanet ex eo solum, quod quis nomi-
net aliquem filium suum incidenter & in actu,
ut hic, non proportionato, sicuti esset in testamen-
to, donatione, vel legitimatione, quia nomina-
tio est actus valde æquivocus, ubi præsertim una,
vel altera vice fuit emissus, qui procedere valet
vel propter aliquem respectum particularem, vel
etiam blandiendi causa Puero, qui diligitur,* = quæ
interpretatio facilius recipienda videtur in no-
43 stra hypothesi ob spiritualis paternitatis vin-
culum inter Nicolaum Mariam, & Sororem
Mariam Constantiam intercedens, ad quam spi-
ritualem paternitatem, non autem ad natura-
lem referendæ essent istiusmodi denominatio-
nes, ut ita invicem conciliando expressionem
filiationis factam ab asserta filia, atque ab as-
serto Patre naturali, docuerunt *Cravet. cons.
249. numer. 10., Surd. de aliment. tit. primo
quæst.112.nu.9., Rot.in rec. decis. 167. num. 8.
& 9.part.8., d.100.num.20. & seq.part. 19., co-
ram Rembold. d. 351.num.15., in Romana filia-
tionis 21. Novembris 1710. §. Quinto in fin. co-
ram Rmo Aldrovanda.*

Nec est, cur pro coadjuvanda conjectura
44 elicita ex his, quas rejecimus, denominatio-
nibus, recurratur ad subministrationem ali-
mentorum, à Nicolao Maria factam assertæ
filiæ, donec ad Monasterium traducta fuit,
quia hic pariter actus omnino equivocus est,
cum proficisci potuerit ex motivo pietatis, *Bar-
tol.in leg. prima §. Quod senatus Consultus nu-
mer.3.ff.de liber.& posth., Asin. in prax. part.2.
cap. 19. n. 3. §. Contrariam, Dulph. contr. 149.
num.9., Rota in rec.decis.100.nu.16., & nu. 35.
part.19., & in d. Romana filiationis §. 7. coram
Rmo Aldravanda*, atque etiam quia cum age- 45
retur de Amasio opulentissimo, qui liberalitèr
nedum assertam filiam, sed totam Amasię Do-
mum substentabat, præstatio idcircò ista ali-
mentorum nullum præbere potest conclu-
dens argumentum filiationis, utpotè quæ fa-
cta dici poterat intuitu Amasiæ, benè *Rota in
Romana filiationis 27. Junii 1680. §. Ejusdem
coram bon. mem. Ursino*, & tradiderunt *Paris
cons. 12.num.246.lib.2., Spad. cons.251. nu. 14.
& seq. lib. 2., Rot. in rec. d. 289. numer. 5.
part. 1.*

Ut etiam argumentum concludens erui ne-
quit ex dotatione Sororis Mariæ Constantiæ, 46
ut spirituales nuptias contraheret, & profes-
sionem emitteret in Monasterio, quia nec id
à Nicolao Maria factum sufficienter probatur,
& tametsi probaretur, ex eo concludi non pos-
set, illam agnitam fuisse in Filiam quia ad hunc
effectum requireretur, quod eadem constituta
appareret contemplatione, & titulo filiationis,
ut præter alibi relatos, requirit *Rota coram
Pen.decis.630.nu.4., coram Remboldo decis.598.
nu.5., coram Biebio decis.7.num.1., in rec. de-
cis. 112. num.12.p.8., decis.43.num.14.part.17.,
& decis. 100. num.23.part. 19.*, qui titulus po-
tiori Jure requiritur, quoties agitur de viris
opulentis, qualis erat Marchio Nicolaus Ma- 47
ria, novum enim non est, quod illi ex moti-
vo pietatis, vel dilectionis, dotes constituant
Puellis etiam extraneis, præsertim si illas na-
sci, atque adolescere viderint in domo aliqua,
in qua versari consueverint, longè verò mi-
nus videri poterit, quod Amasius, velut mo-
rem gerat Amasiæ, vel ab ea deceptus credu-
litate filiationis, dotem illius Filiabus constitu-
at, etiamsi hæ revera ipsius Filiæ minimè sint;
quamobrem Doctores non contenti simplici do-
tatione, requisiverunt, quod eadem facta fue-
rit cum expressione filiationis, alioquin illam
non probat, quemadmodum eandem non pro-
baret institutio in heredem, aut donatio, nisi
eædem hoc titulo, & cum illius expressione fa-
ctæ reperirentur, *Roland. cons.22.n.26.& seqq.* 48
*lib.3., Gozzadin.cons.12.nu.13., Natt.cons.235.
num.primo, & seqq., Menoch.de arbitr.cas.89.
num. 39., Rot.coram Rembold. decis. 598. nu-
mer. 5., coram Card. Cels. d. 316. num. 5., &
d. 334. num. 7.*

Imo verò, tametsi tum in præstatione ali-
mentorum, tum etiam in Constitutione dotis
concurreret expressio d. tituli, filiationis nem-
pè; nihilominùs non suffragaretur ad gravis- 49
simum, & summopere præjudicialem effe-
ctum; Plerumque etenim eæ proficiscuntur à
Viris, Amasiæ illecebris deceptis, per ea,
quæ tradunt, *Alexand. cons. 74. num. 2. lib.2.
Paris.cons.12.num. 246. lib. 2., Spad.cons.251.
num.14.lib.2., Rota coram Card.Cels.d.344.nu-
mer.6., in rec decis.289.num.5.part.1., d.544.nu-
mer. 6.part. 19., in Romana filiatione 27. Ju-
nii 1680.§. Praterquam quod in fin. coram bon.
mem. Ursino*, ibi = *semper actus illi facti cen-*
sentur

sentur ex suggestione mulieris Virum decipientis =, proindeque, quum agitur de sobole extrà figuram Matrimonii suscepta, nè locus ul-
50 lus relinquatur Amasiarum insidiis, oportet
quod Mater retenta fuerit in schemate concubinatus cum arcta ventris custodia, ex qua veluti ex sua causa vim omnem, atque efficaciam
desumere dicuntur similes agnitiones, atque
tractatus, *Palcot. de noth. & spur. cap. 26. nu. 5. & seq., Gratian. discept. forens. 562. num. 60., & seqq., Rot. coram Ubald. decis. 155. num. 2., coram Royas decis. 159. num. 9. post Zacchiam quæst. medic. legal. d. 90. num. 6., in rec. decis. 289. nu. 4. part. 1., d. 164. num. 4., & seqq. part. 3. d. 347. numer. 6. & seqq. part. 12., decis. 388. numer. 7. part. 13., decis. 43. num. 6. part. 17., in Romana filiationis 27. Junii 1680. §. Præterquam quod coram bon. mem. Ursino*, ibi = *Exclusâ custodiâ mulieris, quæ in hac materia est prora, & pup-*
51 *pis cunctarum probationum, agnitiones, tractatus, denominationes, & alimentorum præstationes in Judiciis deciforiis nunquam prætensam filiationem concludunt* = *in Romana filiationis super bono Jure 27. Januarii 1704. §. Quocirca coram Emo D. Cardin. Priolo, & 8. Aprilis 1707. §. final. coram bon. mem. Omanna, & in Romana filiationis 21. Novembris 1710. §. 13., & seqq. coram R.P.D. Aldrovando*, ità quidem ut, sublatâ morali possibilitate furtivi amplexus cum alio Viro, prudenti, ac sapienti
Judici constet, filium esse genitum ex asserto Patre, certitudine illa, quæ in hac specie haberi potest, juxtà clarum *Text. in Auth. quib. mod. natural. effic. sui §. Si quis autem defunctus col. 7.*, ibi = *sit autem ei, donec vixerit, libera mulier in schemate Concubinæ sociata, & filii ex eo (talibus enim solummodò hæc sancimus, ubi omnino indubitatus est, & Concubinæ in domo affectus, & filiorum ibidem proles)* = *Arias de Mesa variar. resol. lib. 3. cap. 39. num. 11. & 25., Rot. coram Celso decis. 334. numer. 1. & seqq., in rec. decis. 544. num. 2. part. 19. post Mel. observ. ad Castill. decis. 23. num. 3., & latè in d. Romana filiationis*, quæ quidem probationes, requisitæ etiam quum agitur de nanci-
52 scenda asserti Patris hereditate, & res est cum
Herede, illius personam repræsentante, potiori Jure requirentor, si agatur de hereditate, jure dominii vindicanda à Tertio, qualis est Fiscus, qui justo titulo, & ex proprio jure independenter à persona Defuncti illam possidet; hoc namque casu rejectis æquivocis probationibus,
53 superlativas easdem esse oportet, ut, præter al-
legatos in *§. Etenim quoties in fin.*, tradiderunt *Soccin. Jun. cons. 86. per tot.*, & præsertim *numer. 43., & seqq., Roland. cons. 49. numer. 48. lib. 4., Cravet. cons. 991. num. 9. & seqq., Spad. cons. 251. num. 6. lib. 2., Riminald. Jun. cons. 339. num. 64., Balduc. ad Roman. cons. 22. n. 43. & num. 45., Rot. coram Zarat. decis. 73. num. prim., in rec. decis. 347. num. 13. part. 12., decis. 535. nu. 7. part. 14., in d. Romana fideicommissi 20. Junii 1712. §. Quintam igitur coram R.P.D. Ansaldo.*

Hujus autem generis probationes desiderantur in casu nostro; dictam enim arctam custodiam Amasiæ in schemate concubinatus non probant nonnulli Testes exadverso indu-
cti, nam, quum quæritur de filiatione, & cu- 54
stodia ventris, oportet, Testes attingere tempus conceptionis, illosque integræ omnino fidei esse, *Alexand. cons. 82. n. 3. lib. 1., Riminald. Jun. cons. 363. num. 85., & seqq., Rot. in rec. decis. 429. n. 18., & seqq., d. 544. n. primo par. 19., in Romana filiationis super bono Jure 8. Aprilis 1707. §. Et quidem in princ. coram bon. mem. Omanna, & in alia Romana filiationis 21. Novembris 1710. §. Quin suffragari coram Rmo Aldrovando*, quales certè non sunt quinque ex illis, cum non attingant d. tempus conceptionis Sor. Mariæ Costantiæ ideoque non excludant quod Sor. Maria Constantia ex alio Viro suscipi potuerit, *Rain. cons. 92. n. 8. lib. 3., Bero. cons. 167. n. 10. lib. 2., Paleot. de noth. & spur. cap. 24. n. 2., Gratian. discept. 562. num. 30. 60. & 61., Sperell. decis. 174. num. 13., Rot. in rec. decis. 164. num. 4. par. 3. decis., 347. nu. 8. part. 12., & in Romano fideicommissi 18. Junii 1700. §. Et sanè cum duob. seqq. coram Rmo Molines, confirmata 20. Junii 1712. §. Certius autem cum seqq. coram R. P.D. Ansaldo.*

Alii verò tres Testes de d. tempore deponentes, sunt Constantia Curietta Mater Sor. Mariæ Constantiæ, Elisabetha Bacchina, & Lazarus Maria Balduinus; Porrò quod attinet ad primæ testimonium, illud nullo numero habendum esset, tum quia est Sororis Mariæ Mater, tum quia habet maximum interesse in Causa, in qua ex depositione sua maximum commodum consequutura est, ex deductis in *§. Percurrendo autem*
Et prætereà, si contrarietas non modicè lædit 55
fidem Testium, *leg. eos qui diversa ff. ad leg. Corneliam de fals.*, ità quidem, ut etiam si illa conciliari posset, semper tamen eos suspectos, & infirmos reddat, ut post antiquiores tradit *Bero. quæst. 84. n. 5. vers. & quamvis, Castald. consult. 29. n. 5., Rot. in rec. d. 266. num. 8. par. 18., decis. 73. n. 20., decis. 100. n. 4. part. 19. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de servit. decis. 34. nu. 18., & in conflict. leg., & ration. d. 5. n. 6.*, procul dubio D. Constantia Curietta, tametsi non esset mater Sor. Mariæ, nullumque ex deposi-
tione sua commodum consequeretur; nihilo- 56
minùs integræ fidei testis censeri non posset, dum in substantialibus discordat à Lazaro Maria Balduino, hic enim ait, illam prægnantem effectam fuisse dum inhabitabat domum existentem in Platea *di Monte d' oro*, Constanstantia verò affirmat se compressam à Marchione Nicolao Maria quando habitabat domum sitam è conspectu Spiritus sancti, ex primo cum illo complexu concepisse Sor. Mariam, hi autem Testes, instar falsorum Testium, qui accusaverant Susannam, quorum unus sub arbore Fici, alter verò ajebat, eandem in adulterio deprehendisse sub quercu, dicuntur contrarii in substantialibus, ideoque nullum probationis gradum constitue-

re pussunt, ut hoc exemplo adducto, tradit
*Bald. in leg. de quibus n. 120., & num.123. ff.
de legib., Præposit. in Canon nihilominus n 8.
vers. unde si volo probare caus. 3. quæst. 9., Ancharan. cons.277.num.6. vers. non obstat, Farinacc. de Testib. qu. 64. num. 19. & num. 225.*,
& sane si in istiusmodi Causis vis est in tempo-
57 re, ideoque Testium depositiones præcisè percutere debent illud conceptionis, hinc sequitur, quod, si iidem in eo discordent, ipsorum
testimonio probata dici nequeat filiatio adversus eum, qui, excluso asserto Filio naturali, vocatur ad legitimam Defuncti successionem, ad
tradita per *Purpurat. cons. 498. num.2., clar.
mem. Card. de Luca de Benefic. disc.15. num. 7.,
Bonden. collect. legal. 6. num. 60. lib. 1., Rot. coram
Buratto decis.686.n.5., coram san. mem. Alexandro VIII. decis. 16. num. 17., & seq., coram
Card. Cels. decis. 19. num.2., in Romana Fideicommissi 20. Junii 1712. §. Certius autem coram
R.P.D. Ansaldo.*

Quod verò attinet ad Elisabetham Bacchinam, præter exceptiones, quibus illam perstrinximus in §. *Non obsimili exceptione*, contrà eandem urget tum contrarietas cum altero
Teste Lazaro Balduino, tum etiam quòd de-
58 ponit solummodò de auditu à Curietta, & Ursula ejus Matre, nempè d. Curiettam, defloratam tempore, quo habitabat domum positam è conspectu Spiritus Sancti, ex primo concubitu concepisse; Itaque, tamquam simplex
Testis de auditu, nedum non constituit superlativam illam probationem, in hoc Judicio requisitam; Verùm nec etiam ullam semiplenam probationem præbere posset, ut ad rem
firmat *Rota coram Carillo decis.136.numer.11.,
coram Bi b decis. 633. nu.6., in rec. decis. 164.
num.8. vers. Præterea part. 3., decis.167. num.11.
part 8., decis.43. num. 13. par.17., decis. 544. nu.3.
part. 19., & in Bononien. Juris honorifici 24.
Januarii 1698. §. Tales autem coram bon. mem.
Ursino*, maxime quia ipsa est Testis de auditu
59 à Testibus interesse habentibus, qui sane Testes si ob proprium interesse nihil probare censentur, multo minùs probare poterit Testis de auditu ab illis; Satis enim videtur absurdum illos
admitti, quorum repellerentur Auctores, ut in
proposito definivit *Innocent. III. in Cap. licet
ex quadam 47. vers. nec infamibus, & suspectis
de Testib., & sequuntur Surd. cons.135. num.69.,
Farinacc. de testib. quæst. 69. nu. 85., Rot. coram
clar. mem Card. Cerro decis. 827. num. 2., &
in rec. decis.8. num.21. part. 12.*

Præterea, tametsi præfata Testis hisce exceptiooibus non repelleretur; nihilominùs non
probaret arctam custodiam ventris, in hoc Judicio requisitam, quippè res non est de Mulie-
60 re, ab Amasio domi retenta in vero schemate
concubinatus, quæ assiduè spectata illius oculis, difficilius eidem fucum facere potuerit, ut
etiam non versamur in alio casu, in quo Mulier, licèt asservaretur in separata domo, hæc
tamen cuicumque esset clausa, ita quidem, ut
eadem, veluti claustro mancipata, pervigiles sui corporis custodes haberet rigidas mulieres, quarum fidei Amasius eam commisisset,
juxtà illud Poetæ:

At tu casta precor maneas, sanctique pudoris
Assideat Custos sedula semper Anus.

quibus fortè casibus, benignius favore filii, ex
hujusmodi Muliere suscepti, pro ventris custodia præsumendum esset; At alitèr res se
habet in casu nostro, quia Constantia semper,
& quidem tempore etiam conceptionis, habitavit seorsim à Nicolao Maria, qui ejusdem domus clavem retinendo, liberum quidem ad
eam habebat accessum, sed non idcircò aliis
præcludebatur possibilis ad eandem aditus; ad
id verò probandum satis esset proferre testimonium præfatæ Elisabethæ Bacchinæ, quæ ait,
quod, vivente Ursulà, Matre Curiettæ, hæc
non à Marchionis sed à Matris nutibus pendebat, quodque, nonnisi post illius obitum, qui
contigit duos circitèr post annos à die puerperii, Marchionis jussibus subiici cæpit, dum verò interrogata de custodia, respondit, quod ab
Amasio retinebatur *custodita, e ristretta*, id declarat illis subjunctis verbis, *e quando ho detto
di sopra, che d. q. Marchese Pallavicini ha tenuto custodita, e ristretta d. Costanza, non hò
inteso, che ci abbia tenuto le Guardie, e Persona alcuna per custodire d. Sig. Costanza, ma solo
ho inteso dire, che d. Signora Costanza dopo la
morte di d. q. Orsola sua madre; ha prestato
sempre una grand obbedienza al d. q. Marchese,
mentre, toltone i giorni festivi, nè quali d. Signora Costanza usciva per andare à M ssa, in
altri tempi se voleva uscire per venire à trovar
mè, conforme lo faceva piu volte, ò pure se voleva andare à comprar qualche volta tele, o robe per vestire, sempre domandava licenza al
d. qu. Marchese*= En igitur, quod ex dicto istiusmodi Testis prorsus excluditur rigorosa custodia ventris, dum, vivente Ursula, & in tempore conceptionis, Constantia non retinebatur *custodita, e ristretta dal q. Marchese Pallavicino*, sed erat sub curà Matris, cujus custodia ante tempus, & tempore conceptionis, quo
Mater nihil vel de filia, vel de Amasio suspicari poterat, laxior certè erat; Imo vero, si
juxtà depositionem ejusdem Testis, arcta illa
custodia, quæ post mortem Ursulæ à Marchione adhiberi cæpit, ad id solum redigitur, quod
Amasia injussu Amasii è domo non egrediebatur, nec per Urbem vagabatur, ex hoc inferri
dumtaxat potest, quod illi prohibitus erat egressus, non autem aliorum ingressus ad ejus domum, in qua cum ea non cohabitabat Marchio Nicolaus Maria, bis, vel ter dumtaxat
per hebdomadam ad eam accedere consuetus,
ideoque nemo non videt, quàm facile eidem
fuerit reliquis hebdomadæ diebus alios viros
admittere; at verò, si talis ad eam aditus patere potuit tempore, quo illa à Marchione Nicolao Maria custodita dicebatur, quid censendum erit, quando vivebat sub laxiori curà Ma-
tris, & quidem tempore percutiente conce- 61
ptio-

ptionem, quo sanè tempore si rigorosa ista cu-
stodia excluditur depositione ipsa præfati Te-
stis, concludenter probata dici nequit asser-
ta Sor. Mariæ filiatio = ; per ea, quæ tradunt
*Surd.conf.552.n.23., Cresp. de Valdaura obser-
vat.23.num.5.& duob.seqq., Rot.in rec.dec.164.
num.4.& 5. part.3., decis.347.num.6., & seqq.
part.12., decis.43.num.8.part.17., decis.100.nu-
mer.6., & decis. 544. num. 4.part.19., & in d.
Romana filiationis coram Reverendiss. Aldro-
vando §. 14.*

Sed apertiùs possibilis iste aliorum Virorum
accessus ad Amasiæ domum probatur tum ex
eo, quod Ursula, Constantiæ Curiettæ Mater,
Cantatricis artem exercebat, proindeque justâ
ratione affirmare possumus, quod hujus con-
ditionis mulier vocis lenocinio tam Domi,
quam in Theatris, Hominum aures, animos-
que permulcere assueta, rigidâ severitate Do-
mum suam minimè custodiret, Viros ab illa
penitus propulsando, per ea, quæ considerant
*Natta conf.205.nu.2.in fin., Rota apud Marche-
san. de Commiss.part. prima fol.1184. num.3., in
rec. decis. 289. n. 2.part.1., decis.105.numer.8.
part. 9., decis. 263. n.13. part.12., d.125.n.31.
part.15., d. 100. numer. 5., & seqq. part. 19.,*
Tum etiam ex eo, quod tam Elisabetha Bac-
china, quam præfatus Lazzarus Balduinus af-
firmant, quod de mandato etiam Nicolai Ma-
riæ semper ad Constantiæ Domum plures ac-
cesserunt Viri, & primò quidem præfatus Bal-
duinus, floridę tunc ætatis juvenis, atque etiam
alter ejusdem famulus, nominatus Joannes Ba-
ptista, & denique Hieronymus illius Coquus,
ut de eo deponunt tum Balduinus, tum etiam
Elisabetha Baccbina ; Præterea pluribus aliis
famulis Marchionis Nicolai Mariæ ad illam pa-
tebat aditus, semel, & bis in die ad eam ac-
cedentibus, ut in hodierna Facti §. 18. & *seqq.*,
& denique tempore conceptionis retinebat fa-
mulum ejus familiari servitio addictum, nun-
cupatum Joannem Tostum, non quidem in-
gravescentis, sed robustæ triginta novem an-
norum ætatis Virum ; Ex hoc autem frequenti
accessu, & familiari commercio tot Virorum
exclusa proculdubio dicitur arcta illa custodia
62 ventris, ex qua baberi possit certitodo filiatio-
nis, ut præter mox allegatos observant *Bald.
conf.437. vers. Titius babet sejam lib.5., Natta
conf. 205. num. 2., Spad. conf. 251. numer. 1.
lib. 2., Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. di-
scept.562.num.6., Rota coram Carillo decis.334.
num. 1., in rec. decis. 429. num. 2. & num. 7.
part. 19., in d. Romana filiationis coram Rev:
Aldrovando §. 15.*

Frustrà verò diceretur, dictam arctam cu-
stodiam violatam censeri non posse accessu fi-
milium Personarum quæ tùm ratione ipsorum
status, & conditionis, tùm etiam ratione ne-
cessarii servitii exhibendi Amasiæ, jussu Ama-
sii ad illius domum accedere consueverant,
ideoque hoc casu benigniori interpretatione fa-
vore filiationis concurrere censenda sit suffi-
ciens probatio custodiæ, etiàm sine probatione
negativæ coarctatæ possibilis aliorum accessus 63
ad Mulierem, præsertim, si non agatur de Mu-
liere vilis conditionis, de cujus inhonestate,
& commercio cum aliis Viris doceatur, quia,
ut huic objecto opportunè occurrendo, ait *Ro-
ta in dicta Romana filiationis coram Reverendis-
simo Aldrovando §.15.*, prò relaxando rigore
custodiæ oportet, quod certitudo filiationis ex
illa resultans, suppleatur vel ex agnitionibus at-
que tractatibus, celebratis in actibus proportio-
natis, & qui non nisi contemplatione filiatio-
nis expleti dici possint, prout essent donationes
aut legitimationes asserti Filii, vel præpoten-
tiâ Viri, quâ custodita dici queat domus, & 64
venter Amasiæ, licèt ex hac nonnisi fallax eli-
ci possit præsumptio, cùm non rarò Mulieres
fucum faciant principibus, ac præpotentibus Vi-
ris, illisque obtrudant prolem, ex alieno com-
plexu susceptam, juxtà plurima exempla, de
quibus tùm apud alios, tum etiàm apud nostros,
hæ autem circumstantiæ deficiunt in nostra
hypothesi, quippè nullæ afferuntur hujus ge-
neris agnitiones, & Marchio Nicolaus Maria
exterus, & privatus Negotiator æquiparari ne- 65
quibat præpotentibus Viris, quorum nomine
Sacra Rota loco mox citato comprehendi posse
censens primi dumtaxat Ordinis Magnates, ta-
lem minimè reputavit Baronem possidentem
Castrum jurisdictionale, Marchionatus digni-
tate decoratum ; nil itaque mirum, quod ea-
dem *Sacra Rota* censens, custodiam istam læ-
di quocumque accessu similium Virorum, il- 66
lam excludi, & filiationem dubiam reddi, du-
xit ex solo accessu unius famuli, ut apud *Carill.
decis.136. num.15., in Recen. decis.189. n.2.
par.1., decis.263. num.1., & 13. par.12., de-
cis.100. num.4. §. Quinimmò par.19. tom.1., &
decis.544. num.4. eadem par.19. tom.2.*, & sæ-
pius alibi.

Eò verò minùs in nostra hypothesi beni-
gnior ulla interpretatio favore filiationis admit-
ti potest, quia arcta custodia, ad hunc effectum
desiderata, suspecta redditur mendaciis, & con-
trarietatibus dd. Testium, & præsertim ex de-
positione ipsius Constantiæ, quæ ait, sè à Mar-
chione Nicolao Maria compressam, gravida-
tamque fuisse, dùm inhabitabat domum è con-
spectu Spiritus Sancti Urbis, quod tamen falsum
omninò esse, ostenditur evidentiâ Facti, demon-
stratâ in hodierna Facti Informatione §. 19.,
quà enim ratione, aut quo colore quispiam
recto sensu præditus suadere sibi unquam pote-
rit, quod Mulier in facto proprio, & quidem
omnium gravissimo, quo per stuprum sibi il-
latum in infelicem, deterrimumque statum
deducta fuerat, adeò palmari errore labi po-
tuerit, ut oblita fuerit loci, & temporis, quo
vitium sibi illatum fuit ? Profectò, si ex no-
tatis in *§. Quamobrem, cum denominationes
post medium*, similes Testes, adeò graviter
errantes in deponendo facto Tertii, non pro-
barent, ferenda certè non erit D. Curietta,
enormissimè errans in facto proprio, & qui-
dem omnium gravissimo ; tantum namque
men-

mendacium non solùm fidem omnem illi adi-
mit,ut firmatum fuit in §. *Exceptionibus hisce*,
sed apertè patefacit, illo colorare voluisse cu-
stodiam ventris, quam excludi sentiebat, si
falsa fuisset, se cognitam extitisse, atque con-
67 cepisse dum habitabat domum *al Monte d'Oro*,
in qua liberior ad eam datus accessus plurimo-
rum virorum, & in qua ejus servitio addictus
detinebatur famulus robustæ ætatis, quod sanè
liberum,& frequens tot virorum cummercium
in Amasiæ domo, juxtà animadversa in *hodier-
na Facti* §.21. & *seq.*, tollit custodiam illam,
quæ omninò requiritur prò habenda certitudi-
ne filiationis ad effectum consequendi plena-
riam successionem, ut probavimus superiori-
bus locis; Quæ argumenta eò fortius urgere
videntur in casu nostro, quia desumuntur ex
Testibus inductis ab ipso Monasterio S. Bernar-
dini Urbis confirmantibus d. possibilem alio-
68 rum virorum accessum, ideoque pleniùs con-
trâ illud probant *Rota coram Dunoz. Jun. de-
cis.*812. *num.*12., *coram Card. Cels. decis.*150.
*num.*6., *in Recen. decis.*36. *num.*4. *par.*19., *in
Mantis. ad clar: mem: Card. de Luc. de Benefic.
decis.*9. *num.*3., *de Jurepatr. decis.*49. *num.*7.
*decis.*72. *num.*16., & *decis.*73. *num.*6., *de re-
gular. decis.*3. *num.*20., & *in consitil leg. &
ration. decis.*17. *num.*12.

Jam verò plenè his omnibus demonstrato,
quod pro habenda certitudine filiationis, in
hoc Judicio requisita, exposcatur concludens
probatio arctæ custodiæ ventris, quodque ea-
dem haberi nequeat ex supra relatis Testibus,
frustra in contrario Voto nonnullæ conglome-
rantur conjecturæ, & præsumptiones, ex qui-
bus talis probatio erui, vel suppleri contendi-
tur; Alibi namque ostensum fuit, argumenta
desumpta ex denominationibus, alimentorum
præstatione, atque dotatione, æquivoca prorsus
esse; at longè magis æquivocum, atque infir-
mum est illud desumptum ex eo, quod Con-
stantia Curietta anno 1690. è Monasterio San-
69 ctæ Crucis adLungariam traducta fuerit ad do-
mum Ursulæ Matris, inque ea sequenti anno
conceperit ex complexu cum MarchioneNico-
lao Maria Sor. Mariam Constantiam; Verùm,
prçterquamquod in hujus facti expositione plu-
ra adferuntur non vera, ex notatis in §.28. ho-
diernæ Informationis, respondetur ex hoc in-
ferri non posse arctam custodiam ventris, re-
quisitam tempore præciso conceptionis, con-
trarium namque demunstratur in §. sequenti
dictæ Informationis, & latè dictum fuit in
§. 19. *cum pluribus seqq.*

Ut etiam parvi refert, quod Marchjo Nico-
70 laus Maria retineret claves domus, in qua de-
gebat Amasia, quodque eadem frequenter ac-
cedere consueverit ad illam Marchionis Nico-
lai Mariæ, cum quo discumbebat, quia, ut be-
nè in hodierna Facti §. 34. & *seqq.*, talis cla-
vium retentio probat solùm Marchionem Ni-
colaum Mariam habuisse facultatem liberè ac-
cedendi ad domum Constantiæ, id autem se-
cum non fert custodiam, quâ aliis prohibitum
fuerit ad eandem domum accedere tempore,
quo ipse aberat, potissimum, quia, nonnisi
bis, vel ter per hebdomadam illam invisere
consuevisse dicitur, cumque ageretur de viro,
amplæ negotiationis occupationibus detento,
plures erant in hebdomada dies, & horæ, in
quibus cum moraliter impossibile illi esset ad
dictam domum accedere, liber proinde aliis
patere poterat ad eam aditus, præsertim quia
in dicta domo duæ aderant Januæ, quæ die
semper patebant, &, ut deponit unus ex Testi-
bus, Marchio retinebat clavem solius cancelli,
& denique quod magis urget, diù, noctùque in
eadem domo aderant famulus robustæ, ac ve-
getæ ætatis; Parvi verò refert, quod Constan-
tia accedere soleret ad Palatium Marchionis
Nicolai Mariæ, quia id probat dumtaxat, libe-
riorem sui copiam illi identidem fecisse, at
nullo pacto confert ad probandam arctam cu- 71
stodiam ventris, maxime quia de tali accessu
Constantiæ ad domum Marchionis Nicolai
Mariæ tempore percutiente conceptionem as-
sertæ filiæ deponit Balduinus dumtaxat, qui
tamquam unicus, non probat, ex deductis in
§. *Nilque turbat.*

Debilior est conjectura in contrario Voto
elicita ex similitudine, quâ Soror Maria Con-
stantia referre dicitur Nicolaum Mariam, as- 72
sertum Patrem, nam tale filiationis argumen-
tum fallacissimum dicitur à Doctoribus, ut
apud *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius
par.*3. *verb. Filium ex eo suscipiens num.*6. *de
Testam.*, *Menoch. de arbitrar. lib.*2. *cas.* 80.
*num.*97., *Lup. de illegit. comment.*2. §.1 *n.*47.
vers. traditur insuper, *Tiraquell. ad leg. Con-
nub. leg.*7. *num.*52. *vers. Illud autem*, *Caranza
de Part. natural.*, & *legit. cap.*2... *à num.*42.
vers. quinto quæritur, *Gratian. discept.* 567.
*num.*37., *Castald. consult.*205. *num.*13. *lib.*2.,
late *Scopp. ad Merlin. Pignatell. contr.*185.
*n.*92. *centur.*2., *Rot. coram Carill. decis.*136.
*num.*13., *in Recen. decis*164. *num.*7. *par.*3.,
& *decis.*544. *num.*7. & *seqq. par.*19.; Imò ve-
rò persæpè etiam Filii ex adulterino complexu
suscepti, præsumpti, non autem adulterini 73
Patris effigiem repræsentare dicuntur, id effi-
ciente in Muliere conscientia criminis, illius
fantasiæ objiciente viri, quem facinore lædit,
imaginem, *Gloss. in leg. quæret aliquis ff. de
verbor. signific*,, *Jason. in leg. Gallus in princ.
ff. de liber. & posth.*, *Menoch. de arbitrar.
cas.*89. *n.*98., *Asin. in prax. par.*2. §.1. *cap.*14.
*num.*6., *Gratian. discept.*567. *ex n.*32. *ad* 38.,
*Rot. in recen. decis.*344. *num.*8. *par.*19, eoque
certius hæc conjectura minimè admittenda vi-
detur in casu nostro quia unus ex Testibus de
ea deponens, adeò affectatè, adeoque inveri- 74
similia loquitur, ut ejus depositio audienda
non videatur, ut in casu longè difficiliori tra-
dunt *Vermigliol. cons.*74. *num.*4., *Pignatell.
consult. canon. tom.*9. *consult.*9. *num.*10., *Rot.
inter collect. à Palm. Nep. decis.*30. *num.*19.,
& *in Mantiss. ad clar: mem: Card. de Luc. de
Jurepatr. decis.*72. *num.*15.

Par-

Parvi etiam facienda est fama publica, prò conjectura filiationis in Voto allata, quia Testes de ea deponentes, ut aliquid concludere possent, exprimere deberent, à quibus audierint, quod d. Soror Maria Constantia fuerit Filia Marchionis Nicolai Mariæ, ut dignosci posset, an hæc fama ex vero principio, vel ex falso rumore, & causa promanaverit, *Rot. coram Mantic. decis.159. num.7., coram Cavallo decis.136. num.4. & 21., coram Card. Cerro decis.827. num.3., in Recen. decis.167. num.4. par.8., decis.8. num.22. & seqq., & decis.347. num.28. par.12., decis.43. num.11., decis.100. num.19. & seqq. par.19.*

Prout etiam nullum concludens filiationis
argumentum præbet fides desponsationis, quæ
75 à Nicolao Maria data dicitur Amasiæ, quia,
tametsi id probaretur, assertæ illius Filiæ prodesse non posset, quippè in hodiernâ quæstione agitur de habendâ certitudine Patris ex arctâ custodiâ ventris, quæ in nostro casu exclusa tot facti demonstrationibus, probari nequit istiusmodi sponsione, cujus præterea probatio deficit, cum ad hunc effectum frustrà adferatur depositio ipsius Constantiæ, quia ipsa
76 nedum deponit ad proprium dedecus minuendum, suamque labem quæsito colore velandam; Verùm præterea loquitur ad suum commodum, utilitatemque, atque etiam quia ex ipsius depositione evidens, & apertum reddi-
77 tur, talem sponsionem illi factam, dum comprimebatur, peractam quidem ab Amasio fuisse, ut faciliùs eandem induceret ad se ipsius libidini prostituendam, non autem animo contrahendi Matrimonium, ut eventus demonstravit, nam Nicolaus Maria post stuprum illi illatum, egit de eadem desponsanda cuidam viro viduo, *ut ex nostro Summario*, & spatio viginti quatuor annorum, quo supervixit, non adimplevit sponsionem istam, utpotè fictam, & absque animo sè sè obligandi emissam, per ea, quæ tradit *Sanchez. de matrim. lib.1. de sponsal. disput.9. num.3.*

Nec ullius momenti est testimonium Elisabethæ Bacchinæ, & Angelæ Sartoriæ, de hac promissione deponentibus, quia præter exceptiones, quibus superioribus locis illas perstrinximus, eædem non sunt contestes, sed singulares, &, quod magis est, Sartoria deponit, audivisse ab eadem Constantia, quod volebat Matrimonium contrahere cum aliquo viro, ut ab improba, quam ducebat, vita, ad meliorem frugem sè sè revocaret = *mentre non teneva vita matrimoniale con detto Marchese Pallavicina* =, *ut ex nostro Summario*, hæc autem si conjungantur cum tractatu illam alii desponsandi, & cum nunquam subsecuto adimplemento dictæ promissionis, clarè evincunt, quod illa
78 tametsi à Nicolao Maria facta fuisset tempore,
quo vehementi libidine conflagrabat, ut fuco istiusmodi promissionis illam violaret, id tamen non concluderet arctam custodiam ventris, omninò requisitam prò habenda certitudine filiationis, ex latè deductis superioribus locis.

Quâ deficiente, parùm denique urget renunciatio per interpositam personam ab eodem asserto Patre procurata, quia non ipse, sed Joannes Pallavicinus de Mediolano, & Francisca Lera Conjuges in illa enunciantur Parentes Sororis Mariæ Constantiæ, eademque facta non legitur ipsius favore, & denique ex tali actu inferri solùm posset, quod Nicolaus Maria hac cauthelâ sè immunem reddere voluerit à quacumque molestia, quæ quoquo modo ipsi, vel ejus Heredibus inferri potuisset sub obtentu prætensæ filiationis, deductæ ex eo, quod D. Adversaria nata fuerit tempore, quo commercium habebat cum ejusdem Matre.
At verò, si ex actibus prò majori dumtaxat
cautela gestis, nulla facti probatio desumi, 79
nec Juris effectus sequi potest, ex firmatis per *Rotam coram Dunoz. Jun. decis.530. num. 24., in Recen. decis.472. num.43. par.19., in Melevitann Pecuniaria 19. Junii 1702. §. Quoniam posthabitâ coram R. P. D. Ansalde, & in Spoletana Cauthelæ Angeli super imputatione fructuum 26. Junii 1713. §. Siquidem coram eadem*, quonam pacto ex istiusmodi renunciatione à Marchione Nicolao Maria tot cautelis procurata pro se eximendo à molestiis omnibus, quas ullo unquam tempore pati potuisset, argui poterit, quod ipse in filiam agnoverit Mariam Constantiam, &, quod magis est, hinc resultet certa illa probatio requirens arctam custodiam ventris?

Quæ cum in nostra hypothesi deficiant, frustrà in contrario Voto pro exonerando Monasterio ab istiusmodi concludentium probationum genere dicitur, quod eædem requirantur, quando agitur de filiatione probanda ad effe-
ctum consequendi plenariam successionem, at 80
aliter res sè habeat in casu nostro, in quo contenditur de solis duabus unciis, loco alimentorum à Lege præservatis Filio in hereditate Patris naturalis, sinè testamento, & prole legitima defuncti; Animadversio namque ista minimè officit Rev: Cameræ; Primò, quia Soror Maria Constantia occasione suæ professionis recepit Dotem & quidem duplicatam, ideoquè, utpotè jam vigore dictæ dotis consequuta congrua alimenta, pro illis obtinendis agere amplius nequit adversus hereditatem, & Bona asserti Patris. Et sanè, si Filia legitima congruè dotata, hac actione careret, *Cravet. cons. 189. n.10., Surd. de aliment. tit.4. quæst.20. num.4., Castill. eodem tract. cap.16. num.13. ibique Mel. in addit. num.3., Rot. in recent. decis.94. num.9., & decis.413. num.7. par.14., decis.369. num.9. & 10. par.18., & coram bonæ memoriæ Emerix Jun. decis.391. per tot.*, potiori certe Jure Filia naturalis ob dotem congruam jàm receptam, exclusa ab alimento-
rum consecutione, per ea, quæ tradunt *Bartol.* 81
in leg. Ità num.7. ff. de his quib. ut indign., & in Auth. ex complexu num.4. Cod. de incest. nupt., & in leg. Mævius num.18. ff. de legat.2., Ripa in leg.1. num.61. ff. solut. matrim., Menoch. cons.60. n.4., Covarr. de Sponsal. par. 2. cap.8.

cap.8. §.6. num.11., *Tiraquell. de Jur. Primog.*
quæst.62. num.12., *Surd. de aliment. titul.1.*
quæst.10. num.9., *Marescot. variar. resol. lib.2.*
cap.83. num.34., *Merlin. de legit lib.1. tit.2.*
quæst.5. num.22., *Lucidor. de illegit. cap.19.*
& seqq., inquiens, Filiam naturalem consequi
non posse ex hereditate paterna dotem simul,
& alimenta, *Rota in recen. decis.362. num.6.*
par.18., *& coram bon: me: Emerix Jun. decis.*
391. num.1.; Exclusa etiam censebitur conse-
cutione sextantis, ut in contrario Voto, loco
alimentorum subrogati; Præterea Monaste-
82 rium, utpote agens ad universalem successio-
nem in tota hereditate, eo sub colore, quod
Soror Maria Constaotia per ingressum, & pro-
fessionem in Religiooe, legitima effecta fue-
rit, ut in dicto *Voto artic.3. §.28.*, hinc sequi-
tur, quod si idem minime acquiescens senten-
tiæ D. Auditoris, eidem decernentis duas dum-
taxat uncias, ab ea appellavit, eas adferre co-
gatur probationes, quæ in Judicio plenariæ
successionis plenè concludant filiationem, ex
deductis superioribus locis.

Secundò respondetur, quod, omisso, an
dd. duæ unciæ Filio debitæ in Bonis Patris na-
turalis à Jure illi præservatæ dicantur nec ne
83 loco alimentorum? vel potiùs debeantur tam-
quam quota hereditatis, petenda in Judicio ple-
nariæ successionis, requirente plenas probatio-
nes; nihilominùs Monasterium ab illarum
onere non relevaretur, exemplo Legitimæ in
Bonis paternis debitæ Filiis legitimis, & na-
turalibus, quæ tametsi succedat loco alimen-
torum, ex traditis apud *Surd. de aliment. tit.7.*
quæst.11. num.6., nihilominùs, si Filius pro il-
lius consecutione agat contra Bona Patris, &
dubitetur de ejusdem filiatione, in dubium ve-
84 nire nequit, quin de ea docere debeat proba-
tionibus in suo genere perfectis, sive Legitima
dicatur portio Bonorum, sive hereditatis, per
ea, quæ latè disputantur apud *Merlin. de legi-*
tim. lib.1. tit.1. quæst.2. per tot., ob eam ra-
tionem, quod Legitima includat jus irrevoca-
bilis successionis, & acquisitionis pleni domi-
nii Bonorum omnium, quæ in hanc causam
Filio debentur; Quamobrem, cum in casu
nostro non agatur de illi decernendis tempora-
riis alimentis, sed quæstio sit de filiatiooe in
85 Judicio decisorio pro consequendis ab heredi-
tate asserti Patris alimentis perpetuis cum ir-
revocabili acquisitione plenarii dominii, &
proprietatis dd. duarum unciarum, hinc est,
quod requiraotur undique concludentes proba-
tiones, ut, omissis generalibus, benè in his
terminis tradit *Rota in sæpiùs citata Romana*
filiationis 21. *Novembris* 1710. *§.2. coram Re-*
verendissimo Aldrovando.

Non immoror auctoritatibus allegatis in di-
cto tertio articulo *Voti §.22.*, & præsertim
Voto, à bon: mem: *Pierio* edito in Causa *de*
86 *Buccabella*, relato post *Torr. de Majorat.*, *&*
Primogen. Ital. in ordine il 73., in quo casu
admissæ fuerunt probationes filiatioois, etiamsi
non concurreret rigorosa probatio custodiæ
ventris, quia illa superlativè coostabilita vi-
debatur ex eo, quod Jordanus Buccabella,
Dominicum, tamquam Filium penes se ab
infantia educaverat, & uti talem semper illum
tractaverat, tamquam Pater eundem legiti-
mari obtinuerat, uti suum Filium in statu ani-
marum describi curaverat sub nomine Domi-
nici Buccabellæ, hoc titulo, & nomine eun-
dem heredem in testamento instituerat, &,
quod magis est, undecim mensibus antequam
moreretur, Bonorum omnium possessionem
iu eum transtulerat, & denique nedum à Con-
sanguineis omoibus, sed à tota Urbe tamquam
Filius Jordani reputabatur, atque tractabatur,
ideòque nil mirum, si ejusdem filiatio, tam-
quam concludenter probata, admissa fuit, præ-
sertim ad exclusionem Fisci, contra quem præ-
terea urgebat prævalida illa ratio quod, qua-
tenùs ex defectu probationum illa exclusa dici
potuisset, aderant Consanguinei Defuncti in-
tra decimum gradum, qui à Dominici here- 87
ditate Fiscum exclusissent, hæc autem omoia
deficiunt in casu uostro, desiderantur enim
solemoes illæ, atque univocæ aguitiones io
Filiam Sororis Mariæ Constantiæ, ideòque
cum agatur de hereditate Illegitimi defuncti
sioe testamento, & sinè Proximioribus ex la-
tere materno, ejus hereditas Fisci ratiouibus Ju-
re vindicatur.

Quamquam verò tot argumentorum gene-
re exclusa, vel saltem dubia redditâ probatio-
ne filiationis Sororis Mariæ Constantiæ, fru-
strà ex ejus Persona Monasterium, ejusque
Mater agant pro consecutione dd. duarum un-
ciarum, attamen, quando etiam alle ta filia- 88
tio concludenter probaretur, non idcircò eas-
dem duas uncias ex d. hereditate consequi pos-
sent, quippè illæ decerpuntur ex intestata he-
reditate Patris naturalis sine testamento, &
prole legitimâ defuncti, quando Filius natu-
ralis in schemate concubinatus susceptus repe-
ritur, ex *Auth. licet Cod. de natural. liber.*,
in qua sic disponitur = *ab intestato verò cum de-*
sit proles civilis, nec supersit Conjux legitima,
si naturales ex Concubina extant, quæ sola fue-
rit ei indubitato effectu conjuncta, in duas pater-
næ substantiæ uncias succedant, ut Matri inter
eos virilis portio, si superest, detur =; ex quo se-
quitur, quod, cum Constantia Curietta à Mar-
chione retenta minime fuerit in figura Concu-
binæ, eo quod deficiant omnia ea, quæ pro
ioducendo coocubinatu requiri tradunt *Fari-*
nacc. de delict. carn. quæst. 138. part. 1. num. 8.
cum plurib. seqq., *Rot. in rec. dec.282. num. 6.*
part.1., ex hoc, inquam, sequitur, quod, defi-
ciente probatione concubinatus, tametsi con-
curreret probatio filiationis, hæc Sorori Ma-
riæ Constantiæ non prodesset, tamquam mi-
nimè susceptæ ex Concubina, cujus dumtaxat
Filiis, non autem soboli ex quacumque soluta
muliere progenitæ Jura oostra deferunt dictas
duas uncias.

Parvique refert, quod hodiè concubinatus
Jure Canonico prohibeatur, ideòque loco Fi-
liorum,

89 liorum, ex eo susceptorum, successisse videantur Filii nati ex soluto, & soluta, qui
proinde censendi sint capaces successionis in
dictis duabus unciis, nam subrogatio ista procedere fortè potest ad effectum, ut similes Filii facilius ad beneficium legitimationis, optante Patre, admitti possint, at non etiam ad
90 effectum consequendi Jus successionis in ulla
parte hereditatis paternæ, ob eam sanè rationem quod intestatæ successiones à Lege deferuntur, *§.1. Instit. de hereditat. quæ ab intest. defer. leg.3. §. De illo ff. pro Socia Oinotim. Instit. civil. lib. 3. tit. 1. num. 15., Sadorin. respons. 36. num.14., Montan. de regal. verb. Bona vacantia nu.7., Fajard. allegat. fiscal. par.1. allegat. 32. num. 133.*; Quamobrem, si Jura nostra successionem deferri noluerunt, nisi Filiis, ex conjunctione à Lege permissa susceptis, Lex autem omnem conjunctionem, præ-
91 ter uxoriam, & concubinariam, effusam concupiscentiam vocitat, ut ex *Textu in §. Si verò effusa usque ad fin. Authen. quib. mod. natural. effic. sui*, ita quidem, ut Filii extra concubinariam conjunctionem nati, tamquam
92 progeniti ex coitu à Jure civili non adprobato,
ideòque impropriè naturales, nec etiam ex testamento Patris, tametsi nulla adesset legitima soboles, capere aliquid possent, ex juribus, & auctoritatibus cumulatis apud *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.3. cap.18. num. 20.*, qui in fine ait, favore istiusmodi Filiorum, impropriè naturalium, prævaluisse opinionem, tradentem, illos capere posse relictum ex testa-
93 mento Patris, ex Judiciorum usu, multum tribuente libertati testandi, si, inquam, Jura nostra istiusmodi Filios penitùs repulerunt à quacumcumque successione, Judicio etiam Patris de-
94 lata, succedere proculdubio nequibunt in dictis
duabus unciis, solis Filiis, ex Concubina susceptis, à Lege delatis, ut post antiquiores tradunt *Peregrin. d. tit.18. num.4., Lup. de illegit. comment.1. §.1. sub num.4., & §.5. nu.7. vers. nihilominùs, Thesaur. Jun. quæstion forens. cap.83. n.2. lib.2., Merend. contr. Jur. lib. 14. capit. 6. per tot., benè Lucidor. de illegitim. in prælud. num.23., Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. art.2. num. 28. §. Nati ex soluto, & ad Gratian. discept.958. num. 7., Rota decis. 524. ad fin. part.2. divers., in rec. decis.199. sub n.1., & dec.600. num.8. part.3.* Ex clara nimis dispositione *Text. in cap.12. §. Si quis autem novell. 89. quib. mod. natural. effic. sui, & de eor. success.* his verbis = *Si quis autem defunctus fuerit legitimâ ei sobole non extante, neque legitimâ Conjuge, non disponens de substantia sua; sit autem ei, donec vixerit, libera mulier in schemate Concubinæ sociata, & Filii ex ea (talibus enim solummodò hoc sancimus, ubi omninò indubitatus est, & Concubinæ in domo affectus, & Filiorum ibidem proles) & alimentum damus eis, & duas paternæ substantiæ uncias &c.* =, *& in Authent. licet indè desumpta Cod. de natural. liber.*

Neque verò hac ex parte à Jure Canonico correctum dici potest Jus civile, ea dumtaxat ex parte abrogatum, quâ concubinaria conjunctio, tamquam legitima, sive à Lege adprobata, permittebatur; Quamobrem, sicuti, 95
si quis ex Concubina Filium susciperet, hic frueretur beneficio successionis, ipsi à Jure civili impartito, utpotè eidem à Jure Canonico expressè non adempto, *Paleot. de noth., & spur. capit.38. numer. 8., Crass. in §. Institutio quæst.7. num.2., Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 3. tit.18. num. 7. & 8., Farinacc. de delict. carn. quæst.137. num.37., Lup. de illegit. comment.1. §.1. num.27. & 28., Lucidor. eodem tract. in prælud. num.21. & 22., Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept. 958. num.6. §. Jus Pontificium, Pereyr. decis. Lusitan. 12. numer. 8.*, sic etiam dicendum erit, quod Sacri Canones Jus novum minimè constituerint, successionem deferendo Filiis impropriè naturalibus,
effusâ nempè concupiscentiâ extrà concubina- 96
riam conjunctionem susceptis; etenim, cum hi careant qualitate illâ, ex qua, veluti ex suo intrinseco principio, & causa, Lex proficisci voluit jus succedendi, tali qualitate deficiente, defici etiam dicuntur jure successorio, *Censal. ad Peregrin. de fideicom. artic. 43. fol. mihi 299. col.1. vers.4. observo in fin.*; quod tam-
quam ex suo fonte, promanat à Lege civili, 97
nulla ex parte à Sacris Canonibus innovata, *Rot. decis.811. num.23. & seq. part.1., & decis.254. num.1. & seqq. part. 2. divers., & in rec. decis.282. num.6. part.1.*; Nec obstant auctoritates allegatæ in eodem Voto *art.3. §.25.*, quia earum aliæ solummodò firmant, natum
ex soluto, & soluta, tametsi domi non reten- 98
ta in figura concubinatus, dici Filium naturalem, eundemque, si fuerit uti talis legitimatus, succedere Patri legitimanti non ex vi solius filiationis, sed ex vi legitimationis; aliæ verò loquuntur de Filio capiente Relictum vigore paternæ dispositionis, qui non est casus noster, & denique si quæ firment, dispositionem Juris civilis loquentem de naturalibus ex
Concubina susceptis, hodiè locum sibi vindi- 99
care in Filiis progenitis ex soluta, attendendæ minimè videntur, utpotè contrariæ veriori, atque communiori Doctorum traditioni innixæ verioribus Juris principiis.

Etenim extra dubium est, quod Jus civile iis tantùm duas uncias ab intestato impertitur, qui ex Concubina domi retenta suscepti sunt,
ut supra probavimus: Et quoties Lex de Filio 100
naturali loquitur, intelligitur de nato in schemate veri Concubinatus, *Bartol. in leg. final. numer.2. ff. de his quib. ut indign., Ripa in leg. ex facto §. Si quis rogatus ff. ad Sen. Consult. Trebell., Natt. cons.623. num.7. libr. 2., Honded. cons.64. num.50. & 53. lib.1., Mantic. de conject. lib.11. tit. 9. num. 22., Fabrot. ad Cujac. in princip. Instit. de adoption. lit. A.* Jus verò Canonicum nihil circa illorum successionem
innovavit: &, quod vulgò dicitur, ex æqui- 101
tate Canonica Naturales reputari quoscumque natos ex soluto, & soluta, inter quos Matri-
monium

monium contrahi poterat, hoc intelligendum
eſt, & bene procedit ad effectum, ut per ſub-
ſequens Matrimonium poſſint legitimari: ut
habetur in *cap. innotuit*, *& ibi Gloſſa verb. con-
jugata de elect.*, *Abb. in capit. Tanta num. 14.
qui fil. ſint legit.*, *Ripa in leg. ſi unquam n. 55.
Cod. de revoc. Donat.*, *Giovagnon. conſ. 59. n. 21.
& ſeqq. lib. 1.*, *Mantic. de conject. lib. 11. tit. 12.
num. 6.*, & in hoc quidem, cum ad Matrimo-
nii effectus pertineat, Jus Canonicum debet at-
tendi; aliàs pauci admodum legitimarentur
per ſubſequens Matrimonium, ut ait *Cacheran.
decif. 153. nu. 11. & ſeq.* & plenè *Rota dec. 190.
num. 14. & ſeqq. part. 9. recent.*; At verò quoad
102 effectum ſuccedendi ſervandum eſt Jus Civile
quod immotum, incorrectumque permanet,
ut Naturales non aliter duas uncias petere poſ-
ſint, niſi fuerint ſuſcepti ex vero concubinatu,
ad formam ipſius Juris Civilis, ut ſcilicet Con-
cubina fuerit unica, publicè ducta, & marita-
li affectu domi retenta ad Liberos procreandos;
ita diſtinguendo docent communiter *Abb. in
d. cap. Innotuit n. 18. de elect.*, *Natt. conſ. 421.
num. 4.*, *Bertazzol. conſ. civil. 91. & 92. nu. 8.
lib. 1.*, *Surd. conſ. 303. num. 8.*, *Cujac. in Cod.
ad rubr. tit. 27. lib. 5. de natural. liber. ſub lit. E.
tom. 5. oper. poſth.*, *Gratian. cap. 77. num. 19.*,
*Barr. de ſucceſſ. lib. 1. tit. 8. ſub num. 17. verſic.
certè*, *Oinotim. lib. 3. Inſtit. de hered. quæ ab
inteſt. defer. tit. de ſucceſſ. natural. numer. 11.
verſ. idem dicendum &c.*, *Houded. lib. 1. con-
ſil. 68. num. 29.*, *Lup. de illegit. Comment. primo
§. 1. num. 4., & num. 28. cum duob. ſeqq.*, *Luci-
dor. eodem tract. in præclud. num. 23.*, *Marcian.
diſput. 29. n. 25.*, *Rota part. 2. diverſ. dec. 254.
per tot.*, *& in rec. dec. 444. num. 9. part. 1.*, *de-
ciſ. 199. num. 3. part. 3.*, *deciſ. 117. num. 28. &
ſeqq.*, *& deciſ. 248. numer. 12. cum trib. ſeqq.
part. 12.*

Cum itaque Soror Maria Conſtantia, tametſi
probaret filiationem, nihilominùs, tamquam
ſuſcepta extra figuram concubinatus, nullo pa-
cto juvari poſſit beneficio legitimæ ſucceſſio-
103 nis in duabus unciis, non eſt, cur ejus Defen-
ſores recurrant ad ſimilitudinariam legitima-
tionem, quam, inſtar illius, quæ olim fiebat
per oblationem Curiæ, induci contenditur per
ingreſſum, & profeſſionem in Religione, ab
ea emiſſam, cujus vigore, veluti plenariè le-
gitimata, capax effecta dicitur tum teſtatæ,
tum etiam inteſtatæ ſucceſſionis in hereditate
Patris naturalis, ex Gulielmo *de Cuneo in leg.
prima Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*, qui id do-
cet, duplici motus ratione, quarum primam
deſumpſit ex *Authent. de Monachis in
princ.*, quâ dicitur, profeſſione in Religione
omnem illegitimitatis maculam aboleri; al-
teram verò deduxit ex ſimilitudine, quam
profeſſio in Religione habet cum oblatione à
Patre facta Curiæ Principis ſecularis, ut eum
104 ſequendo, miſſis aliis, præcisè tradit *Spad.
conſ. 62. num. 11. & ſeq. lib. 1.*, *conſ. 110. n. 14.
lib. 3.*; nam ſi juxta firmata in *§. Parvique re-
fert*, inteſtatæ ſucceſſiones à Lege deferuntur,
ideóque in Jure noſtro ejuſdem capaces effecti
dicuntur ii dumtaxat, qui ex Reſcripto Prin-
cipis, vel per oblationem illius Curiæ legiti-
mati reperiuntur, talis capacitas extendi non
poterit ad eos etiam, qui per fictionem ex ſi- 105
militudinaria iſta oblatione capacitatem deſu-
mere contendunt, *Alexand. conſ. 89. num. 25.
lib. 6.*, *Redenaſch. conſ. 27. num. 11.*, *Tort. ad
Statut. Papiæ in civil. cap. 94. numer. 46. 118.
& 121.*, *Mart. de ſucceſſ. legal. part. 3. quæſt. 6.
art. 2. num. 8.*, *de Philipp. differt. fiſcal. 39. n. 52.
verſ. licet*, *Bonden. collect. legal. 25. numer. 60.
tom. 2.*, *R.P.D. Anſald. in addit. ad deciſ. 12.
num. 42. verſ. de reliquo deciſ. ficul. apud clar.
mem. Card. de Luc. de Feud. art. 4. num. 392.*,
*Rota Florentina in Florentina ſucceſſionis de
Ricaſolis 29. Aprilis 1712. num. 59. coram Do-
mino Auditore Vieri*; Lex enim poſitiva cer-
to caſui, & certæ dumtaxat Perſonæ ſucceſ- 106
ſionem deferens, trahenda non eſt ad alios
caſus, & Perſonas, *Cortiad. deciſ. 258. n. 26.*,
Peregr. de Jur. Fiſc. lib. 4. tit. 3. num. 5., *Fu-
jard. allegat. Fiſcal. 32. nu. 131. & ſeq. part. 1.*,
*Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 2. cap. 1. nu-
mer. 73. verſ. adverte tamen*, *Alfar. de offic. fi-
ſcal. Gloſſ. 20. §. 9. nu. 139.*, *Vincent. de Fran-
ch. deciſ. 198. num. 1.*

Quamobrem tamquam magis vera, magiſ-
que communis, invaluit contraria opinio do-
cens, profeſſionem in Religione inducere non 107
poſſe legitimationem ſimilem illi, quæ olim
fiebat per oblationem Curiæ, ut tradiderunt
Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb.,
& Uxorem nomine Adelaſiam num. 688., *Præ-
poſit. in cap. tanta col. 2. qui fil. ſint legitim.*, *Jo.
Faber. in Authen. ex complexu Cod. de inceſt.
nupt.*, *& Authent. licet Cod. de natural. liber.*,
quos ſequitur *Bero conſ. 63. numer. 29. & ſeqq.
lib. 2.*, *Soccin. Jun. conſ. 48. num. 18. libr. 4.*,
*Divu. Antonin. in Sum. part. 3. tit. 1. capit. 27.
§. 1.*, *Paludan. in 4. Sentent. diſtinct. 41. quæ-
ſtion. 3. artic. 2. num. 14.*, *Covarruv. de ſponſal.
part. 2. cap. 8. §. 7. ſub num. 4. verſ. quo fit*, ubi
reſolvit, talem legitimationem admittendam
non eſſe, *Suarez. de Cenſur. diſput. 50. ſect. 5.
num. 16. in fin.*, inquiens, contrarium aſſum-
ptum falſum eſſe, *Sanchez. ad præcept. Deca-
log. tom. 2. lib. 5. num. 25. & ſeq. verſ. at contra-
rium*, *Azeved. leg. 3. tit. 8. lib. 5. recopilat. n. 9.
& ſeqq.*, *Bonaccin. tom. 1. de Cenſur. diſput. 7.
quæſt. 2. punct. 3. propoſit. 3. verſ. an autem Reli-
gioſus*, *Merell. tom. 2. de legib. cap. 6. corollar. 8.
num. 130. in fin.*, ubi, quod hæc opinio nega-
tiva ſit probabilior, & rurſus *Capit. 9. de inter-
pret. leg. Corollar. 4. ſub numer. 122. verſ. an
autem ſuccedant*, *Bordon. in tract. de religioſ.
& Profeſſ. cap. 20. num. 73. quæſt. 39.*, *Hiero-
nym. Roderic. quæſt. regular. reſol. 76. num. 9.*,
*Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. tom. 2. lib. 1. §. 2. n. 55.
fol. 58.*, *Tuſch. practic. concluſ. lit. L. concluſ. 228.
num. 48.*, ubi in hac negativa ſententia, poſte-
riori loco relata, quieſcere videtur, *Lup. de il-
legitim. comment. 3. in præfat. num. 23.*, *Barboſ.
in Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 42. de tranſeun-*
tibus

tibus ad Religionem num.196.vers. infertur tertio, *Sabell. §. Legitimatio sub num.1. vers. tertio per Ingressum*, *Lucidor. de illegit. capit. 24. nu.56.*, *Omphal. de Civili politia lib.1. cap.75. in fin.*, *Salzed. in prax. cap. 54. vers. nimis tamen in fin.*, ubi quod hæc opinio negativa verior est, & forensi usu recepta, prout eam secuta est *Rota coram Mantica decis.32.num.4.*, *coram Burat. decis.872. in fin.*, *& decis.930. num.1.*, *in rec. decis.310. num.32.*, *& decis.480. nu.10. part.18.*

Moventur verò mox citati Doctores ratione
desumptâ ex meute Sacrorum Canonum, qui
108 minimè cogitantes de juribus successoriis, aliisque
Legum Civilium effectibus, professione
in Religione submoverunt quidem incapacitatem,
quâ Illegitimi ob irregularitatem, proficiscentem
ex originaria labe oatalium, excludebantur
Sacris Ordinibus, & nihilominùs talem
maculam penitùs non abolentes, imparti-
ti solummodò fuerunt capacitatem illos consequendi,
ex Decreto *Concilii Pictaviensis* relato
in capit.1. de fil. Præsbyteror., verbis illis = *Ut filii Præsbyterorum, & ceteri ex fornicatione nati, ad Sacros Ordines non promoveantur, nisi aut Monachi fiant, vel in Congregatione Canonica regulariter viventes* = ibique *Pugnan. num.14.*, *Bordon. de religios. cap.3. numer.79.*, *& cap.20. num.19.*, *Sanchez. de matrim. lib.5. cap 5. num.9.*, *Rodrig. tom.1. quæst. 13. art.4.*, *Castropal. part.3. tract.16. disput.2. quæstion.8. num.8.*, *Tamburin. de Jur. Abb. tom. 1. quæstion.14. num.2.*, *& tom.2. disput.17. quæst.5.*, *Fragos. de regim. Reipublic. Christian. tom. 2. disput.21. §.11. num.8. & seq.*, *Campanil. in divers. Jur. Canon. rubr. 12. cap.10. numer.3.*, *Lezzan. tom.1. cap.3. num.2.*, *Dian. tom. 3. resol. 285.*, *Van. Espen. in Jus Eccles. univers. part.2. tit.10. cap.3. num.27.*, *R.P.D. Petra in comment. ad Constit. Apostol. tom.4. ad Constitut. 8. Gregorii XI. num. 21. fol. mihi 319.*; Si igitur Jus Canonicum hoc solummodò sublato impedimento, impartitum fuit capacitatem consequendi Sacros Ordines, cetera impedimenta mansisse censentur, ut ait *Filiucc. tract. 19. de Censur. cap.5. num.153. & seqq.*

Quod argumentum fortiùs urget; nam, si
religiosa professio tametsi Illegitimos capaces
reddat Sacrorum Ordinum, nequaquam ta-
men ipsam tollit irregularitatem, sed illa
109 quodammodò suspensa respectu dumtaxat Sa-
crorum Ordinum, manet quoad alios effe-
ctus, quibus Professi arcentur ab Ecclesiasticarum
Dignitatum assecutione, ut prosequitur
Concilium *Pictaviense in d. capit. 1.*. ibi = *Prælationem verò nullatenùs habeant* =, & statuitur *in cap. final. eodem tit.*, *Pugnan. eodem capit.1. num. 15. & seq.*, *& numer. 19.*, *Navar. cons.6. de fil. Præsbyter.*, *Rebuff. in prax. dispensat. super defectu natalium num. 66.*, *Paleoth. de noth.*, *& spur. cap.57. num.4.*, *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.1. quæst.14. numer.2.*, *Azor. Instit. moral. part.2. lib.6. cap.1. quæst. 2.*, *Roderic. quæst. regular. tom.1. quæst.13. artic. 5.*, *Campanil. in diversor. Jur. Canonic. rubric.11. cap.13. num. 117.*, *Bonaccin. tit. 1. de Censur. disputat. 1. quæst.2. punct.3. proposit.3. vers. secundo per professionem*, *Sair. de Censur. libr. 6. cap.15. num.3.*, *Suarez. eodem tract. disput. 50. sect.5. §.3. num.52.*, *Van. Espen. in Jus Eccles. univers. par.2. tit.10. de irregularit. cap.3. n.30.* inquiens, = *tametsi ipsa religiosa professio Illegitimos reddat capaces ad suscipiendos Sacros Ordines, nequaquam tamen ipsam tollit irregularitatem, quasi ipsum totaliter, & per omnia legitimaret, sed tantùm effectum ipsius irregularitatis quoad exclusionem a Sacris Ordinibus suspendit, manente alio irregularitatis effectu in suo vigore, in quantum ipsos Professos adhuc excludit à Prælaturis* =, ut dicitur in citat. *Canon. Synodi Pictaviensis*, relato *in cap.1. tit. eodem in verbis* = *Prælationem verò nullatenùs habeant* =; Si, inquam, religiosa professio intra ipsam spheram spiritualium effectuum, tamquam limitata causa, limitate dumtaxat illos producit, quonam pacto eadem eâ limitatâ virtute, quam habet operando extra suam spheram, tribuere poterit capacitatem quoad Jus successionum, quæ deferuntur à Jure dumtaxat civili, quod Sacri Canones nulla ex parte alterare voluerunt, ut alibi ostendimus?

Nilque turbant rationes, quibus contrariæ
sententiæ Authores innituntur, nàm ab illarum
examine nos levasse dici potest *Lopez. leg.6.* 110
tit.52. par.1., *Glos. En orden*, in contrarium
allegatus; Ille enim dum ait, quod monasti-
ca Professio, ad instar oblationis Curiæ, ope-
ratur legitimationem Filii naturalis, attamen
hanc operationem admittit, si Patris voluntas
concurrat, & Filius, qui Religioni offertur,
naturalis sit, sed non spurius, quia solis natu-
ralibus forma oblationis Curiæ proderat, *§. Pri-* 111
mus itaque Auth. quib. mod. natural. effic. sui,
cum itaque, juxta ea, quæ late probavimus superioribus
locis, D. Maria Constantia, tametsi doceret de filiatione,
nihilominùs, tamquàm suscepta ex soluta, minime retenta in schemate
concubinatus, Filia naturalis censeri nequeat, eidem proindè suffragari
nequiret legitimatio inducta ex professione in Religione, quia hæc,
utpotè similitudinaria, legitimationi proficiscenti ex oblatione facta
Curiæ, prodesse poterit Filiis dumtaxat naturalibus, quemadmodum soli
Filii naturales illius virtute legitimabantur.

Verumtamen, ut pleniùs Parti adversæ sa-
tisfaciamus, non pigebit breviter demonstra-
re, momentis rationum contrariæ sententiæ
fundamenta nostræ minime labefactari, non
enim prò restituendis, sivè tribuendis Professo 112
juribus successionis urget, quod per ingres-
sum, atque professionem in Religione macula omnis illegitimitatis eluatur, quia id intelligendum est de macula morum, ut nempè professio, quam triennalis probatio præcesserit, hominem purum reddat, & Deo commendabilem, ut declaratur in *Auth. de monach. novell.5. in princ.* verbis illis = *Conversationis mona-*

monachalis vita sic est honesta, sic commendare novit Deo ad hoc venientem hominem, ut omnem humanam ejus maculam detergat, purum autem declaret = puritas vero, aut macula moralis tantum est, quæ nos Deo commendabiles, aut odibiles reddit, & infra *cap.2. circa fin.*, ità loquitur = *nam, etsi vitium in priori ab eo fortè gestum est vita (humana enim natura quodammodo labitur ad delicta) attamen sufficiat ad mediocrem purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum triennalis temporis testimonium* =, idque etiam ita explicat *Gloss. in d. Auth. de monach. in præfat.* sub initium inquiens, verba illa = *ut omnem quidem humanam ejus maculam detergat* = intelligenda esse quoad spiritualia, ut videlicet purget à peccato, atque his consonant *Azeved. in leg. Thaur. 12.*, ibi = *Quia macula omnis per ingressum purgatur quoad spiritualia, non verò quoad temporalia* =, *Vasq. de successton. progress. tom.2. lib.1. §.2. num.55. fol.53.*, *Rota in recen. dec f.480. num.7. & seqq. par.18.*, quinimmo, si, ut mox diximus, abolitio maculæ quoad spiritualia
113 vigore professionis fit respectu dumtaxat certi, non autem omnium effectuum, colore nullo dici poterit, quod impropria illa legitimatio, quæ nec etiam in suo genere perfecta est, tribuere valeat capacitatem succedendi, quemadmodum olim tribuebat legitimatio resultans ex oblatione facta Curiæ, quæ cum plenaria esset, ad *Text. in leg. si quis naturalem 3. Cod. de natural. liber. §. final. Instit. de nupt.*, *& Auth. quib. mod. natural. effic. sui §. Quod verò non est hujusmodi cum §. seqq.*; Jure meri-
114 tòque sic oblatum natalibus quoad omnes Juris effectus, & præsertim quoad illum successionis restituere dicebatur, ut ex *leg. Communium Cod. de natural. liber.*, *& Auth. quib. mod. natural. effic. sui §. Et quoniam variè, & §. Filium verò, Jo: Fab. in leg. Cum quis Cod. de natural. liber.*, *Rosell. in tract. de legitimat. cap. ultim.*, *Lup. de illegit. comment.3. in præfat. num.14. & seqq.*

Ex qua ratione plenè sublatum videri posset argumentum ductum ex ratione similitudinis, quà oblatio Religioni, oblationi Curiæ æquiparari dicebatur; nam quæ similitudo esse potest inter duas causas, ad omninò diversos, &
115 disparatos effectus ordinatas, & (quod magis est) quarum una intra suam spheram limitatam dumtaxat habet virtutem; alterius verò virtus, nullo fine circumscripta, porrigitur ad effectus omnes intra suam spheram comprehensos? Verùm præterea dicimus argumentum omne ductum à similitudine, penitus cessare inter hæc duo extrema ob disparitatem rationis inter eadem intercedentem; ratio enim illa, quæ justè exigit, ut oblatus Curiæ restitutus censeatur ad Jura successionis, præsertim activæ, non militat respectu Professi in Monasterio, ut egregiè nobis explicat *Vasq. loco mox citat.*, sic loquens = *Verum si illegitimus Monasterium ingressus fuerit, poterit à Patre heres institui secundùm Gulielm. de Cuneo, Roman., Tiraquell., Soccin. &c. moventur quia Monasterium abstergit omnem maculam, Auth. de Monach. in princ., sed sensus illius Textus est, maculam peccati purgari, non autem ad succedendum habilitari, item per leg. non omnium Cod. de natural. liber., ubi per oblationem Curiæ quis legitimatur ad succedendum, sed nihil
est, quia militantes in Curia seculari indigent 116
divitiis, & opibus ad splendorem militiæ terrestris, quibus non egent, qui monasticam vitam elegerunt, quorum splendor maximè in parsimonia, & rerum humanarum contemptu, & abstinentia consistit* =, quamobrem inspectâ ratione istâ disparitatis proficiscente ex natura, & dignitate militiæ secularis, indigentis divitiarum fulcimento, rectè Imperator in præmium oblationis tali militiæ, sic oblatum legitimari voluit quoad successionem, ut docuit *Meroll. tom.2. cap.9. sub num.122.* inquiens = *oppositum videtur probabilius, quia oblatus Curiæ Principis legitimatur, eo quòd in illius oblationis præmium censeatur ab ipso Principe legitimari quoad successionem, quæ ratio in oblatione per professionem non militat* =, & luculentius eandem disparitatis rationem perpendendo, similitudinariam istam æquiparationem post magni nominis Doctores rejecit *Sa.. Rota in Recen. decis.480. num.7. & seqq. par.18.*, ibi = *Attamèn hujusmodi æquiparatio fuit reprobata à Doctoribus magni nominis, & sæpius à nostra Rota, & meritò ob disparitatem rationis vigentem inter unum, & alterum casum, ideo enim oblatus Curiæ Cæsaris legitimus efficitur, quia præsumitur ab ipso Cæsare legitimus effectus in præmium illius ministerii, cui Illegitimus addictus est, quæ ratio penitus cessat in oblato Curiæ Cælesti: Proindè licèt ob vitæ sanctimoniam, morumque honestatem in statu monachali adeò commendabilis, & purus reddatur, ut non obstante defectu natalium, dignus reputetur inservire Altissimo in Ordine Sacerdotali, juxta cap.1. de fil. Presbyter., & ad hunc effectum, nempè consequendi spiritualia, non autem temporalia, eum abstergi ab omnis macula, sit intelligendus, Text. in Auth. de monach., ut ex ejus litera, nunquam tamen acquirit Jura legitimitatis ad effectum vel succedendi, vel impediendi purificationem conditionis si sinè Filiis legitimis, sub qua vel à Statuto, vel à Testatore fuit aliquis vocatus ad successionem, ut notant Fab. Præposit &c., & ad effectum tam succedendi, quàm impediendi purificationem dictæ conditionis, Soccin. Bordon. &c.*

Si igitur inter utramque oblationem intercedit adeo palmare discrimen, & inter easdem locum sibi vindicat contraria prorsus ratio, ob quam militans in Curia seculari indiget opibus
temporalibus, contrà verò sè adscribens Curiæ 117
Cælesti, illas uti impedimenta, recusare, & abjicere possit *ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus tè*, quod fuit monasticæ vitæ typon, & exemplum, *Divus Thomas 2. 2. quæstion.186. art.3.*, rectè cum *Vasquio locis cit.* exclamare possumus = *si verum amam*[illegible]

118 ejus verba) *nihil est, quod magis in perniciem*
Reipublicæ conspirare videatur, quam facilè à
Legum decisionibus recedere, id quod mihi sum-
mæ levitatis esse videtur; permissum est enim
119 *procedere de similibus ad similia, ubi novus casus*
nullo Lege comprehensus est: sed casus, de quo
agitur, satis est comprehensus &c., quid ergo est,
quod nos cogat, compellat, aut præcipiat quæ-
dam fantastica, similia umbris, & somniis simi-
liora captare? = an forte Justinianus noster,
120 qui hanc formam legitimationis per oblatio-
nem, à Theodosio introductam, confirmavit in
leg. Communium §. final. Cod. de natural. liber.
& novell. 89. quib. mod. natural. effic. sui §. 1., si
hoc beneficium Monachis etiam similitudina-
riè impartiri voluisset, expressè id non dixis-
set, quando de illis plura disposuit in *Auth. de*
Monach.? Rursus, si Jus Canonicum id inten-
121 disset, an id sancire non valuisset eo loci, quo
Monachos Professos ad Ordines habilitavit?
Profectò facile erat uno verbo hoc expedire,
etenim uterque Legislator de Monachis cogi-
tavit, uterque præ mentis oculis habuit incapa-
citatem ex natalium impuritate promanantem;
Si igitur de his cogitantes, Monachis jura suc-
122 cessionis non restituerunt = *non est superstitio-*
sis inventionibus præsumendum, quod non est ex-
pressè sancitum, ut loquitur *Tex. in Canon. Con-*
suluisti caus. 2. quæst. 5., considerandum est enim,
Legislatori nec ingenium defuisse, nec operam,
nec ullam facultatem, quo minùs posset apertè
præscribere id, quod cogitaret, nec Judices
quid certi sequantur, habituros, si ab eo, quod
Lege scriptum sit, recedant =, verba sunt, *Ci-*
ceronis lib. 2. de Invention., & ab Aristotele
123 *lib. 1. rethoric. cap. 37.* admonemur, *probatissi-*
mis quibusque Legibus nominatim caveri, nè quis
plus sè sapere, quàm Leges velit; idcircò in no-
stro casu validissimum erit argumentum il-
lud, hoc Lex non dicit, ergò non est admit-
tendum, quo argomento utitur Jurisconsultus
in *leg. prævaricationis 3. §. final. ff. de præva-*
ricat., & Imperatores in leg. dissentientis 5.
Cod. de repud., leg. illam 19. Cod. de Collation.,
Bald. cons. 184., & cons. 330., & cons. 341.
lib. 3., Oldrad. cons. 202., cujus optimum præ-
bet nobis exemplum *Ulpian. in leg. si verò 64.*
§. De Viro ff. solut. matrim., ibi = *De Viro,*
heredeque ejus Lex tantùm loquitur, de Socero,
Successoribusque Soceri nihil in Lege scriptum
124 *est, & hoc Labeo quasi omissum adnotat, in qui-*
bus igitur casibus Lex deficit, non erit nèc utilis
actio dando &c. = si igitur Lex Civilis loquens
de Monacho, nihil de legitimatione disponit: si
Jus Canonicum illum habilitans ad Ordines,
de successione non agit, ex coniectura rationis,
Lex trahenda minimè erit ad casus, & Perso-
nas, de quibus minimè loquitur, hæc quippè
extensio prohibita reperitur in *Canon. petiisti*
caus. 7. quæst. 1. Cap. Sanè de Privileg., leg. si
unus §. Antè omnia ff. de pact. leg. fin., cum ibi
notat. Cod. de interdict. matrim., Glos. in cap.
Quæ contrà de regul. Jur. in 6., in Clement.
Dudum de Sepultur., & passim apud nostros.

Hinc cessat etiàm identitas, sivè similitudo
rationis, ex qua extensio ista, & æquiparatio
induci queat; nàm, si illa non datur, nisi in 125
iis, quæ in Jure exæquata sunt, vel coordinata
inter se habentur, uti genus ad speciem, pars
ad totum, antecedens ad consequens, ut do-
cet *Stephan. de Federic. in tract. de interpret.*
Leg. part. ult. circa med. vers. notandum, quod
argumentum, post Cyn. in leg. Juro non singu-
lis ff. de legib., Bald. in leg. de quibus ff. eodem,
& in leg. 1. Cod. de interdict., Hostiens., &
Præposit. in Cap. Per Venerabilem qui fil. sint
legitim., Everard. in loc. à minori sub num. 4.
vers. ubi dicunt; Idcircoque prò excludenda
extensione, & æquiparatione qualibet, sufficit, 126
quod dubia reddatur identitas rationis, ut no-
tant *Salycet. in leg. 2. colum. 8. Cod. de noxal.,*
Alexand. cons. 207. col. 4. lib. 6., Cravet. cons. 64.
num. 6. vers. ampliusdico, & cons. 173. sub n. 13.,
vel quod unica ratio non appareat, sed plures 127
assignari possint, *Salycet. loc. citat. col. 2., Ja-*
son. in leg. quamvis in fin. Cod. de fideicom.,
Corn. cons. 353. lib. 4., quia nimirum extensio
tota fundatur in unitate, & identitate ratio- 128
nis, *leg. Julia §. Hoc Capite ff. de rit. nuptiar.*
cap. final. de Translation. Prælator., Aretin.
cons. 35. circa fin., Alexand. cons. 29. col. 2.
lib. 6., Dec. cons. 266. col. 5., quæ tunc demum
adesse dicitur, quum expressa est, vel adeò 129
clarè resultat ab expressis, ut de ea dubitari
non possit, *Bartol. in leg. ambitiosa in fin. ff. de*
Decret. ab ordin. faciend., & in leg. maximum
vitium Cod. de liber. præterit., Bald., & Glos.
in leg quamvis Cod. de fideicom., Abb. in
cap final. de re judic., & in cap. 2. requiris de
appellat., Alexand. cons. 52. col. 4. lib. 4., Ste-
phan. de Federic. de interpret. leg. part. 2.
§. Causa quadruplex est vers. & hoc intellige,
dicendum sanè erit, quod nulla nec extensio
nec æquiparatio locum sibi vindicare queat in-
ter oblationem Curiæ, & illam factam Mona-
sterio, sivè Religioni, nedùm quia earum ter-
mini sunt penitus disparati, & oblatus Curiæ 130
nil commune, aut connexum habet cum Re-
ligioso Professo, imò verò, ex superiùs nota-
tis, inter eosdem nedum diversa, sed prorsus
contraria militat ratio, quo sane casu locum
sibi vindicat illa alia certissima Juris regula,
quâ admonemur, minimam quamcumque di-
sparitatem extensionem omnem tollere, ut
communitèr docent Canonistæ in *Cap. Trans-*
lato de Constit., Butr. in cap. fin. de consuetud.,
Soccin. cons. 9. in fin. lib. 3., Everard. in loc. à
simili sub num. 11. vers. quarto non procedit.

Jàm verò plene his omnibus demonstrato,
quod ob intrinsecam differentiam, interceden-
tem inter hasce oblationes Militiæ seculari, &
Cælesti, par legitimationis effectus ex eisdem
resultare nequeat, frustrà obtenditur distinctio
inter oblationem Religioni factam voluntate
Patris, & illam, quæ nullo accedente Patris 131
consensu fit ab Illegitimo per professionem in
Religione: nam Doctores agnoscentes, Cæsa-
reas Leges oblatis Curiæ seculari restituisse ju-

ra successionis, ut terrestris Militiæ dignitas
divitiarum præsidio fulciretur, oblatis Militiæ
Cælesti, idem privilegium concessum minimè
esse, censuerunt, quia divitiarum fulcimen-
132 tum nedum impertinens, sed contrarium est
Religioso instituto, cujus splendor est pauper-
tas, & parsimonia; quamobrem Doctores à
nobis allegati *§. Quamobrem tamquam* simpli-
citer submovent Jus succedendi, & nullâ fa-
ctâ distinctione, an professio facta sit volun-
tate Patris nec ne, omnino contrariam sen-
tentiam à suis fundamentis revellunt, & ve-
lut à cardine dejiciunt: & negantes parita-
tem, negantesque simpliciter legitimationem,
dicunt, illam nec Jure probari, nec ratione
ulla confoveri, ità quidem, ut oblationi Re-
ligioni denegent virtutem legitimationis, ne-
dum ad effectum succedendi, sed etiam ad ef-
fectum impediendi purificationem conditionis
si sinè Filiis, ut ex verbis *Sacræ Rotæ* relatis in
§. Ex qua ratione, quod utique magis est, quia
nonnunquam impedit quis purificationem con-
ditionis, licèt non succedat.

Verùm, tametsi vis aliqua tribui posset istius-
modi oblationi Religioni, factæ Patris volun-
tate; nihilominùs illa Sor. Mariæ Constantiæ
prodesse nequiret; Licèt enim voluntate asser-
ti Patris Religionem ingressa fuisse dicatur,
attamen hic antè professionem nedùm reali at-
que amplissimâ renunciatione, sed, ut infrà
demonstrabitur, irrevocabilis etiam donationis
titulo illam arcere voluit ab omni successione,
eidem præripiendo spem omnem, quâ ullo un-
133 quam tempore ad suam hereditatem adspirare
posset, cum autèm voluntas asserti Patris divi-
di, ac scindi nequeat, *leg. nam absurdum 7.
ff. de Bon. libert.*, *leg. cum qui 18. §. fin. ff. de
his quib. ut indign.*, quonam pacto dici potest,
juxtà voluntatem Patris, eam succedere,
134 quam exclusam voluit? Profectò nulla cadere
debet quæstio, quando Oblatus Religioni, ne-
dum à Patre naturali non fuit institutus, sed
expressà illius voluntate per abdicativam, &
solemnem renunciationem quinimò per am-
plissimam donationem irrevocabilem exclusus
reperitur, nam si expressæ, ac solemnes legiti-
135 mationes factæ Rescripto Principis, tametsi
amplissimæ sint, & plenariæ, quoad jura, &
effectus successorios restringuntur atque limi-
tantur voluntate Patris, ut per *Text. in capi-
tul. unic. de fil. nat. ex matrim. ad morganat.
contr. in usib. feudor.* docent communiter *Ca-
strens.*, *Roman.*, *& Alexand. in leg. pactum
dotal. Cod. de collat.*, *Jason. in leg. 1. §. Hoc
autem num. 18. in prim. lectur.*, *& num. 28. in
secunda lectur. ff. ad Senat. Consult. Trebell.*,
*Butr. in cap. Per Venerabilem qui fil. sint le-
gitim.*, *Gaill. lib. 2. observ. 142. sub num. 6. sub
num. 6.*, sic etiam tacita ista legitimatio desum-
pta ex oblatione facta Religioni, si, juxtà con-
136 trariorum Doctorum sententiam juribus suc-
cessoriis restituere valet eo tantùm casu, quo
illa Patris naturalis voluntate fiat, dicendum
proculdubio est, quod, quum Pater Filium
oblatum Curiæ perpetuò quacumque succes-
sione exclusum voluit virtute renunciationis,
& donationis, ab illo antè professionem factæ,
eidem perpetuò sublatus censeatur regressus
omnis ad jura successionis: Cum successionis
effectus ex legitimatione provenientes, juxta 137
Patris voluntatem procedat, *dict. cap. unic. de
fil. nat. ex matrim. ad morgan. Auth. quib. mod.
natural. effic. legitim. §. Si quis sanè*, ibi = *Ipsos
quidem suos facere voluerit &c.* =, *& Auth.
quid. mod. natural. effic. sui §. Illud tamen à no-
bis*; nec alia de causa voluntas Patris in legi- 138
timatione requiritur, nisi ut illi invito Succes-
sor non detur, *Bald. cons. 17. vol. 4.*, *Bursat.
cons. 433. num. 2. lib. 4.*, *Auell. Amat. cons. 1.
num. 17.*, *Tell. Fernandez. ad leg. 12. Thaur.
n. 19.*, aliique apud *Merlin. Pignatell. par. 2.
contr. 83. num. 2. & seqq.*, alter *Merlin. de le-
gitim. lib. 1. tit. 2. quæst. 8. num. 22.*, *Sanfelic.
decis. 342. num. 6.*

Nec est cur obtendatur odium Fisci quod-
que contra illum, tamquam successorem Juri 139
exosum pronunciandum sit; quia ratio ista ur-
gere posset, si Fisco res esset cum aliquo, qui à
Jure causam succedendi haberet, at aliter res
se habet quando Fisco res est cum Filio illegi-
timo, in nullo legitimæ successionis gradu à
Lege posito, nec enim ideo plus Filius natura-
lis ex hereditate Patris consequeretur, si Fi-
scus non succederet, præfinitum enim Ju- 140
re est, quantum ille capere possit, sive Pa-
ter habeat alios Heredes, sive non habeat,
*Leg. humanitatis 8. cum Authen. seq. licet,
Cod. de natural. liber.*, *& novell. 89. cap. 12.
& seq.* Nihil ergò est, quod ad Fisci invidiam 141
pertineat: neminem Fiscus excludit; quia tan-
tùm admittitur ad Bona, quæ vacant, nec ideò
naturalis excluditur, quia Fiscus succedere de-
bet, sed ideò succedit Fiscus, quia naturalis
jam exclusus est, nec alius adest legitimus He-
res, quemadmodum succederet Collegium, 142
Curia, Patronus, Universitas, Commilito,
Socius, Præfectus Prætorio respectu Cohorta-
lium, Hospitale respectu Expositorum, & Ec-
clesia respectu Clerici, quibus omnibus da-
tum est succedendi Jus quoad Bona vacantia,
*Leg. Divus Commodus ff. de Jur. Fisc. §. 1. In-
stit. de success. libertor.*, *leg. 1. & tot. titul.
Cod. de heredib. Decurion.*, *leg. 1. Cod. si libe-
ralit. Imperialis lib. 10.*, *leg. final. Cod. de ap-
paritor. Præfect. Prætor. lib. 12.*, *Bald. in leg. si
qua illustris vers. & ideo expositis Cod. ad Se-
nat. Consult. Orfician.*, *& in leg. si quis Presby-
ter Cod. de Episcop. & Cleric.*, ubi etiam *Al-
beric.*, *& alii*, *Textor. de success. ab intestat.
num. 126.*, *Petr. Gregor. Syntagm. Jur. lib. 45.
cap. 15.*, *Bellug. in specul. Princip. rubr. 24.*,
Rosenth. de Feud. cap. 5. conclus. 52. & seqq.,
*Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 10. num. 372.
& seqq.*, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 4. tit. 3.*,
*Althus. in deceologic. lib. 1. cap. 59. num. 12.
& seqq.* hique omnes Filiis naturalibus præfe-
runtur, quia Successores legitimi non sunt, 143
qui à Lege non vocantur.

Suc-

Successio igitur Fisci procul habet causam
omnem, & rationem odii, quæ si quæratur,
144 summoperè urget contra Filios illegitimos,
nam sanctissimæ Leges illos non gratiâ Fisci
excluserunt, sed abhorrentes illegitimam sobolem,
Parentes allicere voluerunt ad legitimam
posteritatem legitimis Matrimoniis sibi
quærendam, ut sancivit Justinianus Imperator
in *leg.7. Cod. de natural. liber.* egregiâ illâ sententiâ
*in posterum verò sciant omnes legitimis
Matrimoniis legitimam sibi posteritatem quærendam*,
eàdemque ratione coercendi solutæ veneris
licentiam, eo loci correxit Divi Anastasii
145 Constitutionem *in leg. Jubemus Codic. eodem*,
quâ permittebatur Patri Filios naturales, ex
Concubina susceptos, adoptione sibi legitimos
facere, atque ita proprias substantias ad eos
vel per ultimas voluntates, vel inter vivos
transferre, successionisque ab intestato capaces
reddere; Quod quidem Justinianus emendandum
putavit gravissimis illis verbis = *injusta
namque libidinum desideria nulla de cetero
venia defendet, nullum sublevabit novum adminiculum,
præter anteriorum dispositionum ordinem,
non ante lata sanctio, quam ex hoc die refecandam
pia suggerit ratio, non adoptionum,
vel arrogationum prætextus, quæ ulterius minimè
ferendæ sunt, non astutiæ sive divinis affectandæ
fuat literis, sive quibusdam illicitis
ambiendæ machinationibus: cum nimis sit indignum,
nimis item impium flagitiis præsidia quærere,
ut & petulantiæ servire liceat, & Jus,
nomenque Patris, quod eis denegatum est, id
alteroLegit colare præsumant=* quamobrem olim
146 naturales omninò successionis incapaces efficiebantur,
quod postea benignitate Cæsarum
temperatum est, ut in *Authent. quib. mod. natural.
novell. 89. in princ.*, eosdemque idem
Justinianus d. *novell. cap.12. §.Si quis autem* ad
duas uncias ab intestato benigne primus admisit,
exclusis Cognatis, Patrono, vel Fisco,
147 ab his duabus unciis, dummodò concepti fuerint
ex unica, in schemate Concubinæ semper
retenta.

Patet igitur, nihil hic peculiare ad favorem
Fisci constitutum esse, ut ejus nomen invisum
ad naturalem commiserationem, & favorem
deflecti possit, quippè ille vocatur ad ea Bona,
quæ omninò vacatura sunt, & ad quæ naturales
adspirare nequeunt, ex altiori illà ratione
quærendæ legitimæ posteritatis, atque compe-
148 scendi solutæ libidinis licentiam, quæ ratio hodiè
dum servatur in multis Regionibus, in quibus
naturales, & nati ex illegitima conjunctione
ad Patris, vel Matris intestatam successionem
nullatenus admittuntur *Vvames. centur.1. cons.42., Tuldcn. in Comment. ad titul.
Instit. de success. ab intest. cap.2., Gulielm. de
Jur. novissim. lib.2. cap.13. in fin., Vinn. lib.3.
Institut. tit.4. de Senat.Consult. Orfician. §. penultim.
in Comment. num.2., Schneyden. de hereditat.
quæ ab intest. defer., Argentr. ad Consuetud.
Brittan. art. 450., Paul. Christin. ad leg.
municip. tit.18. art.3., & ad rubric. in addit.
num.20.*, ita etiam in Francia servari testantur
*Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb.
& Uxorem nomine Adelasiam num.147., Tiraquel.
in leg. si unquam verb. susceperit num.62.,
Cassan. ad Consuetud. Burgund. rubr.8. Glos.3.,
Christin. loco citat. in rubr. ex nu.3.*, inquiens,
hosce Locorum mores esse juxta Constitutionem
Constantini Porphirogeniti, quam refert
Harmenopol., idem testatur *Annev. Robert. rer.
judicat. lib.2. cap.14.*, inquiens, ita Jure veteri
Divino constitutum fuisse, propereàque 149
Jephtem à successione fuisse repulsum, quia
erat illegitimus, ut habetur *Judic. capit. 11.*,
quinimmò Ethnicos etiam, quibus concubina- 150
tus licitus erat, successionem tamen Legitimis
tantùm reservasse, probat *Isæi*, veteris Oratoris,
testimonio, subdens: *nobis quibus Ecclesia
Concubinatum fœdas libidines, & illicitos coitus
omninò interdicit, qui Matrimonii sanctitatem 151
legitimamque Viri, & Uxoris conjunctionem
Sacramentum esse, & actum mysticum asserimus,
tantò magis Illegitimos, & Naturales à successionibus
arcere conveniens est* =.

Ex quo liquidò deprehenditur, verum non
esse illud Partis adversæ assumptum, videlicet,
quod Fiscus in Bonis vacantibus non succedat,
quoties adest Persona quomodolibet habens
interesse, seu quodlibet jus sanguinis, vel na- 152
turæ, hæc enim conclusio si ita intelligatur,
ut Filium, vel Filiam naturalem, tamquam
habentem jus sanguinis, & naturæ, admittat
ad exclusionem Fisci, apertè pugnat cum Juris
principiis, totamque seriem Legum, hac de
re loquentium intervertit; sic enim quilibet
Agnatus, vel Cognatus etiam ultra decimum
gradum, quippè qui jura sanguinis retinet,
posset Fiscum excludere, quod tamen fal- 153
sum prorsus est, tales namque Agnati, &
Cognati impedimentum Fisco non præstant,
nec faciunt, quin Bona dicantur vacantia,
per *Text. in §. 1. Instit. de success. Cognator.
juncto §. Nullam verò Auth. de hered. ab intest.
novell.118., Glossa, Angel., Joan. Fab.,
& Vvesembech. in §. final. Instit. de success. Cognat.,
Vinn. ibidem in Comment. sub numer. 4.
propè fin., Afflict. in capit. unic. quæ sint regalia
numer.12., Grot. lib.2. manuduct. cap. 30.,
Surd. cons. 518., Renat. Choppin. de Demau.
Franc. tit. 13. num. 17., Rosenth. de Feud. capit.5.
conclus.52. nu.3., Peregrin. de Jur. Fisc.
lib.4. tit. de Bon.vacant. num.3., Sixtin. de regal.
cap.9. nu.6., Mastrill. de Magistrat. lib.3.
capit.10. num.366. vers.*, ubi subdit, *Foraster.
de success. lib.3. cap.9.*; Cum itaque Fiscus non
vocetur simpliciter in defectum Agnatorum,
aut Cognatorum, sed in defectum legitimo- 154
rum Heredum, qui scilicet à Lege vocantur,
*leg.1., & leg.4. Cod. de Bon. vacan. lib.10., &
leg. penult. Cod. de Præposit. Sac. Cubiculo libr.12.*,
sola existentia Agnati, vel Cognati,
si is successionis capax Jure non sit, Fiscum
non excludet, *leg. unic. §. Cum autem propè
fin. Cod. de caduc. tollen.*, cum legitimus Heres
non sit, nisi qui à Lege vocatur, ut notant
com-

communiter Scribentes *in rubric. Instit. de legit. agnator Tutel.*, *& in tit. Instit. de heredit. quæ ab intest. defer.*; quamobrem *Cassiodorus* hac de re loquens *lib. 6. variar.* ait = *Principis personam post omnes est dummodò sint qui Relicta debeant possidere* =, quem referunt *Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 10. n. 359. in fin.*, *& Antunez. de Donat. reg. lib. 3. cap. 14. sub num. 2.*, quibus consonat certum illud Juris nostri axio-
155 ma quod nempè paria sunt aliquem non existere, vel succedere non posse, aut nolle, de quo, omissis generalibus, in nostris terminis *Antunez. de Donat. reg. lib. 3. cap. 18. num. 93. & seqq.*, *& priùs c. p. 14. n. 2.*

Eluenda modo esset vulgaris illa, & præjudicialis opinio, quod semper in dubio contra Fiscum est respondendum, ut etiam satisfaciendum esset contrariis auctoritatibus, sed, quod attinet ad primum, satis erit se referre ad Votum in secundo articulo *§. 7. & seq.*, at-
156 que ad Restrictum contra Arnaldam; Quod verò attinet ad contrarias auctoritates, superfluum est illas singillatim refellere, nam earum aliquæ adeò involutè, & dubitativè loquuntur, ut pro nostra sententia allegari mereantur, quemadmodum pro ea allegatur *Suarez. in allegat. 25.*, ut perspici potest apud *Lopez. lib. 6. tit. 12. part. 1.*, *Glos. en orden.*, & apud *Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. par. 2. dict. art. 102.*, ipse verò *Lopez* adeò dubitat, & nutat, ut in nostram sententiam propendere videtur, alii verò non diffitentur, ipsorum opinionem in praxi, & Foro vix recipiendam, & denique *Cravetta*, & *Spada*, qui tamquam individuales allegantur, innituntur supposito, quod professio religiosa legitimet non secus ac oblatio Curiæ, quod suppositum negatur à Doctoribus, qui sequuntur sententiam nostram, tamquam veriorem, atque communiorem, quamobrem satis erit negare suppositum cui innititur eorum discursus continens petitionem principii.

Verùm enim verò, etsi Soror Maria Constantia, concludenter probatâ filiatione, gaudere dicenda esset jure successorio, Filiis naturalibus à Jure impartito, eademque, licèt suscepta extra figuram concubinatus, consequi nòn prohiberetur duas uncias, quinimò, tamquam ob professionem in Religione legitima effecta, capax esset plenariæ etiam successionis; nihilominùs repellenda omninò esset exceptio-
157 ne amplissimæ donationis irrevocabilis, & inter vivos unà cum renunciatione ab ipsa factæ favore Marchionis Nicolai Mariæ, absque eo quod pro ullo unquam casu sibi caverit pacto reversivo, etenim donatio, tali pacto minimè munita, tamquam pura, & absoluta, nulloque colore resolubilis, Donanti, sive cuicumque alii, ab eo causam habenti, adimit regressum ad Bona, & Jura donata, ad *Text. in leg. 1. §. Igitur ff de Donat.*, *leg. si quis argentum §. final. Cod. eodem*, *Rot. coram bon. mem. Emerix. Jun. decis. 1037. num. 1.*, *& dec. 1325. nu. 31. & 34.*, *in Mutulen. Salviani 23. Aprilis 1708. §. Quo verò in fin. coram bo. me. Omanno*, *in Romana renunciationis 3. Julii 1711. §. Quo verò coram R. P. D. Aldrovando*, *& in Forosempronien. Legatorum super reintegratione 27. Junii 1712. §. Quatenùs 22. coram eodem*, ità quidem, ut eveniente casu, quod Dona-
tarius decedat ab intestato, ejus successio de- 158
feratur ad Heredes etiam extraneos, ex Legis providentia, & dispositione quoquo modo vocatos, *Rot. in rec. decis. 98. num. 8. & pluribus seqq. part. 12.*, *decis. 68. num. 5. & seq.*, *& n. 10. & seq. part. 13.*, *decis. penult. num. 2. & seq. apud Castill. de donat.*, *coram san. mem. Alexandro VIII. decis. 255. num. 5.*, *coram bon. mem. Emerix. Jun. decis. 970. numer. 1. & seqq.*, *in Romana renunciationis 17. Junii 1709. §. Et talis coram Eminentiss. D. Card. Priolo*, *& in una Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. §. Transit in hanc sententiam cum seqq. coram Reverendiss. Kaunitz. Episcopo Labacen.*, *& in Ferrarien. alimentorum*, *& Dotium super consumptione Detractionum 11. Martii 1712. §. Absque eo quod in fin.*

Objici verò nequit, quod, tametsi dispositio concepta per viam donationis irrevocabilis inter vivos Donanti prorsus præcludat quemcumque regressum ad Bona donata, nihilomi-
nùs censendus sit talem regressum adimere si- 159
bi voluisse favore illorum dumtaxat Heredum, quos vel Donatarius sibi elegit, vel eidem à Lege dati reperiuntur, at non etiam Bonorum donatorum reversione se privare voluisse favore Fisci, qui non est Donatarii Heres, sed deficiente prorsus quocumque legitimo herede, capit Bona vacantia, juxta plurimas auctoritates allegatas in *§. 38. tertii Articuli*, quod potiori Jure locum sibi vindicare dicebatur in casu nostro, quia non versamur in pura, & simplici donatione inter vivos, sed agitur
de renunciatione, in qua, licèt contineatur 160
dicta donatio, nihilominùs ista, tamquam accessoria, & ad majorem contractus firmitatem adjecta, operari minimè posse dicitur, quod, mortuo Marchione Nicolao Maria sinè ullo legitimo Herede, fiat locus successioni Fisci, tamquam vacantia vindicantis Bona Defuncti; quippe ad illius exclusionem, etiam sine ullâ expressâ præservatione, facta ab Homine, Lex ipsa, & natura actus Renuncianti præservasse censetur regressum ad Bona renunciata, ut latè prosequitur d. *Votum super 3. articulo*. Discursus namque iste nulla ex parte subsistit.

Etenim, si ut mox diximus, donatio inter vivos, tamquam suapte naturâ perpetua, atque irrevocabilis, Donantem perpetuò excludit
à Bonis donatis, si ademptâ eidem spe omni 161
regressus, locum aperit Heredi, & Successori cuicumque, sive Judicio Donatarii electo, sivè à casu eidem dato, hinc sequitur, quod, si evenerit casus, quo Donatarius decedat nullâ factâ dispositione, nulloque relicto legitimo Herede aut Personâ, in donatione contemplata, si deficiat pactum, quo Donans hoc câsu de Bonorum donatorum revocatione sibi caverit,

rit, eo prorsus excluso, perinde ac si naturaliter mortuus esset, illa deferuntur ad quemcumque Donatarii Successorem, ut magistralitèr discusso articulo, dictum fuit in una *Romana Donationis seu Primogeniture de Aldrobrandinis 10. Junii 1697. coram bon. mem. Ursino, plenè in Cavallicen Donationis prima Februarii 1706. §. Ratio sic decidendi coram Illustrissimo scotto Almæ Urbis Gubernatore, confirmata 21. Novembris 1707. in princ., & §. Cum igitur usque ad fin. coram R. P. D. meo Ansaldo, & 2. Julii 1710. §. Sed rest ast, & per tot coram R. P. D. meo Lancetta, & in d. Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. §. Actum verò coram Rev: Kaunitz*. Ob eam rationem, quod
162 Bona itȧ donata, amissâ prorsus sua origine, effici dicuntur de libero patrimonio Donatarii, uno, eodemque prorsus jure cum illo censenda; proindeque si contingat, Donatarium intestatum decedere, & sinè ullo legitimo Herede, qui Fiscum excludere valeat, Bona donata ad hunc deferentur unȧ cum reliquis Donatarii Bonis, ut in specie dixit *Rota in d. Cavallicen. Donationis 21. Novembris 1707. §. Ita ex apposito coram R. P. D. Ansaldo*, ibi = *Ita ex opposito animadversa quidditate, & vi donationis, quantumvis quispiam donaverit Patri, vel Matri cum dictionibus omnina restrictivis & taxativis videlicet = tantum =, cum similibus, adhuc, cum in donatione legatur cubitalis pactio reversionis ad Donantem, loco, quod Bona donata valeant ex causa quomodolibet superveniente ad ipsum Donantem, transeunt nihilominis in quoscumque etiam extraneos Donatarii Heredes, & si factum præberet, in Heredem quoque anomalum, qualis est Fiscus* = & consonat *decisio confirmatoria edita 2 Julii 1710. §. Quibus omnibus coram R. P. D. mea Lancetta*, inquiens = *quibus omnibus simul junctis ita ponderatis, & procedendo cum distinctione inter donationem & renunciationem, statim Dominis constitit, omnes auctoritates, quæ à Scribentibus pro Josepho afferuntur, perentere solummodò casum renunciationis, quæ si interveniat, ut hic, tantum abest, dari posse ullum titulum prò recuperatione Bonorum, ut potiùs Jura nostra illa transferri permittant à Donatario non disponente in Heredem anomalum sive Fiscum, ex auctoritatibus pleno calamo cangestis in decisione R. P. D. Ansaldi*.

Et sanè, si quoties agitur de Bonis, vigore donationis irrevocabilis inter vivos incor-
163 poratis libero patrimonio Donatarii, hæc, ut reliquum illius patrimonium, obnoxia fiunt nedum debitis, & hypothecis, à Donatario contractis, sed, quod magis est, si ab illo committatur delictum aliquod, confiscationis pœnȧ puniendum, eadem incidunt in commissum, ad tradita per *Rocc. disput. Jur. select. cap. primo ex num. 49. ad 54., Rot. in Romana Primogeniture & fideicommissorum de Corsinis 16. Maii 1710. §. At cum 3. & §. Sicut igitur 18. coram R. P. D. Aldrovando, & 10. Decembris ejusdem anni §. Nullatenus 9. coram eodem*, quonam pacto dici poterit, quod, si Donanti non datur regressus ad effectum excludendi Fiscum isto odioso casu, quo idem ad publicam vindictam persequens pœnam, cum Delinquentis patrimonio occupat etiam Bona donata, talis regressus illi concedendus sit in alio, non odio sed potiùs favore digno casu, quo Legis ministerio Bona vacantia, tamquam ad communem omnium Parentem, ad Fiscum deferuntur, juxtà firmata in 2. *articulo d. Voti §. 7.*, Profectò si prò excludendo Fisco, in similibus donationibus subintelligendus esset favore Donantis regressus ad Bona donata, itȧ quidem ut, decedente Donatario, absque legitimo Herede, eadem, tamquam vacantia, à Fisco occupari minimè possent, secernenda essent è patrimonio Marchionis Nicolai Mariæ scuta 100. argentea Januæ, ipsi à Carolo donata, ob regressum, qui illi, ejusque Heredibus isto casu competiisset, & nihilominus nullâ factâ istiusmodi separatione, recte in contrario *Voto* dictum fuit, universum Nicolai Mariæ patrimonium Fisci rationibus esse vindicandum, prò quo excludendo nullus ex Doctoribus, qui diligenter enumerarunt Personas, quæ, eveniente casu, quo quis decederet sine legitimo
Herede, excludunt Fiscum à generali, vel à 164
particulari successione in certis Bonorum speciebus, nullus, inquam, recensuit Donantem, ut perspici potest ex *Borell. de præstant. reg. Cathol. cap. 14., Antunez. de Donat. lib. 3. cap. 18., Barri de success. lib. 18. tit. 5. & tit. 6.*, quamobrem, cum Fiscus excludatur iis dumtaxat
casibus, & ab iis solummodò Personis, de qui- 165
bus Leges loquuntur, rejectâ quacumque extensione ad alios casus, & Personas, ut ex *Cartiad.*, *Peregr.* aliisque dictum fuit *superioribus locis*.

Nil itaque turbant auctoritates, quæ in contrario Voto allegantur, ut enim perspicitur ex illarum lectura, eædem loquuntur in terminis renunciationis, quæ, licet realis sit, & è
medio prorsus tollat personam Renuncian- 166
tis, nihilominus nullo unquam casu locum facere potest successioni Fisci, quia tum ex mente Renunciantis, tum etiam ex natura actus in eodem subintelligitur præservatus regressus ad Bona renunciata, eveniente casu, quo, decedente Renunciatario sine legitimo Herede, Bona vacantia effici contingeret; At aliter res se habet, quando versamur in donatione irrevocabili inter vivos, hoc enim casu Donans, unȧ cum plena translatione dominii Bonorum donatorum facta in Donatarium, se se abdicat spe omni ullo unquam casu, aut tempore illa recuperandi, itȧ quidem ut eisdem relictis sub plena Juris dispositione, subiiciantur casui & fortunæ, quibus expositum est reliquum Donantis patrimonium, ut egregiè ratiocinatur *Sacra Rota in* mox relatis *decisionibus*, editis in *d. Cavallicen Donationis*, proindeque eadem efficiuntur transitoria ad quoscumque Heredes, & Successores Donatarii, non quidem tamquam ex Donantis provisione vocatos, sed tam-

tamquam ex dispositione Legis una cum pa-
trimooio Donantis capientes Bona donata,nec
spe nec potentiâ unquam reversura ad Donan-
tem, ut dictum fuit in *d. Romana Donationis*
seu Primogenituræ de Aldobrandinis.

Cujus distinctionis vis frustra in contrario
Voto evitari contenditur duplici exceptione,
167 quod nempè admisso etiam, agi de donatione
irrevocabili inter vivos, nihilominus eadem,
utpotè facta contemplatione certarum Persona-
rum, istis deficientibus, regressum præbere
possit Donanti, & prætereà quod tamquam
complicata cum renunciatione à Sorore Maria
Costaotia celebrata occasione ingressus inReli-
gionem, accessoria censenda sit, ideoque fir-
miorem quidem reddat renunciationem, cui
adhæret, nullum verò tribuat titulum validio-
rem, atque independentem a d.renunciatione,
utraque enim exceptio facile submovetur.

Nam quod attinet ad personalitatem dona-
tionis,hæc nullo pacto adest in illa, de qua agi-
168 tur, & quatenus adesset, nullo pacto tribuere
posset regressum ad Bona donata. Porrò defi-
cit supposita personalitas, quia hæc nunquam
considerari potest in donatione celebrata fa-
vore Heredum, & Successorum quorumcum-
cumque, etiam extraneorum Donatarii, *Rovit.*
cons.43.nu. 11. lib. primo, *Anton. Fab. in Cod.*
lib.2.tit. 3. definit. 22.vers.sed si ut plerumque,
Molin de reit. nuptiar. lib. 3. quæst. 85. nu. 60.
cum seqq., *Mart. de success. legal.part.1.qu 14.*
art.primo n.11., *Rot. coram san.mem. Alexan-*
dro VIII. decis. 10.n. 21. post Torr. variar. Jur.
quæst. tit. 2. de substit. & fideicom. decis. 7. nu-
mer. 12. tom. 1., *in Romana Immissionis 22. Ju-*
nii 1707. §. Quibus coram R. P. D. Lancetta,
in Forosempronien. Legatorum super reintegra-
tione 18. Aprilis 1712.§.Causæ coram R.P.D.
Aldrovando, confirmata 27. Junii ejusdem anni
§. Nullumque 19.coram eodem, qualis certè est
illa, de qua agitur, proindeque in dubium re-
vocari nequit, quin illius virtute, Bona do-
169 nata, delata fuissent ad legitimum Successo-
rem, vel eum, quem Nicolaus Maria sibi scri-
psisset Heredem, tametsi extraneum, teste
Bursat. cons. 264. n.8., *Cravet. cons.42.num.2.*,
Natta cons. 470. num 30., *Gabriel. cons. 132.*
num. 69. lib.1., *Peregrin.de fideicom. art.52.nu-*
mer. 2., *Rot. coram san. mem. Gregor. XV. de-*
cis.85. num.1., *coram san. mem. Alexand.VIII.*
decis.10. n.5. & seqq. & n. 16. cum seqq. coram
bon.mem. Emerix Jun. decis.619. nu. 1., quod
tamen minimè contingeret, si ageretur de do
natione verè personali, in qua contemplatæ
170 fuissent Personæ, certam habentes qualitatem,
hoc enim casu Bona donata, ad illas deferen-
da essent, per ea, quæ tradunt *Rebuff. in leg.*
non est sine liberis §. Nam quem vers. & sieff.
de verb.signifi., *Mantic.de tacit.& ambig.lib.12.*
tit.3.num.2.vers.nec verum est, *Rot. coram san.*
mem. Alexand. VIII. decis. 24.n.9., *in rec.de-*
cis. 194.num.89. & 90. part.5., *d. 23.numer.12.*
part.15.

At prætereà si colore aliquo sustineri posset,
quod in donatione ista considerari posset
ulla personalitas, hæc tamen Donanti non 171
prodesset, quia non contemplatio certæ Perso-
næ,sed pactum reversivum Donanti tribuit re-
gressum ad Bona donata, quo deficiente licèt
donatio facta reperiretur favore certæ Personæ,
& quidem cum verbis taxativis = *tantùm* =, &
similibus; nihilominus, nisi Donans expres-
so pacto caverit, quod, deficiente Personâ ta-
xative contemplatâ, Bona ad ipsum revertan-
tur, locus esse nequibit regressui, ad *Text. in*
leg. si necessariat 8.§. Deveniendo, ibique Gloss.
ff. de pignorat. action., *Cutell. de Donat. disc.1.*
special.24. num.14., *Carol. Anton. de Luca de*
lin. legal. tom.1.resp.1. numer. 2. & 6., *& ad*
Gratian. discept.578. nu.2., *Rot. coram Priol.*
decis.422. nu.2. & seqq., *in rec. decis. 124. n.8.*
part.4. tom.1., *decis.98. num.9. & seq. par.12.*,
decis.434. num. 1. part. 12., *in Romana Dona-*
tionis, seu Primogenituræ de Aldrobandinis
10.Maii 1697. §.Idque potissimum, & §. In præ-
notatu, & §. Cum ergo in fine coram bon: mem:
Ursino, in Forosempronien. Legatorum 18. Apri-
lis 1712. §. Parumque coram R.P.D. Aldro-
vando; Contemplatio verò certarum Perso-
narum efficere quidem poterit, quod Donata- 172
rius illis præjudicare nequeat in rebus donatis,
at non etiam, illis deficientibus, operabitur
regressum Donantis ad Bona donata, libera
remanentia penes Donatarium, *Mantic. de ta-*
cit. lib.13. tit.21.num.20., inquiens, non pos-
se ab hac opinione recedi, *Gratian. discept.386.*
num.14. cum seqq., *& cap. 568. num. 1. & 2.*,
Noguerol. alleg.37. num.13. post med., *Gimb.*
de concess. Feud. §.2. Gloss.13. num.96., *Rot.co-*
ram Achill. de Graff. decis. unic. numer. 6. &
per tot. tit. de Donat., *coram Puteo decis. 278.*
num.4. cum seqq. lib.3., *in rec. decis.587. nu.1.*
& 10. part.1., *decis.98. num. 14. part. 12.*, *&*
decis. 68. num.6. & 7.par.13., eo fermè modo,
quo Bona virtute fideicommissi, ordinati favo-
re certarum Personarum, illis durantibus, obno- 173
xia sunt oneri restitutionis, sed eisdem defi-
cientibus, libera efficiuntur in ultima ex Perso-
nis contemplatis, *Rota in recentior. decis.462.*
num.23. par.14., *decis.218. num.4. cum seqq.*,
& decis.410. num.33. & seqq., *& num.50.*
vers. quod si dicatur par.19., *in Narnien Fi-*
deicommissi de Capitonibus 9. Maii 1695. §. Si-
gnanter cor.bo:me: Muto, & in Romana fideicom-
missi de Moronis 10. Maii 1697. §. Siquidem in
fin. & §. final. coram bo: me: Muto impressi. inter
collect. à Palm. Nepot. decis.215. n.2. & 17.;
Id quod agnoscitur in contrario Voto, quod
idcircò loquitur, retentis semper terminis re-
nunciationis, in quo reverà casu loquuntur au-
ctoritates, in illo allegatæ, quæ propterea ap-
plicabiles minimè videntur casui nostro, in quo
Soror Maria Constantia non per viam simpli-
cis dumtaxat renunciationis sèsè e medio su-
stulit, sed per viam contractus donationis irre-
vocabilis Bona omnia, & jura sua irrevocabi-
litèr transtulit in Donatarium.

Quæ quidem donatio juxtà alteram exce-
ptio-

ptionem, in contrario Voto deductam, dici nequit, quod, utpotè accessoria, alterare nequiverit naturam renunciationis, qui erat contra-
174 ctus, qui principaliter celebrabatur; nam, si verum, prout certè verissimum est, quod in uno, eodemque instrumento duo contineri valeant contractus distincti, atque separati, qui æquè principalitèr celebrati dicantur, ut, omissis generalibus, in nostra specie, instrumenti videlicet continentis renunciationem, & donationem, docuit *Rota post Torr. de pact. futur. success. decis.48. sub num.2., coram clar. mem. Card. Cerro decis.537., & decis.716. utrobique num.1., in rec. decis.98. nu.11. & seqq. par.12., decis.68. num.7. & seqq. part. 13., post Cutell. de Donat. decis.22. num.2., apud Palm. nepot. alleg. 295. num. 22., & in Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. §. Et in omnem coram Reverendiss. Kaunitz*; Rursùs, si pro dignoscendo, an dd. duo contractus æquè principaliter celebrati, vel potiùs unus alteri subordinatus dici debeat, ea in praxi recepta est regula, quod
175 videlicet donatio accessoria censenda sit, quando illa expressa reperitur in partibus dumtaxat executivis instrumenti, in quibus cum ceteris aliis clausulis, ad majorem contractus firmitatem adhiberi solitis, adjecta legitur; contra verò hæc æquè principalitèr, & non accessoriè celebrata censenda sit, quoties tàm in parte proemiali, quàm in parte dispositiva instrumenti Contrahentes egisse noscuntur de donatione, quæ tunc tamquam Contractus ab alio independens, operatur omnes illos effectus, qui proficisci possunt ex vera, & propria donatione inter vivos, quæ absque mixturâ ac complicatione ullius alterius contractus celebrata reperiretur, *Rot. in rec. decis.98. part. 12., decis.68. num.11. part.13., apud Terr. de pact futur. success. decis. 48., apud Palm. nepot. allegat.294. num. 15. & 16., coram Peuting. decis.174. num.1. & seqq., coram bon: mem: Emerix. Jun. decis.1256. num.10., in Romana Legitimæ 17. Junii 1701. §. Præterea coram clar. mem. Card. Caprara, in d. Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. §. Et in omnem casum, & §. Adstipulatur coram Reverendiss. Kaunitz, & in Forosempronien. Legatorum super reintegratione 27. Junii 1712. §. Quatenùs 22. coram Reverendiss. Aldrovando*; Profectò in nostro casu in dubium revocari minimè poterit, quia donatio, quæ à Sorore Maria Constantia renunciante facta legitur, consideranda sit tamquam contractus æquè principalis, atque per se stans.

Melius enim, quàm nos dicendo verbis explicare possimus, id evidens, & apertum redditur ex lectura instrumenti, quod, in omnibus sui partibus, proemialibus nempè, dispositivis, ac denique executivis, præsefert donationem omninò independentem à renunciatione, nam, si spectemus partem proemialem,
176 in qua, juxta notas Juris nostri regulas, Contrahentes regulariter declarando mentem suam, exprimunt naturam, & qualitatem actus, quem celebrare intendunt, ut omissis generalibus, in specie tradit *Rota post Torr. de pact. futur. success. decis.64. num.18., in recent. decis.68. num.10. part.13., & in Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. §. objectum*, ibi = *Sed immò appensatè, & ex proposito cogitavit de eadem donatione, id indigitante parte proemiali, quæ solet præseferre intentum Contrahentium* =, *coram Reverendiss. Kaunitz*, in illo Soror Maria Constantia declarando quid agere intenderet, dixit = *avere perciò risoluto, e deliberata di fare l'infrascritta generale, e reale, e realissima estintiva, e spogliativa renunzia, cessione, & irrevocabile donazione inter vivos* =; en igitur in parte proemiali per viam dispositionis æquè principalis expressus titulus donationis.

Qui tamen longè clariùs pluries, pluriesque explicatus reperitur in parte dispositiva, verbis illis = *hà totalmente abdicato, tolto, e levato perpetuamente da se, & in perpetuo hà dimesso, rilassato, trasferito, ceduto, rinunziato, e rifiutato, è per titolo di donazione, pura, mera, semplice, perfetta, & irrevocabile, che si fà, e si dice fare fra vivi, hà donato, siccome cede, e renunzia, e dona* =; Et rursus, retentâ semper mente donandi, semper æquè principalitèr expressus reperitur titulus donationis, ibi = *hà renunciato, ceduto, e donato come sopra* = & paulò infra = *Siccome comprende sotto la presente renunzia, cessione, e donazione* = atque iterùm = *di modo che la presente renunzia, cessione, e donazione &c.* =, & semper mente, verbisque retento proposito donandi, subdit = *e per causa, e titolo di questa renunzia cessione &c. donazione irrevocabile inter vivos* =, & iterùm = *qual cessione, renunzia, e donazione irrevocabile inter vivos* = his autem proemialis, ac dispositivæ verbis consonant ceteræ etiam partes executivæ, in quibus semel, iterum, atque iterum fit semper expressa mentio donationis.

At verò, si *Sacra Rota* ex complicata mentione donationis, & renunciationis, in parte
proemiali, vel dispositiva facta, censet, in- 177
ter Partes non de renunciatione dumtaxat, sed æquè principaliter de donatione etiam actum fuisse, ut ex *d. decis.98. n.20. & seqq. par. 12., decis.68. nu.10. & seq. part.13., decis.48. n. 2. & seq. apud Turr. de pact. futur. success., cor. bon: mem: Emerix Jun. decis.1256. numer.10., in d. Romana Legitimæ coram Card. Caprara, & in d. Eugubina Immissionis coram Reverendiss. Kaunitz, & in dict. Forosempronien. Legatorum super reintegratione 27. Junii 1712. §. Quatenùs coram R.P.D. Aldrovando*; Quonam colore, aut quâ justâ ratione in dubium revocari poterit, quod in nostro casu per viam contractus æquè principalis inter Contrahentes actum fuerit de donatione, non quidem accessoria, sed independente prorsùs à renunciatione, quando tot inculcatis verbis, ac clausulis, quibus proemialis, dispositivæ, atque executivæ instrumenti partes omnes refertæ

sunt, manifestum redditur, Contrahentes æquè
principalem donationem celebrare voluisse,
ut, præter auctoritates mox allegatas, tradit
Rota coram Card. Cerro decis. 537., & dec. 716.
utrobique num. 1., hoc enim casu locum sibi
vindicare nequeunt auctoritates, quæ in con-
trarium allegantur, utpote loquentes de casu,
178 in quo donationis mentio accessoriè, & de-
pendentèr à principali contractu incidenter in
instrumento renunciationis excidisset, ut hunc
casum secernendo à nostro, optimè ait *Rota*
decis. 23. n. 13. & seq. part. 15. recen. verbis il-
lis =, *ubi passim renunciatio comitem habet quali-*
tatem donationis irrevocabilis non solùm in proe-
mio, sed etiam in contextu, atque subscriptio-
ne, quod longè excedit terminos renunciationis
Sororis Mariæ Virginiæ, in qua verbum dona-
tionis aliquando legitur irrepsisse accessoriè, &
dependenter à principali actu renunciationis.
Fortius vero hæc urgent in casu nostro quia
Soror Maria Constantia, donandi animum
explicavit, non verbis dumtaxat, sed illum
179 apertius declaravit, atque confirmavit adij-
ciendo pacta, quibus regulariter informatur
donatio irrevocabilis inter vivos, ejusque na-
turæ congruunt, qualis est promissio non im-
pugnandi contractum ex causa ingratitudinis,
quæ veræ donationi irrevocabili inter vivos
adjici solet, per ea, quæ tradunt *Bald. in leg.*
ultim. num. 11. Cod. de pact., *Ripa in leg. ultim.*
num. 181. Cod. de revoc. donat., *speculat. tit. de*
donat. num. 5., *Bertazzol. cons. civil. 84. nu. 39.*,
Burgal. de dol. lib. 2. cap. 2. num. 19., *Guttieren.*
tract. de Juram. confirmat. part. 1. cap. 10. n. 5.
in princ., *& §. Sed contra ad med.*, *Mantic. de*
tacit. lib. 13. tit. 41. nu. 6. in fin.; Prout etiam
180 solemnitas insinuationis volita, atque adhibi-
ta à Contrahentibus, demonstrat, eosdem do-
nationis contractum noluisse manere in simpli-
cibus terminis puræ, ac simplicis renunciatio-
nis, sed saltem æquè principaliter celebrare
voluisse donationem, cum talis solemnitas mi-
181 nimè requisita in renunciatione, vel alio con-
tractu, accessoriè, & dependenter ab illa ce-
lebrato, necessariò adhibenda esset ad validi-
tatem donationis, per viam contractus per se
stantis æquè principaliter celebratæ, *Tiraquell.*
in leg. si unquam verb. donatione largitus n. 180.,
Gallerat. de renuntiat. lib. 2. cap. 4. num. 19.,
Gratian. discept. forens. 13. numer. 21. & seq.,
Rot. post Torr. de pact. futur. success. decis. 87.
num. 5., *in rec. decis. 320. num. 31. part. 16.*, *&*
decis. 161. num. 8. part. 10.; quamobrem, si
tum ceterarum omnium rerum, tum etiam
182 contractuum intrinsecam naturam dignoscimus
ex qualitatibus, & forma, quibus eorum spe-
cies demonstratur, in dubium revocari ne-
quit, quin in nostro casu, quo Contrahentes
toties geminatis, atque inculcatis verbis, &
clausulis professi fuerunt celebrare velle dona-
tionem, adijciendo pacta, & conditiones,
183 illi convenientes, in dubium, inquam, venire
nequit, quin æquè principalitèr hujus speciei
contractum celebrare voluerint, ut notant
Aretin. cons. 160. num. 17., *Decian. cons. 108.*
num. 15., *Mans. consult. 19. numer. 17.*, *Rot. in*
rec. dec. 24. num. 3. part. 18., *& penes clar. me.*
Card. de Luc. tom. 1. lib. 4. dec. 17. n. 20.
Ex quibus corruit fundamentum, cui prò
excludenda donatione innititur contrarium
Votum, quod nempè illa concepta minimè le- 184
gatur per caput separatum proindeque cohæ-
rere, ac dependere censenda sit à contractu re-
nunciationis, ejusque naturam, & qualitates
assumat; Argumentum namque istud desum-
ptum à mera materiali structura verborum, &
figura, quâ contractus exteosus reperitur, un-
dequaque insubsistens dignoscitur eò quod co-
hærentia, sivè independentia inter duas dispo- 185
sitiones desumatur ex illarum substantia, atque
ex voluntate, & mente Contrahentium, non
autem ex extrinseca illarum forma, *Bartol. in*
leg. Aurelius §. Idem quærit ff. de libert. legat.,
Gratian. discept. 924. num. 1., *benè Urceol. de*
Transact. quæst. 97. num. 24. & 25., *Giurb. de-*
cis. 85. num. 10. vers. Imò correspectivi, *Rot. in*
recen. decis. 428. num. 6. part. 1., *decis. 59. n. 7.*
par. 15., *& in Lucana Livelli 9. Maii 1709.*
§. Ceterum licèt coram R.P.D. Ansaldo, ideo-
que persæpe dispositiones, tametsi conceptæ
per caput separatum, & inspectâ apparenti il-
larum figurâ, separatæ dici posse videantur; 186
nihilominùs invicem dependent, & una aliam
informat; vice autem versâ plures dispositio-
nes, licèt unica alioquin structurâ verborum
comprehensæ, attamen, tamquam per sè prin-
cipaliter stantes, atque omninò independentes
considerantur, ad *Text. in leg. cum ejusdem*
§. Interdum ff. de edilit. Ædict., *Bald. cons. 317.*
in fin. lib. 3., *Dec. cons. 26. n. 4.*, *Becc. cons. 45.*
n. 31. & 32. lib. 1., *Altograd. cons. 105. n. 18.*
lib. 2., *Mans. consult. 641. num. 11.*, *Urceol. de*
Transact. quæst. 97. num. 25. usque in fin., *Rot.*
post Salgad in Labyrint. Cred. decis. 49. num. 4.,
apud Pacion. de Locat. & Conduct. cap. 25.
num. 71., *in Recen. decis. 592. num. 2.*, *& de-*
cis. 659. num. 3. vers. ista autem Instrumenta
par. 3., *decis. 340. num. 16. par. 9.*, *decis. 370.*
num. 13. par. 17., quæ sane independentia eò
certius in nostra hypothesi concurrere dicenda
est, quia præter verba, & clausulas, expressè
præseferentes speciem contractuum diverso-
rum, atque omninò independentium, præter
pacta, & conditiones, illorum diversitatem
demonstrantes, præter denique expressam vo-
luntatem Contrahentium, quâ non simplex
renunciatio, sed æquè principaliter donatio ir-
revocabilis omninò independens, & æquè prin-
cipaliter volita apparet, non desunt verba id
demonstrantia, cum in tot superiùs recitatis
dispositionis locis Soror Maria Constantia præ- 187
ter renunciationem, donationem etiam face-
re velle professa fuerit, adhibitâ semper dictio-
ne illâ = & =, quæ persæpè æquipollet verbis,
& dictionibus novæ orationis inceptivis, *Ma-*
scard. conclus. 1265. n. 11., *Urceol. consult. 79.*
num. 7. & seqq., *Mans. consult. 299. num. 14.*
& seqq., *Rot. in Romana, seu Januen. Bono-*
rum

*rum 10. Decembris 1696. §. Etenim, & §. Non
urgente coram Reverendissimo Molines*, confir-
mata 24. *Januarii 1698. §. Tum quia in fine
coram bon: me: Muto, inter collect. per Balducc.
decis. ac rer. Judic. tit. de legat. decis.37. n.7.,
& decis.38. num.13.*, & præter expressam, aug-
mentativè adjicit novam speciem, *Bartol. in
leg. ea tamen adjectio ff. de legat.3., Ruin. cons.
133. num.3. lib.1., Cravet. cons.9. num.25.,
Cephal. cons.245. num. 64., Surd. cons. 315.
num. 17. cum seqq., Gratian. discept. forens.
cap.844. num.10., Rot. inter collect. per Bal-
duc. ad Ramon. decis.10. n.4. tom.2.*, & quum
ponitur inter duo, quæ idem non significent,
188 sed diversæ sint naturæ, non declarativè, sed
dispositivè inter diversa posita dicitur, *Barbos.
tract. var. de dict. usufreq. dict.110. num.25. &
seq., Robl. de repræsent. lib.3. cap.17. num.42.
& 47., Gratian. discept.59. num.7., Rocc. di-
sput. Jur. select. cap.55. num.37., Rot. inter
collect. à Palm. nepot. decis.215. num.12.*

Denique oil officit, quod, ut dicitur *in
§. penult. tertii articuli*, quatenus etiam versa-
remur in terminis donationis, principaliter,
ac primariò in renunciatione expressis, adhùc
tamen sextans hereditatis, quod à Sorore Ma-
ria Constantia petitur, tempore factæ dooatio-
189 nis nondum illi esset quæsitum, ac propterea
comprehendi non poterat sub donatione, sub
quà non veniunt Bona, Donanti non quæsita;
nam spem succedendi in Bonis alterius cedi, ac
donari posse rescripsit Imperator *in leg.3. C. de
Donat.*, verbis illis = *spem futuræ actionis pleuè
intercedente Donatoris voluntate, posse trans-
ferri, non immeritò placuit* = *Soccin. Sen. cons.
183. num.2. & seqq. lib.2., Surd. cons.308.
num.30., Cyriac. contr.1. num.14., Gallerat.
de renunc. tom.2. cent.1. renunc.17. num.14.,
clar: me: Card. de Luc. eod. tract. disc.4. n.17.,
Torr. de pact. futur. success. lib.1. cap.1. num.3.
& seqq., & cap.2. num.10. & seqq., in Roma-
na renunciationis 6. Maii 1709. §. Non attentis
coram Illustrissimo Almæ Urbis Gubernatore,
confirmata 10. Martii 1710. §. Neutra siqui-
dem coram R. P. D. Crispe*, proindeque etiam
quoad spem futurarum successionum, & re-
190 rum, oondum Donanti, & Renuncianti quæsi-
tarum, istiusmodi donationes operantur effe-
ctus veræ, ac rigorosæ donationis, ut patet ex
deductis in *Eugubina Immissionis 11. Maii 1711.
ex §. Actum vero usque ad fin. coram Reveren-
dissimo Kaunitz*, & benè ad rem conferunt tra-
dita per *Rot. apud Cutell. de Donat. decis penult.
num.2. & seqq., Torr. de pact. futur. success.
decis.160. num.2. & seqq., in Recen. decis.587.
num.1. par.7. decis.98. num.8. & plurib. seqq.
par.12., & decis.68. num.6. & seqq. par.13.,
& in Forosempronien. Legatorum super reinte-
gratione 27. Junii 1712. §. Quatenus coram Re-
verendissimo Aldrovando.*

Quæ hic infra aguntur, ad materiam pertinent, disceptatam in superiori Dissertatione; Idem propterea & unum proderit argumentum, quod ex ea habes.

191 *Donatio minimè munita pacto reversivo favore Donantis, eidem præripit quemcumque regressum ad jura, & Bona donata.*

192 *Efficitque, ut eadem ad heredes Donatarii, etiam extraneos deferantur.*

Ac etiam ad Fiscum, n. 203. 206. & 266.

193 *En donatione facta occasione renunciationis, istius natura non immutatur: ideoque conditio reversiva, ei suàpte naturâ insita, ex donationis mixtura sublata dici nequit.*

194 *Declara, id procedere in donatione merè accessoria, secus, quando mens Disponentis fuerit principaliter, & irrevocabiliter donandi*, & n.201.

195 *Donationis, & renunciationis uterque contractus, æquè principaliter, atque independenter, uno eodemque instrumento celebratus, suam naturam retinet, sibique correspondentes operatur effectus*, & n.198.

196 *Donatio renunciationi, tamquam actui, qui principaliter geritur, adminta, illam realem quidem efficit, comprehendendo omnes Renunciatorii Heredes, sive legitimos sive ex testamento, at Fisco prodesse nequit.*

197 *Hic enim, tamquam anomalus Successor, tollere nequit reversionem, suàpte naturâ renunciationi insitam.*

199 *Donationis, & renunciationis duplex contractus æquè principaliter in unico Instrumento contineri potest*, & n.202.

200 *Donatio cum renunciatione in uno eodemque instrumento, quando accessoriè, vel æquè principaliter stare censeatur?*

204 *Spes futurarum successionum cedi, ac donari potest.*

205 *Donans non est necesse, quod certioretur, Bona donata, ad Fiscum, sublato ipsi regressu, devolvenda esse, si Donatarius sinè testamento, & legitimo herede decedat.*

206 *Bona absque pacto reversionis donata, si Donatarius sinè testamento, & legitimo Herere decedat, Fiscus, tamquam vacantia, occupat.*

207 *Duæ unciæ, ex intestato Patris naturalis hereditate Filiæ à Lege in caussam alimentorum concessæ reperiuntur.*

208 *Cessat autem Legis dispositio, si Filia congruam dotem à Patre recepit.*

209 *Duæ unciæ ex intestato Patris naturalis hereditate debentur Filiis dumtaxat, ex Concubina, non autem Filiis ex quacumque soluta Muliere progenitis*, & num.212. & seqq., *ac præsertim* n.218. & seqq.

210 *Pro concubinatu inducendo quæ requirantur?*

211 *Concubinatus per æquipollens inductus dici potest ex aliis circumstantiis, quàm ex cohabitatione.*

Contrarium n.212., & 213., ubi, quod, ut Filius ex concubinaria conjunctione susceptus dicatur, nec etiam sufficit qualiscumque temporis cohabitatio, sed eam diuturnam esse oportet, & num. seqq., ac præsertim num. 220., ubi quod ad certitudinem prolis requiritur cohabitatio Concubinæ, & Viri in eadem domo, viciniis scientibus.

Declaratur n. 222, authoritas Spadæ cons. 250. num. 10.

212 Lex conjunctionem omnem, præter uxoriam, & concubinariam, effusam concupiscentiam vocitat.

213 In successione Descendentium decernenda, Leges spetiasse solummodò videntur legalem, moralemque filiationis certitudinem.

214 Quæ certitudo, quum agitur de sobole in figura Matrimonii suscepta, oritur ex eo, quod Uxor fuerit domi retenta, viciniis scientibus, & num. 220. & seqq.

215 In Prolem extra figura Matrimonii suscepta cessat verisimilis, ac legalis certitudo filiationis respectu Patris.

216 Inter Illegitimum, & Conjunctos ex latere paterno quum incerta semper conjunctio remaneat, Leges inter eos sustulerunt jura omnia agnationis, & consanguinitatis, atque in consequens jura etiam vicissitudinaria successionis, admisso Fisco, & n. 253.

217 Non sic inter Illegitimum, & Conjunctos ex latere Matris, utpote quia ejus respectu semper filiatio certa est.

218 Concubina à legitima Uxore solâ dignitate differt.

219 Prolis ex Concubina susceptæ certitudo respectu Patris, æqualis est illi, quæ habetur de Filio, ex legitima Uxore suscepto.

220 Ex cohabitatione Concubinæ, & Viri in eadem domo, viciniis scientibus, indubitata redditur filiatio.

222 Cohabitatio licèt requiratur ad statuendum concubinatum pro duabus unciis consequendis, aliis tamen circumstantiis suppleri potest, quum de probanda dumtaxat filiatione agitur.

223 Aliud est probatio filiationis, aliud ejusdem probatio cum qualitate, quod quis susceptus sit ex Concubina.

224 Filius actor, tamquam suæ intentionis fundamentum adducens qualitatem aliquam, hanc tenetur probare concludenter.

225 Sola filiationis probatio legales ejusdem effectus non operatur.

Et Sac. Rota de filiatione constare, ait circumscripto ejus effectu.

226 Ex Sacrorum Canonum censura proscriptus concubinatus.

227 Filii nati ex soluto, & soluta, tametsi extra domum retenta, ex Sacrorum Canonum censura, proscribente concubinatum, Filiis, ex Concubina susceptis, quoad successionis effectum subrogati censendi sunt:

228 Sed contra est; Nam Sacri Canones concubinatum proscripsere solùm quoad spiritualia, non autem quoad temporalia.

299 Ac immotum propterea manet jus civile, duas uncias deferens solis, ex concubina susceptis, & n. 231.

230 Filii autem ex soluta suscepti, ex æquitate Canonica habentur loco filiorum naturalium, solùm tamen pro effectu legitimationis, vel dispensationis ad Sacros Ordines, & Dignitates assequendas.

Contrariæ authoritates declarantur, n. 234.

232 Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ servandæ omnino sunt in Romana Curia.

233 Decisiones Sac. Rotæ Romanæ prævalere dicuntur cuicumque alteri aut Doctorum, aut exterorum Tribunalium opinioni.

235 In Lusitaniæ Regno indifferenter Filii omnes ex soluto, & soluta, instar naturalium, habentur.

236 In Romanæ Curiæ Tribunalibus consuetudo viget judicandi, quod Filii nati ex soluta, subrogati censeri nequeant in juribus, & privilegiis, à Jure Civili concessis Filiis, ex Concubina natis.

237 Consuetudo sic judicandi ex duobus dumtaxat sat resultat actibus.

238 Revocatio testamenti à Testatore facta nullis designatis personis, succedere debentibus, voluntatem importat merè permissivam, non autem dispositivam, cujus vigore hereditas legitimo Heredi deferri debeat.

239 Fortiùs, si ad voluntatem hanc dispositivam excludendam contrarii concurrant actus, & qui?, ibid.

240 Renunciatio, ac donatio amplissima, occasione ingressus in Religione, à Filio favore Patris emissa, eam penitùs excludit à beneficio cujuscumque intestatæ successionis, deferendæ ex Edicto unde liberi, unde agnati, unde cognati.

241 Donans, sive Renuncians, potest expressâ Donatarii, seu Renunciatarii voluntate, reintegrari ad jura successionis in istius Bonis.

242 Post revocationem testamenti, à Patre factum, superveniens donatio, ejus favore celebrata à Filio, expressam importat voluntatem tam Donantis, tum Donatarii illam arcendi à quacumque legitima successione in ipsius Donatarii Bonis.

243 Quæ voluntas prævalere debet tacitæ, ac præsumptæ voluntati, desumptæ ex eadem testamenti revocatione, & n. 255.

244 Major semper est vis expressi, quàm taciti.

245 Tacitæ dispositioni eò magis per expressam derogatum censetur, quando posterior hæc est;

246 In ultimis voluntatibus præcipuè locum sibi vindicat illud Juris axioma: Posteriora derogant prioribus.

247 Professio Religionis Illegitimo restituere nequit capacitatem succedendi in Bonis asserei Pa-

Patris, prout illam restituit legitimatio facta à Principe, vel quæ olim fiebat per oblationem ejus Curiæ.

248 *Jus Civile alias non agnovit legitimationes præter illam obtentam à Principe, vel per oblationem illius Curiæ.*

Et iis dumtaxat, qui sic legitimati essent, restituit capacitatem succedendi in intestata hereditate asserti Patris, n.250.

149 *Professio in Religione eluere quidem dicitur maculam omnem quoad mores, & effectus spirituales, at quid tale non efficit quoad effectus civiles*, & n.251.

252 *Professio in Religione Illegitimis tollit incapacitatem suscipiendi Sacros Ordines, at non etiam irregularitatem ad effectum ut ecclesiasticas Dignitates consequi valeant.*

253 *Legitimatia inducta ex professione in Religione quod eumdem non pariat effectum capacitatis succedendi, quem legitimatio obtenta a Principe, vel per oblationem illius Curiæ, procedere censendum est etiam ad favorem Fisci, Monasterio exclusa.*

256 *Tacita, ac præsumpta voluntas desumpta ex testamenti revocatione facta à Testatore, tollere nequit obstaculum renunciationis, ab ipso reportata.*

257 *Per simplicem Renunciatarii obitum ab intestato, Renuncians, ad legitimæ successionis jura reintegratus censetur.*

258 *Declara, id non procedere, quoties de renunciatione reali agitur, tunc enim licèt eadem pura sit, ac simplex, semper Renuncians censetur ab intestata Renunciatarii hereditate exclusus favore etiam Heredum extraneorum.*

259 *Præterquam Fisci.*

260 *Cujus tamen exclusio locum non habet in renunciatione facta per viam irrevocabilis donationis sinè speciali pacto reversivo.*

261 *Duæ unciæ filio debitæ ex intestato Patris naturalis hereditate inter ipsum, ejusque Matrem dividendæ sunt.*

262 *Renunciatio à Filia naturali emissa favore Patris, ipsam excludit à consecutione unius unciæ, eidem debitæ ex intestato illius hereditate, non autem ejus Matrem à consecutione ulterius unciæ.*

263 *Mater Filii naturalis, deficiente concubinatus qualitate, nequit consequi unciam ex intestato illius Patris hereditate.*

264 *Uncia ex intestata Concubinarii hereditate Concubinæ debetur in caussam alimentorum, sive illa aliunde habeat, sive non.*

265 *Nil verò ipsi debetur, si ex illa nullos susceperit Liberos.*

266 *Idem, si Filiorum jus impedimento aliquo peremptum fuerit, vel si prædecesserint.*

268 *In renunciatione facta à Filia favore* Genitorum, *tale nomen intelligendum est distributivè, itaut Genitori, ejusque Heredibus renunciatum censeri debeat.*

269 *Juri accrescendi locus non est in contractu donationis.*

CUM validissimis probationibus, latè deductis tum in nostra responsione Facti, tum etiam in Restrictu Juris, plenè demonstratum fuerit, Sororem Mariam Constaotiam, in sæculo nuncupatam Theresiam Liviam, nullo pacto ceoseri posse filiam Marchionis Nicolai Mariæ Pallaviciui, ab eodem ex fortoito complexu susceptam ex Constantia Curietta, eò quod non solùm mioimè doceatur, istam ab illo retentam fuisse in schemate Concubinatus, verùm, quod magis est, facti, quasi dicam, evidentià evicerimus, eandem, minimè custoditam, exponi potuisse complexibus aliorum Virorum, in ejus domo versantium, qua sane custodia deficiente, ounquam probata dici potest filiatio Sobolis, extra figuram Matrimonii susceptæ; præsertim quando non agitur ad effectum consequendi temporaria alimenta, sed assertus Filius naturalis in Judicio plenario vindicare cooteodit duas uncias, indulgentià *Legis* impertitas solis Filiis, ex concubioarià conjunctione procreatis. Cum inquam hæc omnia plenè probata fuerint in *d. Responsione*, & *Restricta*, consulto idcircò omittimus ea iterum in hac replicatione repetere, abuti enim videremur summa Illustrissimorum Patrum benignitate, si eisdem, sub gravi multiplicium Scripturarum mole jam laborantibus, nuvas molestias exhiberemus inutili coufutatione eorum, quæ jam à nobis rejecta, inani fuco à DD.. Defensoribus Ven. Monasterii in suis Responsiooibus deducuntur, & quæ tametsi, aliquo colore adumbrata videri possent, ita quidem, ut Soror Maria Constantia specie aliquâ veri reputari posset Filia Marchiouis Nicolai Mariæ; Nihilominùs Monasterium ex ejusdem persona nullum Jus arrogare sibi valeleret, quia submoveretur amplissimâ donatione, ante professionem ab ipsa facta favore asserti Patris, cujus virtute eidem prærepta censenda esset nedum illa nimis exorbitans prætensio succedendi in tota hereditate, sed spes etiam consequcudi duas uoicas, quæ benignitate *Legis* decerpuntur ex intestata Patris naturalis hereditate, ut pro virili inter Filium naturalem, ejusque Matrem dividantur.

Sor. enim Maria Costaotia professionem emissura in Monasterio S. Bernardini, non contenta sè abdicasse spe omni ullo unquam tempore quidquam consequendi ex patrimonio, & hereditate asserti Patris; obstaculo renunciationis, ut de more fieri solet à Puellis, quæ rerum mundanarum curis omnibus solutæ, Deo famulari propoount, illis se penitus spoliare voluit solemni donatione factâ irrevocabilitèr, atque inter vivos favore Marchionis Nicolai Mariæ sui asserti Patris naturalis, quæ sanè donatio cum munita minimè reperiatur 191
pacto reversivo favore Donantis, eidem præripit quemcumque regressum ad jura, & Bona do-

donata, atque efficit, quod eveniente easu, quod Donatarius sine testamento prædecesse-
192 rit Donanti, Bona omnia, in donatione comprehensa, deferantur ad illius Heredes, etiam extraneos, ex Legis dispositione quoquo modo vocatos, juxta plenè firmata in *§. Melius enim nostri Restrictus*.

Id quod non impugnatur à DD. Defensoribus Ven. Monasterii S. Bernardini, solummodo ajentibus, verissimam hanc Juris conclusionem minimè applicari nostro casui, eo, quod, licèt eadem procedat quando agitur de pura,
193 & simplici dispositione, qua Donans absque ulla mixturà renunciationis, per viam puræ, & simplicis donationis inter vivos donat irrevocabilitèr Bona sua; aliter tamen res sè habet, quando donatio perficitur occasione renunciationis, quæ cum consideretur tamquam actus, qui principaliter geritur, ejus natura, & essentia non immutatur, neque corrumpitur ex mixtura donationis cum renunciatione ipsa, cui si ex natura ipsius actus inest conditio reversiva Bonorum favore Renunciantis, quatenus Renunciatarius decedens, nullis relictis legitimis Hæredibus, locum faciat successioni Fisci, talis idcircò reversio in nostra hypothesi sublata dici nequeat ex eo, quod renunciationi, quæ erat actus, qui principaliter gerebatur, adjuncta etiam fuerit donatio.

Verumtamen contrarius iste discursus rectè
194 procedens, quoties agitur de donatione reverà accessoria, atque famulante actui, & contractui renunciationis, locum tamen sibi vindicare nequit, quoties ex clara mente Disponentis compertum fit, quod ipse non per viam meræ, & simplicis renunciationis se de medio tollere voluit, locum faciendo ceteris Successoribus, qui vel ex voluntate Hominis, vel ex dispositione Legis successuri essent Renunciatario, sed per contractum veræ, atque irrevocabilis donationis, absque ullà prorsus spe reversionis, Bona, & jura sua, ac quamcumque spem succedendi, liberè, atque irrevocabiliter transferre voluit in Donatarium: nam, si de hac voluntate constet, parvi refert, an donatio isthæc concepta fuerit per viam unicæ dispositionis, præseferentis nudam, ac meram donationem inter vivos, quæ comitem non habeat ullum alterius speciei contractum, vel eadem explicata fuerit in dispositione, non solam donationem, verùm etiam continentè
195 renunciationem: hoc enim casu inspecto tenore dispositionis, & mente Contrahentium, quæri solummodo solet, an diversæ istæ dispositionis species, donatio nempè, & renunciatio, celebratæ fuerint tamquam duo contractus æquè principales, atque invicem independentes, ità quidem ut unusquisque eorum retinendo suam naturam, operari valeat effectus, illi proportionatos, vel potiùs alter eorum, renunciatio videlicet, tamquam actus principalitèr volitus, atque intentus à Disponente, ad majorem dumtaxat illius firmitatem, vestitus reperiatur donatione. Hoc enim casu rectè inquiunt DD. contrarii Defensores in Restrictu eorum responsionis *§. 61.* quod donatio 196
admixta renunciationi, tamquam famulatoria, atque accessoria contractui, qui principaliter geritur, tribuere quidem illi valeat majus robur, eandem efficiendo realem, atque realissimam, ac sub illa comprehendendo omnes Renunciatarii Heredes tàm legitimos, quam etiam vocatos ex testamento: at non etiam suffragari possit Fisco, qui, tamquam anomalus 197
illius Successor, tollere nequit reversionem, sua ptè naturâ actui renunciationis insitam favore Renunciantis, quoties cum eo concurrit Fiscus, & non alius legitimus Renunciatarii Heres, & in hoc sensu loquuntur, atque intelligendæ sunt auctoritates omnes, quot quot in contrarium allegantur *§. 62. & seqq.*

At secus est, quando sub unica materiali scriptura duplex continetur dispositionis species, una nempè per viam renunciationis, altera verò per viam puræ, atque irrevocabilis 198
donationis concepta; isto enim casu, utraque dispositio retinens suam naturam, operatur effectus ipsi correspondentes, proindeque donatio censeri hoc casu nequit accessoria, atque famulativa, confirmans nimirum, & validiorem solummodò reddens donationem, sed præter hos effectus, juxtà suam naturam, adimit Donanti quemcumque regressum ad Bona donata, non curato ad quem illa deventura sint, alioquin, si donatio unà cum renunciatione contenta, & complicata in uno, eodemque materiali Instrumento, & dispositione, nihil aliud efficere censenda esset, quàm isti majoris dumtaxat firmitatis robur adiicere, dicendum esset, quod nec ex voluntate Contrahentium, nec ex Juris censura fieri posset, quod in una, eademque scriptura, & materiali dispositione continerentur contractus distincti, atque separati, donationis videlicet, atque renunciationis, quæ æquè principaliter cele- 199
bratæ dicerentur, quod tamen verum non est, nam duplicem istum contractum, & quidem æquè principalitèr in unico instrumento contineri posse, agnoverunt auctoritates, lato calamo cumulatæ in nostro Restrictu *§. Quæ quidem donatio*, & præcipuè id agnovit *Rota in Eugubina Immissionis* 11. *Maii* 1711. *§. Et in omnem coram Rev: Kaunitz Episcopo Labacen.*, *& in Forosempronien. Legatorum super reintegratione* 27. *Junii* 1712. *§. Quatenus coràm Rev: Aldrovando*. Et sanè si ad sensum DD. exadversò Scribentium quoties donatio cele- 200
brata reperitur in instrumento donationis, alium effectum operari nequiret, quàm illam realem reddere, frustrà Doctores, frustraque toties *Sacra Rota* subtiliùs examinassent, quànam figurà verborum, & quà mente à Disponente cum renunciatione complicata etiam fuerit donatio, ex his arguendo, quod, si illa adjecta reperiatur parti executivæ instrumenti, & inter clausulas, quæ in illa adiici solent, hoc casu minimè corrumpat naturam renunciationis, prout etiam illam non alteret, tametsi
ex-

explicata reperiatur in parte proemiali, sivè etiam dispositiva, quando eadem ex figura, & contextu verborum accessoriè adjecta reperitur principali contractui renunciationis,, ut loquuntur auctoritates allegatæ in contrario Restrictu responsionis §. 62.; quæstionem namque omnem uno verbo absolvere potuissent, determinando, quod donatio complicata cum renunciatione non solùm istius naturam alterare non valeat, sed ipsa suam naturam minimè retinens, producere nequeat effectus, qui necessariò eam sequuntur, sed semper tamquam famulatoria alterius actus, eidem subordinetur. At non ità censent Doctores, & Tribunalia, norunt enim, in uno eodemque materiali Instrumento duplicem contineri posse Contractus speciem, & utrumque juxtà suam oaturam operari effectus, eidem consentaneos,
202 ideoque in concretn casus nostri ex mente Disponentis rem definiendam esse reputantes, statuerunt, quod, quando disponens, actum continere, ac restringere oolens intrà puros terminos renunciationis, disponere etiam voluit per viam puræ, atque irrevocabilis donationis, in dubium venire nequeat quin talis actus jure perfectæ donationis censendus sit, prout hoc jure illum censuerunt quando donationis nomen minimè usurpatum reperitur in clausulis, & partibus executivis, sed Disponens io partè tàm proemiali, quàm dispositiva perfectam; & omninn irrevocabilem donationem condere velle professus fuit; Certiùs autem quando id non solùm pluries, pluriesque professus fuit in partibus dispositivæ, ut in nostro casu factum fuisse, notavimus in *nostro Restrictu §. Ex quibus corruit & seqq.*, Verùm, quod magis est, adjecit pacta congruentia quidem naturæ donationis, illique adiici solita, at minimè consentanea contractui renunciationis, vel saltem, utpotè ab illa extranea, eidem adponi minimè consueta, ut probavimus in eodem nostro *Restrictu d. §. Ex quibus corruit*.

At verò, si io dubium venire nequit, quod in uno, eodemque instrumento celebrari pos-
203 sit duplex Contractus, donationis videlicet, atque reounciationis, ità quidem ut uterque, veluti per se principalitèr stans, suam naturam retineat, ex hoc, veluti ex necessario antecedenti, sequitur, quod, quemadmodum, si ageretur de donatione irrevocabili inter vivos, celebrata in instrumento prorsus separato, hæc
203 tamquam suàptè naturâ perpetua, omni tempore, omnique casu excluderet Donantem à Bonis donatis, eidem prorsus ademptâ quacumque spe regressus, adeo quidem ut si Donatarium decedere contingeret nullâ factâ dispositione, nulloque relicto legitimo Herede, qui excluderet Fiscum, Bona donata ad hunc devolverentur, tamquam effectus de libero patrimonio Donantis, quod, uti vacans, ab illo occuparetur, juxtà concordantes auctoritates cumulatas in nostro Restrictu *d. §. Ex quibus corruit*, ità etiam idem effectus consurget ex vera, & irrevocabili donatione complicata cum reounciatione, nam, si ista non perpetuaret ademptionem regressus, sicuti illam perpetuò adimeret donatio facta per contractum omnino separatum, verum unn esset, quod donatio perpetua, & irrevocabilis celebrari posset in uno, eodemque instrumento, in quo complicaretur alius contractus, quod tamen verissimum esse, latè ostendimus in nostro Restrictu, & repetitum fuit superioribus locis.

Denique nil obest, quod, tametsi contractus, de quo agitur, donationis Jure censendus esset; oihilominùs ille comprehendere nequeat spem succedendi iu Bonis ipsius Donatarii, eò quod implicare dicatur, quod donentur ea Bona, quæ sunt propria ipsius Donatarii, his addendo, quod, tametsi per malam hypothesim sub istiusmodi actu talia Bona comprehendi potuissent, oportuisset tamen, quod Puella renuncians certiorata fuisset de casu successionis Fisci in Bonis Donatarii: Neutra enim hujus objectionis pars subsistit, nam quod attinet ad primam, illa sublata fuit in *§. finali* nostri Re-
strictus, ubi ostendimus, spem succedendi in 204
Bonis alterius cedi, & donari posse, & hujusmodi donationem quoad spem futurarum successionum, & rerum, nondum Donanti, & Renuncianti quæsitarum, operari effectus veræ, & rigorosæ donationis, juxta concordautia Juris loca, & auctoritates allegatas in *d. §. finali*. Quod verò pertinet ad alteram ejusdem objectioois partem, ea penitùs sublata remanet ex natura actus, qui gerebatur, nam, si non renuociatio, sed vera donatin in d. Instrumento
celebrata fuit, mioimè oportebat, quod Do- 205
nans certioraretur, quod eveniente casu obitus Donatarii sioè testamento, & legitimo Herede, sublato ipsi regressu ad Bona donata, eadem devoluta fuissent ad Fiscum, nam cum suàpte naturâ id insit donationi, ut nempè Donanti præservatus censeatur regressus ad Bona donata eo tantùm casu, quo de illn, speciali pacto, sibi præcaverit, ità quidem ut, tali præservatione deficiente, locus aperiatur Fisco occupanti patrimonium Donantis, tamquam vacans, & cum quo Bona Donantis occupata fuerunt, ut observavimus *d. §. finali* Profectò ad validitatem donationis non requirebatur, quod Donans certioraretur de ademptione ista reversionis, quæ jam sequebatur ex oatura actus, & Juris dispositione.

Jam verò probato his omoibus, Sororem Mariam Constantiam non solùm per viam simplicis renunciationis, sed per viam donationis irrevocabilis inter vivos Bona omnia, ac Jura, sua transtulisse in Marchionem Nicolaum Mariam assertum Patrem, ideòque, deficiente stipulatione, & pacto regressus, adeò illa incorporata fuisse reliquo Donatarii patrimonio, ut eadem hujus naturam sortientia, à Fisco vindicari possint, tamquam vacantia ob mortem Marchionis Nicolai Mariæ, nullo condito testamento, nulloque legitimo Herede relicto, secutam, superfluum videri posset inquirere, tàm de duabus unciis, quas ex dispositione

Auth.

Auth. licèt Cod. de natural. liber. desumptæ
ex capit. 12. *§. Si quis autem Novell.* 89. *quib.*
mod. natural. effic. sui, & de earum successione,
quàm de exorbitanti illâ prætensione successio-
nis in universa hereditate, quam Soror Ma-
ria Constantia sibi asserit sub obtentu legitima-
tionis deductæ ex professione in Religione,
nam quoad utrumque illi obstaret amplissima
donatio irrevocabilis inter vivos, quâ sibi re-
gressum ad Bona, & Jura donata præripuit,
eademque donatio fortius urgeret pro Sorore
Maria Constantia excludenda à beneficio *dict.*
Authen. Licèt, ex cujus censura duæ unciæ ex
207 intestata Patris naturalis hereditate assignatæ
Filio, cum in causam alimentorum à Lege
concessæ reperiantur, huic subsidiario Legis re-
medio locus certè nequit esse in nostro casu,
in quo Soror Maria Constantia duplicatam do-
208 tem, aliaque ad sui oedum necessariam, sed
commodam status substentationem consecuta
ex patrimonio asserti Patris naturalis, eidem
renunciavit, ac donavit omnia Jura, & Bona
sua. Quamobrem si in specie, de qua agitur,
adest provisio Hominis, Patris nempè natura-
lis, qui assertæ Filiæ de congrua substentatio-
ne providit, cessare debet provisio Legis, ad
Text. in leg. final. Cod. de pact. convent., *leg.*
Maritus ff. de procurat., *Ruin. cons.* 74. *num.* 8.
lib. 1., *Menoch. de præsumption. lib.* 4. *præsum-*
ption. 190. *num.* 39. *& seqq.*, *Gratian. disceptat.*
forens. cap. 376. *num.* 1. *&* 5., *Antunez de do-*
nat. lib. 2. *cap.* 10. *num.* 136., *Magon. decis. Flo-*
rent. 96. *num.* 7., *& decis.* 149. *num.*, 31., *Rot.*
decis. 279. *num.* 7. *part.* 2. *divers.*; Verumta-
men ut Parti adversæ plenius satisfaciamus,
non pigebit brevibus perstringere ea, quæ la-
tius exadverso recensentur.

Probavimus in Restrictu nostræ responsionis
§. Etenim extra Dubium & seqq., quod ex cla-
ra, & aperta dispositione dd. Jurium tàm in
d. Novell. 89., quàm in dicta *Auth. licèt*, duæ
209 istæ unciæ decerpuntur ex intestata successione
Patris naturalis, sine legitima prole defuncti,
favore solummodò Filii naturalis, qui ab illo
susceptus fuerit ex Muliere soluta retenta do-
mi in schemate concubinatus, ex quo justà
ratione inferebamus, quod, cum Mater Sor.
Constantiæ Mariæ à Nicolao Maria habita mi-
nimè fuerit in figura Concubinæ, deficiunt
210 namque omnia ea, quę pro inducendo concu-
binatu requiri, tradunt *Farinacc. de Delict.*
Carn. quæst. 138. *part.* 1. *nu.* 8. *cum plurib. seqq.*,
Rot. in rec. decis. 282. *num.* 6. *part.* 1.; Ex hoc,
inquam, inferebamus, quod, deficiente pro-
batione veri concubinatus, frustra Soror Ma-
ria Constantia laborabat in probanda filiatione
ex Marchione Nicolao Maria, quia hæc ipsi
non prodesset eò quod Jura nostra dd. duas un-
cias deferant Filiis dumtaxat ex Concubina
susceptis, non autem Soboli ex quacumque
soluta Muliere progenitæ, ut latè probavimus
in d. nostro Restrictu *§. Etenim extra Dubium*
& seqq.

Quamobrem agnoscentes DD. contrarii De-
fensores, ex mox relatorum Jurium censurâ,
successionem, in dd. duabus unciis, ex peculia-
ri beneficio Legis, deferri Filiis dumtaxat ex
Concubina susceptis, ac per consequens eas-
dem deberi nullo pacto posse Filiis, qui dicta
qualitate carentes extra figuram concubinatus
ex Muliere soluta suscepti fuerint, plura idcir-
cò adferunt argumenta, quibus suppletivè sal-
tem requisita concubinatus probare conantur
inquiunt enim, pluribus Testibus probari,
Nicolaum Mariam conjugali propemodum af-
fectione coluisse Constantiam Curiettam, ean-
demque retentam in domo, ab ipso condu-
ctam, non solum splendidè aluisse, eeteraque
omnia ad vitæ cultum necessaria munificenter
illi subministrasse, sed retinuisse etiam claves
domus, in qua eadem morabatur, ut sibi li- 211
ber ad eam patens, aliis impervius esset ac-
cessus, ex quo concludunt, quod, tametsi de-
ficeret materialis cohabitatio Amasiæ cum
Amasio, nihilominùs non idcircò exclusus di-
ci poterat concubinatus, per ęquipollens ex aliis
circumstantiis inductus, allegando consilium
Spadæ 250. *num.* 10. *lib.* 2.

Verumtamen contrarius iste discursus nullo
pacto subsistit, nam si ut probavimus in nostro
Restrictu *§. Puruique refert & seqq.*, Jura no-
stra successionem in dd. duabus unciis conce- 212
dunt Filiis solummodo, ex conjunctione, à
Lege permissa, susceptis, Lex autem conjun-
ctionem omnem; præter uxoriam, & concu-
binariam, effusam vocitat concupiscentiam,
ut in *§. Si verò effusa usque ad finem Auth.*
quib. mod. natural. effic. sui, proculdubio ut-
potè suscepti ex conjunctione minimè permis-
sa, repellendi erunt filii non procreati in figu-
ra veri concubinatus, tamquam deficiente
qualitate illa, ex qua, veluti ex sua causa, &
principio intrinseco, promanat jus succedendi,
juxtà deducta in d. nostro Restrictu *§. Etenim*
extra dubium; quamobrem, si ad effectum sta-
tuendi favore Filii naturalis jus successionis in
dd. duabus unciis, requiritur, quod susceptus
fuerit ex muliere retenta in schemate concubi-
natus, id probatum dici non potest, si desit 213
materialis cohabitatio in eadem domo, in
quam mulier publicè inducta, maritali affe-
ctu ad Liberos procreandos retenta fuisse cen-
seatur, ita quidem, ut non sufficiat qualis-
cumque temporis cohabitatio, sed eam diu-
turnam esse oporteat, *Peregr. de Jur. Fisc.*
lib. 3. *cap.* 18. *num.* 15., & tradunt Doctores,
relati in *§. Probavimus*, aliique cumulati in
Restrictu, ac per consequens filius naturalis
juvari nequibit beneficio Legis, eidem sub istâ
conditione successionem in duabus unciis con-
cedentis, tamquam deficiente causâ, ob quam
Lex illas defert, ut facilè perspici potest ex
mente omnium Jurium, & Legum, quæ uni-
cam dumtaxat rationem in successione Descen-
dentium decernenda spectasse videtur, eaque
innixa reperitur morali, atque legali certitu-
dine, quam de filiatione haberi posse censue-
runt; quæ sanè certitudo; quum agitur de So-
bolæ

bole in figura Matrimonii suscepta, habeatur
214 ex eo, quod favore innocentis Prolis, editæ
ab uxore domi retenta, vicinis scientibus, concurrit
honesta, ac probabilis conjectura filiationis,
juxtà doctrinam *Baldi in leg. primo num. 34. Cod. de his qui accusar. non poss.*, ibi = *probabilis quoad Patrem, quia natus ex uxore in domo, vicinis scientibus, ut leg. filium ff. qui sunt sui, vel alien. Jur. &c. & honesta conjectura inhonestam præsumptionem favore innocentis prolis excludit = ff. de adulter., leg. miles §. Defuncto in fin.*, & probant alii, allegati in nostro Restrictu contra Aroaldam. Jure idcircò meritòque attentà legali istà certitudine filiationis, Soboli in figura Matrimonii susceptæ Jura nostra plenariè legitimam successionem concesserunt.

At quoniam respectu Prolis, extra figuram
215 Matrimonii progenitæ, cessat verisimilis, ac legalis
certitudo filiationis respectu Patris, hinc
216 est, quod Jura nostra agnoscentia, inter Illegitimum,
& Conjunctos ex latere paterno conjunctionem ex parte Patris, semper incerti, incertam semper remanere, inter illos sustulerunt jura omnia agnationis, & consanguinitatis, ac per consequens jura etiam vicissitudinariæ successionis, indè derivantia, ut in *§. Vulgò quæsitos Instit. de successión. Cognator.*, *& in §. Filiam Auth. quib. mod. natural. effic. sui*; Vice autem versà ob certitudinem filiationis, quæ semper habetur respectu Matris, à
217 natura ipsa indigitatæ, eadem jura vicissitudinariam
successionem statuerunt inter Illegitimum, & ex latere isto Conjunctos, ut, præter Jura mox allegata, apertè disponitur in *leg. si Spurius 4., & prius in leg. hac parte 2. ff. undè Cognati*.

Hanc itaque rationem secutus Imperator Justinianus in d. *novella 89.*, ex quadam Legis æquitate ad partialem successionem in duabus
218 unciis admisit Filios, ex Concubina susceptos,
mente enim secum reputans, illam à legitima Uxore sola dignitate differre, ad tradita per *Oliver. Textor. de success. ab intestat. inter tract. magn. tom. 8. part. 1. fol. 372. à terg. nu. 23. & fol. 381. num. 97. & seq.*, &, quod attinet ad certitudinem Prolis respectu Patris, ferè esse
219 æqualem illi, quæ habetur de Filio, ex legitima
Uxore suscepto, quia utraque, tàm nempè Uxor, quàm Concubina domi retinetur pari affectu, & ad eundem finem procreandi Liberos, idcircò dd. duas uncias talibus solummodò Filiis concessit, juxta aperta verba dictæ *Novellæ*, ibi = *Si quis autem defunctus fuerit legitimâ ei sobole non extante, neque legitima Conjuge, non disponens de substantia sua, sit autem ei donec vixerit libera Mulier in schemate Concubinæ sociata, & Filii ex ea (talibus enim solummodò hoc sancimus, ubi omninò indubitatus est, & Concubinæ in domo affectus, & Filiorum ibidem proles), & alimentam datus eis, & duas paternæ substantiæ uncias*. At verò, si Imperator Filiis susceptis ex Concubina attribuit duas uncias, quia similitudinariè ad Filios, ex legitima Uxore susceptos, ex cohabitatione Concubinæ in eadem domo,
vicinis scientibus, indubitata redditur filiatio, 220
ut hanc parificationem agnoverunt *Pegas. de exclusion. & inclus. &c. majorat. part. 2. capit. 9. sub num. 472.*, ibi = *Cum quis dicit se natum ex Uxore, vel Concubina, domi retentis, vicinis scientibus, de quo est sermo in leg. filium eum definimus &c.* = *de Marin. ad Reverter. dec. 190. sub num. 1.*, ibi = *Nam cum ad filiationem probandam duo soleant articuli fieri, primus circa proprietatem filiationis, quod scilicet aliquis sit Filius natus in domo ex Uxore vel Concubina, vicinis scientibus* = hinc sequitur quod cohabi-
tatio materialis Concubinæ, & Viri in eadem 221
domo, tamquam influens in certitudinem Prolis, proficiscentem tum ex dicta cohabitatione, tum ex scientia, & reputatione vicinorum, sit præcipuum requisitum, & qualitas à Lege desiderata, ut Filius naturalis consequi possit duas uncias, quod si deficiat, repelletur in earum successione, juxta concordantes authoritates, pleno calamo jam supra cumulatas.

Nec contrarium firmatur auctoritate *Spadæ d. cons. 250. num. 10. lib. 2.*, quia in illius hypo-
thesi deficiente materiali cohabitatione, con- 222
siderantur cetera requisita, non quidem ad effectum statuendi concubinatum pro consequendis dd. duabus unciis, sed solùm ad effectum probandi filiationem, quæ est quid diversum, aliud namque est, quod probetur filiatio, aliud
verò est, quod eadem probetur cum qualitate, 223
quod quis sit susceptus ex Concubina, per ea, quæ tradit *Pegas. d. cap. 9. ex num. 455. & plurib. seqq.*, inquiens, quod quando Filius est actor, & petit id, quod sub aliquà qualitate,
capacitatem ipsi tribuente, debetur, conclu- 224
denter tamquam fundamentum suæ intentionis, talis qualitas probanda ab eo sit, idque etiam benè agnovit *Rota in decisione Ubaldi*, quæ post d. *consilium* subjungitur, in quo pro-
batio filiationis discreta fuit ab ejus effectu, 225
ibi = *Proposito Dubio sub die 21. Junii præteriti, an constaret quod Appollonia sit Filia Curtii in casu, & ad effectum, de quo agitur, illudque propter diversas Dominorum sententias non resolutum, hodiè iterùm proposui, & fuit firmatum constare de filiatione, circumscripto effectu, de quo, & aliis, quæ ad rem faciunt, postea erit discutiendum* = deindè autem actum fuit de effectibus, ut ex *decis. 600. part. 3. rec.*, in qua supposità filiatione, atque additâ legitimatione Appolloniæ in forma amplissima, dictum fuit, eandem excludere posse Substitutos. En igitur, quod, licèt defectus cohabitationis materialis non excludat probationem filiationis, quæ aliundè suppleri potest, sola tamen ista probatio operari nequit ceteros legales effectus, & præsertim illum, qui, instar Filiorum ex legitima Uxore susceptorum, à Lege respectu Concubinæ habetur ex eo, quod indubitata sit Filiorum proles, in eadem domo ex Concubina nata, juxta superiùs relata verba d. *Novella 89.*

Nilque turbat, quod hodiè ex Sacrorum
226 Canonum censurà proscripto Concubinatu (
modò constet de filiatione) à successione re-
pellendi non sint Filii nati ex soluto, & soluta
tametsi extrà domum retenta, quando inter
227 illos Matrimonium consistere poterat, eo quod
sublatis subtilitatibus Juris civilis, Filii ex
complexu cum tali muliere suscepti, subroga-
ti censeantur Filiis naturalibus ex fornicaria
conjunctione procreatis, quia, ut huic obje-
ctioni occurrendo, plenè probatum fuit in no-
stro Restrictu, Sacri Canones morum honesta-
228 tem, ac sanctitatem solummodò promoventes
suis sanctissimis Legibus, ea dumtaxat ordina-
runt, quæ ad salutem animæ pertinere nosce-
bantur; quamobrem censentes, summopere
Evangelicæ Legis Sanctitati adversari concobi-
natum, cujus vinculo Homines facilè irre-
tiebantur, eo quod civili Lege prohibitus mi-
nimè reperiretur, illum penitus damnarunt,
& Canonicis pænis puniverunt; At quod atti-
net ad alios effectus, Civilia Jura nulla ex par-
te innovarunt, *Peregrin. de Jure Fisci libr. 3.
cap. 18. num. 7.*, inquiens, Jura similia loquentia
de Concubinatu non esse sublata. Quamobrem,
quemadmodum hodiè si quis Filium ex Con-
cubina susciperet, hic plenè frueretur benefi-
cio successionis, ipsi à Lege Civili impartito,
tamquam à Sacris Canonibus eidem minime
adempto, ut probant auctoritates à nobis su-
periùs allegatæ, sic etiam dicendum erit, quod,
229 cum Jus Canonicum novam succedendi for-
mam minimè constituerit favore Filiorum na-
turalium, extra figuram Concubinatus susce-
ptorum, si deficiat qualitas ista concubinatus,
ex qua, veluti ex sua causa, & principio, Lex
promanare voluit jus succedendi in duabus un-
ciis, veluti deficiente causà, deficiant etiam
Jura ista successoria, ex auctoritatibus pleno
calamo congestis in d. nostro Restrictu *§. Cum
itaque*, ubi etiam animadversum fuit, illam
æqui, bonique rationem, quà Sacri Canones,
instar Filiorum ex vera Concubina suscepto-
230 rum, naturales reputari voluerunt Filios quos-
cumque natos ex soluto, & soluta, inter quos
Matrimonium contrahi poterat, locum sibi
vindicare posse ad effectum, ut per subsequens
Matrimonium legitimentur, vel ut faciliùs
obtineant dispensationes, quibus promovean-
tur ad Sacros Ordines, & Dignitates, ad quas
difficilior patet aditus Filiis, ex alio turpi, &
damnato complexu progenitis. Ceterum, quod
attinet ad Jus succedendi, immotum manet
231 Jus civile, duas uncias deferens Filiis solummo-
dò naturalibus ex Concubina maritali affectu
domi retenta ad Liberos procreandos, ut benè
distinguendo docent Doctores cumulati in no-
stro Restrictu, ubi, præter alias authoritates,
§. Etenim extra dubium referuntur plures Sacri
Auditorii resolutiones, quæ si alia deficerent,
servandæ omninò essent in Romana Curia, in
232 qua instar Legis habendæ, & secundum illas
judicandæ sunt similes Causæ, ut in specie de
Judicatis *Sacra Rota Rom.* ait *Thabor. axiom.
Jur. lib. 14. cap. 79. axiom. 1.*, *clar. mem. Card.
de Luca de Emphyt. disc. 28 num. 5.*, *Rota in
Ariminen. Castrorum 3. Junii 1701. §. Hac se-
cundà coram Reverendiss. Molines*, *& in Cal-
lien. Castrorum 17. Junii ejusdem anni §. Licet
cum §. seq. coram eodem*, prævalere enim di-
cuntur cuicumque alteri aut Doctorum, aut 233
exterorum Tribunalium opinioni, *Rota in Ro-
mana evictionis 17 Februarii 1710. §. Et quid-
quid dixerint coram Eminentiss. D. Cardinali
Scotto*, *& in Romana Primogenituræ, & fidei-
commissorum de Corsinis 16. Maii 1710. §. Con-
firmatur 28. ad fin. coram Reverendissimo Al-
drovando*.

Ex quibus promanat responsio ad auctorita-
tes, in contrarium allegatas, quæ vel intelli-
gendæ sunt juxta mox traditam distinctionem,
vel justum locum sibi vindicant in iis casibus, 234
& Regionibus, in quibus Filii omnes procrea-
ti ex soluto, & soluta, inter quos nullum ade-
rat impedimentum contrahendi Matrimonium,
habentur loco eorum Filiorum naturalium,
qui tales de Jure civili reputabantur, prout re-
verà intelligendus videtur *Pheb. decis. 76.* alle-
gatus in contrario Restrictu *§. 51.*, Author nam-
que iste Lusitanus loquitur secundùm Leges
municipales Regni, in quo Jure regio indiffe- 235
renter Filii omnes nati ex soluto, & soluta,
instar naturalium habentur, ut notat *Pegas. de
inclus. & exclus. majorat. part. 2. citat. cap. 9.
num. 451.*, Prout etiam in Consuetudine ista
fundatur *Harprect.* allegatus *§. 52.* contrarii Re-
strictus, proindèque, ubi cessat talis consuetudo,
servanda erit dispositio Juris civilis, prout cer-
tè servanda erit in casu nostro; Causa namque
agitur in Romanæ Curiæ Tribunalibus, in qui- 236
bus contraria potius urget consuetudo ita judi-
candi, nam si illa inducitur ex duobus solum-
modò actibus, in quibus ità judicatum reperia-
tur, juxta decisionem *Vincentii de Franchis 238.* 237
num. 3., ibi = *Sed quia, ut supra dixi, fuit bis in
Sacro Concilio judicatum, & sic est inducta Con-
suetudo sic judicandi, quia binus actus sufficit,
Gloss. 3. &c.*, & tradiderunt *Cresp. de Valdaur.
observ. 1. num. 113.*, *Rota Lucana apud Palm.
decis. 82. num. 7. & seq.*, *& decis. 247. num. 33.,
& num. 38.*, in dubium certe revocari nequi-
bit, quin in nostro casu ex tot *Sac. Rotæ deci-
sionibus*, relatis in nostro Restrictu, inducta
fuerit consuetudo judicandi, quod deficiente
probatione veri Concubinatus, Filii nati ex so-
luto, & soluta, inter quos contrahi potuisset
Matrimonium, subrogati censeri nequeant in
juribus, & privilegiis, à Jure civili concessis
Filiis naturalibus, ex Concubina procreatis.

Progredimur denique ad successionem in to-
ta hereditate, quam sub obtentu legitimatio-
nis desumptæ ex professione in Religione, So-
ror Maria Constantia sibi arrogat in Bonis asser-
ti Patris. Cui sanè exorbitanti petitioni viam
sternere curat obtendendo voluntatem Mar-
chionis Nicolai Mariæ Pallavicini, provi-
dendi videlicèt tàm assertæ Filiæ naturali,
quàm ex ejus persona Ven. Monasterio, dum
revocan-

revocando testamentum, à se antea conditum, locum facere voluisse censetur successioni legitimorum Heredum, implicite saltem, & tacitâ voluntate ab ipso vocatorum.

Verùm, ex plenè deductis in Restrictu contra DD. de Pallaviciois, & Lomellinis, patet, istiusmodi testamentorum revocationes factas à Testatoribus absque ullâ declaratione, quod ipsi revocaverint testamentum, ut succede-
238 rent legitimi Heredes, vel aliis similibus verbis designaverint certas Personas succedere debentes, nullo pacto importare voluntatem dispositivam, sed merè permissivam, juxta quam successio deferenda est ad eos, qui nullo Legis, vel Hominis impedimento, illam capere prohibentur, proindèque, cum in nostro casu Nicolaus Maria nudâ, & simplici revocatione rescindere voluerit tabulas, praecedenter ab ipso scriptas, nullis designatis Personis, quarum favore talem actum expleret, dicendum profectò est, in mente non habuisse condere actum ullum, cujus vigore hereditas alicui certae Personae adquiri posset, juxta latè deducta in d. Restrictu locis citatis.

Quae sanè ratio si procedit respectu cujuscumque revocationis, quae nullum habeat comi-
239 tem actum, contemporaneè factum, ex quo elici possit voluntas Testatoris, quod nempè non devenerit ad revocationem testamenti eâ mente, & consilio, ut locum faceret successioni, legitimi Heredis, quantò fortiùs urgebit in casu nostro, in quo, juxta animadversa sub initium contrarii Restrictus, tempore, quo a Nicolao Maria facta fuit talis revocatio testamenti, idem curavit, quod Soror Maria Constantia sua afferta Filia monasticum habitum susciperet, constituendo illi duplicatam dotem, ceteraque omnia subministrando, quae in statu illo requirebantur, deindè verò ab eadem fieri curavit amplissimam renunciatio-
240 nem, atque donationem, de qua latè superiùs locuti fuimus, quâ eadem penitus excludebatur à beneficio cujuscumque intestatae successionis deferendae ex Edicto *undè Liberi*, *undè Agnati*, *undè Cognati*, perindè ac si de eorum numero per mortem sublata fuisset, *Rot. decis. 1. num. 25. inter collect. per Balducc. ad Ramon.*, enim verò inspectâ istiusmodi donatione
241 licet fortè Donans expressâ voluntate Donatarii reintegrari potuisset ad Jura successionis in Bonis Donatarii; nihilominùs nullo pacto eidem restituta censeri potuerunt Jura intestatae successionis, quae Donanti, sive renunciant; adempta censentur, ut, exclusus, locum facit successioni ceterorum legitimorum Heredum Donatarii, juxta cuique in subjecta mate-
242 ria notas regulas, proindèque, cum post revocationem testamenti factam à Nicolao Maria supervenerit d. donatio, illius favore facta à Sorore Maria Constantia, haec utpotè importans expressam voluntatem tum Donantis, tum
243 Donatarii illam arcendi à quacumque legitima successione, & quae, nonnisi contrariâ voluntate Donatarii, expressè declaratâ, è medio tolli potuisset, proculdubio praevalere deberet cuicumque tacitae ac praesumptae Donatarii voluntati, quae ad sensum Partis adversae ex dicta revocatione [quod tamen negamus] elici 244
posset, cum major semper sit vis expressi, quàm taciti, *Thabor. axiom. Jur. lib. 5. cap. 45. axiom. 10.*, praesertim verò quando illa expressa dispositio, sive voluntas est posterior, tunc 245
enim potiori Jure derogatum censetur priori tacitae dispositioni, maximè si haec pertineat ad ultimam voluntatem, in qua praecipuè lo- 246
cum sibi vindicat illud Juris axioma, quo dicitur, posteriora derogare prioribus, *Thabor. axiom. Jur. lib. 14. cap. 62. axiom. 6.*

Cum itaque ex his penitus sublata appareat spes successionis in tota hereditate, quam Monasterium ex tacita voluntate desumpta ex revocatione testamenti sibi asserit, frustrà recurritur ad jus intestatae successionis, quam ex legitimatione similitudinariè ad oblationem factam Curiae Principis, desumere conatur ex professione in Religione, uam 247
professioni Religionis tanta vis esse nequit, ut illegitimo restituere valeat capacitatem succedendi in Bonis afferti Patris, prout illam restituit legitimatio facta ex Rescripto Principis, vel illa, quae olim fiebat per oblationem illius Curiae eò quod intestatae successiones solo Jure civili deferantur, & istud non agnoverit nisi hasce duas legitimationes, ideòque capacitas 248
succedendi in Bonis Patris, quae ex illis resultat, communicata censeri nequibit professioni in Religione, quasi haec etiam vim verae legitimationis obtineat, juxta latè deducta in Restrictu responsionis *§. Quamobrem tamquam magis vera & seqq.*, ubi probavimus, quod sive spectemus extrinsecam auctoritatem Doctorum, sive expendamus momenta intrinsecarum rationum, longè praevalent illae, quibus talis vis professioni in Religione minimè tribuitur.

Nec est, cur exadversò dicatur, quod *Cravetta*, & *Spada*, qui sequuntur sententiam faventem Monasterio, in hisce Bonis succedere contendenti ex persona Religiosi, non fundentur in eo, quod professio religiosa legitimet, non secus ac oblatio Curiae, sed moveantur ex alia diversa ratione, quod nempè per 249
ingressum in Religionem abstersâ omni maculâ illegitimitatis, Professus reddatur capax successionis secundum dispositionem Juris communis, allegando *Textum in Authen. de Monach. in princ.*, in qua fundari dicitur *Spada* juxta ea, quae latè deducuntur in contrario Restrictu *§. 15. & seq.*; Verùm enim verò libenter accipimus id, quod nobis dant DD. exadversò Scribentes, quod nempè professio in Religione vim non habeat legitimationis; si enim id verum, prout certè verissimum est, Professus nullo pacto dici poterit acquisivisse capacitatem succedendi in hereditate intestata Patris 250
illegitimi, quia Jura nostra hanc capacitatem speciali quodam Jure restituerunt iis dumtaxat, qui Rescripto Principis, vel per oblatio-

nem Curiæ legitimati reperirentur, nec Do-
ctores tantam vim esse consucrunt abstersioni
illi maculæ natalium, quæ in *d. Auth. de Mo-
nach.* fieri dicitur per professionem in Religio-
251 ne, quia hæc eluere quidem dicitur maculam
omnem quoad mores, & effectus spirituales,
attamen quid tale non efficit quoad effectus ci-
viles, ut fusius demonstravimus in nostro Re-
strictu *§. Verùmtamen & seqq.*; Imo verò, si,
ut diximus *§. Quod argumentum & seqq.*, ab-
stersio maculæ natalium, quæ fieri dicitur per
ingressum in Religionem, plenaria non est
quoad omnes effectus spirituales, ideòque li-
cet tollat incapacitatem suscipiendi Sacros Or-
252 dines, nihilominùs irregularitatem non tol-
lit, ad effectum consequendi Ecclesiasticas
Dignitates, quarum sinè speciali dispensatio-
ne incapces remanent, quonam pacto resti-
tuisse diei poterit capacitatem succedendi in
Bonis, & hereditate illegitimi Patris, qui est
effectus omninò disparatus ab actu, & natura
Professionis in Religione, solummodò ordi-
natæ ad effectus spirituales?

Nilque turbat, quod hodiè res sit cum Fi-
sco, ad cujus exclusionem exadverso adferri
dicuntur punctuales auctoritates *Cravettæ*, &
Spadæ, contra verò à nobis nullus adferatur
Doctor, qui ad hunc præcisum casum descen-
253 dat, nam pro Fisco ad exclusionem Monaste-
rii stat expressa dispositio Juris, & auctoritas
Doctorum omnium, quotquot tradunt, ex
professione in Religione inductam censeri mi-
nimè posse legitimationem similitudinariam
illi, quæ olim fiebat per oblationem Curiæ,
eandemque, licèt abstergat natalium macu-
lam, id tamen operetur quoad effectus spiri-
tuales, & quidem non generaliter, sed limi-
tatè; quamobrem si capacitas succedendi Pa-
tri illegitimo, Filio restituta censetur per so-
lam legitimationem, aut oblationem factam
Curiæ, ut in nostro Restrictu *§. Quamobrem
tamquam magis vera*, si ut subjungitur in *§. Ve-
rumtamen & seqq.*, talis legitimatio non tribui-
tur ex professione in Religione, si denique, ut
in *§. Quod argumentum & seq.*, licèt professio
eluat maculam natalium, id tamen efficit
quoad certos dumtaxat spirituales effectus, ex
his omnibus, veluti ex suo necessario antece-
denti, sequitur, quod Filius illegitimus, li-
cèt professus in Religione, remaneat in sphera
Filii illegitimi, ideoque nullo alio juvari pos-
sit beneficio Juris, quàm illo, quod Filiis na-
turalibus, ex Concubina susceptis, duas tan-
tum uncias concedit, alios verò à quacumque
successione prorsùs repellit, ob eam rationem,
quod inter Filium illegitimum, & Patrem ob
incertitudinem filiationis à Lege omnia agna-
254 tionis, & consanguinitatis Jura sublata cen-
sentur, ut in *§. Vulgò quæsitos Instit. de succes-
sion. Cognator.*, ideòque inter eosdem Jura
omnia vicissitudinariæ successionis perempta
per consequens dicuntur, admisso Fisco ad suc-
cessionem, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 3. cap. 18.
num. 1.*

Reliquum modò est, ut pauca quædam sub-
damus pro submovendis æquivocis, cum qui-
bus proceditur in separata Juris allegatione su-
per renunciatione edita a D. meo Advocato de
Spannocchiis, qui semper procedens cum sup-
posito, quod agatur de nuda, ac simplici re-
nunciatione, quod tamen verum non esse, evi-
dens, & apertum redditur ex deductis tum in
Restrictu, tum superioribus locis, plura ex
hoc falso supposito, & antecedenti deducit
consequentias, ex quibus infert, d. renuncia-
tionem minimè obstare Sorori Mariæ Con-
stantiæ, & Monasterio, ex ejus Persona agen-
ti. Et primò quidem ait, effectum omnem
d. renunciationis sublatum fuisse per revoca-
tionem testamenti, quâ Renunciantem ex vo-
luntate Renunciatarii reintegratam dicit ad ju-
ra successionis in intestata ejusdem hereditate.
Verum discursus iste petit principium, & sup-
ponit id, quod est in quæstione, quod nempè 255
testamenti revocatio nuda, & simplex, & fa-
cta absque ullà designatione Personarum, ex
voluntate Testatoris ad ipsius intestatam he-
reditatem venire debentium, importet speciem
dispositivæ voluntatis, quando alioquin in Ju-
re certum est, quod talis revocatio, citra ul-
lam dispositivam voluntatem, tollit solummo-
dò obstaculum testamentariæ dispositionis, per-
mittendo, quod ministerio Legis hereditas im-
mediatè deferatur ad illos, quos Jura vocant;
Et rursùs, tametsi colore aliquo sustineri pos-
set, quod revocatio ista testamenti importaret
speciem aliquam voluntatis, hæc, nonnisi 256
tacita esset, & præsumpta, quæ tollere non
posset obstaculum renunciationis, à Renuncia-
tario reportatæ ad effectum ab intestata sua he-
reditate excludendi Renunciantem favore alio-
rum Heredum, sibi ab intestato succedentium.

Idque agnoscens D. contrarius Defensor, ait,
per simplicem Renunciatarii obitum ab inte-
stato, Renunciantem reintegratam censeri ad
jura legitimæ successionis, præsertim verò ad 257
exclusionem Heredum extraneorum, ad id
probandum allegando præcipuè *Rotam coram
Dunoz. Jun. decis. 641.*, & *coram fel: mem:
Alexandro VIII. decis. 10.*; Verumtamen di-
scursus iste audiendus hodiè amplius non est in
Romanæ Curiæ Tribunalibus, in quibus, etiam
quum agitur de mera, ac simplici renunciatio-
ne, modò tamen illa sit realis, qualis certè 258
est renunciatio, de qua agitur, semper Renun-
cians exclusa censetur ab intestata hereditate
Renunciatarii, favore etiam Heredum extra-
neorum, ita quidem ut ipsa solum reintegra- 259
ta dicatur ad exclusionem Fisci, juxtà plenè
deducta in celebri *Romana hereditatis de Lanu-
viis coram Rmo d'Hervault Archiepiscopo Tu-
ronen.* inter collectas per *Balducc. ad Roman.
tom. 1. decis. 1.*, in qua declarantur dd. *decisio-
nes*, & auctoritates in contrarium allegatæ,
cui tamen reintegrationi locus esse nequit in
nostro casu, in quo non versamur in nuda re- 260
nunciatione, quâ Soror Maria Constantia se
de medio sustulerit, sed ipsa per viam dona-
tio-

tionis irrevocabilis inter vivos jura omnia, & Bona sua adeò transtulit in Donatarium, ut sine speciali pacto reversivo, adjecto donationi, nec etiam ad exclusionem Fisci competere ipsi possit regressus ad Bona donata, ut aliàs probavimus.

Deindè verò idem D. exadverso Scribens à generali successione in tota hereditate, quam ex voluntate Nicolai Mariæ, elicita ex revocatione testamenti D. Sororis Mariæ Constantiæ, deberi contendit, transiens ad successionem in duabus unciis, semper retinendo suppositum, quod versemur in renunciatione, ait, quod hæc, tametsi obstaret Sorori Mariæ Constantiæ, nocere tamen minimè posset ejus Matri,
261 cujus Jura cadere nequibant sub renunciatione facta ab ejusdem Filia; quamobrem cum ex dispositione in *Auth. licèt. Cod. de natural. liber.*, *& in Authent. de Trient.*, *& Semiss. §. Consideremus circa med.*, Mater unà cum Filia naturali pro virili admittantur ad successionem in dd. duabus unciis; hinc concluden-
262 dum esse dicebatur, quod, tametsi Filiæ naturali obstare posset renunciatio, nihilominùs hæc non excluderet Matrem à consecutione unciæ, de Jure ipsi debitæ.

Verùm discursus iste duplici ratione facilè submovetur. Prima est, quod, cum d. uncia
263 Matri Filii naturalis assignetur non ratione simplicis maternitatis, sed ratione qualificatæ maternitatis ex concubinatu, videlicet, quod Mulier inducta fuerit in domum Amasii, intercedente animi destinatione, idest, quod Partes simul consenserint concubinare, quodque Concubina maritali affectu, loco justæ Uxoris, domi retenta fuerit ad procreandos Filios, cumque aliis requisitis, quæ enumerantur à Doctoribus pro inducendo concubinatu; hinc est, quod si deficiant requisita ista inducentia concubinatum, asserta Mater naturalis colore nullo unciam, de qua agitur, consequi posset, alioquin dicendum esset, quod si uncia ista deberetur ratione maternitatis, quæcumque soluta Mulier Filium procreans ex Viro soluto, illam consequeretur, id quod nemo sanè non videt, perabsurdum esse; Nam specialis ista provisio ignota veteri Juri, & primum inventa à Justiniano, exorbitans prorsùs est, ut perspici facilè potest ex eo, quod Concubinæ
264 impartitur unciam istam in causam alimentorum, sive illa aliundè habeat, sive non, quo vitam suam sustentare queat; Legitimæ verò Uxori nihil concedit Jure successionis, sed eidem solummodò providet in casu, quo careat dote, aliisque Bonis, quibus se alere possit. Si igitur specialis ista provisio à Lege inducta fuit contemplatione concubinatus favore mulieris, quæ ex Concubinario Filios susceperit, extendenda certè non erit ad alias Mulieres; præsertim verò, quia Jura nostra tum illas, tum Filios, ex eisdem progenitos, considerantia, dd. duas uncias talibus Mulieribus minimè reliquerunt, ideoque locum sibi vindicant rationes, & argumenta deducta in nostro Restrictu §. *Quamobrem verò & seqq.*, ubi probavimus, quod Legislator de his etiam Matribus cogitans, Jus nullum successionis in dicta uncia eis concessit, sed illam elargitum fuit soli Concubinæ; Mulier igitur, quæ talis non fuerit, consequi illam nequibit, præsertim verò, quia inter Concubinam, & alias Mulieres, ex quibus suscipi possunt Filii, intercedunt differentiæ illæ consideratæ à Doctoribus, recensentibus quænam ad concubinatum inducendum requirantur: istiusmodi enim differentiæ impediunt extensionem illam Legis, quæ ex identitate, sive similitudine rationis fieri posset, juxta animadversa in dicto Restrictu §. *Parvique refert*.

Altera ratio, ob quam Soror. Maria Constantia consequi nequit dictam unciam, promanat ex eo, quod Concubina illam obtinet ex Jure, in eam derivato ex persona Filiorum, 265
adeout, si nullos susceperit Filios, nihil in intestata Concubinarii hereditate consequi queat, ad tradita per *Bald. in cap. Per tuas ad finem de majorit., & obedien.*, quem refert, & sequitur *Anton. de Rossel. in suo tract. de legitimat. inter tract. magn. tom. 8. par. 2. fol. 93. num. 56.*, ibi = *Et advertendum est, quod licèt Concubina succedat ab intestato unà cum Filiis naturalibus Concubinario, quod hoc verum est, relictis Filiis ex Concubinario, si nullos enim suscepisset Liberos, in nihilum admitteretur ab intestato* =; Ex quo rectè infertur, quod, si aliquo impedimento Juris, aut Hominis jus Filiorum pe- 266
remptum fuerit, Jus quoque Matri peremptum censeri debeat; quamobrem, quemadmodum, si Soror Maria Constantia prædecessisset ejus asserto Patri naturali, ipsius Mater nihil consequi posset, tamquam deficiente medio, per quod tale jus in illam derivatur, ita etiam per renunciationem, atque donationem, quoad Jura successionis operantes effectus omnes mortis naturalis, è medio sublatâ Sorore Maria Constantia, extincta censenda erunt Jura omnia Matris, quæ, veluti per quandam consequentiam ex Jure, & persona Filiæ in illam derivantur, id quod optimè agnoverunt DD. contrarii Defensores in eorum Restrictu responsionis *num. 17.*, dicentes, tale commodum in consequentiam, & secundariò derivare in Matrem, cui ex persona Filii illud communicatur, & allegant *Ferdinand. Drevell. de Successión.*, cujus verba perlegi possunt loco citato.

Consultò omitto examinare ea, quæ à d. D. exadverso Scribente cumulantur, subtilius examinando verba, & clausulas dictæ renunciationis; illa enim, ut brevitati consulamus, penitus submoventur eâ unicâ responsione, quod nempè non versemur in nuda, & simplici renunciatione, quo casu locum fortè sibi 267
vindicare possent contrarii discursus, sed agitur de vera, & pura donatione irrevocabili inter vivos, cujus vigore, quoties deficit pactum reversivum, Donans perpetuò exclusus remanet, ità quidem, ut locum etiam faciat successioni Fisci.

Nec

Nec obstat, quod donatio ista faveat etiam
Matri D. Mariæ Constantiæ, utpote io illa
268 comprehensæ sub nomine *Genitorum*, quo-
rum favore eadem facta dicitur, quia, quate-
nus etiam id subsisteret, tale nomen intelligeo-
dum esset distributivè, itaut Genitori, ejusque
heredibus censeri debeat renunciatum quid-
quid ex ejus persona obventurum esset Renuu-
cianti, ut firmavimus in Restrictu DD. de Pal-
lavicinis, & Lomellinis §. *Jam verò*, quæ di-
stributiva sublata censeri nequit ex Jure accre-
269 scendi, ex adverso figurato, oam illi resistit ua-
tura contractus donationis, in qua eidem lo-
cus non est, & magis adversatur mens Mar-
chionis Nicolai Mariæ Douatarii, qui, ut præ-
cideret assertæ Filiæ suæ spem omnem quid-
piam ullo unquam tempore consequeodi ex
sua hereditate, suisque Boois, non contentus
amplissimâ renunciatione reali, munitâ, atque
refertâ clausulis, quæ Renuncianti perpetuò
adimerent regressum ad Bona renunciata, cum
illa cumulare prætereà voluit donationem irre-
vocabilem inter vivos, nullo pacto reversivo
favore Douantis vestitam, cujus virtute Bona,
& jura donata perpetuò io patrimonio suo con-
servarentur, ut nedum extranei omnes Here-
des sui, sed etiam Fiscus in eisdem succedere
posset, & Donantem perpetuò repelleret à Bo-
nis, & juribus donatis, quisque autem mente
secum reputet, an hoc casu locus esse possit ju-
ri accrescendi ex adverso excogitato? præser-
tim verò in concreto casus nostri, in quo non
versamur in contractu, in quo quis proprium
aoxerit patrimonium ex donatione aliqua,
quam in aliquem eventum Tertio etiam pro-
desse voluerit, sed versamur in contractu do-
nationis, à Nicolao Maria procuratæ ad effe-
ctum evitandi diminutionem proprii patrimo-
nii, super quo noluit colore ullo, ulloque un-
quam tempore Donanti, aut cuicumque alii,
ab eo immediatè, sive mediate causam haben-
ti, jus aliquod competere posse.

Prodiit in hac etiam Causa, proposita pariter
in plena Camera die 10. Junii 1718., hic
infra insertum Votum bon: me: de Alteriis,
pro recessu scilicet à priori resolutione, io
sextaos pro Monasterio capta.

VOTUM.

270 *Religiosi Bona ad Monasterium devolvun-
tur.*
271 *Filii naturales oblati Curiæ, ad obeunda
Reipublicæ munera, fiunt legitimi, capaces
succedendi Parentibus ab intestato.*
Contrarium, n.272. & seq.
272 *Bastardus per ingressum Religionis non est
legitimatus ad effectum succedendi heredi-
tati Patris, ab intestato defuncti.*
*Et confutatur Guglielmus à Cuneo, contra-
riam affirmans* in 1. part. Cod. de Sacros.
Eccles. num. 274. & 278: & seq.
279 *Stante renunciatione, Filius Religiosus ta-
metsi legitimus, & naturalis, non succedit
Patri ab intestato morienti.*
280 *Illegitimus per ingressum Religionis est le-
gitimatus, & dispensatus ab irregularita-
te ad præscriptam unam finem, quod absque
dispensatione Apostolica Sacris Ordinibus
decoretur.*
Sed non est legitimatus ad alios fines, n.281.
& seqq.
283 *Filiis naturalibus Leges tribuunt duas un-
cias ex hereditate Patris, sine sobole legiti-
ma defuncti, cum Matre repartiendas.*
284 *Per dotationem, Pater satisfacit naturæ de-
bito alendi Filiam naturalem.*
285 *Pater non tenetur præstare alimenta Filio
naturali, aliunde habenti. Declara* o.286.
usque ad 288.
289 *Renunciatio realis facta à Moniali prodest
omnibus, non per modum acquisitionis, sed
per modum remotionis obstaculi ad effectum
juris succedendi*, & num. 290. usque ad
294.
295 *Una ex duabus unciis hereditatis paternæ
debitis Filiis naturalibus, cum Matre divi-
dendis; non existentibus Filiis, non debe-
tur Matri.*
Et quare n. seq. osq. ad 304.
301 *Filios non extare, & non posse succedere
hereditati paternæ propter renunciatio-
nem paria sunt*, & n.302.
303 *Mulier propter renunciationem Filiæ Mo-
nialis, adhuc viventis, nihil etiam titulo
Legitimæ capere potest ex hereditate viri.*
Crescit in Matre naturali, nempè Concubina,
ibid.
304 *Concubina capit portionem ex duabus unciis
debitis Filio naturali viventi ex heredita-
te Patris.*
Et explicatur Maosius lib.3. tit. 1. §. In-
stit. de success. Desceodentium oum.63.

QUI religiosos cœtus ingrèdiuntur, quò se- 270
curè, ac etiam facilè salutem suam ope-
reotur, non solùm Monastèrio offerunt se sè,
verùm etiam res suas, uode universa, quæ ha-
bent, ad illud devolvuotur, *Can. Quia 19. quæ-
stion.3. cap. Si qua Mulier 19. quæst.3. cap. In
præsentia 8. de probat. Auth. Ingressi Cod. de
Sacrosanct. Eccles.* Hinc Monasterium S. Ber-
nardini, in quo Soror Maria Constantia Palla-
vicina professionem emisit, tria proponebat:
Primum quod d. Monialis sit Filia naturalis
Marchioois Pallavicini; Alterum quod per
solemnem professionem, qua Deo se obtu-
lit, deletâ natalium maculâ, legitima facta
fuerit, atque capax evaserit Paternæ successio-
nis, in Monasterium traosferendæ, propterea-
que totam Marchioois hereditatem ad se perti-
nere; Tertium, quod si à Religiosa professio-
oe jus legitimationis non acquisivit, saltem,
tamquam Filia naturalis, succedat io duabus
unciis hereditatis Paternæ. Cum autem quæ-
stionem facti, quod ad filiationem Mouialis
spectat, juris articulus absorbeat, DD. ne ina-
nem

nem laborem susciperent, uihil definierunt,
sed eà, citra approbationem, præsuppositâ,
instantiam hanc Monasterii, tamquam Legibus
apertissimè refragantem, rejiciendam ceusuerunt.

271 Fundamentum Monasterii in eo figebatur,
quod Imperatores Theodosius, Valens, & Anastasius
sanxerunt, natùrales Filios oblatos Curiæ
ad obeunda Reipublicæ muuera, legitimos
fieri, & capaces suecedendi Parentibus ab intestato,
& ex testamento, *leg. Si quis, & leg. Jubemus
Cod. de Natural. liber. instit. de hæred.
quæ ab iatestat. defer. §. Quibus*, & etiam in
sententia *Guglielmi de Cuneo in leg. 1. Cod. de
Sacrasanct. Eccles.* dicentis: *Filium naturalem
per ingressum in Monasterium legitimari ad Pa-
272 ternam successionem per oblationem Curiæ Cælesti,
sicuti legitimatur per oblationem Curiæ secularì*,
quam sententiam secuti sunt aliqui favure
pietatis, & Religionis.

Ad detegendam hujus *Cuneanæ* opinionis
273 insubsistentiam (dicebat unus ex DD.) operæ
pretium est advertere eum *Cavarruv. tit. de
Sponsal. par. 2. cap. 8. §. 7. in fin. pag mihi* 207.
dicente: *qao fit, ut nec illa legitimatio admittenda
fit, quam per oblationem Curiæ Cælesti,
idest Religioni, factam, à Jure concedi voluit
Guglielm. de Cuneo in leg. 1. de Sacros. Eccles.
ad exemplam hujus legitimatieuis, quæ fit per
oblatiouem Curiæ Principis secularis, quæ quidem
exteusio, atsi frequentiori judicio probetur,
jure tamen procedere nequit, quia oblatus Curiæ
Cæsaris, ideò legitimus fit, quod præsumatur
legitimus ab ipso Cæsare effectus in præmium illius
Ministerii, cui filius illegitimus additus est;
quæ fictio nan ceuvenit oblationi, quæ Curiæ Cælesti
fit.*

Covarruviæ consensit *Roderic. Suarez allegat. 25. per tot.*, ac multi insignis nominis Doctores mox recensendis pluribus rationibus.

Primà, quia oblatio Curiæ operabatur legitimationem *quos ad masculos tantum*, qui capessere valebant munera publica, non autem quoad fæminas, nisi nuberent alteri addicto Curiæ, *Faber §. Aliquando num. 1. Instit. de nupt., & alii communiter.*

Secundà, quia per oblationem Curiæ, non legitimabantur omnes Spurii, *sed naturales tautum*, hoc est nati ex vero concubinatu, Jure civili permisso, *Auth. quib. mod. natural. effic. sui §. Si quis igitur* ibi = *Sed solummodo naturalium* =, & *leg. Quoniam Cod. de natural. liber.*, exclusis aliis ex damnato, & punibili coitu, ut advertunt *Bero cons. 163. num. 33. lib. 2., Peregrin. de Jur. Fisci lib. 3. tit. 18. à num. 1. ad 4.*

274 Tertià, quia oblatio Curiæ eausans Oblati le-
gitimationem, usu sublata est, ut præter adductos,
& adducendos de materia tractantes, advertit
etiam *Angel. de Perus. cons. 17. vers. hodie
tamen*. Unde satis absurdum videtur, ipsa
origine rei sublatâ, ejus imaginem derelinqui,
leg. 1. Cod. de latin. liber. tallen., cumque hæ
curiales oblationes, secularis, & religiosa adeò
inter se discrepent, bona similitudo, vel consequentia
unius ad alteram duci oon potest;
Sic contra *Cuneum* argumentatur *Bero dicto
cons. 163. sub num. 33. lib. 2.*

Pro qnarta ratione est advertendum, quod 275
legitimatio per oblationem Curiæ tribuit jus
succedendi, *si Pater voluerit, leg. jubemus, &
leg. humanitatis Cod. de natural. liber., Royas
epitom successi. cap. 11. num. 8. & seqq. tractat.
divers. tom. 8. pag. 403. tergo*. Unde Pater,
offerendo Filium, aut Filiam Curiæ Cælesti,
eurare potest, renuuciationem, & abdicationem
à succedendo per eum fieri, *Suar. dicta allegat.
25. num. 4. vers. 7., & hæc videntur*, quam
renunciationem in præsenti sub amplissima, &
validissima forma reportavit Nicolaus Maria
Pallavicinus, cum Filiam obtulit Monasterio
Sancti Bernardini, & nedum congruâ, sed duplicatâ
cumulavit eam dote, ut appositè *Suar.*
loco mox indicato.

Hujusmodi renunciatione attentâ, Filia ta- 276
metsi legitima, vel legitimata, non succedit
Patri ab Intestato morienti juxtà vulgata Doctorum,
& Tribunalium placita, de quibus in
ipsissimis terminis *Roman. cons. 43. num. 6. &
seqq.*, quem laudant, & sequuntur *Seisell. in
leg. Lucius Titius n. 4. ff. de vulgar. & pupillar.,
Jason. cons. 68. num. 26. & seqq. lib. 3., Soccin.
Jun. cons. 43. num. 2. lib. 3., Reloud. cons. 95.
num. 19. & seqq. lib. 3., Peregrin. de Jur. Fisc.
lib. 3. tit. 18. num. 15. ad fin., Gallerat. de renunciat.
lib. 2. cap. 5. à num. 17. ad 19.* Ratio
apud prædictos est, quod paria sunt, quem,
mortuum esse, vel succedere non velle, aut
non posse, obstante sibi d. renunciatione reali,
extinctivâ, & abdicativâ.

Privilegium pietatis, & religionis frustra ob-
tenditur à *Cuneo*, & Sequacibus, nam fri- 277
volus est, & insubsistens prætextus, ut *Baldus*
inquit *in dicta leg. 3. num. 102. Cod. de Sacros.
Eccles.* ibi = *Non dicitur ad pias Causas licèt
sit Patris ergà filium, tamen non est pietas de
quà loquimur hìc, Sed est quædam naturalis
compassia, non religia ad ipsum Deum, prout in
materia nostra sumitur.*

Rationibus huc usque perpensis opinio Gu-
glielmi *de Cunea* reprobatur uedum à *Covar-
ruv., Bera, & Suarez.* locis prænotatis, sed à 278
*Silvestro in Summ. verbo legitimus num. 4. in
fin., à Vasquez de Success. progress. lib. 1. §. 2. à
num. 55. ad 60.* dicente *Cunei* opinionem esse
phantasticam, similem umbris, & somniis, Lege,
& ratione destitutam, *à Saecia. Jun. cons. 48.
num. 19. lib. 4., à Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2.
quæst. 6. num. 15., à Sauchez in præcept. Decalog.
lib. 5. cap. 5. num. 26., à Carol. Anton. de
Luc. de lin. legal. artic. 102. à num. 4. ad fin.
lib. 2., à Rot. coram Mantic. decis. 32. num. 4.,
coram Burott. decis. 872. num. 6., in Receut.
decis. 350. num. 32. par. 18. tom. 1., & decis. 480.
n. 10. & seqq. dicta par. 18. tom. 2.* Etenim hereditates
Defunctorum ex Legibus deferuntur
§. 1. Instit. de heredit. ab Intestat., non ex opinione
Doctorum, quibus permissum non est

ex-

exteodere Leges ad casus non expressos in e s, *Peregrin. de Jur. Fisc. tit. 3. n. 5. & 13. lib. 4.*

Cæterum ad expellendam prætensam legitimationem Sororis Mariæ Constantiæ ob in-
279 gressum in Religionem fortiora etiam urgent argumenta. Triplex assignatur Causa prohibendi Illegitimos, ne ad Sacros Ordines promoveantur, prima est excellentia Ordinis, qui turpibus, ac infamibus conferri non potest, *Cap. Inter dilectos de excess. Prælat.* Secunda detestatio criminis paterni, quod punitur in Filio, ut per id puniatur & Pater, *Cap. Cum ergo §. Sed qui 24. quæst. 3. leg. isti quidem §. Verò ff. de eo quod a met. caus. leg. Quisquis Cod. ad leg. Juliam Majestat.* Tertia est timor paternæ incontinentiæ, *Cap. Quando generaliter distinct. 24., & cap. Si gens distinct. 56.*, cum autem ante professionem vir illegitimus tempore probationis, castam, & sanctam vitæ consuetudinem egerit, & eidem vitæ rationi voto se adstrinxerit, patet quod omnem maculam paternam purgavit, nec in eo timor paternæ incontinentiæ amplius adest, & ideò, dignis suffragantibus meritis, absque alià dispensatione potest ad Sacros Ordines promoveri, ut diserte docet *Abb. in cap. Præsentium de fil. Presbyt.*, *& Gloss. in cap. 2. de apostat.* ait: *Irregularitas illa, quæ consurgit ex proprio delicto, non tollitur per ingressum Religionis, sed favore Religionis eam eo dispensatur; Cum vero non surgit ex delicto proprio, tunc per Ingressum Religionis tollitur illa irregularitas, ita quod potest sine dispensatione ad Ordines promoveri*, & hanc *Glossæ* opinionem sequuntur *Abb. ibid.*, *Felin. in cap. Cum Deputati num. 2. de Judic.*, *Covarr. in Clementin. si furiosus par. 1. §. 2. n. 6.*, *Ricc. par. 1. decis 82. num. 4.*

Illegitimus ergo cum ob delictum paternum per Sacras Leges sit irregularis, hoc unum per
280 ingressum Religionis acquirit, quod censetur, & est à d. irregularitate dispensatus, non quidem plenariè, sed ad præscriptum unum finem, quod absque dispensatione Apostolica Sacris Ordinibus decoretur, quod caret dubitatione, quandoquidem *Text. in d. c. 1. de fil. Presbyt.* ait = *Filii Presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati ad Sacros Ordines non promoveantur, nisi aut Monachi fiant, vel in Congregatione Canonica regulariter viventes; Prælationem verò nullatenus habeant* =, Sanè si Religiosa professio legitimos efficeret Filios ex fornicatione natos, non eos in ipsa Religione à consequendis Prælaturis Jus Sacrum arceret; Cum itaque inhabiles perpetuò sint ad dignitates, administrationes, & of-
281 ficia, argumentum est undequaque justum, quod etiam in Claustris remanent Illegitimi, quamvis ad Ordines dispensati, *Gloss. in cap. 2. de Apostat.*, *& ibi Fagnan. num. 14. & seqq.*, *Abb. in dicto cap. 1. de fil. Presbyterorum n. 3.*, *Barbos. in collect. Doct. super dicto cap. 2. de Apost.*, *Gratian. discept. foreus. cap. 218. n. 67.*, *Sayr. de Censur. lib. 6. cap. 11. num. 3.*, *Ricc. dicta decis. 82. n. 4.*, & quod non solum id procedat in Ecclesiis regularium, sed etiam in Ecclesiis secularibus, tradit *Abbas in dicto cap. 1. de Apost. num. 6.*, ibi = *Quæro an excludatur à Prælatione tam in eisdem, quam in aliis Monasteriis, dic, quod sic, imò nec in Ecclesia seculari* =, quem sequitur *Majol. de irregul. lib. 1. cap. 10. num. 1.*

Si autem religiosa professio nullam Illegitimo infert legitimationem in ipso Monasterio,
multo minus illi prodest, ut in seculo capax ju- 282
dicetur acquirendi successiones, illi ab Legibus ademptas, cum hæc dispensatio in temporalibus rebus nullum locum mereatur, ut præ cæteris advertit *Felin. in dicto cap. Cum deputati num. 2. de Judic.*, ibi = *Doctores concludunt, quod Religio tollit irregularitatem ortam sinè culpa, sicut est illegitimitas in hoc intellige quoad actus spirituales, puta Ordines, secus in actibus temporalibus.*

Eliminatâ successione universali, quam Mo- 283
nasterium ad se pertinere contendebat, eliminatur quoque successio particularis in duabus unciis, quas Filiis naturalibus Leges tribuunt ex hereditate Patris sinè sobole legitima ab intestato defuncti cum Matre repartiendas, juxtà *dd. Text. in §. Consideremus, Auth. de triens. & semiss. Auth. quib. mod. natural. efficiant. sui §. Discretis, Auth. licèt Cod. de natural. liber.* Etenim obstat Monasterio renunciatio dictæ Monialis, quam intuitu Religionis peregit, in qua declaravit velle = *restare affatto spogliata d'ogni pensiere, e cura di cose temporali, acciò più liberamente, e speditamente possi servire à Dio, e attendere con tutto il cuore alla salute della propria animo, aver per ciò risoluto, e deliberato di fare l'infrascritto generale, reale, generalissima, e realissima, estintiva, e spogliativa rinuncia &c. à favore de' Genitori, Consanguinei, e di tutti, e singoli altri suoi Parenti, e di qualsivoglia altra Persono, benchè qui non espressa, con le quali essa Signora Esponente, ò altri per essa avessero, ò potessero avere alcun' interesse &c., tutte, e singole ragioni, azioni, e pretenzioni, porzioni, eredità, e successioni presenti, e future, che essa hà, e tiene, ò alle quali hà speranza d'aver jus, & azione anche insperate, e tante per causa del passate, che del presente, & futuro, che gli competono, e spettano, e che potessero in qualsivoglia modo, e per qualsivoglia causa, benchè qui non espressa, competere anche per causa d'alimenti, legitima dovuti per ragione di natura, ò suo supplemento, ò oltra qualsivoglia detrazione, ragione sopra tutti i Beni Paterni, Materni &c., non escludendo cos'alcuna, nè riservando per se stessa, nè per detto Monastero, di modo che la presente rinunzia sia ampla, reale, generale, realissima, generalissima, estintiva, & abdicativa &c.*

Duo exinde eliciuntur, primum, quod per dotationem reportatam à Patre, cujus respectu
facta fuit renunciatio, Filia Monasterium in- 284
gressa, alimentis non indiget, nam semper dum vivit, alimentis à Monasterio substentabitur, adeoque Pater per hanc dotationem satisfecit na-

naturæ debito alendi Filiam naturalem, *l. unic.*
§. Sed scimus Cod. de latin. libert. tollen., *Pe-*
regrin. de jur. Fisc. lib.3. tit.18. à n.69. ad 73.,
dicens post *Bald.*, quod obligatus alere, suæ
satisfacit obligationi, si per suam industriam
285 providit, quod Alimentarius recipiatur in Ho-
spitali, vel domo publica, in qua morari pos-
sit, *Royas in epitom. success. cap.22. num.1. &*
seqq., firmans, Patrem non teneri præstare ali-
menta Filio naturali habenti aliunde, *tractat. di-*
vers. tom.8. par.1. pag.402., *Capyc. Galeott.*
controv.37. num.19. lib.2., cui sententiæ assen-
titur *Covarruv. Epitom. de sponsal. par.2. cap.8.*
§.6. num.9., dummodò locus publicus, in quo
286 reperiatur Filius alimentandus, sit decens, &
conveniens Patri, & Filio; nullum sanè de-
centiorem locum alendæ Filiæ Marchio consti-
tuere poterat, quàm Monasterium.

Hoc autem argumentum auget animadver-
sio, quod portio hereditatis paternæ per Leges,
titulo alimentorum, Naturalibus decernitur,
nam *Text. in Auth. licet Cod. de natural. liber.*
287 pro ratione addicendi naturali Filio duas ex
paterna hereditate uncias, inquit = *hujusmodi*
enim naturales Filios pasci boni viri arbitrio est
necesse, & Justinianus *in dicto §. Consideremus* =
probetur moveri erga naturales Filios *ex sola*
ad naturam clementia. Jam verò cessante pro-
pter collocationem Filiæ in Monasterio, me-
diante dote tradita à Marchione, causâ obliga-
tionis alendi Filiam in futurum, cessare debet
obligatio Patris, seu ejus hereditatis, quæ non
tenetur præstare alimenta Filiis naturalibus, si
isti, extra substantiam Patris, aliundè habent,
unde sibi de alimentis providere possint, ut
præter punctuales authoritates *Peregrin. Co-*
varruv., *ac Royas ubi supra*, firmant *Molin. de*
Primogen. Hyspan. lib.2. num.46., *Paleott. de*
Noth. & Spur. cap.48. num.6., *Surd. de Ali-*
ment. quæst.9. num.5. & 6., *Benintend. decis.*
Bonon.22. n.10., *Rot. decis.603. num.20. & 21.*
par.18. num.2. recen.

Alterum, quod à renunciatione desumitur,
argumentum, evincens insubsistentiam præten-
288 sionis Monasterii, illud est, quod renunciatio
Sororis Mariæ Constantiæ est renunciatio rea-
lis, seu abdicativa, & quidem purè talis; nam
non solum ita in contractu exprimitur = *di mo-*
do che la presente rinuncia sia ampla, reale,
generale, realissima, estintiva, & abdicativa =,
quod sufficeret, ut de hac renunciatione aliter
judicari non posset, ut probat *Text. in leg. qui*
fundum 40. §. Ubi agrum vers. fundi ff. de con-
trahend. empt., *Menoch. cons.105. num.1. lib.3.*,
Cyriac. controv.440. n.3., *De Luc. de emphyt.*
disc.31. n.7., *Rocc. disput. Jur. select. cap.67.*
num.1., *Rot. in recen. decis.14. num.4. par.6.*,
& coram Cels. decis.328. n.2., sed etiam quia
facta legitur = *à favore de' Genitori, Consan-*
guinei, e di tutti, & singoli altri suoi Parenti,
& di qualsivoglia altra Persona, benche qui non
espressa, con le quali essa Signora esponente, ò
altri per essa avessero, ò potessero avere alcun
interesse.

Si igitur suàpte naturà realis renunciatio
omnibus prodest, qui in re jus habere possunt, 289
juxtà congesta *per Menoch. cons.1008. n.25.*,
& de præsumpt. lib.4. præsumpt.27. num.14.,
Barbos. tract. var. appellat.254. n.40., *Mans.*
consult.31. num.1., *Palm. Nep. alleg.2. n.16.*,
Rot. in recent. par.6. decis.207. num.6.; Ecce
quod negari nequit, renunciationem hanc esse
realem, cum in ea expressa legatur contempla-
tio, & favor omnium, qui à Moniali renun-
ciante jus aliquod haurire possunt, & illud ope-
ratur, ut perinde successiones deferantur, ac si
Monialis vel numquam nata, vel mortua fuis-
set, *Curcu. resolut.245. num.5.*, *Schettin. de*
pact. success. part.3. sect.5. num.3., *& sect.8.*
n.52., *Torr. de primogen. Ital. par.2. quæst.16.*
num.94., *Rot. coram Otthobon. decis.10. n.39.*,
post consil. Ramon. decis.1. num.9. tom.2., *& in*
Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. §. Non
minuori coram R.P.D. Kaunitz, adeout hæc re-
nunciatio non prodest Renunciatariis per ali-
quam Jurium translationem, quasi per eam
censeatur jus illis acquisitum, sed per quam-
dam consequentiam, & vigore abdicationis,
& privationis, scilicet quia amota Moniali
renunciante, quæ in rebus renunciatis jus ha-
bere poterat, necessariò sequitur, debere iis
fieri locum, ad quos si dicta Monialis non ex-
titisset, Jura ejusdem perventura essent, & hoc
modo hæc renunciatio prodest omnibus, non
per modum acquisitionis, sed per modum re-
motionis obstaculi, ut post *Bald. & alios*, egre-
gie docet *Bellon. de Jur. accrescendi cap.10.*
quæst.28. num.15. & 16.

Nec ritè asserebitur, quod isthæc renuncia- 290
tio sit quidem realis, sed simul etiam censenda
sit personalis, seu translativa; etenim ubi in
renunciatione specialiter non contemplatur
aliqua Persona, in quam Renuncians, mutan-
do, seu alterando successionis legalis ordinem,
jus suum transferat, quod ad Renunciatarium
per Legem non spectaret, sed omnes Affines, &
Consanguinei omninò æqualiter, juxtà cujusque
qualitatem, gradum, & interesse, contemplati
sunt, eo casu nullo modo renunciatio dici po-
test personalis, seu translativa, sed est purè ab-
dicativa, cujus effectus nullus alius est, nisi
subtractio Renunciantis, quasi non extitisset,
nec extaret in rerum natura, unde successio
tàm activa, quàm passiva omnium explicitè,
& implicitè nominatorum defertur tam ex te-
stamento, quàm ab intestato, quemadmodum
si Renuncians mortua esset, præsertim verò,
quòd renunciatio ista non solum facta legitur
omnibus Consanguineis æqualiter contempla-
tis, sed etiam favore = *delli loro Eredi, e Suc-*
cessori qualsivoglia =. Si ergo Renunciatarii sunt
Consanguinei, & Affines omnes, eorumque He-
redes, nullo modo reperire licèt casum trans-
lationis jurium, quia ista remanent penes om-
nes Renunciatarios, vel penès eorum Heredes,
adeoque à tali renunciatione omnino exulat
qualitas veræ translationis, sicuti tradunt *Re-*
dunasch. cons.46. num.55., *Capon. discept.216.*
num.10.

num.10. & 20., Rot. coram Bich. decis.586.
num.7. & seqq., post consf. Ramon. decis.1. n.32.,
& in Bononien. Immissionis 18. Junii 1714.
§. Frustraque coram R. P. D. Cerro.

Et sanè si renunciatio incipit ab abdicatione,
& realitate, licèt postmodum in ea uberioris
291 expressionis gratià adjiciatur expressio Paren-
tum, & Consanguineorum omnium, adeò hæc
expressio non immutat qualitatem realitatis,
& abdicationis, ut per hanc nominationem
magis roboretur illius argumentum, cum re-
nunciando Patri hereditatem Patris, Matri
successionem maternam, & ita de singulis Con-
sanguineis, hæc renunciatio pernecessè resol-
vatur in puram, & simplicem abdicationem;
fieri enim non potest, quod Pater acquirat jus
propriæ successionis, & propriæ hereditatis à
Filio, cui nulla viventis hereditas competit,
quod aptatur cæteris quoque Consanguineis,
quibus Monialis ista successura fuisset, Capyc.
Latr. consult.76. num.47., Caren. resolut.59.
num.12. & seqq., Molfes. ad consuetud. Nea-
pol. tit. de Renunciat quæst.6. num.23., Gabr.
conf.135. num. 24. lib.2., Marin. resol. lib. 2.
cap.93. num.11., Moutan. controv.10. num.4.,
Scbettin. de pact. success. par.3. sect.5. num.17.
cum seqq., optimè Card. de Luc. de renunciat.
disc.3. sub num.8., & disc.7. num.19., & ideò
semper magis clarè evincitur, quod per hanc
renunciationem nihil aliud emergit, quam
subtractio personæ Renunciantis ab omnibus
292 civilibus effectibus, ita ut tamquam si mortua
fuisset, Genitor, & alii in renunciatione, sive
expressè, sive tacitè nominati, disponere pos-
sint de Juribus, & Bonis suis, prout sibi magis
libet, ut considerant, & docent Mans. consult.8.
num.424., Saminiat. contr.100. num.2., Pau-
lat. discept.84. num.15., Terr. de pact. futur.
success. lib.2. cap.8. n.6., Rot. in recen. par.11.
decis.330. num.1., & in Urbevetana Immissionis
20. Aprilis 1711. §. Nihilominus coram R. P.
D. Ansaldo, & in dicta Eugubina Immissionis
11. Maii 1711. §. Magisque coram R. P. D.
Kaunitz.

Cum itaque hæc renunciatio tamquam rea-
lis, pernecessè sit extinctiva jurium Renun-
ciantis, non verò suspensiva, consequitur,
293 quod ab hereditate Marchionis Monasterium
nihil consequi potest ex Persona dictæ Monia-
lis, nedum quia numquam reversio dari potest,
sed etiam quia deficit subjectum capax rever-
sionis jurium, in renunciatione comprehenso-
rum, juxtà Text. in leg 1. §. Igitur ff. de donat.,
& in leg Si quis Argentum §. final. Cod de
donat., Bellon. de Jure accrescen. cap.10. quæ-
stion.28. n.15., & Rot. decis.1. à num.4. ad 6.
sub num.23., & à num.27. ad 31. post conf. Ra-
non. coram Emerix Jun. decis.970. num.1., &
per tot., & decis.1019., & decis.1047., quod
etiam uberiùs firmavit in Cavallicen. Donatio-
nis 21. Novembris 1707. §. Robustius coram
R. P. D. Ansaldo, ubi dicitur, jura renunciata
excluso prætenso regressu, transire ad Heredes,
& in illius confirmatoria 2. Julii 1710. §. Qui-
bus coram R.P.D. Lancetta.

Ex eadem reali, & abdicativa renunciatio- 294
ne Filiæ, prosternitur actio, quam promovit
Constantia Curietta Mater, petens tamquam
concubina Marchionis, unciam ejus hæreditatis;
Etenim deducitur hæc prætensio ab ipsis Legi-
bus, super quibus prætensio Filiæ nitebatur,
nimirum in Auth. licet C. de Natural. liber. in
§. Discretis, Auth. quib. mod. natural. effic.
sui, & in §. Consideremus Auth. de trient. &
semiss. At verò cum per has Leges nulla succes-
sio determinetur favore Concubinæ in Bonis
Concubinarii, sed solummodo admissis ad suc-
cessionem duarum unicarum Filiis naturalibus,
Matri detur jure alimentorum portio virilis, si
in hypothesi Filia ob justam abdicationem suc-
cedere nequit, frustra Curietta istarum Legum
præsidium sibi statuebat, nam titulum petitæ
successionis ei nequaquam tribuunt, juxta re-
gulam, de qua Text. in l. quod constitutum est
ff. de Testam. milit., Rot. decis. 434. n. 5. & de-
cis. 533. num. 26. par. 19. tom. 2. rec.

Nec obstat, quod etsi Legislator jusserit,
duarum unciarum successionem deferri ad Fi- 295
lios naturales, nihilominus statim adjecerit,
easdem duas uncias Filiis naturalibus deferen-
das, esse cum Matre repartiendas, itaut pro
portione unius Flii Mater accipiat, quasi Leges
titulum æqualem succedendi injustis Matribus
tribuerint; quemadmodum Filiis tribuerunt;
Quoniam hæc illatio perperam desumitur, nam
Concubina nullum titulum successionis à dictis
Legibus habet, ut directè, & absque Filiorum
medio consequatur portionem in Bonis Con-
cubinarii, cum ex litera, & sensu dictarum
Legum integra successio duarum unciarum Fi-
liis deferatur, ibi: in duas paternæ substantiæ
uncias succedant, & in duobus aliis locis ibi:
Filios duas uncias paternæ substantiæ habere
cum Matre repartiendas; Adeoque quamvis
Filii successionem in duabus unciis teneantur
Matri communicare, quæ partem illius æqua-
lem capere debet, non tamen dici potest, quod
Concubina de per se independenter à successio-
ne Filiorum in hæreditate Concubinarii succe-
dat, juxta aurea verba Gloss. in dicto §. Consi-
deremus auth. de trient. & semiss. ibi: Nec
enim Concubinam dico succedere: Gloss. margi-
nal. in eodem §. Consideremus, ibi: Concubina non
succedit suo Concubinario etiam in subsidium:
Bald. in cap. per tuas de majorit. & obedien. Ja-
cob. in auth. præterea C. Unde Vir, & Uxor,
Arguell. de success. in respons. ad tractat. acca-
demic.11. nu.118. & 119. fol.1237., Guglielm.
de Benedictis in cap. Raynutius Verb. & Uxorem
cap.5. num.251. de Testam., Oliver. Tentor. de suc-
cess. ab intestat. in tractat. magn. tom. 8. par. 1.
num.97. & 98. fol. 381. ibi: Limita, prædictam re-
gulam non procedere in Concubina, quorum alter
alteri non succedit, unde apud Juristas non est
dare Bonorum possessionem unde Concubina: Mar-
tin Laaden. de legitimat. in dictis tractat. tom.8.
par. 2. nu. 56. fol. 93., Bolognin. ad Matesilan. de
success. ab intestat. art. 4. num. 22. fol. 337.
par.1. ibi: Concubina nullo modo succedit ab in-
testa-

testato = Gratian. discept. forens. cap. 120. numer. 77.

Et quemadmodum communiter firmatum habemus, quod per dictas Leges nullus Concu-
296 binæ tribuitur titulus succedendi, ita communi DD. sententià docemur, quod intestata successio integri sextantis debetur Filiis naturalibus, *Surd. cons. 355. nu. 54., Cyriac. contr. 237. in princ. & nu. 6., Cirocc. controv. Jur. 36. nu. 62. Tiraquell. in l. Si unquam §. Suscepit num. 109., De Marin. resolut. Jur. cap. 244. nu. 9. lib. 1., Peregr. de fideicom. art. 28. nu. 49., Barry de success. ab intest. lib. 18. tit. 2. nu. 10. & seqq., Michalor. de fratrib. par. 3. cap. 19. num. 27., Sess. decis. 43. num. 3. & 69., Rot. decis. 177. numer. 1. & seqq. post Merlin. de legitim. & decis. 126. nu. 1. coram Peutinger. & decis. 500. num. 12. & 13. par. 18. rec.* & ex his Doctoribus quoties nonnullis contingit mentionem facere de Matre, pro absoluto firmant, illam nullum jus proprium, vel directum habere ad successionem, sed subalternum, & totaliter dependens à Jure, & à successione Filiorum, & ex sextante prædicto quicquam petere non posse, nisi delatà prius ad Filios successione, ut patet ex collectis per *Barry de success. dict. lib. 18. tit. 2. n. 11.* qui postquam tradidit, admittendam esse Matrem ad virilem portionem, si demum ad Filios jam sit delata successio, notabiliter subdit: *quæ alioquin non succederet*, *Michalor. de fratrib. dicta par. 3. cap. 19. nu. 27.*, ibi: *Filii naturales in duabus succedunt unciis, quæ unciæ inter Naturales, & eorum Matrem dividi debent.*

Atque hinc inutilis concertatio visa fuit su-
297 per interpretatione verborum, quibus Imperator in dicto §. *Consideremus* Matri successionem Filiorum jussit esse partiendam, ubi dicit, *itaut pro portione unius Filii Mater accipiat*; aggrediendo quæstionem, an verbum *Accipiat* sit ejusdem significationis verbi *Capiat*, & an sit directum, vel potiùs obliquum. Quamvis enim spectatà significatione ejusdem verbi, naturà suà dici possit obliquum, quòd significet actum fieri per interpositam personam, ad differentiam verbi *Capiat*, directam indicantis apprehensionem, juxta distinctionem *Alciati in l. Aliud est 71. ff. de verbor. significat.*, ibi = *de jure accipimus a manu alterius, nostra verò authoritate capimus*: Nihilominus omnis dirimitur quæstio, si non cortex verborum, sed Legis sensus attendatur, quandoquidem utraque significatione donari potest in isto casu verbum *Accipiat*, ut nimirum sit directum, si Filii naturales ab hæreditate Patris sextantem separaverint, & illud jure successionis consequuti sint, itaut Mater contra Filios jam Hæredes, & Possessores duarum unciarum jure directo agere possit pro sua virili, in quibus terminis loquuntur isti Textus; Sit verò obliquum, ut Mater eamdem virilem non accipiat, si sextans ab hæreditate non sit separatum, mediante effectiva successione Filiorum, quibus Imperator, sine respectu ad Matrem, defert integram successionem in duabus unciis, cum hoc onere repartiendi cum illa, unde Mater nullo modo, nisi per medium Filiorum virilem portionem accipere potest, *Albar in lucubrat. ad Bartol. in leg. Centurio ff. de vulgar. & pupill. substit., Alex. cons. 1. num. 7. lib. 1., Fusar. de substit. quæst. 243. n. 8., Rot. decis. 548. n. 9. & 10. cor. Bich.*

Confirmat hanc, cæteroquin communem, &
literalem Legum interpretationem animadver- 298
sio, quod etsi tribus hisce locis, quasi unico verborum complexu, agatur de Filiis illegitimis, & eorum injustis Matribus alendis ex substantia Patris, statutis casibus intestato decedentis, tamen ea discretione Leges utuntur, quod singulis in locis, filii *succedere* dicuntur: At verò ubi tribuunt Concubinæ portionem, abstinent Leges à verbo *succedere*, ne scilicet honor successionis, qui debetur Filiis innocentibus, quamvis injustè natis, Matri reæ, & peccatrici concedatur; Proindèque nihil officiunt *gloss. in d. Auth. licet*, *Cujac. & alii Doctores* in oppositum allegati, qui asserunt, Concubinam succedere una cum Filiis naturalibus; Quandoquidem, si demonstratum est, integram sextantis successionem ad Filios deferri, qui tenentur pro virili ad ejus participationem Matrem admittere, jam constat, quomodò *Doctores* adducti in objectione, asseruerunt, Concubinam succedere, nempe successione impropria, mediata, seu indirecta, & lato hujus verbi sumpto vocabulo, quia revera accipit partem successionis, Filiis delatam: nec prædictos DD. alio sensu aptavisse titulum successionis Concubinæ, affirmare licet, eo ipso, quod Leges directam, & propriam successionem in integris duabus unciis Filiis naturalibus tribuerunt, imò si unicus, & solus supersit Filius naturalis, in integro sextante succedet, ut præter auctoritates supra allegatas probat *Barbat. de fideicomm. par. 1. cap. 6. num. 162., Molin de just. & jur. tract. 2. disp. 166. vol. 4.*

Et ratio si requiritur, ea est, quod concubinatus omni jure est illicitus, & Christianis semper sub pœna mortiferi peccati prohibitus fuit,
ut habetur in *cap. Meretrices 32. qu. 2., S. Tho- 299
mas 3. part. supplem. quæst. 65. art. 3. in corp. cum duob. seqq., Less. de Just. & Jur. lib. 4. cap. 3. dub. 7., Sayr. lib. 8. cap. 2. n. 3., Arias de Mes. var. resol. lib. 3. cap. 40. num. 13., Covar. tom. 2. epitom. in lib. 4. Decretal. cap. 4. num. 8.*, ubi dicit, quod est hæresis asserere, fornicationem etiam simplicem non esse peccatum mortale, & jure quidem, nam propositio, fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solùm esse malam, quia interdicta, est inter Propositiones damnatas à san. mem. Innocentio XI. die 2. Maii 1679. in ordine *la* 48.; & idem *Covarru.* subdit, reprobans nonnullos Juristas asserentes, concubinatum jure naturali legitimum esse, quod illi rectiùs dixissent, concubinatum Lege civili non puniri, nam tamquam de jure naturali vetitus, nullo tempore non injustus habitus fuit, quia Lex naturalis semper est eadem, cui assertioni adstipulatur *Cicer.*

lib. 3. de Republ. dicens = Huic legi nec abrogari fas est, nec derogari ex hac aliquid licet, nec tota abrogari potest; nec verò, aut per Senatum, aut per Populum solvi hac lege possumus; nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac, sed omnes gentes, & omni tempore, una lex, & sempiterna, & immutabilis continebit.

300 Cum itaque hujusmodi concubitus, tanquam jure ipso naturali reprobatus, sit turpis, & Filii, qui ex eo nascuntur, sint vituperabiles, consequitur, quod inter Concubinarium, & Concubinam nullum considerari possit Legis vinculum, unde illa per se, & directè jus habere possit ad successionem, immo vero ex hujusmodi illicito concubitu violatur fœdus amicitiæ Hominis ad Deum, & Hominis ad Hominem, quæ sunt duo præcepta charitatis, quæ est Animæ vita, cum concubitus fornicarius tollat debitam ordinationem Parentis ad Prolem, quam natura ex concubitu intendit, ut firmat *S. Thomas in supplem. d. quæst. 65. art. 4.* unde tantum abest, quod Concubinæ ex Lege successio deferatur, ut maximè ea Legibus repugnet, ut probatur ex *leg. 1. Cod. de natural. liber. & leg. 2. Cod. de donat ob turp. caus.* ubi Legislator statuit, quod si quid Concubinæ per ultimam voluntatem impura hujusmodi Concubinarii liberalitas contulit, Fiscus invadat: nec desunt *Doctores* mordicus firmantes, quemlibet actum, sive inter vivos, sive per ultimam voluntatem, quo mediante, aliquid ex mera liberalitate relinquatur Concubinæ, esse ipso jure nullum, & nullam parere actionem, ut sunt *Marcabrun. cons. 1. numer. 5., Giovagnon. cons. 47. num. 6. lib. 1., Gratian. discept. forens. lib. 1: cap. 31. num. 19., Ciarlin. controv. 13. nu. 45. & plur seqq, Peregr. de jur. Fisc. lib. 2. tit. 9. numer. 1. in fin., Rot. decis. 46. nu. 6. coram Seraph., & decis. 1. post tom. 1. consil. Farinac.* quod magis procedere inspecto jure civili novissimo, in quo præcisè agitur de successione Filiorum naturalium, tenent *Felin. in cap. general. nu. 13. de for. compet., Gratian. discept. forens. cap. 31. numer. 3., Surd. de aliment. part. 9. num. 15., Paul. Christin. decis. 143. lib. 3. numer. 9., Sanfelic. decis. 145. num. 3., Rot. decis. 46. num. 2. coram Seraphin.*

301 Ideo quàm justè successionem Concubinæ abominantur Leges, tàm æquè admittunt, Filios naturales erga Matres, licet injustas, teneri ad alimenta, & hunc respectum habuisse Leges, de quibus agimus, rectè conjicitur ex eo, quod *Imperator in d. Auth. licet, Cod. de natural. liber.* postquam addidit rationem successionis Fliorum in duabus unciis, quæ hæc est, *hujusmodi enim naturales filios pasci boni viri arbitrio est necesse*, addit etiam rationem cur ex sextante, in quo Filiis succedunt, danda est Matri portio virilis, nempè ob pietatem Filiorum erga Parentes, nec indigitavit vinculum aliquod Legis, aut naturæ inter Concubinam, & Concubinarium, & ideò absolutum est in jure, quod Filius naturalis tenetur alere Matrem, ut in *§. Si quis Auth. quib. mod. natural. effic. sui, l. hoc accurat. §. Omnibus ff. de accusat.* tuse *Capyc. Galeott. controv. 3. num. 8., Surd. de aliment. par. 22. num. 15.* & quod pariter ad alia obsequia teneatur, colligitur ex *l. quarta ff. de in jus vocando.*

302 Corroborantur prædicta ab invincibili ratione; quod in casu dd. Legum si sola Concubina supersit, & nulli existant ejus Filii ex Concubinario suscepti, illa omninò nihil ab hæreditate capere potest, ut de communi testaotur *Bald. in cap. per tuas de majorit. & obed., Bartol. de success. lib. 18. tit. 2. nu. 11., Martin. Lauden. de legitim. in tractat. magn. tom. 8. par. 2. numer. 56. pag. 93.*, quo posito antecedenti, consequens est necessarium, quod Mater nullum jus proprium habeat ad succedendum, nam si jus haberet ad successionem de per se, utique succederet, etiamsi Filii non extarent, & quemadmodum de Jure non extantibus Filiis, excluditur, ità etiam excludi debet extantibus materialiter, sed jus non habentibus, & non succedentibus Filiis, quorum materialis existentia ne quid minimum conferre valet ad ejus successionem, pro qua regulanda attenditur existentia juris, non autem existentia facti, in qua semper, & perpetuò paria fuerunt, & sunt, Filios non extare, & non posse succedere propter renunciationem, *Roman. cons. 43. num. 4., Paris. cons. 26. num. 42.* ibi = *Paria enim sunt filiam non extare, & non posse succedere mediante renunciatione* = *Covarruv. de success. ab intestat. par. 2: cap. 1. numer. 11., Micholor. de fratrib. cap. 19. num. 18., Peregr. de jur. Fisc. lib. 3. tit. 18. numer. 15. & 22.*

303 Sic videmus, quod Uxor propter renunciationem Filiæ nihil etiam titulo Legitimæ ex hæreditate viri capere potest, quæ integra devolvitur ad Hæredes ab intestato, nec quicquam prodest, quod Filia existat, si Patri succedere non potest, *Rot. coram Dunozet. Jun. decis. 676. num. 12. 13. & 30.* Multo minus igitur in pari causa renunciationis Filiæ, portionem prætendere potest Mater naturalis, nempè Concubina, cum nequaquam liceat plus vitio, & turpitudini tribuere, quàm honestati, quæ in Matre legitima Filiæ renunciantis inest, *Text. in leg. his solis in fin. Cod. de revoc. Donat., Joan. à Garron. in rubr. Cod. de secund. napt., Ricciul. de person. quæ in statu reprobo versan. lib. 3. cap. 20. num. 2.*

304 Frustra autem conabantur insinuare Scribentes ex authoritate *Mansii lib. 3. tit. 1. §. Institut. de successiou. descendentium num. 63. fol. 605.* quod Concubina per istas Leges sit melioris conditionis, quàm Uxor legitima: siquidem æquivocatio est manifesta, nam laudatus Doctor, qui cæteroquin admittit doctrinam supra expensam, loquitur de favore Concubinæ respectu Filiorum naturalium, Patri succedentium, à quibus capit suam portionem, quod non procedit in Matre justa, quæ non præsumitur pauper, sicut Concubina, cujus paupertatis intuitu Leges illam ad virilem portionem admittunt,

tunt; Alioquin laudatus Doctor ineptè loqueretur, nam tantum abest, quod per istas Leges Concubina sit melioris conditionis, quàm Uxor legitima, ut si hæc supervivat Marito, cesset titulus successionis favore Filiorum naturalium, undè multò magis ob favorem legitimæ Uxoris indirectà consequitur exclusio Concubinæ, quæ non nisi à Filiis portionem capit, ut præter literalem dispositionem dictorum *Textuum* firmant *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæst. 4. num. 1., Bartol. de success. ab intestat. lib. 18. tit. 1. n. 17., Peregrin. de jur. Fisc. tit. 18. lib. 3. n. 1. in fin.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Cum de filiatione agitur probanda ex latere Matris in Judicio petitorio ad successionem consequendam, etiam contra Fiscum, Bona occupantem, tamquam vacantia; rejectis præsumptivis, & conjecturalibus, directæ, & necessariæ requiruntur probationes, elicitæ nimirùm ex Obstetricibus, Nutricibus, & Famulis, de tempore ortus intervientibus; Probatio verò in hac Facti specie desumpta ex Testibus, tum ex judicialibus actis, adscriptione nobilitati, demumque ex tractatibus, inefficax ostenditur prorsus, singula admodum accuratè, ac doctè enucleando.

DISSERTATIO XVII.

1 *Fiscum quidquam sibi vindicare non posse, quod à Jure non probetur, humanissimi statuerunt Principes.*
Præsertim in Defunctorum hereditatibus, ibid.
2 *Hereditas per minùs legalem dispositionem relicta Principi, infirmari, seu per querelam rescindi, aut pro libito à Testatore mutari potest.*
3 *Legibus, Reipublicæ salus, contineri reputatur.*
4 *Leges etiam Fisco prodesse posse, æquam est.*
5 *Fisci causa publicam utilitatem habet.*
6 *Bona Defuncti, cui nullus existat legitimus heres, tamquam vacantia, ad Fiscum devolvuntur.*
7 *Bonus Judex non est, qui certà suspiciona non movetur.*
8 *Ab intestata Filii illegitimi hereditate omnes arcentur ex latere paterno conjuncti.*
9 *Neptis ex Sorore uterina Illegitimi ad intestatum istius successionem admittitur, &* num. 47.
10 *Filiatio ab eam allegante, concludenter probanda est.*
11 *Sive sit Actor, sive Reus.*
12 *Præsertim, si agatur de hereditate vel ejus parte auferenda è manibus illam possidentis.*
13 *Quo casu præsumptæ probationes non sufficiunt.*
14 *Unumquemque, qui natus est, ex aliqua Matre natum esse, oportet.*
15 *Non Mater, aut maternitas in abstracto, sed quæ fuerit vera Mater, in Judicio inquiritur.*
16 *Quum de Matre agitur, eò clerior requiritur probatio.*
17 *Mater nunquam potest esse incerta.*
18 *Filiationis probatio respectu Patris difficillima est; non sic respectu Matris.*
19 *Ac ideò Doctores necessariam respectu Matris, præsumptivam verò respectu Patris probationem admisere, &* numer. 20, *ratio* num. 21.
20 *Triplex filiationis probatio, necessaria scilicèt, probabilis, & præsumptiva.*
21 *Partus plerùmque multi sunt Testes, conceptionis nulli.*
22 *Filiationis respectu Matris probatio per Testes non quælibet sufficit, sed tales eos esse oportet qui partui, atque educationi adfuarint, quales sunt Obstetrices, Nutrices, & Famuli.*
23 *Quum Juris ordine servato, & in Judicio de filiatione quæritur respectu Matris, directæ ac necessariæ probationes omnino requiruntur, rejectis merè probabilibus, ac præsumptivis, &* n. 28. *&* 75. *&* 275.
24 *In controversia duarum Matrum, de Filio contendentium*, Salomon *Juris ordine non servato, nec in figura Judicii processit.*
25 *Ideòque in eo casu præsumptionibus statuenda erat Infantis Mater.*
26 *Prætereà verò* Salomonis *Judicium non fuit humanum, sed Divino lumine directum.*
27 *Et* Salomon *id fecit animo tentandi, nec proptereà ex eo exemplum sumi debet.*
28 *Principalis autem dicta conclusio si esset limitanda, itant reijciendæ non essent probabiles, ac præsumptivæ probationes, id locum habere posset non quando agitur de Matre illegitima, sed quum res est de Filio ex justis nuptiis suscepta.*
29 *Præsumptio honesti potiùs, quàm inhonesti favens Proli, ex legitimis nuptiis susceptæ, non juvat Filium natum ex Muliere, in schemate concubinatus retenta, &* n. 42. n. 221., 242. *&* 311.
30 *Auctoritates à Doctoribus allegatæ, intelligi debent ad mentem Jurium, quæ referunt, & in quibus se fundant.*
31 *Præsumptiones ad statuendam in Judicio filiationem respectu Matris nequeunt admitti, nisi extraordinariæ sint, & plusquam violentæ, &* n. 243.
Maximè si contraria urgeat præsumptio, num. 33.
32 *Filiatio respectu Matris quod per indicia, & præsumptiones probari queat, id potest admitti quoad Infantes, in publicis Xenodochiis expositos.*

Ma-

33 *Mulierem quodragesimo nono ætatis anno concepisse, quinquagesimo verò anno peperisse licèt supra naturæ vires non sit, hujusmodi tamen partus mirabilis appellatur; ratio* num.34.

34 *Viris annus sexagesimus quintus est finis procreandi, fæminis quadragesimus quintus.*

35 *Mulier si procreasse dicatur post quadragesimum quintum ætatis annum, aut vir post sexagesimum quintum, de hoc apertissimis probationibus constare debet,* & n.38.

36 *Mulier quinquagenaria etiamsi ubera plena lactis ostendat, non creditur ei, quia quandoque Mulieres habent istud signum, licèt non pariant.*

37 *Quod rarò contingit, non debet ostendi, & de eo perspicuè constare debet.*

39 *Claræ, atque evidentes probationes requiruntur, ubi Juris præsumptio, & ratio naturalis repugnat.*

40 *Annosæ Mulieris partus suppositititius præsumitur,* & n.295., & n.213.
Præsertim si ex conjecturis filiatio excludatur d. n.295., & n.307.

41 *Constantia Uxor Henrici Imperatoris cum quinquagenaria in utero gereret, ejusdem Imperatoris jussu, ut suspicio evitaretur, palam & Populo spectante enixa est.*

42 *Annosæ Mulieris, ac etiam fornicariæ, & concubinæ partus suppositititius eò magis præsumitur.*

43 *Istoque proindè casu necessariæ omninò, ac directæ filiationis probationes requiruntur.*

44 *Fortiùs, cum actio non dirigitur ad alimenta, sed ad perpetuum successionis jus consequendum.*

45 *Maximè verò, si contra Tertium venientem independenter à D. sancti persona.*

46 *Vel independenter possidente.*

48 *Facti narratio ut perspicua reddatur, interrumpi non debet.*

49 *Orationis, seu facti narrationis non tàm brevitati, quàm claritati studendum.*

50 *Sententia aut Decretum latum non dicitur super statu personæ, nisi hic decisus, & determinatus expressè legatur.*
Vel nisi Sententia aut Decretum per modum necessarii antecedentis relativè se habeat ad acta, eumdem statum firmantia, numer.56.
Quæ necessaria relatio ad acta quum deest, non sufficiunt generica illa verba enunciativa = visis videndis, consideratis considerandis =, num.57.

51 *Sententia, aut Decretum super alimentis latum favore illius, qui de filiatione contendebat, jus quoad filiationem non facit nisi etiam pronunciatum fuerit, eum esse Filium.*

52 *Idem de Sententia lata super possessione Bonorum.*

53 *Oportet autem, principaliter, non autem incidenter de filiatione actum fuisse,* & num.98.
Ac Sententiam verbis affirmativis, non autem negativis conceptam esse, n.55.

54 *Sententia incidenter lata in uno Judicio, non præjudicat in alio, etiam inter easdem Personas,* & n.107.

58 *Status in Sententia firmatus dici nequit, quando nec in ea est expressus, nec ex actis ullo modo probatur,* & n.60.

59 *Probationes extra acta, dicuntur esse extra Mundum,* & n.97.

61 *Qui exceptione non utitur, ipse suo silentio eam respuit.*

62 *Exceptio quæ prævalida in Judicio fuisset, non fuisset oscitanter amissa.*

63 *Præsertim ab eo, qui vehementi in Collitigantem odio conflagrabat.*

64 *In Tribunali Collegiali quæcumque proponi valent exceptiones, modò ineptæ non sint, & manifestè falsæ.*

65 *Procuratorum, & Advocatorum assertiones, in eorum Scriptis, incidenter editæ, nequeunt Principalis voluntati attribui,* & num.69.

66 *Factum Principalis, præsertim judiciale, prævalere debet perfunctoriis Procuratoris exceptionibus.*

68 *Arbitramentali Judicio ab Arbitris non edito, acta, & deducta coram eis neutri ex Collitigantibus prodesse possunt.*

69 *Procurator in re magni præjudicii absque specialissimo procuræ mandato Principali suo præjudicare nequit.*

70 *Causa status, vel qualitatis personæ capitalis verè est.*

71 *Pro statu, & qualitate Personæ declaranda, speciale, atque individuum requiritur procuræ mandatum.*
Filiationis confessio ut relevet, elici debet ex actibus nedum seriis, & proportionatis, sed univocis, & ad aliud non referibilibus.

72 *Ex actu æquivoco adprobata, atque agnita filiatio censeri non debet.*

73 *Collitigantis mens nullá aliá ratione meliùs declarari potest, quàm ex ejus Factis, & non Factis.*

74 *Filiatio non probatur ex actu, qui propriè factus non sit pro filiatione constituenda, & confitenda.*

76 *Sententiæ nocent iis solùm Personis, & quoad eum dumtaxat casum, & causam, super quâ latæ sunt,* & n.285.

77 *Probationis usus factus quoad unum effectum, ultra illum operari non valet.*
Et factus in uno Judicio, utentem non afficit in alio, n.78.

78 *Testis in Judicio summario productus, si contra producentem induceretur in Judicio plenario, posset ab eo reprobari.*

79 *Confessio facta in uno Judicio, tamquam in alio vim habens tacitæ dumtaxat confessionis, in illo nocere non debet.*

Scri-

80 *Scripturam si quis producat in una Causa, sibi non præjudicat in alia.*

81 *Ex usu, & productione legitimationis asserti Filii facta in uno Judicio, probata dici nequit filiatio in petitorio Judicio super successione.*

82 *Probationes, confessiones, aliaque omnia facta in Causa coram Arbitris, qui nullam protulerunt Sententiam, nedum non probant contra utentem, sed revocari, atque impugnari possunt,* & num. 83.

84 *Retinens scripturam, seu epistolam ab aliquo sibi missam, puta à Procuratore, adprobare dicitur in illis contenta, quatenùs vera sint; at non idcircò affirmare dicitur, quod res ita se habuerit.*

85 *Scripturam producens, non censetur adprobare enunciativas, in ea contentas, nisi sint veritati omninò conformes.*

86 *Præsumptum ex præsumpto inferri, ac multiplicari specialia, Jura nostra non sinunt in materia ulla, tametsi indifferenti.*

87 *Ex retentione alicujus scripturæ nequit elici illius adprobatio, si qui eam retinuit, alias etiam retinere consuevit, quas adprobasse præsumi nequeat.*

88 *Ex retentione scripturæ ut tacita illius adprobatio elici queat, requiritur, & quod agatur de re, nulla indigente discussione, quodque adminiculum aliquod concurrat, alia contra se non habens, minùsque Juris, vel præsumptæ voluntatis hominis resistentiam,* & n. 89. 90. & 91.

89 *Retinens scripturam, continentem factum tertii, factum illud in sui præjudicium adprobare non dicitur,* & n. 286.

92 *Assertionibus, epistolis, aut denominationibus filiatio neutiquam probatur* & numer. 281.

Eòque minùs ex tacitis confessionibus, & agnitionibus, n. 95.

93 *Cognationes, & consanguinitates non consensibus nostris, sed à natura contrahuntur.*

94 *Implicita scripturæ agnitio, ex ejus retentione desumpta, nec prodest, nec nocet.*

96 *Adscriptio nobilitati facta die immediatè sequenti post examen Testium, pro ejusmodi adscriptionis effectu ad filiationem probandam adhibitorum, inverisimilem reddit judicialem illorum productionem.*

99 *Probationes filiationis factæ in Judicio adscriptionis nobilitati, in eoque non admissæ, suffragari nequeunt in plenario vindicationis hereditatis Judicio.*

100 *Et quando, etiamsi admissæ in eo adscriptionis Judicio, suffragari nequirent?* & nu. seqq.

101 *Nobilitas ex sola munificentia Principis concedi potest.*

102 *Judicium adscriptionis nobilitati leviores admittit probationes, nec alium contradictorem, quàm Supremum Principem concedentem exposcit.*

103 *Probationes factæ in Judicio adscriptionis nobilitati, idoneæ reputari nequeunt ad formandum statum, & filiationem pro effectu successionis.*

104 *Probatio non directa super filiatione, sed super aliquo Judicio possessorio, vel præstatione alimentorum, etiam quod sit fundata in filiatione, præjudicium non facit Tertio, nec in Judicio principali ipsius filiationis,* & num. 285.

105 *Testes super legitimitate examinati ad effectum susceptionis Sacrorum Ordinum, ac Sententia ipsa, super hoc ab Ordinario prolata, non attenduntur in Judicio, in quo de successione contenditur.*

106 *Examen Testium factum ad effectum obtinendi licentiam pro Matrimonio contrahendo, attendendum non est in alio Judicio contra Tertium.*

107 *Probatio sufficiens ad successionem in uno casu consequendam, non sufficit pro illa obtinenda in alio casu, maximè in præjudicium Tertii.*

108 *Jura nostra id præcipuum semper intendunt, ut jus tertii incolume perpetuò maneat.*

109 *Sententia declaratoria nobilitatis contra Fiscum obtenta, nequit nocere Juribus Universitatis, quamvis nobilitatis jus sit indivisibile.*

110 *Ex absenta adscriptione nobilitati nequit Tertio adimi jus successionis, a Lege, vel ab Homine delatum.*

Præsertim, si probationes, omninò informes, ad eum effectum adhibitæ fuerunt, ibid.

111 *Jura honorifica, seu adscriptio nobilitati, nonnisi certi generis Personis jure hereditario, & sanguinis concedenda, probationem exposcunt descendentiæ per gradus distinctos.*

112 *Retentio Scripturarum argumentum præbere potest illarum adprobationis in præjudicium Retinentis, non autem Tertii.*

Certiùs, si ex illarum adprobatione velit dici inducta sanatio actus, non extrinseca tantùm defectu, sed gravibus exceptionibus laborantis, ibid.

113 *Veritas, quæ est fundamentum, & basis Justitiæ, voluntate, & facto Hominis mutari non potest.*

114 *Ad Procuratorem, seu negociorum gestorem, quacumque etiam amplissimâ facultate præditum, non pertinet personæ statum declarare, fateri, atque identificare.*

115 *Speciale mandatum non requiritur pro gerendis iis, sine quibus res commissa obtineri non potest.*

116 *Sub mandato ad certum negotium nunquam veniunt ea, quæ in Mandantis præjudicium retorqueri possunt.*

117 *Et quoad hæc speciale mandatum requiritur, etiamsi sine illis negotium commissum expleri nequiret.*

118 In

118 *In mandato nunquam comprehensa censentur ea, quæ inverisimilia, aut improbabilia sunt.*

119 *Ratihabitioni actus, maximè præjudicialis, taciturnitas attribui nequit.*

120 *Præsertim, si agatur de taciturnitate extrajudiciali; hæc enim non attenditur in re, quæ tacenti præjudicium irrogare poterat.*

121 *Qui juvari nequit Sententiâ, nec etiam juvari potest actis: & viceversâ acta non nocent illi, cui nec etiam Sententia noceret.*

122 *Multòque minùs is, qui nequit juvari Sententiâ, juvari poterit actis, seu Testibus, exceptiones patientibus.*

123 *Res inter alios acta, Tertio nocere non debet.*

124 *Heres aut Successor eorum, inter quos Sententia lata est, illâ juvari vel præjudicari valet.*

Non item Tertio eadem nocere potest, ibidem.

125 *Sententia lata cum legitimo Contradictore, ut dicatur firmasse statum, qui alteri faveat, vel noceat, nedum requiritur, quod Causa sit plenariè, & legitimè ab eo defensa.*

126 *Sed etiam, quod ille habeat principale jus; Secùs verò si Sententia sit lata inter pares Competitores, & jus æquè principale habentes.*

127 *Sententia in Causa filiationis tunc legitimo cum Contradictore lata dicitur, ut etiam Tertium afficiat, quando id actum inter Patrem, & Filium, secus si inter Filium, & alium de linea transversa, aut tertium Bonorum Possessorem*, & n. 128.

129 *Sententia cum uno ex Coheredibus lata, non proficit, neque officit alteri Coheredi.*

130 *Rev. Camera, seu Fiscus in Bonis illius, qui sinè testamento, ac legitimo Herede obijt, succedit, tamquam immediatè à Lege vocatus.*

131 *Itaque non tamquam heres, sed, uti vacantia, per occupationem capit*, & n. 136.

Ac sinè aditione adquirit, n. 137.

132 *Fiscus succedens judicio Defuncti, hereditario jure succedere dicitur.*

133 *Ad Fiscum deferuntur Bona Delinquenti confiscata; Sic etiam hereditaria Bona ab Indigno, & incapaci aufert.*

134 *Neutro tamen casu successio eidem quæritur titulo, & jure hereditario.*

135 *Cumque aufert indigno hereditatem, non Personæ succedere, sed Bona ipsa vindicare dicitur.*

138 *Bona vacantia, ab hereditate secernenda sunt.*

139 *Hereditas ab omnibus repudiata, non est, hereditas, sed Bona vacantia.*

140 *Bona desinunt esse hereditaria statim ac certum esse incipit, nullum fore Successorem, fiuntque Bona vacantia.*

141 *Fiscus non admittitur ad Bona vacantia, jure hereditario, sed jure Regalium.*

142 *Ad Principem, Territorii Dominum, pertinent Bona vacantia.*

143 *Atque in his, tamquam Princeps, non autem hereditario jure succedit.*

144 *Titulus de successione Fisci a titulo de successione ex testamento, vel ab intestato est separatus in Jure nostro, quia Fiscus propriè ab intestato non succedit.*

145 *Fiscus Bona vacantia occupans, non est heres nisi anomalus, nec alio jure, quàm civilis Successoris, sive Possessoris Bonorum censendus est*, & nu. 146.

147 *Fiscus in Bonis vacantibus succedens, non repræsentat Defuncti personam, ob idque, nonnisi onera, & obligationes reales subire cogitur, & nonnisi in quantum suppetunt hereditariæ vires, Creditoribus Defuncti tenetur.*

148 *Licet secus esset, quoties succederet jure privati Heredis.*

149 *Fiscus succedens in Bonis vacantibus, ab obligatione eximitur inventarium conficiendi.*

150 *Eoque etiam non confecto, Creditoribus Defuncti non tenetur.*

151 *Fiscus occupans Bona vacantia, nec Legata, nec fideicommissa præstare tenetur.*

152 *Excipe tamen, si in hereditate succedat, Bona auferens ab indigno.*

153 *Inter Privatum, hereditario jure succedentem, ac Fiscum, jure Regalium occupantem Bona vacantia, quæ nam intercedant differentiæ?*

154 *Fiscus vindicans Bona vacantia, non ligatur instantiâ Defuncti.*

155 *Fiscus occupans Bona vacantia, obnoxius est etiam actionibus personalibus, ad quæ Defunctus tenebatur.*

Declara, verum id esse respectu actionum personalium, orientium ex contractu, veluti mutui, commodati, depositi, mandati pro Socio, ex empto, & vendito, & similibus, nu. 156.

Non verò respectu actionum illarum personalium, Personæ ipsi dumtaxat inhærentium, num. 160., ac præsertim num. 165.

156 *Actiones personales comparatæ sunt rei persequendæ causâ.*

157 *Actione personali semper agimus contra nobis ex contractu, vel quasi obligatum.*

158 *Fiscus non priùs peculium occupare potest, quàm ex eo deductum sit omne id, quod Creditoribus debetur.*

159 *Bona intelliguntur, deducto ære alieno.*

160 *Fisco licèt ex persona Filii competat jus ad Legitimam, jus tamen reijciendi ab ea onus, Filio à Jure tributum, utpotè personale, ipsi non competit.*

161 *In Fiscum non transmittitur jus impugnandi donationem inofficiosam.*

162 *Fiscus non tenetur perseverare in locatione, antecedenter cum Conductore facta.*

163 *Heres personam Defuncti repræsentat.*

164 *He-*

164 *Hæres nequit ex hæreditate commodum capere, & Defuncti factum impugnare.*

165 *Successor jus suum desumens non aliunde quàm ex propria persona, facto, obligationibus, vel confessionibus Defuncti obstringi nequit,*

166 *Fiscus nullo pacto obstringitur factis, dictis, vel confessionibus Defuncti, Bona non respicientibus, sed solummodò ejus personæ statum.*

167 *Defuncti confessiones ex se nullam Bonorum persecutionem tribuunt.*

168 *Fiscus Bona vacantia occupans, non repræsentat Defuncti personam.*

169 *Consanguinitates non consensu & facto Partium, sed natalibus, vel adeptione conjunguntur.*

170 *Veritatem Judex diligenter investigare tenetur.*

Et media ad eam assequendam omittere non debet, ibid.

Præsertim cum de filiatione agitur probanda post longissimum temporis decursum, numer. 171.

171 *Filiationis legitimam probationem constituunt plures Testes, aliaque argumenta; præcipuè post longissimi temporis spatium.*

172 *Testes examinati sinè Partis citatione, præcipuè verò non servatâ forma, a patriis Legibus præscriptâ, nil probant.*

173 *Testes ad alium finem, in aliis Judiciis cum Personis penitus diversis, examinati, ac qui iterum examinari non possunt, probationem non constituunt, &* n. 175.

174 *Sententia filiationis præjudicat, quando principaliter est lata; non quando incidenter de filiatione actum est.*

176 *Testium delectus factus, aliis repudiatis, qui illos elidere possent, malum jus, ac fraudem demonstrat.*

177 *Iidemque, uti suspecti, nullo numero habendi sunt.*

178 *Probationes suspectæ eo minùs nocent, si agitur contra Tertium, jure suo venientem.*

179 *Testium examen actum in domo alterius ex ipsis Testibus cum interventu Procuratoris, eos inducentis, a Jure reprobatur.*

180 *Testis multâ captiositate examinatus, & sub verborum involutione deponens, nullum probationis gradum constituit, &* numer. 187.

181 *Mater nequit esse testis idonea pro concludenda maternitate favore filiæ suæ.*

182 *Ad probationem filiationis admittitur testimonium Consanguineorum, sed non Ascendentium.*

183 *Matris dictum ad probandam paternitatem filii sui admittitur, concurrente publica voce, & fama, atque adminiculis.*

184 *Testis interessatus, idoneus non est.*

185 *Pater non est idoneus Testis pro Filio contra Fiscum.*

186 *Testi instructo nulla fides præstatur.*

187 *Testi Jurisperito, & contestem instruenti ad testimonium ferendum, eò minùs fides adhibenda est.*

188 *Scientiæ caussa non alia est attendenda, quàm illa, a teste allegata.*

189 *Testis inverisimilia deponens, attendendus non est.*

Et Sacra Rota *tredecim id genus Testes, licèt contestes, rejecit.*

190 *Testes inverisimilia deponentes, falsum deponere præsumuntur.*

191 *Testis falsus in rebus summopere substantialibus, reijciendus omnino est.*

193 *Privatus Liber, nisi de ejus veritate, & legalitate doceatur, adminiculum nullum præbet.*

194 *Privatus Liber privatæ, ac ignotæ Personæ, a nemine recognitus, & post lapsum 65. annorum in lucem editus, suspicione non modica perstringitur.*

195 *Partitæ extractio ex libro privato ut probet, Juris ordine servato facienda est.*

196 *Error fidem adimit Scripturis, ceteroquin legalibus.*

197 *Nulla adhibenda est fides extractioni partitarum factæ ex Libro privato, qui de manifesto errore convincitur.*

198 *In materia probationis, per Libros faciendæ, illa semper præferenda est, quæ coadjuvatur auctoritate publici Instrumenti.*

199 *Impubes a testimonio ferendo repellitur.*

200 *Rerum oblivio inducta præsumitur spatio, etiam longè breviori 60 annorum.*

201 *Testis de auditu ut admitti valeat, quænam requirantur?*

202 *Ex conjunctione postremorum Testium cum primis probatio coadjuvari nequit, si illi pluribus exceptionibus notantur.*

203 *Probationes plures imperfectæ, ut simul unitæ attendi debeant, requiritur, eas ad eumdem finem, eamdemque rem probandam directas esse, &* nu. 115.

204 *Plura imperfecta insimul conjungi non possunt, quando unumquodque de per se non est concludenter probatum.*

205 *Personæ identitas haberi nequit ex Teste, qui ejus cognomen reticuit.*

206 *Titulus* di Signora *a Testibus adhibitus; nequit intelligi nisi de persona, quæ tunc viva esset; vel saltem dubium redditur, an persona, de qua illi locuti fuerunt, viva esset, an mortua.*

207 *A Testibus reticeri non potuit factum, de se notorium, quod permanentem effectum post se reliquit.*

208 *Difficile est famam semel emanatam reprimere.*

209 *Fama vires adquirit eundo,*

210 *Contrarietas manifesta inter Testes, percutiens substantiam facti; maximè notâ digni, fidem illi adimit.*

211 *Dictio* = post = *actum immediatè sequentem sinè intervallo importare videtur.*

212 *Verbum*= allevato=*denotat longioris alicujus temporis educationem.*

213 *Maternitas, quum ad successionis effectum agitur, probata dici nequit claris, & expressis Parentum confessionibus, etiamsi agatur de succedendo in eorum Bonis.*

214 *M Itoque minùs æquivocis assertionibus, & falsà aliorum credulitate probata dici poterit.*

215 *Vitium vitio suppleri non potest.*

216 *In antiquis licèt leviores sufficiant probationes.*

217 *Dum tamen agitur de filiatione probanda tempus antiquum non dicitur illud 64. annorum.*

Præsertim, quum agitur de facto plurimis noto, ac de amplissima Civitate, florente magnà Populi frequentià ibid.

218 *Testis idoneus ad deponendum de filiatione ut quis dicatur, sufficit ætas annorum 14.*

219 *Temporis antiquitas pro effectu ut leviores admittantur filiationis probationes, concurrere non dicitur ex lapsu 15, & 25. annorum, si eo tempore adhuc in humanis erant Testes de negotio informati.*

220 *Maximè in Judicio petitorio, & quum agitur de prejudicio Tertii, jure proprio venientis.*

222 *Favore Prolis etiam illegitimæ ob temporis antiquitatem quandoque a* Sacra Rota *fuerunt admissæ leviores filiationis probationes, concurrentibus legitimatione per subsequens Matrimonium, descriptione in Libris Baptismatis, confessione Parentum in actu celebrationis Matrimonii, institutione in testamento tamquam de filia facta, ac similibus.*

223 *Ad veritatis explorationem requiritur, ut Judex non solo aurium sensu, sed quadam animi sapientià judicet, quo vultu, quà confidentià Testis loquatur.*

224 *Nulla quasi possessio filiationis allegari valet ab eo, qui de tempore obitus ass. matris erat infans.*

225 *Filio non suffragatur probare quasi possessionem sororietatis Matris respectu Defuncti, ut in istius Bonis succedere valeat.*

226 *Ad successionis effectum, quum agitur inter Transversales, non sufficis probatio, quod pro Consanguineis sese habuerint.*

227 *Ad probandam in Judicio petitorio consanguinitatem sat non est quasi possessio desumpta ex tractatibus, agnitionibus, ac similibus, sed probatio directè concludens requiritur, &* nu. 274.

228 *Quasi possessio filiationis non sufficit in decisoriis, sed in præparatoriis Judiciorum.*

229 *Ad filiationis probationem in petitorio Judicio, non sufficiunt tractatus.*

230 *Quasi possessio promanans ex tractatibus non suffragatur in petitorio judicio nec etiam pro alimentis consequendis.*

231 *Possessio, vel quasi separari potest a proprietate, & dominio ac proinde, quum de isto principaliter in Judicio agitur, non sufficit illam allegare*, ibid.

232 *Quasi possessio non sufficit, licèt agatur de succedendo in hereditate ass. Patris.*

233 *Certiùs, si in hereditate Transversalis.*

234 *Et maximè si agatur de hac vindicanda a Tertio, jure proprio possidente.*

235 *Quasi possessio præsumptivam solummodo probationem filiationis præbet.*

Et licèt in possessorio plurimùm valeat, secus tamen est in petitorio, ibid.

236 *Doctores autem qui sustinent, etiam in petitorio, ac etiam cum agitur de successione Transversalis, prodesse illam posse, ita censent, non quia per se spectata, plenè probet, sed ipsam sufficere posse, censent, ut in eum, qui filiationem negat; transfundatur onus talem negativam probandi.*

237 *Quem tamen effectum ut operari valeat, requirantur actus, qui reciproci sint, ac mutuos præferant tractatus*, & nu. 279.

238 *Quique ad aliud referri nequeant ac nitidissimi sint, nullisque elidantur contrariis actibus*, nu. 239. & num. 260. & 287.

239 *Probatio filiationis desumpta ex tractatibus, nonnisi probabiliter, vel præsumptivè illam concludit.*

240 *Quasi possessio fundata in meris præsumptionibus, sublata aliis contrariis conjecturis præsumitur.*

241 *Possessori sufficit vincere per non jus Actoris licèt de suæ possessionis titulo non docuerit.*

242 *Quasi possessio nitidissima esse debet, quum agitur de probanda filiatione, sive consanguinitate respectu Personæ, ex illegitimo concubitu susceptæ.*

243 *Quasi possessio consanguinitatis, etiam contra Fiscum probata non dicitur, quando non est constans, univoca, ac non interrupta &* nu. 245.

244 *Dictio* = Semper = *sudpte naturà perpetuitatem, & uniformitatem exposcit.*

245 *Conjunctum qui se dicit Transversali illegitimo in gradu, excludente a successione Fiscum, talem conjunctionem derivare omnino debet ex latere materno, &* numer. 250. & 252.

246 *Dispositio quum confertur ad Personas certi gradus, vel eædem cum aliqua qualitate vocatæ reperiuntur, probatio gradus, vel qualitatis requisitæ, specifica esse debet, non generica.*

247 *Pro consequenda successione, deferenda ad Personas certæ lineæ, frustra agit is, qui se de illa esse non docet.*

248 *Quasi possessio genericè probata non prodest, si certus in linea gradus requiritur.*

249 *In successione deferenda ad gradum, certà aliqua qualitate præditum, ut puta ad Agnatos, vel Cognatos legitimos, & natura-*

turales, præter conjunctionem, & consanguinitatem in certo gradu, probatio etiam legitimitatis requiritur.

250 *Fisco in hereditatibus vacantibus assignatus a Lege reperitur certus locus, videlicet post decimum gradum.*

251 *Sororietatis quasi possessionem certæ Matri, tamquam certo stipiti, alligans, probare omnino tenetur, communem illam Matrem fuisse.*

253 *Causa favorabilis non relevat ab onere concludentis probationis.*

254 *Fiscus immeritò odiosi Successoris nomine nuncupatur.*

255 *Defuncti voluntas proclivior erga Principem, seu Fiscum censetur, quàm erga Consanguineos ultra decimum gradum.*

256 *Ad Fiscum porriguntur et om privilegia illa, quibus fruuntur Minores, Pupilli, & Ecclesia.*

257 *In dubio contra Fiscum judicandum est.*

Quod tamen intelligendum procedere, quum ille ad publicam vindictam agit; Secus verò, quum vindicat id, quod de Jure communi, & beneficio Legis sibi competit, ibid.

258 *Tractatus eliciti ex subministratione sive pecuniarum, sive etiam alimentorum prodesse quidem possunt ad aliqualem quasi possessionem inducendam in possessorio, at non etiam in petitorio.*

Ejusmodi tractatus quando nec levissimum quidem præbeant quasi possessionis argumentum, immò illam penitus excludant ? numer. 259. & seq.

261 *Alimentorum, vel pecuniarum præstatio non ex causa dumtaxat consanguinitatis, sed ex alia pietatis, vel liberalitatis promanare potest.*

262 *Ex subministratione exiguæ quantitatis pecuniæ, tametsi diuturno tempore continuata, ac sponte facta, nulla induci potest quasi possessio consanguinitatis.*

263 *Fortiùs, si titulo eleemosynæ facta appareat.*

264 *A Doctoribus pro cautela traditum est, quod faciens alimentorum, vel pecuniarum præstationem, exprimat, se illam eleemosynæ titulo facere, ne color ullus quasi possessionis recipienti quæri possit.*

265 *Tenuis summæ largitio, seu ejusdem largitionis continuatio eleemosynæ causâ, atque ex titulo educationis petita, excludit consanguinitatis titulum*, & n. 283.

266 *Ex antidorali quadam obligatione benefici esse debemus in eos, qui nos educarunt.*

267 *Quilibet in bumonis nedum præsumitur uti eo meliori titulo, quem habet, sed quærendus non est titulus diversus ab illo, quem ipse allegat.*

268 *Tractatus, aut consanguinitatis, quasi possessio ad obtinendam in petitorio Judicia successionem, elici nequit ex unica pecuniæ largitione, nonnisi titulo eleemosynæ impetrata.*

269 *In quasi possessione filiationis nequit constituere denominatio in filium, nisi facta reperiatur in proportionatis actibus institutionis, donationis, ac similibus.*

270 *Filiationis quasi possessio elici nequit ex simplicibus denominationibus, emissis in epistolis.*

Licèt mutuæ sint, & utrique consentiant, n. 81. & 84

271 *Non epistolis, sed natalibus, vel adoptione consanguinitas conjungitur*, & n. 281.

272 *Quasi possessio consanguinitatis ut ex tractatibus, & agnitionibus validè inducta dici possit, proficisci debet ab eo, de cujus passiva successione agitur*, & n. 273.

276 *Verba* = La carità prima a suoi, Io son sua = *prolata erga aliquem à muliere, quæ pluribus annis ei educando operam dedit, vel nullimodè consanguinitatem cum illo indicant, vel rectè referri valent ad curam, & studium in educatione impensum.*

277 Suorum *appellatione veniunt, qui bonâ fide serviunt.*

278 *Antecedentia, & subsequentia, legalem intermediæ scripturæ interpretationem tribuunt.*

280 *Inter extrema hæc, nempe inter Patrem, seu Matrem, & Filium, Fratrem, & Fratrem, sive Sororem nulla correlativa induci potest quasi possessio, nisi actus reciprocè fiat, & ab eo, de cujus passiva successione agitur, proficiscantur.*

282 *Scripturæ occultatæ, præsumuntur Occultantis intentionem vulnerare, atque, enervare.*

284 *Simplex enunciatio nil probat, præsertim cum dubitatur de enunciato, & non adfertur caussa, cur ita enunciatum fuerit.*

Eòque minùs in præjudicium Tertii, ibid.

285 *Denominationes, assertionesque, ac Testes de filiatione, aut consanguinitate deponentes, spectandos non esse, nisi constiterit unde illæ promanaverint, & quâ fide, quâ occasione, quâ scientiæ causâ moti Testes id affirmaverint, concordis est Doctorum, & Tribunalium sententia.*

286 *Ad probationem filiationis non prodest fama, nisi constans.*

287 *Ideoque Testes de illa deponentes docere debent, quo tempore orta fuerit, quodque ob interessatis originem non habuerit, præsertim ubi de successione agitur.*

288 *Prætereaque oportet, illam adminiculis coadjuvari.*

289 *Eademque in suo genere imperfecta, nec etiam simul juncta prosunt, in præjudicium Tertii.*

290 *Probationes, quæ, nonnisi simul junctæ, aliquem probationis gradum constituere valent, sunt de genere dumtaxat probabilium, seu præsumptivarum probationum.*

291 *Filiationis probatio ex tractatibus desumpta, levis est.*

292 *Potuit id enim ex errore procedere, vel ex*

 qua-

quadam conniventia, atque etiam ex fictione, vel ex eo etiam quod Filii loco quis habitus fuerit.

293 *Tractatus valent ad plenissimè interpretandam tractantis voluntatem.*

294 *Veritas à voluntate hominis non pendet, nec imaginibus obumbratur.*

296 *Suppositio partus præferens delictum, qualis dicatur?*

297 *Suppositio Partus in Judicio etiam criminali conjecturis, & præsumptionibus probatur.*

298 *Fortiùs in Judicio civili, & ad nemini præjudicialem effectum.*

298 *Caussam suppositionis partus, in Judicio civili, ipsæ conjecturæ supplent.*

300 *Simulationis partus sufficiens caussa reputatur ratio evitandi scandali, atque existimationis tuendæ.*

301 *Verba referenda sunt ad caussam, subjectæ materiæ proportionatam.*

302 *Potentia generandi in muliere protrahi valet ad quinquagesimum usque annum.*

303 *Partus non dicitur mirabilis nisi quum Mulier quinquagesimum annum excessit.*

304 *Et infra quinquagesimum annum, potiùs verus, quàm suppositus est præsumendus; Limita, ut* n.306. *&* 310.

305 *Mulier quinquagenaria, spectatis naturæ viribus, parere aliquando potest.*

306 *Mulier licèt quinquagesimo anno generare possit, sola tamen hæc possibilitas non prodest ad maternitatis probationem in Judicio civili.*

Sed de ea claris probationibus constare debet, n.307. & 312.

Et quid in Judicio criminali? num.309. & seqq.

307 *Lex præsumit id, quod frequentiùs, & communiter accidit, nec possibilitatem considerat.*

308 *Mulier, quæ nondum benè firmà ætate plures procreavit Filios; ingravescente ætate, minùs apta novæ gignendæ soboli censetur, ratio*, ibid.

309 *Mulier florentis etiam ætatis, quæ jamdudum Filios procreare desierat; Senior facta, inverisimile est, quod Partum ediderit.*

310 *Pro veritate partus Mulieris quinquagenariæ, naturalis illius possibilitas suffragari potest solùm in Judicio criminali, vel cum agitur favore legitimæ Prolis, in lineo Matrimonii susceptæ; Licèt secus sit, si ex Muliere sui juris, & libera*, & n.311. & 312.

314 *Annosæ mulieris ingenti amore Juvenem, ætate florentem, captam fuisse, inverisimile est.*

315 *Mulieres citissimè, & saltem post duos menses à die conceptionis, edunt prægnantiæ signa.*

316 *Testis de prægnantia, solùm de auditu deponens, nil probat.*

Licèt à Marito audierit, ibid.

317 *Testes rectè informati si neglecti fuerunt, credendum non est Testibus, de prægnantia deponentibus, qui potuerunt decipi.*

Immò ex his indicium sumitur suppositionis partus, n.319. & 326.

318 *Mulier si dicatur sinè obstetricum auxilio, quarum maxima erat copia, peperisse, id sat est ad suppositionem Partus arguendam.*

319 *Infans illicò Sacro Fonte expiari debet, neque hic actus protrahendus.*

321 *Ex protractione Baptismatis indicium sumi potest occultationis veræ Matris.*

322 *Matris identitas dubia redditur, ex quo Matris nomen, & cognomen in Libro Baptismatis fuerit reticitum.*

323 *Reticentia in Libro Baptismatis nominis, & cognominis Matris, exclusivum filiationis argumentum præbet.*

224 *Filii naturales in materna Parochia; Legitimi in illa Patris, nunquam verò in illa Nutricis baptizantur.*

Baptismus naturali Filio collatus in alia, quàm materna Parochia, probat, eundem ex alia Muliere fuisse natum, ibid.

325 *A Testibus, de maternitate deponentibus, reticito Matris cognomine, ubi nulla adfuerit occultationis urgens caussa, ad quid reticentia hæc referri valeat?*

327 *Maternitas excluditur respectu mulieris, cui non congruunt qualitates, de vera Matre prædicatæ.*

328 *Filius ex nobilibus ortus Parentibus, æquum est, ut opibus, titulisque decoretur, quibus familiæ suæ dignitatem tueri possit.*

329 *Filium susceptum ex tenuissimæ fortunæ Muliere, Pater effusas largitiones non contulisset.*

330 *Parentes erga Filios naturales liberalitatem exercent ob filiationis certitudinem, quam habere sibi suadent.*

Hæc tamen certitudo respectu Matris ignobilis, & minùs custoditæ haberi nequit, ibid.

331 *Maternitas inverisimilis redditur, ubi erga ass. Matrem egenam nulla fuerit liberalitas exercita.*

332 *Ex sola negativa probatione agnitionum, & tractatuum consurgit consanguinitatis exclusio.*

333 *Fortiùs, si quoad vixit ass. Consanguineus, agnitionibus, & tractatibus se semper abstinuit.*

334 *Prout etiam, si in testamento assertam Sororem, vel neptem omisit.*

335 *Tractatus, & quasi possessio quoties contrariis præsumptionibus eliduntur, haud nocent iis, qui alioquin veri Parentes censeri possent.*

336 *Tractatus, & quasi possessio non prodest, quoties constat, ass. Matrem supposititiam fuisse.*

337 *Probationum quæcumque dubietas contra Actorem interpretanda est.*

Ar-

338 *Argumenta naturæ corrumpi non possunt.*
339 *Testium voluntas effingi, flecti, & detorqueri potest.*

1 QUAM præclarè Principes humanissimi statuerunt, nè quidquam Fiscus, quod Jure non probaretur, posset sibi vindicare, nè scilicèt ex Principali Majestate calumnia facultatem acciperet, ut notat *Paulus lib.5. Sententiarum leg. penult. ff. de hered. instit.*, & inverecundum sibi ducentes aliquid adipisci, quod juris careret auctoritate, præsertim ex Defunctorum hæreditatibus, *leg. ex imperfecto 23. ff. de legat. 3.*, quæ tametsi Principi relictæ perhibe-
2 rentur, de viribus dispositionis inquiri, eamque, si legalis non esset, infirmari, *leg. ex imperfecto 3. Cod. de Testament.*, *& prius in leg. cum hæredes 7. Cod. qui Testament. facer. poss.*, *vel non.*, aut per querelam rescindi, *leg. Papinianus 8. §. Si Imperator ff. de inoffic. Testament.*, vel à Testatore pro libito immutari posse, voluerunt, *leg. si quis Imperatorem 6. Cod. qui Testament. facer. poss.*, ità quidem, ut nullum relictum hæredem, aut à Lege vocatum, nomen Principis pertimescere passi fuerint Imperatores Honorius, & Theodosius *in leg. omnium 19. in fin. Cod. de Testament.*; quanta, inquam, hæc Principis effulget humanitas, tam profectò nobis religiosè curandum videtur, ut quod Fisco Principis, Jure, Lege defertur, id ei sinè ullâ detrectatione concedatur, quid
3 enim est æquius, quàm, quia Princeps Fisci sui compendia, Juris censuræ submittit, Juris illi favorem inviolabiliter observari? Quidque vel moderatius Fiscus petere potest, quàm ut Leges, prudenter olim constitutæ, & quibus Reipublicæ salus contineri reputatur, *Just.*
4 *Lips. Politic. lib. 2. cap. 11.*, sibi etiam prodesse possint? Vel quid indignius, quàm Fisco Juris beneficium invidere, cujus causa publicam habet utilitatem? *leg. apud Julianum 35. in fin. ff. de Jur. Fisc.*, *Amaya in leg. 10. n. 2.*
5 *Cod. de Annon., & Tribut. lib. 10.*, neque enim quia Princeps bonus est, Causa Fisci mala est judicanda, nisi Principis bonitate velimus turpiter abuti, quinimmò in id studio, cùraque omni incumbere debemus, ut justæ ejus Causæ sedula non desit defensio, huc enim pertinet illud grave Theodorici monitum apud *Cassiodor lib. 1. epistol. 19.* = *Fisci volumus legale custodiri compendium* =, & rursus *epistol 22.* scribens Marcello Fisci Patrono = *sume*, inquit, *Fisci nostri tuenda negotia, & ità per medium justitiæ tramitem incedas, ut nec innocentes calumniâ graves, nec justis petitionibus retentatores exoneres* = Cum igitur apertissimo Jure sancitum sit, ut Bona Defuncti, cui nullus
6 existat legitimus Heres, tamquam vacantia, ad Fiscum devolvantur, *leg. prima in princip. ff. de successor. Edict.*, *leg. filius familias 114. §. 1. ff. de legat. prim.*, *leg. prima §. Divus Pius ff. de Jur. Fisc.*, *leg. prima*, *& tot. tit. Cod. de Bon. vacant. lib. 10.*, *leg. 4. Cod. de Præposit. Sac. Cubicul. lib. 12. cap. unic. quæ sint regalia in usib. feudor.*, meritò postulavimus, Fisci rationibus vindicari Bona Marchionis Nicolai Mariæ Pallavicini, sinè testamento, & sinè legitimo Herede defuncti; quamvis enim plures eidem se asserant proximitate conjunctos, nihilominùs vel prorsùs carent titulo omni, & Jure legitimæ successionis, vel omninò deficiuntur desideratâ conjunctionis probatione, adeò- 7
que sunt inverisimilia quæ pro ea demonstranda asserunt, ut potiùs contrarium certò suadere possint, ac debeant, *cum bonus Judex non sit*, ut ait *Cicero in Verrem action. 7.*, *qui certâ suspicione non movetur*, & dum in arduo est veri exploratio, eò eundum, quò ducit verisimilitudo, ut monuit etiam *Seneca 4. de benefic.*

Quamobrem, cum in Voto super primo Articulo, & in novis allegationibus hodiè distributis plenè probatum fuerit, DD. Marchiones Jo: Stephanum Pallavicinum, atque Lomellinum, per medium legitimum Filiarum descendentes à Carolo, Patre naturali præfati 8
Marchionis Nicolai Mariæ, excludi intestatâ ejusdem hereditate, ex apertâ censura *Textus in leg. si spurius 4.*, & prius *in leg. hac parte 2. ff. unde Cognati §. Vulgo quæsitos instit. de success. Cognator.*, *& in §. Filium Auth.*, *quib. mod. natural. effic. sui*, Agendum modo erit de juribus D. Mariæ Hieronymæ Arnaldæ, quæ illam vindicare contendit sub obtentu, quod idem susceptus fuerit ex illegitimo concubitu Caroli cum Antonia Lagoria Caleia, quæ priùs ex justis nuptiis progenuerat Paulam Mariam Matrem suam, proindeque ipsa, tamquam ex sorore uterinâ, Defuncti neptis, ad ejusdem intestatam successionem admittenda sit, ex clara dispositione ejusdem *Textus in dicta leg. si spurius*, quo expressè sancitur, *quod* 9
proximitatis nomine Mater ejus, aut Frater eadem Matre natus, Bonorum possessionem ejus ex Edicto petere potest; Verumtamen, ut luculenter probatum fuit *in secundo articulo dicti Voti*, cum destituatur legitimis probationibus, quibus demonstrare queat, præfatam Antoniam Calciam fuisse veram Matrem Nicolai Mariæ, confirmanda videtur Sententia Illustrissimi Domini Thesaurarii, declarans Jus nullum competere præfatæ D. Mariæ Hieronymæ, & denegatâ eidem Immissione, Bona Nicolai Mariæ incorporanda esse Reverendæ Cameræ.



§. PRI-

§. PRIMUS.

Probatur, quod D. Maria Hieronyma rejectâ probabili, & præsumptivâ, docere tenetur directâ, ac necessariâ probatione de maternitate Antoniæ Calciæ, & respectivè filiatione Marchionis Nicolai Mariæ Pallavicini, quià hæc est fundamentum suæ intentionis.

Præsertim verò.

Quià versamur in Judicio petitorio, & ipsa tamquam Actrix agit de vindicandis Bonis à Tertio, Rever. videlicet Camera, illa occupante independenter à Jure, & personâ Defuncti.

REassumendo itaque deducta in Voto, eisdemque addendo nova quædam animadversa, dicimus, quod D. Maria Hieronyma non possidens, sed tamquam Neptis petens hereditatem intestatam Marchionis Nicolai Mariæ, ut prò illâ consequendâ intentionem suam plenè fundasse dici queat, oportet, quod, præter originem, & descendentiam suam à præfatâ Antoniâ Avia, probet, eandem fuisse matrem Marchionis Nicolai Mariæ, maternitas namquè ista, & respectivè filiatio Ni-
10 colai Mariæ, cum sit fundamentum suæ intentionis, eademque negetur à legitimo Contradictore, Rev: nempè Camera, concludenter probanda est, ut docuit *Bald. in leg. 1. num. 1. in fin.*, ibi = *Secundò nota, quod qui allegat filiationem, debet probare = ff. de probation.*, quæ concludens filiationis probatio facienda semper est ab illam allegante, sivè sit Actor, & petat hereditatem tamquam filius, sivè tam-
11 quam Reus conveniatur, & ab eo petatur hereditas, excipiatque, quod est filius, quia in exceptione ista fit Actor, *Angel. in leg. Liberorum 11. num. 2.*, ibi = *Finaliter conclude in eô, quod si Puer petit hereditatem, ut Filius, cum non possideat, ipse debeat probare se Filium, ex quo negatur Filius, nàm filiatio est causa, & fundamentum suæ intentionis, Glos. est infrà de probat. &c.; idem si Agnatus proximior tamquam Heres ab intestato Defuncti avocet hereditatem ab eo, nam intentio Agnati est fundata de Jure undè ad destructionem intentionis fundatæ oportet, quod Puer probet sè Filium = ff. de his qui notant. infam.*, *Bald. consil. 180. num. 1. lib. 3.*, *Jason. consil. 102. num. 4. lib. 4.*, *Dec. consil. 321. num. 2.*, *Roland. à Valle consil. 3. num. 43. consil. 63. num. 13. lib. 1.*, *Soccin. Junior. consil. 86. num. 34.*, *Natta consil. 473. num. 11. lib. 2.*, *Bero. consil. 20. num. 24. lib. 2.*, *Decian. respons. 40. num. 1. tom. 5.*, ubi referens *Angelum, & Baldum loco citato*, ait, quod *quando quis hereditatem petit ut Filius, si non possidet, ipse tenetur probare sè Filium, quia filiatio est causa, & fundamentum suæ intentionis*, & idem dicit *Bald.*
12 *consil. 180. 3. volum.*, *& præcipuè quam agitur de auferenda hereditate, vel parte è manibus alicujus, qui reperitur in ejus possessione* = Subditque ex *Corneo*, non sufficere hoc casu præ- 13
sumptivas probationes, ibi = *Quo casu non sufficiunt probationes præsumptivæ* = *de Ponte consil. 3. num. 1.*, ibi = *Conclusio est Juris indubitata, vera, & communiter recepta, quod qui allegat sè Filium, probare debet, Bald. in leg. 1. &c., & sivè petat quis hereditatem tamquam Filius, debet probare sè esse talem, sivè sit in possessione, & ab eo petatur, & excipiat, quod est Filius, quia in exceptione est Actor, & propterea semper probare debet = & per tot. lib. 2.*, latissimè *Riminald. Junior. consil. 215. num. 193.*, quem allegat *Cæsar. Manent. consil. 136. num. 37.*, ibi = *Filiatio enim semper est probanda ab eo, qui in ea sè fundat, sivè aget, sivè excipiat = Asin. in sua prax. Judic. par. 2. ad Statut. Florent. 2. lib. de mod. proband. filiationem cap. 2. fol. 8. terg.*, ibi = *Quoniam autem filiationes hæ non præsumuntur, eas probare necesse est, propterea quod qui sè fundat in filiatione, debet eam probare, cum sit suæ intentionis fundamentum, Angel. in leg. liberorum &c., sivè ipse agat, sivè conveniatur = Cirocch. controv. forens. lib. 2. cap. 172. num. 15.*, *Pax. Jordan. variar. lucubrat. tom. 3. lib. 14. tit. 17. numer. 321. & seqq.*, *Pacion. allegat. 119. num 1.*, *Palm. Nepos decis. 178. n. 1.*, *Rot. coram Royas decis. 254. num. 17.*, *coram san: mem: Alexandro VIII. decis. 151. num. 9.*, & optimè *Rota in recent. decis. 347. num. 1. par. 12.*, quibus addimus *Pegas de exclusion. inclus. successión., & erection. Majorat. part. 2. cap. 9. ex num. 455.* plenissimè docentem, tàm filiationem, quàm ejus qualitates ab allegante concludenter probandas esse.

Et licèt Doctores, ac Tribunalia cum *Lucre-* 14
tio nossent.

Quod neque de Cælo cecidisse animalia possunt,
Nec terrestria de salsis exisse lacunis.

Sed unumquemque, qui natus est, ex aliqua Matre natum esse, oportere, quia scilicèt Homines non ex luto, vel robore nascuntur, ut quondam fabulosa finxit vetustas, tunc quum,

Orbe novo, Cæloque recenti.
Vivebant homines, qui rupto robore nati,
Compositive luto nullos habuere Parentes.
Juvenal. Satyr. 6.

nihilominùs Matris probationem ad effectum succedendi, individuàlem esse voluerunt; Etenim non ideò succedit quis, quod Parentes habuerit, sed quia ex talibus Parentibus ortum se docet; Illud est quidem certum, & omnibus contingit, hoc est incertum, ideòque pro-
bandum, & non Mater, aut maternitas in ab- 15
stracto, sed quæ fuerit vera Mater, in Judicio inquiritur, ut apud Salomonem non dubitabatur, Puerum genitum fuisse ex alterutrâ earum Mulierum, illum tamquàm suum vindicantium, sed ad inveniendum, utra vera Mater esset, opus fuit illius judicio. Imò verò, quum de Matre agitur, eò clarior requiritur probatio,
quia ejus respectu non est impossibilis, utpotè 16
enim habens physicam certitudinem, *leg. quia sem-*

semper 5. ff. de in Jus vocand., à naturâ ipsâ demonstrari dicitur, Anton. Faber. in pandect. tom. 1. fol. mihi 100. col. 1., Cujac. in exposition. Novel. 18. tom. 2. oper. priar. fol. mihi 470. lit. B. in lib. 13. respons. Papinian. ad leg. 2.
17 ff. nè de stat. defunct., ubi quod Mater nunquam potest esse incerta, tom. 1. oper. postb. fol. mihi 578. lit. A., & in lib. 2. Digest. tit. 4. de in Jus vocand. fol. mihi 124. lit. A. & seqq. tom. 4. par. 1. oper. postbum., & in lib. 5. Codic. ad tit. 37. de natural. liber. tom. 5. oper. postb. fol. mihi 576. lit. C. & seqq. Canonistæ communiter in Cap. Per tuas de probat., Bald. nempe num. 2., Felin. num. 4., Fermosin. in dicto Cap. quæst. 2. num. 52., Henrich. Boich. in Cap. Per tuas num. 2., qui fil. sint legitim., Gulielm. de Benedict. in Cap. Raynutius 3. parte verb. quæ Filium ex eo suscipiens num. 55. de Testament., Decian. dicta respons. 40. lib. 5. n. 1., ibi = Quo casu non sufficiunt probationes præsumptivæ, ut pulchrè per Corn. &c., & eò magis quando agitur de probanda Matre, & non Pa-
18 tre, nam quamquam difficillima sit probatio filiationis respectu Patris, tamen non sic respectu Matris, quæ semper certa est, Cæsar Manent. consil. 139. num. 27., Petra de fideicomm. quæstion. 11. num. 241. & seqq., & num. 332., Ceval. de cognition. per viam violent. par. 2. quæstion. 4. num. 57. & seqq., Menoch. de arbitrar. Judic. lib. 2. cent. prima cas. 89. num. 3., Mascard. de probat. conclus. 587. num. 2., Pax. Jordan. variar. lucubrot. tom. 3. lib. 14. tit. 17. num. 328., Hugo Grot. de Jur. Bell., & pac. lib. 2. cap. 7. n. 8., Asin. in prax. par. 2. §. Primo cap. 4. num. 1., Arias de Mesa variar. resolut. cap. 36. num. 3., Prat. discept. 40. num. 6. tom. 1., Lup. de illegitim. comment. 2. §. 3. numer. 5., Gratian. discept. 652. num. 8., Carol. Anton. de Luc. ad eundem discept. 562. n. 12., Dulph. controv. 149. num. 14., Capon. controv. forens. 6. num. 28., Burz. decis. Bonon. 92. n. 1., Scoppa ad Merlin. Pignatell. cent. 2. controv. 82., Capyc. Latr. decis. 166. num. 26. & seqq., Rota coram Buratto decis. 725. num. 2., ibique Adden. num. 6., & in Romana Filiationis 21. Novembris 1710. §. final. coram R. P. D. Aldrovando.

Quamobrem ad differentiam filiationis respectu Patris, levioribus contentæ probationibus.

Nam certum quis possit ferre Parentem?
19 ut ex Homero ait Peges in tract. de exclus. inclus. success., & erect. majorat. tom. 2. cap. 9. numer. 472. fol. mihi 147., Doctores constituerunt triplicem probationem filiationis, necessariam videlicet, probabilem, & præsumptivam, necessariam requirentes respectu Matris, probabilem verò, & præsumptivam admittentes respectu Patris, juxta egregiam doctrinam Bald. in leg. 1. num. 34. Cod. de iis, qui accusar. non poss., præclarè rem distinguentis verbis illis =, & si dicatur, quod est triplex filiationis proba-
20 tio, scilicèt necessaria, probabilis, & præsumptiva, necessaria probatio concludit quoad Matrem, quia certa. probabilis quoad Patrem, quia natus ex Uxore in domo, vicinis scientibus, ut leg. filium ff. qui sunt sui, vel alien. Jur., & ista probatio probabilis major est, quàm probatio præsumptiva. Et honesta conjectura inhonestam præsumptionem favore innocentis prolis excludit ff. de adulter., leg. miles §. Defuncto in fin.; Præsumptiva verò probatur filiatio per actus extrinsecus, ut quia Pater vocabat eum filium suum, vel Mater, & alii Consanguinei, ut extra de probat. capit. per tuas &c. =, & hanc Baldi distinctionem sequuntur Cæsar Manent. consil. 139. sub num. 21. & 22., ibi = Hinc Bald. in leg. 1. num. 34. Cod. qui accusar. non poss. triplicem esse probationem filiationis constituit, necessariam, probabilem, & præsumptam, necessariam dicit respectu Matris, quia cum illa semper sit certa, tamquam facilis probationis, necessariò concludere debet, non præsumptivè, vel probabiliter, prout est respectu Patris = Noguerol. allegat. 25. numer. 20. & seqq., inquiens = ad quod advertenda est doctrina Baldi in leg. prima Cod. qui accusar. non poss. num. 3. vers. quoad secundum articulum, & num. 34. col. 2. versic. & si dicatur, quod est triplex filiationis probatio, qui tres modos probandi filiationem adducit, primus, est in filiatione Matris, quem tradit esse modum necessarium, quia Mater semper est certa, alius verò modus est probabilis quoad Patrem, quando Filius natus, & procreatus est in domo ex Uxore, vicinis scientibus, leg. Filium ff. de his, qui sunt sui, vel alien. Jur., ultimus verò modus probandi filiationem est præsumptivus, qui resultat ex conjecturis extrinsecis &c. = Capon. controv. forens. 6. num. 38. sub versic. respondeo in leg. 1. num 34. Cod. de his qui accusar. non poss., ubi inquit, quod tres modos tradit probandi filiationem, scilicèt necessarium, probabilem, & præsumptivum: necessaria probatio cedit in Matre, quia semper est certa, leg. Quia semper ff. de in Jus vocand. probabilis quoad Patrem, quia natus ex Uxore, viciniis scientibus, dicta leg. Filium ff. de his qui sunt sui vel alien. Jur., præsumptiva verò cadit etiam in Patre per actus extrinsecos, ut qu a Pater vocabat eum Filium suum, & ideò Gloss. in d. leg. Lucius probat, filiationem quoad Patrem probari non posse, nisi per conjecturas Lege adprobatas, & per actus extrinsecè deductos = quæ verba exscripsit ex Capyc. latr. decis. 166. nu. 26. & seqq. Ceval. de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 4. sub num. 64. & seq., Gratian. discept. forens. 653. num. 79., eisdem ferè Baldi verbis referens distinctionem ab illo traditam, quam dicit notabilem, De Luc. ad eundem Gratian. cap. 562. num. 13., ubi ait, quod excolit hunc Gratiani locum pulchrè Præses Merlin. controv. 84. per tot., ubi cum Baldo in leg. 1. num. 34. Cod. qui accus. non poss. triplicem docuit esse filiationis probationem: necessariam in Matre, quia certa est; probabilem in Patre, cum quis dicit se natum ex Uxore, vel Concubina, domi retentis, viciniis scientibus, de quo est sermo in leg. Filium, ubi Doctores ff. de his qui sunt sui vel alien. Jur.

Ter-

tertiu est præsumptiva similiter in Patre, quæ ex conjecturis à Lege, ad hoc adprobatis, & per actus *extrinsecos deductis, desumitur,* quò *pertinent tractatus, nominatio, & alia, de quibus inferius* = nec pigebit subijcere, quem ipse pulchrum dicit locum *Merlin. Pignatell. contr. forens. cent.1. cap.84. num.5.* ita loquentis = *quo circa egregiè Bald. in leg.1. numer. 34. Cod. qui accus. non poss. triplicem docuit esse filiationis probationem: necessariam in Matre, quia certa est: probabilem in Patre, cum quis dicit se natum ex Uxore, vel Concubina Domi retentis, vicinis scientibus, de quo est sermo in leg. Filium eum definimus, ubi Doctores ff. de his, qui sunt sui, vel alien. Jur., Tertia est præsumptiva similiter in Patre, quæ ex conjecturis à Lege ad hoc adprobatis, & per actus extrinsecos deductis, desumitur, quo pertinent tractatus, nominationes, & alia, de quibus inferius dicendum est* =, ubi *Scoppa num. 1.* similibus ferè verbis hæc habet = *Cum de filiationis probatione quæritur, distinguere nostri solent in triplicem speciem, nimirùm necessariam, probabilem, & præsumptivam, quarum necessariam dicunt cadere in Matre, quia semper certa est, probabilem verò procedere in Patre, cum quis dicit se natum ex Uxore, vel Concubina domi retenta, scientibus vicinis; præsumptivam denique cadere similiter in Patre,* quæ ex conjecturis à Lege ad hoc adprobatis, *& per actus extrinsecos deductis, desumitur, juxta celebrem Baldi doctrinam, leg.1. num.34. Cod. qui accus. non poss.,* = ibique allegat se ipsum *in annotat. ad Sarn. in prax. Civil. part.1. §.51. numer.6.,* optimè *Pegas de exclus. inclusion. success., & erect. majorat. part.2. cap. 9. sub num. 455. fol. mihi 141.,* ibi = *Quod tamen sibi facile erat probare, si naturalitas fuisset, quia filiatio licèt sit difficilis probationis respectu Patris, facilis tamen est respectu Matris, Aymon loc. citat. capit.164. num.8., & eo magis facilius in nato ex Muliere soluta, Soccin. Jun. cons.67. nu.6. in 4. hinc Bald. in leg 1. numer.34. Cod. qui accusar. non poss., triplicem esse probationem filiationis constituit, necessarium, probabilem, & præsumptam, necessariam dicit respectu Matris, quia cum illa semper sit certa, tamquam facilis probationis, necessariò concludere debet, non præsumptivè, seu probabiliter, prout est respectu Patris* = *Prato discept. forens. cap.40. numer.6.* verbis illis = *nam ut ait Bald. in leg. 1. num.52. Cod. qui accusar. non poss., triplex est probatio filiationis, una necessaria, & concludens, quæ in Matre tantùm datur, altera probabilis quoad Patrem, cum quis ei ex Uxore, vel Concubina domi retenta vicinis scientibus natus est, alia conjecturalis, quæ ex aliis, atque aliis elicitur præsumptionibus* = id etiam docuit *Gulielm. de Benedict. in dicto cap. Raynutius 3. part. verb. quæ Filium ex ea suscipiens de testament. sub numer.15.;* ibi = *Et prædicta probatio filiationis per præsumptiones procedit in Patre, pro quo haberi non potest vera probatio, nec certa, nisi per conjecturas præcedentes, sed in Matre, quæ certa semper est, non est vagandum per conjecturas* =; Et tradiderunt alii fere omnes allegati numero præcedenti.

Libuit, missis aliis, subijcere menti, & oculis Illustrissimorum Patrum sententiam, & verba plurimorum Doctorum, reijcientium respectu Matris probabiles, ac præsumptivas probationes, quia illa certa semper est, & à 21
natura demonstratur, ut justè secum reputent, quàm rectâ ratione iidem eam certitudinem, quæ haberi nequit respectu Patris, respectu Matris deducentes ex eo, quia *Partus plerumque multi testes sunt, conceptionis nulli,* ut ait *Cujac. in lib. 4. Pauli ad Edict. tom. 2. oper. posth. fol. mihi 91. lit. D.,* quod repetit *in lib.2. Digestor. titul. 4. de in Jus vocand. ad §. Prætor. primo leg.4. tom. 4. part.1. oper. posth. fol. mihi 124. lit. A.,* ubi ità loquitur = *extra nuptias Pater est incertus, inter fæmineum sexum Matrem scimus, Patrem credimus, quia Partus sunt testes, & inspectores certi, Conceptus nulli sunt Arbitri* =, quæ verba refert *Thab. axiom. Jur. lib.11. cap.15. axiom.5.,* illam desumendam esse censuerint ex Testibus, 22
eosque non qualescumque, sed tales esse oportere, tradiderint, qui partui, atque educationi adfuerint, quales sunt Obstetrices, Nutrices, & Famuli, juxta præclara verba *Divi Augustini tom. de utilitat. credend.,* ajentis = *quæro enim, si quod nescitur, credendum non est, quomodò serviunt parentibus liberi, eosque mutuâ pietate colunt, quos Parentes suos esse non credunt, non enim ratione ullo pacto sciri, sed interpositâ Matris auctoritate creditur, de ipsa verò Matre plerumque nec Matri, sed Obstetricibus, Nutricibus, Famulis* =, & redeundo ad nostros, benè docuerunt *Jo: Andr. in cap. Transmissæ 3. n.2.,* qui in specie loquens de filiatione probanda respectu Filii legitimi, ait = *probabit per testes, & per obstetrices, quod in ea domo R. tenentis ipsam mulierem natus fuit ex ea, & gaudium, quod indè fecit; per hæc inditia, & similia, & per tales testes, si tales habeat, poterit hoc probare, quo facto, veritas præjudicabit opinioni, & non è converso* =, *& in fin. capit.* subdit = *Undè per Obstetrices probabitur Filius Dominæ, & sic per consequens vir ejus* = *Bertacchin. in sue repertor. in verb. filiatio vers. Item quod est habitus,* ibi = *Item directè quoad Matrem tantum, ut per Obstetrices, quæ nascentem Puerum ex tali fæmina parturiente recollegerunt* =, *Hugo Grot. de Jur. bell., & pac. lib.2. cap.7. §.8.,* ubi ita loquitur = *sed & illa regulæ exceptio addenda est, si non satis constet, hunc illo esse genitum, verum est de factis, nullam esse certum probationem: sed ea, quæ solent in hominum conspectu fieri, sui generis certitudinem habent ex testimonio: quo sensu Mater certa esse dicitur, quia inveniuntur qui, quæve partui, & educationi adfuerint; At de Patre, hujus gradus certitudo haberi non potest* = *Valenz. cons.169. n.127.,* ibi = *Arbitratus fuit ad probandam filiationem ex parte Matris non debere præsumptiones admitti,*

ti, cum possit per Obstetrices, aut alias assistentes partui probari = *Asin. in prax. Judic. par.2. cap.164. num.8.*, ibi = *Quoniam autem quem esse Filium Mulieris multò facilioris probationis est, meritò breviter dicendum est, directò, & necessariò à Matronis probari, quæ ejus nativitati interfuerunt* = *Quæsada Pilo controvers.16. num.18.*, ubi *arbitratus fuit ad probandum filiationem ex parte Matris non debere præsumptiones admitti, cum possit per Obstetrices, aut alias assistentes Partui probari* =, *Geoall. de cognition. per viam violent. part.2. quæst.4. num. 64. & seq.*, ibi = *At verò, cum agatur de probatione ex parte Matris, quæ est persona certa, ut in leg. quia semper ff. de in Jus vocando, necessariæ sunt fortiores, & efficaciores probationes per Obstetrices, & alias Personas assistentes partui, ut tradit Mascard. supra conclus.787. num.2., quæ sententia confirmatur ex traditis per Bald. in leg. non ignorat in princ. Cod. qui accusar. non poss.*, *quem refert Mascerd. d.conclus.787. n.1., ubi dicit, duplicem, esse modum probandi filiationem, verum, & præsumptum; verus modus respectu Matris, quæ semper est certa, præsumptus respectu Patris, quia ejus probatio non potest fieri per modos concludentes;* = En igitur, quod præfatus Author exposcit probationem maternitatis per Testes, quia hæc, juxta distinctionem *Baldi*, verâ, directâ, ac necessariâ probatione demonstrari potest, & ità pariter ex doctrina *Baldi* argumentatur *Rota coram Buratto decis.725. sub num.1.*, ibi = *Imò decimus octavus Testis dicit, vidisse Laviniam Conjugem dictæ Thesei, dum erat prægnans omnium ferè illorum de Niuis, & trigesimus sextus deponit se fuisse præsentem nativitati dictarum Sororum de Danzettis, quæ respectu Confitentiæ Matris dicetur probatio necessaria, juxta doctrinam Baldi in leg.1. num.34. Cod. de his qui accusar. non poss.* =, & consonat ibi *Adden.*, ex parte Matris necessariam requirens probationem, *Pax. Jordan. variar. lucubrat. tom.3. lib.14. tit.17. de probation. num.328.*, inquiens = *modus verò probandæ filiationis duplex esse dicitur, verus, & præsumptivus, verus respectu Matris, quia cum ipsa semper sit certa, leg. quia semper ff. de in Jus vocand., & ista probatio fiet per Obstetrices, & alias personas* = & hæc reverâ est species probationis, quâ in similibus quæstionibus Matrem certam reddi Prætorem agnovisse, refert *Ulpianus in lib. 34. ad Edict.*, *ut ex leg. primo ff. de ventr. inspiciend.* quam ad rem nostram benè affert *Pax. Jordan. in loc. mox. citat.* Servatâ igitur rectâ, dialecticâque argumentandi formâ, ex hisce eximiorum Doctorum traditionibus concludimus, quod, si Matris probatio, utpotè certæ, & à natura demonstratæ, debet esse directa, & necessaria, directam verò istam, & necessariam probationem non aliundè, quàm ex Testibus, qui Partui interfuerint, assequi possumus, ex bis præmissis necessariò consurgit consequentia illa, quod certitudo, & directa illius probatio haberi solummodò possit ex Testibus partui præsentibus.

Ex quibus patet, quàm audacter DD. contrarii Defensores in eorum *Restrictu §. 65. fabulosæ propositionis* nomine appellent traditionem hanc, ex naturalis, & civilis Juris principiis desumptam, totque Doctorum auctoritate confirmatam, & genericè dicant, maternitatem sine directis, & necessariis probationibus, solis etiam præsumptionibus, & conjecturis probari posse, in id allegando *Text. in* 23
cap. afferte mihi gladium de præsumption., ne scilicet evemente casu, quod ob mortem Nutricis, Obstetricis, aliorumque Testium, qui Partui interfuerint, impossibilis reddatur probatio filiationis ex latere Matris, quod iniquum esse dixit *Bero quæst. famil.90. numer. 1. cum pluribus seqq.*, cui §.64. & 66. alii adduntur. Nam, quum in Judicio res agitur, & Juris ordine servato de alicujus Matre quæritur, ut in petitorio filiatio ex certâ Muliere statuatur, tamquam fundamentum intentionis Actoris, illam allegantis pro irrevocabiliter consequenda successione cum perpetuâ dominii acquisitione, non benè *ex dicto Textu* infertur sufficere præsumptiones, & conjecturas. Quippè in illo mirabili Judicio, quo, dua- 24
bus Mulieribus de Filio contendentibus, Salomon jussit, dividi Infantem vivum, & dimidiam partem uni, dimidiam partem alteri tradi: dum *Mulier*, *cujus Filius erat vivus*, dixit *ad Regem* (*commota sunt quippè viscera ejus super Filio ejus*) *obsecro, Domine, date illi Infantem vivum, & non occidatur*, *è contrario alia dicebat: nec mihi, nec tibi, sed dividatur*, ex hoc agnoscens veram Matrem, sapientissime *respondit Rex, & ait: Date huic Infantem vivum, & non occidatur, hæc est enim Mater ejus*. In eà namque controversia, cum non procederetur ordinariè, sed Juris ordine non servato, ut loquitur *Bellamera in d. cap. afferte num.3.*, *Joan. de Anan. num.4.*, inquiens, quod ibi procedebatur sinè figura Judicii; *Guidopap. ibidem sub num.1.*, similiter dicens, quod in eo casu Judex ad eruendam veritatem excessit terminos Juris, *Butr. numer. 7. in fin*, Jure meritòque sequi potuit conjecturas, & præsumptiones; At verò, dum res extra judicium agebatur si præsumptionibus statuenda erat vera Infantis Mater, quale- 25
nam adferri poterat hujus rei argumentum, majus pietate illà, subito naturæ impetu promanante è visceribus maternis illius Mulieris, quæ carere maluit Filio, & alteri tradi, quàm illum mori? Quamobrem duabus illis Mulieribus Filium uti suum vindicantibus, cum earum altera impio illo consilio, & crudeli petitione, quâ potiùs Filium dividi, ac mori, quàm alteri tradi postulabat, non tàm Matrem, quàm scelestissimam illius parricidam se ostenderet, altera verò, quæ dummodo Filius viveret, eum sibi subripi patiebatur, pietate istâ se veram Matrem proderet, nec alia adesset Mulier, quæ illum uti suum peteret, sapientissimo Judicio, ob hanc præsumptionem vehementer contra falsam Matrem, vice autem

tem versà summoperè urgentem favore veræ
Matris, Filius huic datus fuit, violentissima
namque erat præsumptio favoris uni, & resi-
stens alteri, ut ait Glossa in dict. cap. afferte in
verb. date huic lit. G., Abbat antiqu. num. 1.,
Joan. Andr. in princip., & num. 3., Hostiens.
num.4. ad med., Joann. de Imola in princ., &
num.4., Joan. de Anania num. 1., Ancharan.
in princ., & num.3. vers. quartò nota, Butr. in
princip., & num.7., Zabarell. num.1., Bellamer.
sub initium, & sub num.2., Guid.pap. in prin-
cip., & num.3. ad med., Gravanict. in princip.
Synops. Decretal. ad tit.23. de præsumpt. §. At
plenè fol. mihi 163., eadem juc, utpote parum,
vel nihil distans à perfectissima demonstratio-
ne, ut inquiunt Abb. in d. cap. afferte num. 1.
& 9., Felin. num.1. & 3., Gonzal. nu.9., Bar-
bos. num.1. & 9. in leg. si constante ff. solut. ma-
trimon., Alciat. respons. 2. num.20., & de præ-
sumpt. regul. 2. præsumpt. 9., Menoch. eodem
tract. lib.1. præsumpt.2. num.17., fortius urge-
bat, eò quod non procederet ex facto Partis,
nec ab ipsa allegaretur, sed à Judicis mente,
& discretione prodijsset, ut explicando dict.
Textum prosequuntur Abb. num.7., Felin.n.4.,
26 Gonzal. sub num. 26. versic. nam respondendum
est. Judicium quippe Sapientissimi Regis non
fuit humanum, sed divino lumine directum,
nam ut ait S. Ambrosius lib.2. Offic. capit. 8. =
Et statuit Rex dari Infantem ei mulieri, quæ
dixerat, nolite interficere eum, sed date eum ei
Mulieri, quia mota sunt, inquit, viscera ejus
in Filio suo. Itaque non immeritò æstimatus est
intellectus Dei in eo esse, in quo occulta sunt
Dei. Quid autem occultius quam internorum
viscerum testimonia, in qua sapientis intelle-
ctus, velut quidam pietatis descendit arbiter,
& velut quandam genitalis alvi vocem eruit,
quia maternus paruit affectus, qui elegerat Fi-
lium suum, vel apud alienum vivere, quam in
conspectu Matris necari? Sapientia igitur fuit
latentes distinguere conscientias, ex occultis erue-
re veritatem, & veluti quadam machæra ita
spiritus gladio penetrare non solùm uteri, sed
etiam animæ, & mentis viscera. Justitiæ quo-
que, ut quæ suum necaverat, alienum non tol-
leret, sed vera Mater reciperet suum. Deni-
que etiam Scriptura hoc pronunciat 3.Reg.cap.3.
audivit, inquit, omnis Israel hoc Judicium,
quod judicavit Rex, & timuerunt à facie Regis,
eo quod intellectus Dei in eo esset, ut faceret ju-
stitiam. Denique & ipse Salomon ita poposcit
sapientiam, ut daretur sibi cor prudens audire,
& judicare eum justitia: Ergo non est trahen-
dum in exemplum humani Judicis factum Re-
gis Salomonis, qui Deo inspirante, (cui om-
nia nuda, & aperta sunt) proprium Filium
suæ Matri adjudicavit.

Quà de re, ut rectè admonuit Butr. in dicto
cap. Afferte loco superiùs citato num.7. in fine,
cum Judex id fecerit animo tentandi, ex hoc
27 non debet sumi exemplum, ut quis sic judicet,
verbis illis = Nam quod primò dixit, non dixit
animo definiendi, sed tentandi: nam & talis
res non recipiebat divisionem, Cod. commun.&c.
Unde non debet ex hoc sumi exemplum, ut quis
sic judicet. Non enim vox omnis habet vim sen-
tentiæ, sed quum juris ordine servato, &
in judicio de filiatione quæritur respectu Ma-
tris, discedendum non est à verissima, com-
muni que sententià Doctorum, exposcentium
directas, ac necessarias probationes, rejectis
merè probabilibus, ac præsumptivis, quæ si 28
aliquando recipiendæ sint, eisdem locus esse
poterit, non quando agitur de Matre illegiti-
mà, sed quum res est de Filio ex justis nuptiis
suscepto, tunc enim favore Prolis fit locus
conjecturis, & præsumptionibus, & ut inquit
Bald. in dicta leg.1. num.34.= honesta conjectura
inhonestam præsumptionem favore innocentis pro-
lis excludit, optimè Rota cor. Priolo dec.141.
num.2. & seq., & decis.263. numer. 11. & seq.
part.12., pluriès alibi referenda. Imò verò
ratio illa, quà præsumi debet potiùs honestum,
quàm inhonestum, adeò vigere censetur re-
spectu Prolis dumtaxat ex legitimis nuptiis su-
sceptæ, ut non juvet Filium natum ex Muliere, 29
in schemate concubinatus domi retentà, Arias
de Mesa variar. resolut. lib. 3. cap. 39. num. 3.,
ibi = Hinc tamen Uxoris, & Concubinæ simili-
tudo everti videtur ex eo, quod favor Matrimo-
nii, quo nititur superior traditio de Filiis natis
ex legitimà Uxore, de re judicatà, apertè deficit
in natis ex Concubina. Deindè quia præsumi de-
bet potiùs honestum, quàm inhonestum, quæ ra-
tio viget in Uxore, non verò in Concubina, quæ
cum gravi peccati labe retinetur, ex Tridentino
sess.24. de reform., prætereà facit regula, quia
semper 5. ff. de in Jus vocand., dum generaliter
constituit, Matrem semper certam esse, Patrem
verò quem nuptiæ demonstrant, præsertim si ad-
das particulam tantùm, quæ in Florentinis Co-
dicibus habetur, quæ insinuat non aliundè pro-
bari posse filiationem concludenter, nisi per Ma-
trimonium =.

Nilque turbant auctoritates, quæ in contra-
rium allegantur, quia si verum est, quod il-
læ intelligi debent ad mentem jurium, quæ
referunt, & in quibus se fundant, clar. mem. 30
Card. de Luca de Usur. disc. 29. num. 13., de
Jurepatr. disc.19. num. 7., Palm. Nepos alle-
gat. 351. num. 6., Balducc. in collect. decis. &
Rer. Judicat. titul.4. de Dot. dec.14. num.52.,
dec.38. num.77., Rota in Recent. dec.136.n.9.,
dec.603. nu.3. part.18., planum hinc fit, quod
Berous pro statuenda filiatione respectu Matris
adprobans præsumptiones, id intelligit non de
ordinariis, & in aliis materiis recipi solitis, sed
de vehementissimis, & plusquam violentis à
justà, & prudenti Judicis censurà fomentum 31
sumentibus, ut in d. cap. Afferte constitutum
est, Mascard. de probat. conclus. 787. num. 7.
& 8., solidè firmat regulam nobis favorabi-
lem, in cujus limitationem etsi alleget Bero.
dicta quæst.90., & ad ejusdem dictum se refe-
rat, illud tamen adprobare videtur in termi-
nis tantùm Infantium expositorum in publicis
Xenodochiis, quorum respectu cum impossi-
bilis

32 bilis sit probatio magis perfecta, ex necessita-
te rei toleranda est præsumptiva, & per in-
dicia, ut non obscure innuit verbis illis = *Pro
quà opinione facit, quod Infantes, qui sunt ex-
positi ad Hospitalia, eorum Pater, & Mater
ignoratur, ne etiam locus originis, & ideò hoc
casu erit locus etiam ex parte Matris probationi
per præsumptiones, & conjecturas* = Cumque
præterea idem *Mascard.* se referat ad *Beroum*
loquentem de præsumptione adprobatâ in *dicto
cap. Afferte*, de eadem specie præsumptionum
ipse etiam intelligendus erit. Ceteras auctori-
tates speciali examine non expendimus, quia
vel loquuntur de maternitate legitimâ, vel re-
digendæ sunt ad classem illarum, quas mox
examinavimus. Non omittendo denique,
quod si per malam hypothesim procedendum
esset cum generali, & confusâ Partis asser-
tione, videlicèt de admittendis præsumptioni-
bus, & conjecturis pro supplendo defectu me-
liorum Testium Partui præsentium, qui vel ob
mortem, vel ob temporis antiquitatem habe-
ri non possunt, illa applicari nequiret nostræ
hypothesi, in qua quando actum fuit de pro-
banda Matre Marchionis Nicolai Mariæ, vi-
vebant Testes meliores, & magis informati,
anno namque 1664. vivebat Obstetrix, & ejus
Nutrix, & anno 1675. in humanis erat Nutrix;
Quamobrem si Doctores omnes, quotquot in
contrarium allegari possunt, admittunt indi-
rectas probationes desumptas ex conjecturis,
quando impossibile prorsùs est adferre directas,
& necessarias probationes, illæ nullo pacto re-
cipiendæ erunt, si quando, ut suo loco de-
monstrabimus, neglectis directis, summo ar-
tificio emendicatæ fuerunt indirectæ probatio-
nes.

At verò, necessaria isthæc, & directa pro-
batio respectu Matris, si requiritur, tametsi
nulla pro eà excludendâ, contraria urgeat præ-
sumptio, quantò potiori jure exposcetur in ca-
su nostro, in quo illi resistit gravior alia præ-
sumptio, ex intrinseca tum naturæ, tum Le-
gis ratione promanans? Etenim Domina Ma-
ria Hieronyma Adversaria se dicit Neptem
Marchionis Nicolai Mariæ Pallavicini ex An-
tonia Calcia, quæ primo juventæ flore, & dum
33 Matrimonio juncta reperiebatur, in lucem
edidit Paulam Mariam Matrem suam, dein-
dè verò eadem, dum in viduitate degebat, &
grandi jam ætate provecta erat, ex concubitu
cum Carolo Pallavicino, quadragesimo nono
ætatis anno concepisse, quinquagesimo verò
anno enixa fuisse dicitur Nicolaum Mariam;
quâ sanè ætate, licèt nec impossibile, nec su-
pra naturæ vires sit, ut Mulier concipere, ac
parere possit, hujusmodi tamen partum mira-
bilem inveniri rescripsit Imperator *in leg. Si
major 12. Cod. de legit. hær.*, & rectè quidem,
partum ab adeò annosâ Muliere editum, mira-
bilem appellavit, quia juxta philosophica prin-
cipia desumpta ex intrinsecis naturæ viribus,
34 plerumque Viris procreandi finis est annus se-
xagesimus quintus, fæminis quadragesimus
quintus, ut ex Peripatheticorum Principis, &
aliorum Philosophorum sententiâ, cui e Me-
dicorum cœtu consentiunt præclarissimi Scri-
ptores, & probatum fuit *in Voto art. 2. §. 3.*, in
quo id confirmatur nostrorum etiam auctori-
tate, qui naturalibus principiis, & rationi Le-
gis inhærentes, partum ætate istâ editum à
Muliere, mirabilem esse censuerunt, quibus
addimus *Rotam*, quæ novissimè *in una Roma-
na, seu Interamnen. Fideicommissi super portio-
ne Joannis Pauli primâ Aprilis anni 1715. edi-
tâ à R.P.D. Cerra §. fin.* loquens de muliere
annorum 44., hæc ait = *Quamvis enim nec impos-
sibile, nec supra naturæ vires sit, ut Mulier
excedens etiam supradictam ætatem, concipere,
& parere queat, partum tamen hujusmodi mira-
bilem appellat Imperator &c.* = Nil ergo mirum,
quod, si mirabile istud aliquando contigisse 35
dicatur, de eo constare debeat apertissims pro-
bationibus, ubi namque major urget inverisi-
militudo, major requiritur, & concludentior
probatio, ut præter Doctores *in d. Voto allega-
tos* tradiderunt *Anton. Faber. in leg. Si sterilis
21. in princip. ff. de action. empt.*, & ibi etiam
Fulgos. idem docens, *& cons. 212. column. pe-
nult.*, *Paris. cons. 29. lib. 2. nu. 48.*, ubi quod,
etiamsi quinquagenaria ostendat ubera plena 36
lacte, non creditur ei, quia quandoque Mu-
lieres habent istud signum, licet non pariant,
& *num. 105.*, inquiens = *Quod id, quod rarò
contingit, minimè debet attendi, sed illud,
quod contingit frequentius, & si quando istud
rarum contingeret, de eo debet apertissimè con-
stare non secundùm communes probationes, sed 37
aliis probationibus magis claris, & firmis* =, &
rursus *num. 107.* subdit = *quod debet ita certò
constare, ut dubitatio tota excludatur per pro-
bationes non communes, sed magis strictas, &
concludentes* = *Purpurat. cons. 302. in fine, Gio-
vagn. cons. 6. num 45.*, *Puntau. de Aliment. ca-
pit. 3. num. 29.*, *Trentacinq. lib. 1. variar. reso-
lut. tit. de verbor. signific. resol. 4. num. 4.*, ubi
loquens de partu edito ab istiusmodi annosa
Muliere, ait, Filium dici legitimum, ac na-
turalem, & succedere posse, *quando constat
evidenter, quod mulier peperit, nam tunc ve-
ritas prævalet præsumptioni*, & *præsumptio à
veritate superatur, ut traditur in leg. Rebus
Cod. de Jur. dot., quia in incertis, non certis est
locus præsumptioni, leg. Continuus ff. de verb.
obligat., & quoniam illa, quæ peperit, est certa,
leg. Quia semper &c., ideò Filius dicitur legi-
timus, & successibilis, licèt sit procreatus à fæ-
mina majore annorum quinquaginta, ex quo Ma-
ter est certa, & pro ea viget veritas; licèt ex
opposito sit præsumptio in contrarium, tamen ce-
dit veritati, & propterea non est mirum, si in 38
d. leg. Si major statuitur, quod Filius sit legiti-
mus, & successibilis, at secus est si evidentèr,
& certò non constat, quod Mulier peperit, nam
tunc ex juris præsumptione dicitur non peperisse,
sed partum esse suppositum, Fulgos. in leg. Si
sterilis, ratio est quia d. leg. Si major; Partum
editum à fœmina majore annorum quinquaginta,*

dicit esse rarum, & miraculosum, ut omnes ibi
scribunt, & de eo debet plenè, & perfectè con-
stare, ut ibi tenent Fulgos., & Corn., volentes,
quod ad probandum natum ex quinquagenaria
39 requirantur probationes evidentiores, & multùm
claræ, & non sufficiant communes, ut etiam
sentit Fulgos., ratio est, quia juris præsumptio,
& ratio naturalis repugnat, & ideò dd. proba-
tiones requiruntur = Fermosin. de Probat. ad ca-
pit. 10. tit. de præsumpt. cap. 10. quæst. 1, nu. 14.
& seq. tom. 2., ubi ex Tiraquell. in præfation. ad
leg. Si unquam num. 33. & seq. ait, quod ad
probandum quinquagenariam peperisse requi-
rantur probationes clariores,
Quinimmo ista naturalis, & legalis rationis
resistentia, adeò urgere censetur, ut Doctores,
annosas mulieres, præ ætate penitus effætas
40 jam redditas reputantes, suppositi potiùs par-
tus reas, quàm veras illius Matres existimandas
esse doceant, ut apud Fulgos. in leg. Filium nu-
mer. 3. ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur., Soc-
cin. jun. cons. 68. num. 45. lib. 2., Paris. cons. 29.
num. 38. lib. 2. = Et ideò, fuit ejus verba, potiùs
partus præsumitur suppositus, quia juris præ-
sumptio est, quod existens in tali ætate non con-
cipiat, & qui contrarium dicit; debet clarè
probare, & non secundùm communem præsum-
ptionem = Mascard. de probat. concl. 1147. n. 4.,
inquiens = Ego itaque potissimam præsumptionem
eam esse crediderim, si probetur mulierem, quæ
criminis suppositi rea est, id ætatis fuisse, ut
verisimile non sit, eam partum illum nunc non
edidisse; veluti quod sit quadragenaria, aut
quinquagenaria, vel sexagenaria = idque etiam
uno ore docuerunt Alphons. à Caranza de Par-
tu natural., & legitim. cap. 5. sect. 2. num. 67.,
Asin. in prax. judic. part. 2. §. 1. cap. 64. nu. 6.,
Ripoll variar. quæst. cap. 8. num. 271., Trenta-
cinq. variar. resolut. loc. mox. citat., Boss. in tit.
de Partu supposit. num. 12. & seqq. fol. mihi 380.
& seq., Zacch quæst. medic. legal. lib. 3. tit. 1.
quæst. 2. num. 21. & duob. seqq., & num. 27. vers.
de ætat., & eodem lib. 3. tit. 2. quæst. 8. num. 18.
vers. ex parte autem mulieris, Narbon. de ætat.
annor. 45. quæst. unic. num. 5. & per tot., Ur-
saya Instit. crimin. lib. 2. tit. 6. num. 145., Cal-
der. decis. crimin. Reg Consil. Cathalon. 61. nu-
mer. 24. tom. 2., Basilic. decis. crimin. Regn. Si-
cil. decis. 7. num. 51. vers. quæ verò sint præsum-
ptiones, Quamobrem Henricus Imperator sen-
41 tiens, Constantiam Uxorem suam [quam sibi
Cælestinus Summus Pontifex è Cœnobio edu-
ctam desponsaverat cum dote Regni Neapolis,
& Siciliæ] quinquagenariam, in utero gerere,
ne suspicio esset, eam utpote annosam uterum
mentitam, partum Marito supposuisse, in me-
dio Panormitanæ Ecclesiæ vestibulo, vel, ut
alii volunt, Æsii, alii verò in Apuliæ quadam
Urbe tabernaculum illi tendi jussit, ibique
ventre custodito, nullâ Matronarum exclusâ,
palàm, & Populo spectante Fridericum secun-
dum Cæsarem enixam fuisse, ut referunt Tho-
mas Fazellus de reb. Sicul. decad. 2. lib. 8. ca-
pit. 1., Collenut. lib. 1. 4. histor. Neapol., Beyr-
linch. in theatr. vit. human. verb. mulier vers.
generatio, Joann. Villan. lib. 5. histor. cap. 16.
in annot. ad Hug. Grot. de Jur. Bell., & Pac.
lib. 2. cap. 7. §. 8. num. 1., & benè in proposito
solemne hoc Imperatoris factum ex Medicis,
Marcell. Donat. de Medic. histor. mirabil. lib. 4.
cap. 14. fol. 137. in fine, & ex Nostris, ad effe-
ctum requirendi hoc casu evidentes prorsùs
probationes expendunt Angel. in d. leg. Si ma-
jor 12. Cod. de legitim. heredib., Tiraquell. ad
leg. Connub. gloss. 1. part. 6. num. 47., Nevizan.
in Sylv. nuptial. lib. 2. vers. seni non est nuben-
dum num. 17., Menoch. de arbitr. cas. 89. n. 60.,
& de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 24. num. 8.
Si igitur ex mox relatis auctoritatibus istius-
modi præsumptio innixa Legis, & naturæ ra-
tioni, adeò urget pro excludenda asserta filia-
tione ex annosis hisce Mulieribus, ut tametsi
agatur de Filio edito in figura Matrimonii, ho-
nesta conjectura promanans ex illius favore,
tamquam à fortiori conjectura, vincatur ab il-
la præsumpti delicti, videlicèt suppositionis par-
tus, quantò magis eadem valebit respectu Ma-
tris, quæ ea ætate ex fornicario complexu, ex-
tra figuram Matrimonii enixa dicitur; hoc
sanè casu, frustrà obtendetur naturalis possi-
bilitas, quod nempè Mulier etiam quinquage-
nariâ major concipere, & partum edere pos-
sit, quia possibile honestum potius, quàm 42
possibile inhonestum, præsumendum dumta-
xat est favore justæ Uxoris, non autem forni-
cariæ, seu Concubinæ, ut tradit Rota coram
Priolo dicta decis. 141. num. 2. & seq., & de-
cis. 263. num. 11. & seq. part. 12., & dictum
fuit §. Qua de re in fine, & alibi etiam dicetur;
Quamobrem hoc casu omninò necessariæ, ac 43
directæ probationes filiationis adferendæ erunt,
quarum rigor multò minùs relaxari poterit,
quandu filiatio ex istiusmodi annosâ, & ille-
gitimâ Matre, non allegatur incidentèr, vi-
delicet in judicio aliquo possessorio, seu præ-
paratorio, sive ad effectum consequendi ali-
menta, aut aliud quid simile, sed de ea quæ-
ritur ad effectum consequendi irrevocabile jus 44
perpetuæ successionis, hoc namque casu, cum
in dicta filiatione constitutum dicatur totum
fundamentum illius, qui petit successionem,
ideòque de ea decisoriè, & principaliter aga-
tur, ut benè post Malvasiam cons. 64. sub n. 15.
vers. præsertim ubi filiatio, Jo: Franc. de Pont.
cons. 3. num. 26. & seqq. declaratur in Voto de-
cisivo relato in Rec. part. 14. in ordine decis. 535.
num. 68. in fine, & num. seq., coram Card. Cer-
ro decis. 827. num. 9. & seq., ob gravissimum
illud præjudicium, quod secumfert perpetua
acquisitio proprietatis, & irrevocabilis trans-
latio dominii, plenissimæ proculdubio, lon-
gèque rigidiores exigentur probationes, quæ
directè concludant filiationem, aut consan-
guinitatem, & principium, ex quo illa deri-
vatur, juxtà plenè deducta per Alexand. con-
sil. 74. num. 1. lib. 2., Roland. cons. 22. num. 30.
lib. 3., Bursatt. cons. 284. sub num. 18., Spad.
cons. 251. num. 8. lib. 3., Alciat. de Præsumpt.
re-

regul. 3. præsumpt. 38. sub num. 8., *Rota coram Card. Celso decis. 334. num. 2.*, *post Mal. observ. ad Castill. decis. 23. num. 1. & seqq.*, *in Rec. decis. 289. num. 1. part. 1.*, *decis. 167. num. 1. & seq. part. 18.*, *in Romana Filiationis 21. Novembris 1710. §. Secundò coram R.P.D. Aldrovando*, *in Romana Fideicommissi 20. Junii 1712. §. Ast quoties coram R.P.D. Ansaldo*.

Etenim Doctores, & Tribunalia agnoscentia, quàm circumspectè in hisce Causis, & quæstionibus procedendum sit, pro earum diversitate, diversos quoque probationum gradus constituendo, determinarunt, quod probationes illæ, quæ sufficere possent in Judiciis possessoriis, sive præparatoriis pro obtinendis nempè temporariis alimentis, sive aliis levioribus effectibus, ineptæ sint pro consequendis alimentis perpetuis, eas verò, quæ ad hunc effectum sufficerent, minimè suffragaturas decreverunt pro adipiscenda successione, atque
45 hereditate, & denique si fortè suppetant probationes sufficientes pro assequenda unius hereditate, irrelevantes esse declararunt pro obtinenda successione alterius, maximè in præjudicium Tertii venientis ex Jurè prorsùs independente à persona Defuncti, ut hos casus distinguendo tradunt *Bursatt. cons. 88. n. 5. lib. 1.*, *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 12. sub num. 11.*, *Petr. de Fideicommiss. quæst. 11. num. 484.*, *Borell. in Summ. tom. 2. tit. 2. n. 101.*, *Rota coram Merlin. decis. 716. num. 7.*, *coram Dunoz. Jun. decis. 977. num. 2.*, *in Recen. decis. 517. num. 18. & seq. part. 9.*, *decis. 214. n. 1. part. 10.*, *decis. 308. num. 11. & seq. part. 13.*, *in Carpentoracten. Filiationis 29. Januar. 1704. §. Constituta ratione cor. Reverendiss. Molines*, *in Romana Fideicommissi 20. Junii 1712. §. Ad hunc itaque obtutum cum plurib. seqq. coram R.P.D. Ansaldo*, & luculenter in nostro *Voto §. 13.* præsertim verò, si, ut probatum fuit *num. 1. & seq.*, illa negetur à legitimo Contradictore, qualis in nostro casu est Rev: Camera, & quod magis est, agatur de auferenda eidem hereditate, in cujus possessione jam reperitur,
46 *Decian. d. cons. 40. nu. 1. lib. 7.*, *Corn. cons. 78. nu. 5. & seq. lib. 3.*, *Succin. Jun. cons. 86. n. 43. lib. 2.*, *Mascard. de probat. conclus. 787. nu. 17.*, *Rot. in recen. decis. 164. num. 9. vers. atque hæc part. 3.*, *decis. 214. num. 1. par. 10.*, *decis. 8. n. 2.*, *decis. 347. num. 14. part. 12.*, *in d. Romana Fideicommissi 18. Junii 1700. §. Attamen coram Reverendissimo Molines* confirmata 20. *Jun.* 1712. *§. Quintam §. Eoque magis, & §. Cum itaque coram R.P.D. Ansaldo*, & quidem ex Jure, ac titulo ipsi immediatè à Lege impartito, prorsùsque independente à persona Defuncti, ut latè probatur ex *§. In causa igitur usque ad §. Cujus Authoris*, hoc namque casu Rev: Cameræ, sustinenti partes reæ, pro repellenda D. Maria Hieronyma Arnalda satis erit dubias reddidisse illius probationes, *Rota in Romana Fideicommissi 18. Junii 1700. §. Cum enim coram Reverendissimo Molines*, *Decian. resp. 40. num. 13. lib. 5. in nostro Voto num. 2.*, & latissimè docuerunt *de Pont. cons. 3. lib. 2. per tot.*, *Pegas. de exclus. inclus. su cess.*, *& erect. majorat. tom. 2. cap. 9. ex num. 455. & plurib. seqq.*, apud quos demonstratur, quod in Judicio petitorio, pro adipiscenda, vel retinenda hereditate, allegans filiationem seu aliquam illius qualitatem, claris, & certis omninò probationibus de ea docere tenetur.

§. II.

Hujus generis non sunt probationes, quæ à Domina Maria Hieronyma afferuntur, & singillatim illas examinando, rem ordiemur ab enarratione actorum in Senatu, & duplicis Decreti ab eodem editi super executione, & validitate donationis, à Carolo factæ Marchioni Nicolao Mariæ, Filio suo naturali, ac Decreti adscriptionis ejusdem Nobilitati Januensi.

Et eorum denique etiam.

Quæ coram Arbitris in eadem donationis Causa inter Principem Nicolaum, & Marchionem Nicolaum Mariam deducta fuerunt, nullà tamen ab illis prolatà Sententià arbitramentali.

Superiori §. ostendimus, qualenam probationum genus exposcatur ad effectum probandi filiationem respectu Matris: agendum modò erit, ut admonet *Decian. d. cons. 40. in fin. num. 1.*, de illis deductis à D. Maria Hieronyma Arnalda, quæ agnoscens, se obnoxiam oneri liquidissimæ probationis in puncto assertæ maternitatis illegitimæ qu. Antoniæ Calciæ respectu Marchionis Nicolai Mariæ Pallavicini, dum ab ea, tamquam à sua causa, origine, & principio intrinseco consurgit titulus obtinendi successionem, quam consequi nequit nisi in figura Personæ conjunctæ ex latere materno, atque descendentis à Persona, *eadem Matre natâ*, juxta literam *Textus in leg.* 47
si spurius 4. ff. undè Cognati, tale onus assumpsit, sentiensque, frustra in anteacta instantia id assequi tentasse probationibus, quas præscribunt Doctores, quæ nempè directè, & necessariò concluderent nativitatem d. Marchionis Pallavicini ab Antonia Calcia, dum omnia sub hac classe, & cathegoricà, deducta in ejus primo Restrictu, non enervata solum, sed funditùs convulsa fuerunt prævalidis exceptionibus, adversùs unamquamque speciem dd. probationum in Voto deductis: Illius Defensores, ut aliquo meliori colore, in hodierna acriori disceptatione in gradu appellationis coram Supremo isto Tribunali instituendà, inanem hanc prætensionem cohonestarent, penè derelictis directis, atque necessariis probationibus, quas ratio subjectæ materiæ, & rigor Judicii, de quo agitur, exigunt, conglomerarunt plurimas indirectas, & extrinsecas probationes: sibi blaudientes, æquipollentibus fal-

ſaltem mediis adſtruere poſſe aſſertam filiationem Nicolai Mariæ ex Antonia Calcia. Quamobrem in novo eorum Reſtrictu, maximo apparatu edito, maternam originem Marchionis Nicolai Mariæ plenè demonſtratam fuiſſe ſuſtinent, in duplici Judicio, altero videlicet in Senatu Januenſi ſemel, atque iterum agitato ſuper executione, & validitate donationis ſcutorum centum millium argenteorum coronæ Januæ à Carolo Patre illi factæ, de qua pariter actum fuit coram Arbitris; altero verò adſcriptionis ab eodem obtentæ nobilitati Januenſi; quibus in Judiciis, & Arbitramento egiſſe, ac ſtetiſſe dicitur tamquam Filius Antoniæ Calciæ; & tàm à Collitigantibus, quàm à Judicibus, & Arbitris, uti talis agnitus, præſuppoſitus, atque canonizatus fuiſſe aſſeritur vigore Sententiarum, quibus donationis executionem, & adſcriptionem nobilitati obtinuit: ex his ſubſumendo regulares illas Juris conſequentias, quod nempe, ſi Sententiæ, & probationes ſuper ſtatu Perſonæ latæ cum legitimo Contradictore afficiunt omnes, tametſi in diverſo Judicio, & pro diverſis effectibus agentes, proculdubio longè majoris efficaciæ eſſe debeant, quum agitur de hereditate illius, qui iſtiuſmodi ſtatus probationes in Judicium attulit, earumque virtute illum firmari obtinuit; quemadmodum enim ipſe ſtatum hunc, in Judicio propugnatum, impugnare non valeret, multò minùs id licebit habentibus ab eo cauſam, ut longè, latèque in contrario *Reſtrictu à §.11. uſque ad 32.*; Verùm illationes, & conſequentias iſtas, utpote deſumptas ex falſis ſuppoſitis, falſiſque antecedentibus, nullo pacto ſubſiſtere, facilè dignoſcent Illuſtriſsimi Patres, ſi dd. Judiciorum ſeriem, quam, diſiectis æquivocis, ſincerâ, germanâque narratione exponemus, propitiis auribus excipere dignentur.

Hæc autem (rem ordiendo à primo donationis Judicio] ita ſe habet. Bonæ memoriæ Carolus Pallavicinus eximio proſequens amore Nicolaum Mariam Filium ſuum naturalem, die 12. menſis Maij Anni 1667. ingenti donatione ſcutorum centum millium argenteorum coronæ Januæ illum locupletavit, id autem iniquè ferens Nicolaus Filius legitimus, & naturalis ejuſdem Caroli, Princeps Civitellæ, adeò Fratri ſuo naturali communis Parentis liberalitatem invidere cæpit, ut ſecuto hujus obitu, nedum illi infenſiſsimus, ſed ipſi Patri injurius, pro dicta donatione irritanda veritus non fuerit illius memoriæ, ac nomini proboſam notam inurere; Etenim, universâ licèt reluctante, & reclamante Familiâ, induxit, & judicialiter examinari curavit Teſtes de ejus turpi infamia deponentes; Imò verò videns in primo Judicio ſuper executione donationis, conatus omnes ſuos fruſtra impenſos fuiſſe, Jura ſua ceſsit Officio Pauperum Januæ, teterrimum erga Fratrem odium expromens, tum pacto ſubminiſtrandi ære ſuo expenſas litis, tum etiam illâ prorsùs iniquâ conditione ſub penâ caducitatis impoſitâ Loco prodonatario, nunquam tranſigendi cum præfato Nicolao Maria Fratre ſuo.

Dum igitur animo, in capitali erga illum odio obſirmatiſſimo, manum admovere meditaretur operi, quod propoſuerat, irritandi videlicet præfatam donationem, animadvertens, ſe prorſus ignarum eſſe maternæ originis Nicolai Mariæ, in lucem editi anno 1650., quatuor nempè annis antè ipſum, qui in vitam hanc venerat anno 1654., dictamque originem intelligere non valens à Conſanguineis ſuis; ideo pro aſſequendis notitiis illis, quas Conſanguinei diſſimulabant, anno 1668., quo tempore Romæ ipſe degebat, negotium hoc mandare deliberavit cuidam Cataneo Scortiæ ſibi fidiſſimo, qui Januæ morabatur, ut nempè inquireret de nativitate Nicolai Mariæ, ejuſque Matre, ac ceteris omnibus, quæ vel ad ejus ſpurietatem probandam, vel quavis alia ratione ad obtinendam judicialem reſciſſionem d. donationis conferre poterant. Hoc itaquè conſilio, menſe Julio, d. anni, viciſſim inter illos dari cæperunt literæ, & ex ejuſdem Scortiæ literis reſponſivis certiores reddimur, quod ſedulis adhibitis diligentiis pro ſpurietate Nicolai Mariæ probanda, poſt inventam Fidem Baptiſmatis ejuſdem, repererat authenticum documentum ſecundi Matrimonii, anno 1638. ab Antoniâ Calcia contracti cum Riccardo de Voilin Belgâ, atque etiam conſimile teſtimonium de filia, ex dicto conjugio ſuſceptâ; cum autem ſignificaſſet Principi Nicolao, sè hæc omnia parata habere, eundem admonuit, nemini hactenus (quod negotii caput erat) conſtitiſſe de obitu d. Riccardi, de quo reverâ, non niſi occaſione Judicii arbitramentalis ſuper eadem donatione acti anno 1675., indicia aliqua extitere, ut latiùs ſuo loco dicemus. Arbitrans itaque præfatus Princeps Nicolaus, ſatis his omnibus probatam cenſeri poſſe ſpurietatem Nicolai Mariæ, mandavit Scortiæ, quod documenta iſthhæc, tantâ diligentiâ conquiſita, extraderet Excellentiſſimo Centuriono Avo ſuo materno, ſuoque Tutori, ut eadem parata haberet prò lite ſuper nullitate donationis mox inſtaurandâ, ut reverâ ſequenti menſe Decembri ejuſdem anni apud Senatum Januenſem, in Judicio tamèn exequutivo, cæpta fuit.

Coram quo acri contentione cum Cauſa tractari cæpiſſet, Cauſidicis, atque Advocatis utriuſque Collitigantis Jura defendentibus, attamen nihil unquam dictum, actumque fuit de maternitate Antoniæ Calciæ, de illa enim certè non egit Ariottus Beniellus Advocatus Nicolai Mariæ, & Excellentiſſimus Centurionus, cui Scortia notitias tot laboribus comparatas tradiderat, licèt conſilio, ſtudiis, & magna, qua apud Senatum pollebat, auctoritate, Nepotis ſui negotium gereret, urgeretque, & ceteroquin Jura omnia, quæ ad infringendam donationem conferre poterant, produxiſſet; Nihilominus ſciens, documenta ſibi à Scortiâ tra-

tradita, præseferre commentitiæ Matris figmentum (noverat enim tùm ipse, tum aliquis alius ex Consanguineis veram Niculai Mariæ Matrem, cujus famæ parcendum erat) iisdem documentis in Judicio uti penitus neglexit, protestans solum, Nicolaum Mariam esse incapacem d. donationis, ibi = *Restar per le leggi incapace d' ogni donazione li figli quando sono spurj, e che ai figli naturali non può il Padre in pregiudizio de legitimi donar solo, che la duodecima parte della sua azienda, nostro præsenti summ.*, ac præcipuum suæ defensionis momentum in eo posuit, quod nempe filius naturalis unicâ tantùm unciâ donari poterat, quam longe excedebat quantitas scutorum argenteorum centum millium illi à Patre elargita; Clare id Illustrissimi Patres perspicere poterunt ex verbis, quæ subjunguntur in d. judiciali comparitione *lit. A.*, versùs finem, ibi = *Incerti perciò della qalità dell' Attore, e certi, che in ogni modo supera di molto la pretesa donazione delli cento mila scudi d' argento la porzione, che le potria spettare nel caso più favorevole, sperano che dalla loro ponderazione, e somma giustizia verrà data ripulsa alla detta domanda.*

Quamquam verò, tam D. Centurionum, quam ceteros Contutores Principis Nicolai, qui die 5. mensis Decembris anni 1668. hanc judicialem protestationem emiserant, non lateret, imo apertè intelligerent, Senatum prò Nicolao Maria inclinare in votum exequendæ donationis, attamen pati potiùs voluerunt contrariam Sententiam, quam Antoniam Calciam uti illius Matrem proferre: Et ipse etiam Princeps Nicolaus, impotentis alioquin animi sui motus cohibens, ausus minimè fuit probationibus sibi à Scortia subministratis id asserere, licèt indè quæsitam spurietatem statim resultare posse videret, quia nondùm de morte Riccardi secundi Viri d. Antoniæ quicquam alicui compertum erat, & sic ad Causam tunc satis erat Juris præsumptio, quod superviveret, dum nihil de obitu ferebatur.

Absoluto itaque primo judicio executivo super controversâ donatione, Causa siluit usque ad annum 1675., quo ambo Fratres, Januæ tunc commorantes, die 9., & 12. mensis Martii celebrarunt compromissum, deligendo in Arbitros clar. mem. Card. Lazzarum, & Principem Stephanum de Pallavicinis communes Patruos Romæ degentes, quorum postremus plenè conscius erat de verâ Nicolai Mariæ Matre; tum quia Frater Caroli Patris, tum etiam quia, uti unus ex Patrinis d. filium naturalem ad Sacrum Fontem levaverat: Acceptatum autem fuit ab Arbitris Compromissum; Interea verò mense videlicèt Majo ejusdem anni 1675. alia in Senatu agebatur Causa Nicolai Mariæ, illa nimirum adscriptionis nobilitati Januensi; Nec tamen Princeps Nicolaus in hoc Judicio quidquam de maternitate Antoniæ Calciæ seu Fratris spurietate in medium protulit.

Contrà verò peraccuratus Causarum Patronus, bon. mem. Petrus Antonius Maronius, in illo arbitramentali Judicio Procurator Nicolai Mariæ, una cum pluribus Advocatis, & præsertim clar. mem. Card. de Luca, pro illo in eodem Judicio scribente, totus semper fuit in eo assumpto, quod favore Nicolai Mariæ urgebat præsumptio naturalitatis, eò quidem in illa hypothesi efficacior, quia fulcita reperiebatur assertione jurata Patris, & dispositione Statuti, quæ proinde præsumptio concludentibus probationibus elidenda ab eo erat, qui paternam donationem uti collatam in spurium impugnabat; Videns igitur valido carere fundamento propositam maternitatem Antoniæ, ex eaque desumptam spurietatem Nicolai Mariæ; Et alioquin promptam habens fidem obitus Riccardi de Voilin, more boni practici ad negotii opportunitatem consultius credidit illam proferre; Sic enim prætermissa altiori indagine circa veritatem suppositæ exadverso maternitatis, & ne Causam, Clientemque suum involveret probationibus hinc inde fortasse faciendis, difficultatem omnem funditùs submovebat, contrariæ exceptioni replicando, quod si exadverso Antonia Calcia dicebatur Mater Nicolai Mariæ, & hic spurius prætendebatur ob conjugium ab ea contractum de anno 1638. cum Riccardo Voilin, cessabat sanè qualitas hæc spurietatis, quia longe ante annum 1650., quo ille conceptus fuerat, dictus Riccardus prædecesserat, quæ fides nonnisi anno 1675. prodiit à Maronio, qui dicendo, præfatum Nicolaum Mariam natum esse ex fœmina, quæ non erat ampliùs conjugata, illum vindicabat à nota spurietatis, frustra eidem impicta, si in lucem ab Antoniâ editus diceretur in statu viduitatis ob rationes luculenter expositas in responsione bon. mem. Maronii, & discertè etiam probatur ex allegatione claræ memoriæ Cardinal. de Luca *relat. disc. 6 a. numer. 18. de donat in supplem.*

Dum Collitigantium Defensores Scriptis, & Allegationibus coram Arbitris disceptabant, lapsum est interim tempus compromisso præfinitum, quin a Partibus ulla ejusdem prorogatio fuerit concordata. Id verò causam dedit reassumptioni judiciali Causæ priùs in Rota Januensi, deinde eà inbibitâ, coram Senatu, in quo illam prosequente, non Principe Nicolao, sed Domo Pia Pauperum Januæ, illius cessionariâ, ut exposuimus *§. Hac autem*, prodiit ultimùm, & finale Decretum pro validitate donationis, quodque maximâ notâ dignum est, nec etiam in hoc postremo judiciali conflictu, unquam vel in actis judicialibus, vel allegationibus, cæterisque extrajudicialibus actibus, ab ullo ex Collitigantibus commemorata ampliùs fuit Antonia Calcia, ut ex ejus maternitate adstrui posset vel spurietas, vel naturalitas Nicolai Mariæ, qui solummodò fretus præsumptione legali, assertione paternâ, & Statuto, plenariam victoriam obtinuit, ut perspici potest ex omnibus ejus Defensorum

alle-

allegationibus cum quibus concordant supplices Libelli, atque Decreta.

§. III.

Demoustratur quod, nec ex preparatoriis, & actis duplicis Judicii agitati coram Senatu, minùs verò ex Judicatis, ab eodem editis super executione, & validitate Donationis, firmatas ullo pacto dici potest status maternitatis Antoniæ, & respectivè filiationis Marchionis Nicolai Mariæ.

EXposuimus integrè Facti seriem, ut ejus
totam speciem animo Judices complecte-
rentur, nunc verò eorum benignam attentio-
nem imploramus, dum quid Juris ex illo pro-
manet ad nostram Causam explicabimus; nec
molestè ferant, si aliqua ipsius Facti, ut locus
exposcet, repetamus. Expediebat enim pri-
mò ejus narrationem non interrumpere, quo
48 perspicua redderetur, ut *Cicero* docet 2. *de orat.*
At necessè est etiam partes rei gestæ membratim
dispergere in causam, & ad unamquamque con-
festim rationem accomodare, ut vulneri præstò
medicamentum sit, sicut idem *Cicero* loquitur
lib. de Invent., ubi & illud monet non tàm bre-
vitati quàm claritati studendum; etenim ex
49 *Aristotele rethoric. 3. cap. 25. benè dicere in eo*
non est, ut quid celeriter, aut compendio dicatur,
sed ut pro modo Causæ, & quanto opus est; cui
ne deficiamus, ignoscendum erit, si ma-
gnâ Judicum benignitate paulo largiùs uta-
mur.

Causæ igitur inserviendo, primùm separa-
tim agentes, tum de unoquoque Judicio, tum
etiam de arbitramento, planum faciemus,
quod non Præparatoria, non Acta, non De-
creta in illis edita, non denique deducta co-
ram Arbitris, si per se, & juxtà intrinsecam eo-
rum relevantiam spectentur, ullo pactu pro-
bant, ad mentem famigerati *Text. in Leg. In-*
genuum ff. de stat. homin., statum Marchionis
Nicolai Mariæ, ejus nempè filiationem ex
Antoniâ Calcia: Deindè verò ea simul com-
plectendo, unâ omnibus æque communi ratio-
ne, demonstrabimus, quod ex censura ejus-
dem *Textus* illa qualiscumque probatio status,
quæ ex eis elici posset quoad Causas, & Perso-
nas stantes in dictis Judiciis, & arbitramento,
attendenda non est in Causa, quæ hodie agitur,
nec afficere potest Rev. Cameram, venientem
ex Jure suo penitùs diverso, atque omninò in-
dependente à Personis, quæ in illis stete-
runt.

Prima nostri assumpti pars (in eo, quod at-
tinet ad Judicia facta in Causa donationis) fa-
cilè probatur ex verâ, germanaque seriè acto-
rum mox relatâ, & tenore Decretorum, quæ
in illâ edita fuerunt, tum quando primùm co-
ram Senatu in Judicio merè executivo de ea
actum fuit, tum etiam quando ab Officio Pau-
perum Januæ illa in petitorio reassumpta, ejus-
dem definitivo Decreto edito super validitate
donationis favore Nicolai Mariæ absoluta ex-
titit, Manifestum enim est, nihil in illis re-
periri, aut legi, quod quoquo modo canoni-
zet, vel præsupponat, vel alia quavis ratione
sivè expresse, sive virtualiter assertam mater-
nitatem Antoniæ admittat. Quamobrem si in
actis Judicialibus probatio nulla reperitur ne-
dum dictam maternitatem concludens, sed nec
etiam de ea mentionem faciens, si litera De-
cretorum, aut Sententiarum, nec expressè, nec
tacitè, aut suppositivè de illa loquitur, frustrà 50
in his circumstantiis Decreta, Sententiæ, Res-
que Judicatæ prodiisse dicuntur super statu
personæ; hæc etenim illum firmasse dici pos-
sunt, vel quando in eisdem dictus status deci-
sus, ac determinatus expressè legitur, *Dec.*
consil. 93. num. 4., Decian. respons. 56. num. 84.
libr. 4., Fusar. consil. 93. num. 18. optimè *Natta* 51
consil. 473. num. 6. inquiens = *Nam ibi filius pe-*
tebat alimenta a Patre, Pater negabat, eum
esse filium, demum receptis summatim probationi-
bus, fuit pronunciatum, eum ali debere, & di-
citur ibi, quod si quæstio principaliter deinceps
moveatur per Patrem super filiatione, Sententiam
latam super alimentis non facere præjudicium
huic quæstioni, & rationem addit ibi Jurisconsul-
sultus, quia non fuit pronunciatum, eum esse
filium sed ali debere, & concordat Text. in ea-
dem lege §. Solent Judices, & est idem casus in
Leg. penult. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. Jur.
de hoc est etiam bona Glossa in leg. 1. in verb.
filium Cod. quorum Bonorum, quam ibi sequun-
tur Bartol., Bald., & cæteri scribentes, quæ vult,
quod sententia lata super possessione Bonorum ità
demum faciat Jus quoad filiationem si pronuncia- 52
tum fuit, illum esse filium, quod non fuit fa-
ctum in casu nostro: non enim ista est bona con-
sequentia, fuit constituta Silvia in possessione Bo-
norum per Sententiam, ergo etiam per eandem
fuit pronunciatum esse legitimum, quia quæstio
ista filiationis legitimæ potuit reservari in peti-
torio, tamquam requirens altiorem indaginem =,
Valenz. consil. 86. num. 45., de Ponte consil. 3.
num. 67. tom. 2., optimè ex *Baldo* loquens his
verbis = *& quod non est discussum, dicit ele-*
ganter Baldus, nunquam potest dici sententia-
liter determinatum in Leg. receptitia &c. =,
Altograd. controv. 45. num. 97. lib. 1., Cova-
ruv. variar. resol. lib. 2. cap. 3. sub num. 1. in
fine, Peregr. de fideicomm. art. 49. numer. 145.,
Andreol. controv. 23. num. 10., Tranchedin.
consult. 89. num. 5. tom. primo, R. P. D. Fatti-
nell. respons. 25. num. 28. ad Bull. Baron., Mar-
tius Ventur. in decis. Florent. 52. num. 10., &
seqq., Boer. decis. 18. num. 2., & seq., Rota
coram Seraphin. decis. 1255. num. 2., coram Pen.
decis. 236. num. 6., coram Buratt. decis. 558. nu-
mer. 4., coram Merlin. decis. 330. num. 4. &
seq., & in rec. decis. 391. num. 9. part. 18., ita
quidem ut nedùm oporteat, illum plenè di-
scussum, deque eo principaliter, non autem 53
incidenter actum fuisse, quemadmodum limi-
tando regulam constitutam *in Leg. Ingenuam*
ff. de stat. homin., docuerunt *Tiraquell. de no-*
bilit.

bilit.cap.37.num.11., Pax. Jordan. variar.lucu-
brat. libr. 14. tit. 25. num. 260. tom.3., Mart.
Venturin. decis. 52. num. 12., & seqq., & con-
sonant Bald. in Leg. 2. Cod. quib. res judicat.
non noc., Aretin. in §.Præjudiciales columm. 4.
versic. In ea Gloss. verb. Ingenuum Instit. tit.
de action., de Ponte consil.3. sub. num. 78., ibi =
Imma sententia filiationis tùnc præjudicabit,
quandò super hoc principaliter est lata, non
autem quandò incidenter ad alium finem de ea
est tractatum, ità quod sententia posteà, quæ se-
quitur, non est super hoc, sed super eo, quod
principaliter est petitum = tom. 2., Surd. con-
sil. 189. numer. 42., Cancer. variar. resolut.
part. 2. cap. 16. numer. 82. §.Estque horum ra-
tio, Senat. Mantuan. apud Palm. decis. 360.
num. 72., Venturin. dicta decis. 52. sub nu-
mer. 48. §. Altera est sententia, ibi = Succedit
vulgata Juris conclusio, quod sententia inci-
54 dentèr lata in uno Judicio, articulo plenè non
examinato, & discusso, non præjudicat in alio
Judicio etiam inter easdem personas, ut post
alios tradunt latè Surd. &c. Sed prætereà re-
quiratur, quod sententia lata in causa status,
verbis affirmativis sit concepta, secùs verò si
55 verbis negativis prolata fuerit, plenè idem
Venturin d. decis. 52. num. 34., apud quem
concordantes.

Vel saltem, quando Decreta, & Sententiæ
per modum necessarii antecedentis, sinè quò
subsistere nequirent, relativè se haberent ad
56 acta, eundem statum firmantia, Bartol. in Leg.
unic. num. 2., & seq., ibique Jason. num.10., &
seq. Cod. de error. calcul., Angel. de Perus.con-
sil. 258. sub num. 6. versic. contrarium dico.,
Alexand. consil. 123. num. 7. versic. Ergo inci-
dimus lib. 1., Jo. de Anania consil. 6. numer. 2.,
& seq., Altograd. consil. 24. numer. 100. lib. 1.,
Vant. de nullit. ex defect. Process. num. 129. &
seq., Gabriel. commun. conclus. tit. de sentent.
conclus. 7. numer. 23., Massin. select. Jur. di-
stinct. cent. 1.distinct. 36. per tot., & præser-
tim numer. 2., & 14., Salgad. de Reg. protect.
part. 4. cap. 9. numer. 23., & seq. & num. 29.,
Cornazzan. decis. 1. num. 33., Rota decis. 450.
num. 1., & 3. par. 1. divers., & in Romana
Hæreditatis de Ruspolis super attentatis 13. Ju-
nii 1704. §. Ultrà coram Reverendiss. Molines,
quæ connexio sivè necessaria relatio ad acta,
veluti antecedens, tribuentia Sententiæ verifi-
cationem, quum deest, si nèc etiam suffi-
ciunt verba enunciativa, quibus in Senteutia
57 genericè dictum fuerit = visis videndis, & con-
sideratis considerandis = ut tradiderunt Alexand.
consil. 24. numer. 101., consil. 123. nu. 7. lib. 1.,
Corn. consil. 10. num. 3. in fin. lib. 4., Spad.
consil. 4. num. 37. lib. 1., & consil. 173. nu-
mer. 100. lib. 3., Vant. de nullit. ex defect.
Process. num. 130., Cornazzan. decis. 1. nu-
mer. 33., Profectò multò minùs status firma-
tus dici poterit, quandò idem, nec in Senten-
tiâ expressus, nec ex actis ullo modo probatus,
58 nonnisi per remotas, & minùs legitimas illa-
tiones, desumi prætenditur ex informibus

probationibus, extrà acta existentibus, & à Ju-
dicibus parvipensis, nam sicuti istæ, illo
omnium ore trito effato, dicuntur esse extra 59
mundum, ità etiam super eisdem cadere ne-
quit Sententia, & Res Judicata, comprehen-
dens, & determinans id, quod ab eisdem pro-
bationibus, quatenùs fuissent in actis produ-
ctæ, emergere potuisset, clar. mem. Card. de
Luca de Dote discurs. 51. sub num.9., Rota post
Zacch. de obligat. Cameral. decis. 246. num. 1.,
coràm Zarat. decis. 16. numer. 2., coram Card.
Cerro decis. 172. num.5., in rec. decis. 8. num.3.
par. 16., decis. 197. num. 5. part. 17., decis.394.
num.11., decis.649. nu.18. par.18., decis.109. nu-
mer. 13. par.19., & inter recollect. à bo.me. Ad-
vocat. Constantin. ad Statut. Urb. decis.180. nu-
mer. 9.

Cum igitur quidquid decretum, aut judicia-
liter pronunciatum fuit in Judicio tum executi-
vo, tum petitorio super Causâ donationis, nil
conferre possit ad probandam maternitatem
Antoniæ respectu Marchionis Nicolai Mariæ,
quia scilicèt hæc maternitas in eisdem Judiciis
non discussa, deque ea non solùm principali-
ter, sed nec etiam incidentèr actum fuit;
& in litera Sententiarum nulla prorsus illius
mentio habetur; imò, quod magis est, nec in
totâ actorum serie dicta maternitas comme-
morata unquam legitur: Frustrà DD. contra-
rii Defensores, maximo appparatu in medium
protulerunt epistolas Catanei Scortiæ, & man- 60
data ipsi data pro inveniendis fide Baptismatis
Nicolai Mariæ, & authentico testimonio, tum
secundi Matrimonii ab Antonia Calciâ cele-
brati cum Riccardo de Voilin, tum etiam obi-
tus ejusdem, de quo nullo pacto constare ipse
rescripsit: nam adveniente tempore judicialis
certaminis, cum hæc omnia silentio præter-
missa fuerint, & coram Judicibus ea docu-
menta minimè exhibita, nullo pacto ex eisdem
elici poterit ulla judicialis probatio status, de
quo nec apud acta, nec in Sententiis, aut De-
cretis dictum quidpiam invenitur, sed ex his
coniicere solùm licebit, quod Princeps Nico-
laus, ea credulitate, qua facilè capi poterat
animus Adolescentis, acribus in Fratrem natu-
ralem odiis incensi, sibi blanditus fuerit, quod
pro irritanda donatione conferre possent do-
cumenta à Scortiâ subministrata de assertà Ma-
tre Nicolai Mariæ, cujus ipse prorsùs ignarus
erat, & quam eidem impenetrabili arcano à
totâ Familia, & Consanguineis occultatam fuis-
se demonstrat evidenter ipsa longa inquisitio,
quam Scortia Procurator facere coactus fuit
pro invenienda fide Baptismatis Nicolai Ma-
riæ, cujus tamen reperitio, obviam, facilis-
que poterat esse, dum ille fuerat à sacro Fon-
te exceptus à Principe Stephano communi Pa-
truo, qui poterat illico ipsi indigitare Paro-
chiam, in qua Nicolaus Maria Baptismum
receperat; sed prudens Patruus, agnosceus,
eum injusto odio percitum erga Fratrem, per-
niciosâ nimis curiositate perscrutaturum id,
quod alto silentio premi, & suffusâ caligine

abscondi expedicbat, illum in summa verum obscuritate relictum, turbulentis mentis suæ commotionibus jactari, permisit.

Nil ergò mirum, quod in re, & negotio, quo tantoperè ipse angebatur, derelictus à Consanguineìs, Scortiæ operam, ac diligentiam ad inquirendam rei veritatem imploraverit: avidèque ab illo excipiens famæ rumorem de maternitate Antoniæ Calciæ, qui consultò dispersus fuerat, ad veram Matrem occultandam, ab eodem sciscitatus fuerit, utrum nè d. Antonia eo tempore, quo Nicolaum Mariam concepisse ferebatur, soluta, & vidua fuerit, an conjugata? Quum vero audivit, inventam fidem secundi Matrimonii ejusdem Antoniæ cum Riccardo, cujus obitum probari non posse, jam idem Scortia significaverat, tunc sanè animum erexerit, votique compotem se effectum putaverit, credens, jam in aperto positam spurietatem, quam ad irritandam donationem tam anxiè quærebat.

Verùm negotii momentum non est in eo, quod credulitate, & animo suo sibi effingebat Princeps Nicolaus, antequam judicialitèr res disceptari cæpisset, sed inspiciendum est, an dùm Judicium calebat, Partesque in eo acerrimè concertabant, ipse dictam maternitatem opposuerit Fratri suo illegitimo, & an ab isto admissa, vel negata fuerit penès acta, quidque denique in hoc Collitigantium conflictu, censuerit, vel determinaverit Senatus: Quæ si intueamur, omnia clamant contrà Partem adversam, nam, ut alibi meminimus, postquam die 3. mensis Novembris anni *1668.*, veluti jam suo confecto negotio, ideòque intermisso literarum commercio cum Principe Pallavicino, Scortia hujus mandato obsequens, documenta, ab ipso parata, tradidit D. Centuriono, hic quando sequenti mense Decembri advenit tempus disputandi formitèr, & in Judicio agendi de validitate donationis, & sic data opportunitas utendi dictâ exceptione maternitatis Antoniæ conjugatæ, tantum abest, quod illam proposuerit, aut objecerit, ut quinimò, ea contemptâ, neglectâ, ac penitùs prætermissâ in ultima illa, & plusquam seria comparitione judiciali factâ die immediatè antecedente Decretum, editum à Senatu, & sic verè in calculo ferendæ Sententiæ, contrarium asseruisse visus fuerit, profitendo videlicèt se incertum de qualitate Actoris, &, non insistendo exceptioni spurietatis, hac etiam cessante, subjunxerit, quod Filio naturali, nonnisi una uncia donari poterat, quam transcendebat donatio scutorum centum millium argenteorum, totam prætensionem quodammodò redigendo non ad totalem donationis irritationem, sed ad partialem dumtaxat ejusdem moderationem, *§. Coram quo*.

Sileant igitur, penitusque conticescant contrariæ Partis adversæ illationes, quod Nicolaus Maria non aliter steterit in Judicio donationis, quàm uti filius Antoniæ Calciæ, & uti talis concordi voto à Judicibus admissus, & à Fratre Collitigante agnitus fuerit, nam ille in memorato Judicio nunquam agnoscendo in Matrem Antoniam Calciam, nullamque ex ejus viduitate defensionem sibi quærens, præsidium omne sibi comparavit ex præsumptione Juris coadjuvata adminiculis, quorum remissive meminimus *d. §. Coram quo*; Judicibus verò nullo pacto exposita fuit asserta maternitas Antoniæ Calciæ, nec super ea, tamquàm non deducta, protulerunt, vel proferre potuerunt ullum Judicium; Ipse denique Princeps Pallavicinus Collitigans, licèt tanto studio parasset documenta pro opponenda exceptione spurietatis, resultantis ex supposita maternitate Antoniæ Calciæ, illam nequaquam proposuit, quinimmò, ut notavimus in *numero præcedenti*, *& alibi*, ejus Tutores contrarium asseruerunt, malueruntque sustinere contrariam Sententiam, quàm dictam notam objicere, cujus maternitas Antoniæ fundamentum erat; quamobrem retorquendo in Partem adversam ejus argumenta, & ratiocinia, justâ ratione ex eisdem conjicere possumus, D. Principem Pallavicinum tempore Judicii novisse insubsi- 61
stentiam dictæ maternitatis edoctum à D. Centuriono ejus Avo materno, ac Tutore; nam is acceptis à Scortia documentis pro hac exceptione proponendâ, noluit eis uti, nec eam exceptionem proponere duxit; quid enim aliud dicere possumus, cur eam non proponerent? Causam irremisso ardore prosequebantur: ad Causæ victoriam exceptio hæc maximopere conferebat, illiusque documenta fuerant votis omnibus desiderata, ac summis exquisita diligentiis: nisi quod agnitâ illius insubsistentiâ, quæ Centurioni quidem notissima erat, illam abjecerint? aliàs insania fuisset manifesta, Causam perurgere, victoriæ finem inhiare, & media fini conducentia despicere: documenta præaptare, diligentèr perquirere, illis non sinè labore inventis abstinere, juxtà illud *Horat.*

Quærit, & inventis miser abstinet, & timet uti.

Profectò qui exceptione non utitur, ipse suo judicio eam respuit, *ad Text. in cap. super litteris de Rescript., Dec. in l. si per errorem col. 11. vers. quinto fallit ff. de jurisd. omn. judic.*, *Soccin. in leg. 1. n. 100. ff solut. matr.*, *Cravet. cons. 96. n. 10., & melius cons. 121. n. 4.*, *Surd. cons. 489. n. 39.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 91. nu. 8. cum seq.*, & benè ad rem ponderant *bon. mem. R. P. D. Severolus in suo Voto impress. inter recent. decis. 535. nu. 80. part. 14.*, *Rota coram Carill. decis. 136. num. 16. coram bon. mem. Emerix Jun. decis. 667. n. 18.*, *in rec. decis. 100. num. 34. par. 19*, *Rota Januen. inter collect. à Palm. nepot decis. 178. num. 22.*

Cujus sanè discursus vis augetur duplici validissimâ animadversione concurrente in nostra hypothesi. Prima est, quod exceptio spurietatis desumenda ex maternitate Antoniæ tempore quo Causa agebatur in Judicio executivo, summoperè urgere poterat ob verita-

tis speciem, quam præseferebat, nàm ex authentico documento constabat de Matrimonio
62 ab illa contracto cum præfato Riccardo de Voilin, vice autem versa, nedum nul o pacto docebatur, illum tempore conceptionis Nicolai Mariæ prædecessisse; Verùm præterea Scortia asserebat, hujus facti probationem impossibilem prorsus esse, prout reverà, nonnisi septennio post, anno scilicèt 1675. pervenerunt indicia de illius morte jamdudum sequuta; spurietatis igitur labes eo tempore clare probata dici posse videbatur; dum autem calore Judicii proposita illa non fuit, id manifestè aperit, Principi Nicolao innotuisse commentum dictæ maternitatis, ac per consequens evanidam prorsus esse exceptionem spurietatis, ex illa deducendam, alioquin si res alitèr se habuisset, ne mente quidem cogitari potest, quod ille prævalidam hanc exceptionem summo studio, & labore comparatam, & tantoperè ad victoriam conferentem, adeò oscitanter omisisset? ut ratiocinantur *Pignatell. consult. can. tom. 10. consult. 89. num. 13., bon: mem: R. P. D. Severolus in dicto Voto 535. num. 86. par. 14., Rot. post Vivian. de Jurepatr. decis. 143. num. 26. & seqq., coram Ninot. decis. 39. num. 8., coram Priolo decis. 38. num. 2. & seqq., in Montisf. ad ornat. clar: me: Card. de Luc. de Regal. decis. 11. num. 8., in Cremonen. Beneficii 14. Maii 1706. §. Tanto faciliùs coram Reverendiss. Kaunitz, in Bononien. relevationis indemnitatis 16. Decembris 1707. §. Præmissisque coram R. P. D. Falconerio, in Avenionen. Successionis 14. Junii 1709. §. Nàm ex hactenus coram eodem, & in Romana Pecuniaria 19. Aprilis ejusdem anni §. final. coram R. P. D. Aldrovando.*

Quæ animadversio fortiùs urget, quia coadjuvatur illâ aliâ desumptâ ex vehementi odio, quo Princeps Nicolaus conflagrabat in Fratrem suum naturalem, nàm dum idem, ut irritam redderet donationem, quam ille à communi Parente acceperat, summo cum Patruorum, & respectivè defuncti Caroli Fratrum dolore, ausus fuit judicialitèr turpis insaniæ labe Patris nomen, & memoriam offendere, & conatus
63 suos frustra impensos videns, acerrimum Collitiganti superinduxit Contradictorem, Jura sua cedendo Officio Pauperum, eidemque subministrando expensas litis, ac sub pœnâ caducitatis imponendo iniquam illam conditionem, numquam transigendi, ut animadversum fuit *§. Hac autem*, dicendum sanè est, quod Collitigator tanto percitus odio, non abstinuisset à proferenda exceptione spurietatis proveniente à maternitate Antoniæ, nisi illam manifestè calumniosam comperisset? Si enim exceptio ista apparentem aliquam speciem veritatis habuisset, certè illam deducere non omisisset, ad tradita per *Rotam in una Barchinonen. Parochialis del Prat 13. Junii 1698. §. Nec relevat in fin coram bon: me: Ursino*, confirmata *2. Decembris ejusdem anni §. Neque opponi coram eodem*; præsertim verò cum Causa ageretur in
64 Tribunali Collegiali, hoc enim casu, quotidianâ experientiâ, & praxi commendatâ apud *clar: mem: Card. de Luc. de donat. disc. 64. num. 12. de success. disc. 15. n. 6., de testament. disc. 73. num. 26., de fideicomm. disc. 135. num. 9., de credit. disc. 22. num. 13. de Paroch. disc. 1. num. 4., & in relat. Roman. Cur. disc. 32. num. 76.*, admonemur, exceptiones omnes, & motiva, modò planè inepta non sint, & manifestè falsa dignoscantur, deducenda esse.

§. IV.

Gesta coram Arbitris nullo pacto probant assertam maternitatem Antoniæ Calciæ.

Cum itaque ex latè expositis in §. præcedenti perspicuè pateat, Partem adversam nedum juvari minime posse, sed potius contrà ipsam retorqueri tùm præparatoria, tùm acta, tùm denique Decreta, & Judicata à Senatu edita in Judicio executionis, & validitatis donationis, multò minùs præsidium ullum comparari eidem poterit ex assertionibus, & enunciativis quibusdam emissis ab Advocatis Principis Nicolai in eorum extrajudicialibus allegationibus distributis Arbitris delectis mense Martio anni 1675., clar: nempè mem: Card. Lazzaro, & Principi Stephano de Pallavicinis communibus Patruis. Tempore enim, quo Causa coram illis agebatur, verum sanè est, Advocatos, qui scripserunt prò Principe Nicolao, in dd. ipsorum allegationibus inter multiplices exceptiones, quibus donationem irritam facere contendebant, deduxisse, sed incidenter tamen, leviterque attigisse dumtaxat exceptionem maternitatis Antoniæ Calciæ, Matrimonio copulatæ cum Riccardo de Voilin, proindeque, nonnisi Filium spurium ex illegitimo concubitu cum Carolo Pallavicino progignere valentis. Hanc autem exceptionem certò certius mutuarunt ex superius relatis epistolis Scortiæ à præfato Principe Nicolao, dum Patriam repetiit, relictis penes Cardinalem Lazzarum, quæque idcircò inter ejus Scripturas familiares repertæ fuerunt, atque hodie adservantur in Archivio Rospigliosio. Iidem verò istiusmodi exceptionem in suis scriptis coram Arbitris, & præsertim Principe Stephano, optimè gnaro veræ Matris Nicolai Mariæ, deducere fortè omisissent, si novissent, ill. m, licèt magno labore, ac studio præparatam, non solùm minimè propositam fuisse coram Senatu Januen., sed Principis Nicolai Tutores professos fuisse se inscios qualitatis status, & maternæ originis Marchionis Nicolai Mariæ, ità quidem, ut, Lite, & Causâ potiùs cadere, quàm jam jam imminens contrarium Senatus Decretum, exceptione istâ remorari tentaverint, deliberato, ac maturo consilio judicialitèr emittendo contrariam illam assertionem, quam ex nostro *Sum.* retulimus *§. Coram quo.*

Quæ nam igitur ratio haberi poterit de præfatis assertionibus, & exceptionis hujus deductione in allegationibus extrajudicialibus di-

stributis coram Arbitris, incidentèr factâ à Defensoribus insciis eorum, quæ in Judicio egeraut Princeps Nicolaus, ejusdemque Tutores? præsertim verò, quando iidem Causæ, & quæstionis hujus de validitate donationis momenta omnia posuerunt in aliis rationibus longè
65 gravioribus. Profectò, si in unoquoque casu assertiones Procuratorum, & Advocatorum in eorum scriptis extrajudicialibus incidenter editæ, facile potius præsumuntur ad Causæ opportunitatem, quàm ex deliberatâ Principalis voluntate, cui idcircò, nisi cetera congruant, attribui minimè valent, *Maranta de ordin. judic. par.6. art.10. n.58., Hodiern. controv.33. num.10., Add. ad Gregor. decis.75. num.4., Torr. variar. jur. quæstion. lib.2. tit.9. quæst.4. num.14. fol. mihi 285., Grammatic. decis.76. num.19. & seqq., Rot. coram bon: me: Emerix Jun. decis.594. num.13. & seqq., in Recep. decis.104. n.44. par.6., decis.64. n.25. par.17., in Urbinaten. Pecuniaria 30. Aprilis 1703. §. Ejusdem coram Illustrissimo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, potiori certè Jure, id dicendum erit in nostrâ hypothesi, in quâ, tàm facta antecedentia, quàm subsequentia Principis Pallavicini, nedùm non consonant assertionibus maternitatis emissis ab ipsius Defensoribus, sed ab illis apertè discordant, proindeque
66 locum sibi vindicare posse videtur regula docens, factum Principalis, præsertim judiciale, ob maximam ejus vim, & auctoritatem, ut aliis relatis loquitur *Rota in Lucana Fideicommissi 14. Decembris 1708. §. Quo verò coram Reverendiss. Kaunitz*, confirmata *1 Julii 1709. §. Tempori antiquo coram Illustrissimo Scotto*, prævalere debere perfunctoriis Procuratoris exceptionibus, quæ, quum sunt extrajudiciales, nihil operantur, *Ripa in leg.2. num.12.*, ibique etiam *Dec. n.2. vers. sed certè Cod. de edend., idem Dec. cons.368. n.8., & cons. 586. num.17., Roland. cons.4. num.28. lib.4., Mantic. de tacit., & ambig. lib.14. tit.26. num.14., Rot. divers. decis.631. num.3. par.1., corum Cavaler. decis.100. num.7., in Recen. decis.219. num.4. par.4. tom.1., decis.253. num.39. par.9., decis.64. num.29. par.17.*

Et reverà, quod bon: me: Advocatus Gregorius Rodulphinus, aliique coram Arbitris Scribentes pro Principe Nicolao, nonnisi incidenter, & ad negotii opportunitatem, non autèm consilio, & voluntate Principis Nicolai deduxerint istiusmodi exceptionem maternitatis Antoniæ, quæ tempore conceptionis Nicolai Mariæ coniugata supponebatur, apertum reddi videtur evidentiâ facti, resultante ex eo, quod die 5. mensis Maii dicti anni 1675. examinati jàm fuerant Paula Maria, & Jacobus Gonfredus; allegationem autèm præfati Advocati, nonnisi post mensem Junium conscriptam fuisse, liquidò patet ex dicta epistola Card. Lazzari, die 12. Junii data ad Principem Nicolaum, ibi = *Il Signor Gregorio stà nelle faccende, e non potrà fare la Scrittura se non doppo questo mese* =; Si igitur Marchio Nicolaus Maria die 6. mensis Maii obtinuerat De- 67
cretum adscriptionis nobilitati Januensi, & quidem, ad sensum Partis adversæ, vigore examinis dd. Testium, qui aperte testati dicuntur de maternitate Antoniæ Calciæ, cur Princeps Nicolaus, cum jam dictum examen publici Juris factum esset, illud non conjunxit cum aliis Testibus examinatis anno 1664., quatenus suppositâ pro indubitata maternitate Antoniæ Calciæ, ex eâ argumentum prò irritanda donatione desumere voluisset? dum autèm neglectis dd. Testibus, cæterisque probationibus ad hoc punctum conferentibus, legimus dumtaxat perfunctoriam dictæ maternitatis assertionem emissam in extrajudicialibus allegationibus Consulentium, justa, legalique illatione concludimus, illam non de Principalis, callentis rei veritatem, voluntate, sed emissam fuisse ex mero arbitrio Defensorum, ignorantium maternam originem Marchionis Nicolai Mariæ, rectè enim ex concomitantibus facti circumstantiis arguimus animum Agentis, & quo consilio, & proposito res gesta dici debeat, ad *Text. in leg. quædam sunt ff. de reb. dub., leg. Instrumenta*, ibique *Glos. verb. aliis quoque Cod. de probat., Menoch. consil.124. num.41. & seq., Mantic. de tacit. lib.2. tit.1. num.5., & tit.8. num.20., Rota coram Ludovis. decis.326. n.43., in Recen. decis.111. num.43. par.5., decis.123. num.11. par.17., decis.538. num.24. par.18., penès Torr. variar. Jur. quæstion. tom.2. tit.11. decis.7. num.29. fol.407., in Romana Hæreditatis de Rivaldis 5. Maii 1710. §. Non subsistente coram Illustrissimo Scotto, & in Albanen. Donationis 9. Martii 1711. §. Revocationem coram Reverendissimo Aldrovando.*

Quibus porrò ità se habentibus, mirum videri non debet, quod prudens Causæ Patronus, bon: me: Petrus Antonius Maronius, perspiciens, Defensores Principis Nicolai levitèr, & incidentèr exceptionem hanc attigisse, omissâ discussione veritatis hujus facti, illam statim declinaverit eâ reverà in illâ Causæ hujus hypothesi, fatali replicatione, quod nempè, si Antonia exadverso asserebatur Mater Nicolai Mariæ, hac etiam maternitate suppositâ, sed nunquam admissâ, & nunquam concessâ, exceptio invaliditatis donationis ex illâ desumpta, sponte suâ ruebat, eò quod, inspecto præcedenti obitu Riccardi, Antonia non ampliùs conjugata, sed libera reputari debebat: obviâ enim istâ, paratâque replicatione verbalitèr tamen, & sinè ullius documenti exhibitione, ab ipso datâ, sè sè expediebat à probationum tricis, atque difficultate omninò vitandâ in eâ Causâ, cujus præcipuus modus in eo erat, cui nempè assisteret Juris præsumptio, & quinam ex Collitigantibus gravaretur onere concludentèr probandi naturalitatem, vel spurictatem; Cumque Marchio Nicolaus Maria in antecedente judiciali experimento super executione donationis probè novisset, sè validè juvari præsumptione Juris, sic etiam coram Arbitris eâdem fretus præsumptione, nullum proba-

bationum onus subire voluit, Jus suum salvum, suamque Causam in tuto collocatam ratus, si quoquo modo declinasset, aut turbidas reddidisset Collitigantis probationes, atque exceptiones.

Compertum itaquè hine fit, quàm malè ex hac replicatiune, ab illius Procuratore factâ, Pars adversa ioferre conetur, Marchionem Nicolaum Mariam in Matrem suam agnovisse Antoniam, suamque ex eâ filiationem coram Arbitris admisisse, nam, omisso, quod nullum
68 arbitramentale Judicium ab illis editum fuit, ideòque nemine ex Collitigantibus cum victoria ab eo discedente, coram Arbitris acta, & deducta neutri prodesse possunt, ad tradita per *Alexand. consil.* 114. *num.* 6. *lib.* 6., *Paris. cons.* 131. *num.* 14. *lib.* 1., *Bellon. Jan. cons.* 23. *n.* 8., *Surd. cons.* 12. *num.* 74., *& decis.* 283. *num.* 14., *Rota coram Bich: decis.* 451. *num.* 8.; Præterea dicimus, quod, quidquid per viam replicationis ab illius Procuratore dictum, aut actum fuit, nec inspectâ personâ, à quâ dicta replicatio prodiit, nec etiam inspectâ ejusdem intrinsecâ qualitate, similem confessionem præseferre potest. Porrò si intueamur personam, quæ exceptionem à Parte adversâ propositam replicatione illâ elidere curavit, hic erat simplex
69 Procurator in Causâ, quæ extrajudicialitèr tractabatur coram Arbitris, quamobrèm si in re magni præjudicii deficiente specialissimo mandato, facto, & dicto suo præjudicare nequisset Principali, *Bartol. in leg. qui ità §. Ità etiam ff. ad Trebell.*, *Thesaur. decis.* 147. *num.* 2., *Rot. ad ornat. clar: me: Card. de Luc. de dot. disc.* 24. *num.* 4., dicendum profectò est, illam qualemcumque declarationem, sivè confessionem, quæ exadverso elici prætenditur ex dicta replicatione, nullo pacto probare posse statum, &
70 qualitatem personæ Nicolai Mariæ; causa namque status, sivè qualitatis personæ cum verè sit capitalis, ad *Text. in leg. licèt* 103. *ff. de verb. signif.*, *leg.* 1. *& tot. tit. ff. de capit. diminut. princip. tit. Instit. eodem, ibique Pichard. num.* 2., *& in §. Servus* 4. *num.* 1., *Vinn. in §. Item is* 12. *Instit. tit. de excusat. Tutor. vel Curat.*, pro eâ declarandâ, sive confitendâ, procul dubio requirebatur speciale, atque individuum mandatum Procuræ, *Castrens. cons.* 186. *n.* 1. *& seqq. lib.* 1., *Dec. cons.* 146. *n.* 11., *Roman. cons.* 352. *num.* 9., *Gratian. discept.* 468. *n.* 81., *Card. de Luca de Regal. disc.* 47. *n.* 5., *& de Judic. disc.* 24. *num.* 29., *Capyc. decis.* 16. *num.* 7., *Rota coram Seraphin. decis.* 987. *n.* 5. *coram Ludovis. decis.* 268. *num.* 7., *& decis.* 294. *in fin.*, *coram Merlin. decis.* 654. *num.* 5., *coram Benincasa decis.* 118. *n.* 19., *in Recen. decis.* 44. *num.* 8. *& seqq. par.* 10., *& decis.* 65. *num.* 12. *par.* 12.

Si verò spectemus intrinsecam quidditatem, sivè vim, & efficaciam ipsius replicationis, nec etiam ex ea elici poterit confessio maternitatis Antoniæ respectu Nicolai Mariæ, nam cùm in Jure nostro firmissimum sit, quod confessiones filiationis, & respectivè maternitatis tàm in linea probationis directæ, quàm pro alio conso- 71
no effectu constituendi aliquem in illius quasi possessione elici debet ex actibus non solùm seriis, & proportionatis, sed etiam undequaquè univocis, & ad aliam causam non referibilibus, ut luculentèr firmat *Votum super. secunda Articulo §.* 12., & tradunt *Paris. cons.* 10. *num.* 15., *& num.* 46. *&* 86. *lib.* 2., *Menoch. de arbitrar. cas.* 89. *num.* 77., *Petr. de fideicomm. quæst.* 11. *num.* 258., *Rot. in recent. decis.* 167. *num.* 8. *par.* 9., hujus sanè generis non est dicta replicatio Procuratoris, quæ potiùs eo fine, & obtentu facta dicenda est, ut nimirùm promptâ replicatione facti declinaretur difficultas omnis proveniens ex simili supposito maternitatis Antoniæ, quàm ut illa admitteretur, sivè affir-
maretur, proindèque eadem ex actu adeò æqui- 72
voco adprobata, & agnita censeri non debet, per ea, quæ tradunt *Jason. cons.* 102. *n.* 2. *&* 3. *& seqq. lib.* 4., *Spod. cons.* 251. *num.* 14. *lib.* 2., *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 12. *num.* 6., *Gratian. discept.* 262. *num.* 24. *& seqq.*, *Ant. lin. resol.* 86. *num.* 22. *& seqq.*, *Rota coram Cardinali Celso decis.* 334. *num.* 6., *in Recen. decis.* 289. *num.* 5. *par.* 2., *decis.* 163. *n.* 10. *par.* 18., *decis.* 100. *n.* 16. *par.* 19.

Planè his omnibus demonstratum dici posse videtur, exceptionibus, & replicationibus à Collitigantium Defensoribus coram Arbitris deductis, nullo pacto probatum censendum esse statum maternitatis, & respectivè filiationis Nicolai Mariæ ex Antonia Calcia; Verumtamèn clarius id elucescet, si, ut monuimus *§. Quanam igitur ratio*, nedum ex ibi relato antecedente, sed ex alio simili subsequente facto justam eorum, quæ coram dictis Arbitris gesta fuerunt, interpretationem capiamus, ex judicio nempè super validitate donationis, in petitorio deindè instaurato; Princeps namque Nicolaus, transacto tempore præstituto in Compromisso, nulloque ab Arbitris prolato Laudo, cùm peracerbè ferret, immotam adhùc manere donationem à communi Parente factam Fratri suo naturali, aliâ viâ illam infirmare aggressus fuit; Ut enim diximus *§. Hæc autem*, licèt vehementer dolente, frustràque ipsum acritèr redarguente Principe Stephano Collitigantium Patruo, ut perspici potest ex ejus gravi Epistola, præcipiti, minùsque æquo consilio, Jura omnia sua cessit Domui Piæ Pauperum Jauuæ, litemque, hac anomalâ interpositâ personâ suis sumptibus in petitorio coram Senatu renovavit; inque eo Domus Pia, illius cessionario nomine Causam prosequens, licèt varias, multiplicesque exceptiones contrà donationem deduxisset, ut notatum fuit *§. Dum Collitigantium*, & patet ex ultimis consultationibus *à clar: mem: Card. de Luca* in ea Causa editis, nullum tamèn verbum factum legitur vel de maternitate Antoniæ Calciæ, vel de secundo Matrimonio cum Riccardo de Voilin; multòque minùs de nota spurietatis inde dimanante: cum hoc itaque secundo Judicio, si coniungantur protestationes, in primo su-

super executione donationis factæ à Contuto-
73 ribus Principis Nicolai, profitentibus, ipsis
ignotum esse statum Nicolai Mariæ, manife-
stum fit, à Principe Nicolao penitus insubsi-
stentem, & commentitiam agnitam fuisse ma-
ternitatem Antoniæ, quippe ejus mens, &
animus nulla alia ratione declarari melius po-
test, quàm ex omnibus ejus judicialibus factis,
& non factis, ad *Text. in leg. sed Julianus*
§. Proindè ff. ad Senat. Consult. Maced., *Bar-*
tol. in leg. ultim. num.3. Cod. eodem, *Socin.*
consil.98. num.13. lib.1., *consil.42. num.12. lib.2.*,
Menoch. consil.230. num.65., *Rota coram Man-*
tica decis.313. num.10., *coram Ludovis. decis.*
163. n.3., *coram Card. Cerro decis.34. n.35.*,
in recent. decis.21. num.9. & seqq. par.14., *de-*
cis.199. num.4. par.4. tom.2., *& decis.57. n.8.*
par.17. Proindeque nemo non videt, quàm
malè *in §.22.* contrarii Restrictus dicatur, ex
deductis coram Arbitris à Collitigantium De-
fensoribus elici saltem posse statum Causæ, ac
Nicolai Mariæ, quandò ex factis, & non factis
Principis Nicolai acerrimi Contradictoris, ille
penitùs ignoratus, vel certè dissimulatus ab eo
apparet.

§. V.

Respondetur objectioni, quâ exadverso dicitur, enunciativis, & assertionibus factis à Defensoribus Marchionis Nicolai Mariæ coram Arbitris deferendum plurimùm esse, eò quod elicitæ fuerant ex documentis, & probationibus, ab illo præordinatis, ab eodemque dictis suis Defensoribus subministratis, & denique ab ipso usque ad obitum penès se retentis.

AT inquiunt DD. Defensores D. Amal-
dæ, quod vis, & efficacia assertionum,
atque enunciationum maternitatis Antoniæ
Calciæ, emissarum in allegationibus, coram
Arbitris distributis à Collitigantium Defenso-
ribus, non tàm æstimanda sit ex facto, aùt non
facto Principis Nicolai, sed metienda videatur
ex eo, quod in illo negotio egit Marchio ipse
Nicolaus Maria, qui prænoscens, eundem co-
ram Arbitris illam impugnaturum sub obtentu
spurietatis desumptæ ex statu conjugali Anto-
niæ Calciæ, sollicitâ curâ, & studio, ac libe-
ralis etiam remunerationis pollicitatione, ha-
bere curavit fidem obitus secundi ejus Viri, se-
cuti, antequam ipse conciperetur, quâ tandem
non sinè magno labore repertâ, eâdemque
traditâ bon: me: Petro Antonio Maronio, hic
oppositam coram Arbitris spurietis exceptio-
nem illicò rejecit eedum aliis, sed illâ etiam
fatali replicatione quod Riccardus de Voilin,
secundus Vir Antoniæ, jam longè antè conce-
ptionem Nicolai Mariæ decessisset; Quamo-
brem tùm ex præordinatione, quâ ille talem
replicationem adversùs contrariam exceptio-
nem comparaverat, tùm ex illius usu, tùm de-
nique ex diligenti retentione, & apud eundem
reperitione dictæ fidei, aliarumque cartula-
tum, quibus diligentiæ pro ea inveniendâ de-
mandabantur, exadverso infertur, resultare
sufficientem probationem illius filiationis ex
præfata Antonia.

Verum enim verò admonentes Illustriss. Pa-
tres, istiusmodi probationem non esse de gene-
re earum, quæ efflagitantur à Doctoribus rela-
tis *§. Quamobrem ad differentiam*, requirenti-
bus necessarias, & directas probationes mater-
nitatis; Respondemus, quod discursus iste lu-
culenter exornatus in contrario Restrictu, fu-
co aliquo rem illinire posset, si exadverso do-
ceretur, Defensores Principis Nicolai, dum
illius Causam agebant coram Arbitris, semi-
pleuâ saltem probatione, dictæ Antoniæ Cal-
ciæ maternitatem demonstrasse, tunc enim ju-
sto colore dici posset, quod exceptio ab illis
probata, confirmata quoquo modo videretur
replicatione Collitigantis. At alitèr res se ha-
bet in casu nostro, in quo Princeps Nicolaus
meditatus quidem fuerat dictam maternitatem
allegare, & tamquam consequens ex hoc ante-
cedenti promanans, judicialitèr opponere ex-
ceptionem spurietatis Nicolai Mariæ, verum
deficiens probatione, illam omisit, ut fusius
alibi notavimus. Si igitur maternitas Anto-
niæ, & exceptio ex eâ resultans, à Principe Ni-
colao probata nunquam fuerat, imò verò, ut
notavimus *dicto §. Coram quo*, ex iis, quæ in
Judicio, vel extrà, ad eam usque diem, ab illo,
ejusque Tutoribus deducta fuerant, potius ex-
cludebatur, quonam pacto eadem probata cen-
senda erit ex replicatione, quam novimus qui-
dem in suâ allegatione datam à Causæ Patro-
no, quo autem documento probatam ignora-
mus, cum exadverso non exhibeatur Summa-
rium? eademque licèt fatalis esset, penitùsque
perimeret oppositam spurietatis exceptionem,
nihilominùs ex illâ firmata dici nequibat filia-
tio Nicolai Mariæ ex Antonia. Etenim cum 74
ad hunc effectum requiratur, quod actus sit fa-
ctus pro filiatione propriè constituenda, ità
quod importet dispositionem, & constitutio-
nem filiationis, ut aliis plurimis relatis, inquit
de Ponte dicto consil.3. num.50. lib.2.; Profe-
ctò ex replicatione ista quod Vir Antoniæ de-
cessisset ante conceptionem Nicolai Mariæ,
probata dici non potest hujus ex illa filiatio,
quippè talis replicatio vera esse, & pro contra-
ria exceptione tollenda valere poterat, absque
eo quod verum esset, illum natum esse ex An-
tonia; Quamobrem eidem inesse nequit vis 75
necessariæ probationis, ut requiritur pro consti-
tuendo statu filiationis exposcente probatio-
nem, quæ fit per necesse, ut loquitur idem *de*
Ponte dicto consil.3. num.13. Licèt igitur ve-
rum esset, quod dicta replicatio fundata in obi-
tu secundi Viri Antoniæ Calciæ præordinata,
ac comparata fuisset diligentiâ, ac voluntate
Nicolai Mariæ, quod tamèn justâ ratione in
dubium revocatur *in nostro Voto §.44.*, & in
hodierna Facti *§.122.*, id tamen tribuendum
solummodò esset curæ, & diligentiæ opportu-
ne parandi promptam replicationem, quâ illi-
co

eò elideretur contraria exceptio, & unà simul evitaretur onus assumendi probationes excludentes assertam Antoniæ maternitatem, quod prudenti consilio semper declinare curavit Marchio Nicolaus Maria, qui pro firmando statu suæ naturalitatis, eum juvaretur præsumptione Juris, jurata Patris assertione; atque agnitione, aliisque, quorum meminimus *§. Contra verò, & alibi*, & meliùs in nostra Facti *§. 46. & seqq.*, se subjicere non debebat oneri demonstrandi suam veram Matrem, quam non expediebat, vel fortè ipse etiam, illius ignarus, demonstrare non potuisset.

Eâ autem mente, & consilio, quo Marchio Nicolaus Maria parasse dicitur replicationem istam, ità etiàm ejus Procurator coram Arbitris illam, licèt verbo tenus, deduxisse censendus est, non quidem, ut admitteret Antoniæ Caleiæ maternitatem, sed ut illà per malam hypothesim, & ad sensum Defensorum Principis Nicolai suppositâ, demonstraret, corruere exceptionem spurietatis ex eâ desumptam, quia statim docebatur de illius statu libero tempore, quo Nicolaus Maria conceptus dicebatur, ut latè demonstratum fuit in toto *§. præcedenti*, in quo plenè etiam probavimus, enunciationes, & assertiones Procuratorum ex genere suo præjudicare non valentes Principalibus, multò minùs in nostra hypothesi nocere potuisse Marchioni Nicolao Mariæ, tùm spectatà illarum quidditate, & substantià, revera confessionem maternitatis Antoniæ secum non ferente, tùm etiam inspectâ personâ Procuratoris, qui illam declarando, Principali suo præjudicare non poterat, tùm denique perpensis aliis facti circumstantiis, quæ in proposito patefaciunt, quo consilio, & qua mente d. replicatione coram Arbitris usi fuerint.

Quamobrèm huc redeunt illa, quæ latè deducta fuerunt *§. Causæ igitur & seqq.*, videlicèt, quod filiatio, & status, solis enunciativis, & assertionibus, tametsi judicialitèr factis, firmatus dici non potest, sed oportet, quod ille plenè discussus, deque eo principalitèr actum fuerit, & Sententia non incidentèr, sed expressè super eo lata legatur: hùc quoque pertinent firmata *§. Etenim Doctores*, videlicèt in subjecta materia successionis, acta judicialia, immò etiam ipsas Sententias in diversa Causa, & inter diversas Personas, tametsi latas super successione, non præjudicare Tertio, eò quod noceant
76 iis solùm Personis, & quoad eum dumtaxàt easum, & Causam, super quà latæ sunt, *Natt. cons. 473. sub num. 6., de Ponte dicto cons. 3. num. 56. 67. & 69., Censal. ad Peregrin. de fideicomm. art. 23. juxtà Venet. impress. fol. mihi 57. vers. quæ conjecturæ, Venturin. decis. 52. num. 46. vers. altera est sententia*, proindèque, licèt doceretur de usu talium probationum facto coram Arbitris, nihilominùs ille non juva-
77 ret Partem Adversam in Causâ, de quâ agitur, ex regula, quod usus probationis factus quoad unum effectum, oltra illum operari non debet, *de Angel. de confess. lib. 2. quæst. 3. num. 32., Rota coram Bich. decis. 108. num. 1, decis. 378. num. 8., decis. 580. num. 22., coram Card. Celso decis. 217. num. 12., in Recen. decis. 285. num. 4. par. 1., decis. 351. num. 6. par. 4. tom. 1., decis. 56. num. 23. par. 9.*; Immo verò, quum res agitur in diversis Judiciis, non solum usus probatio-
num in uno factus utentem minime afficit in 78
alio Judicio, sed quod magis est, in eo illæ impugnari possunt, exemplo Testis, qui in Judicio summario productus, si contra producentem induceretur in Judicio plenario, posset ab eo reprobari, *Stephan. Aufrer. de Testib. n. 32. vers. fallit autem, Farinac. de Testib. quæst. 62. limit. 10. num. 219. vers. limita, Mascard. de probation. conclus. 1235. num. 22. vers. secundò limita*, quemadmodùm etiam confessio facta in uno Judicio, tamquam in alio vim habens cujusdam tacitæ dumtaxàt confessionis, in illo
nocere non debet, *Felin. in cap. Causam quæ* 79
colum. 3. de Testib., Imol. in Clem. Constitutionem de elect., Riminald. in leg. 2. Cod. de eden., ità quoque si quis producat scripturam in una
Causa, sibi non præjudicat in alia, *Cephal.* 80
cons. 377. num. 88., Honded. cons. 66. num. 58. lib. 1. cons. 78. num. 2. lib. 2., Riminald. Jun. cons. 213. num. 20., de Angel. de confess. lib. 2. quæst. 3. n. 32., Card. de Luc. de Judic. disc. 26. num. 37., Ricc. collect. 3511., Capyc. decis. 7. num. 5., Rota in recen. decis. 312. num. 3. par. 3., decis. 250. num. 8. par. 4. tom. 2., decis. 335. n. 8. par. 5., decis. 29. num. 45. & seq. par. 7., decis. 168. n. 13. par. 18., ad ornatum clar: me: Card. de Luc. de dot. decis. 53. num. 39., & meliùs ad rem nostram, quod ex usu, & productione legitimationis asserti Filii facta in uno Judicio,
probata dici nequeat paternitas, & respectivè 81
filiatio ad præjudicialem illum effectum consequendi in Judicio petitorio Jus irrevocabilis successionis, tradunt *Dec. cons. 576. num. 10., Roland. cons. 89. num. 39. lib. 1., Soccin. Jun. cons. 86. n. 44. & seq. lib. 2., Menoch. cons. 581. num. 4., & cons. 572. num. 25. & num. 45., Pacian. cons. 1. num. 52., Gratian. discept. 744. num. 4., Giurb. ad Consuetud. Messan. cap. 1. gloss. 4. num. 59., Peregrin. decis. Patavin. 9. num. 3., Rota coram Bich. decis. 101. num. 12., in recen. decis. 597. num. 10. par. 5., decis. 347. num. 44. par. 12.*

Quæ porrò omnia, si procedunt respectu usus Testium, & productionis Scripturarum judicialitèr factæ, potiori certè Jure locum sibi vindicabunt, quando agitur de confessionibus, probationibus, earumque usu, proùt in casu nostro, extrajudicialitèr facto coram Arbitris,
non procedentibus in figurâ Judicii, & qui nul- 82
lam protulerunt Sententiam arbitramentalem, hoc namque casu cùm desit ille quasi contractus, qui in Judicio inter Collitigantes induci dicitur, probationes, confessiones, aliaque omnia extrajudicialitèr facta in Causa, non solùm nullo pacto probant contra utentem, per *Text. in leg. certum §. Si quis absente ff. de confess., Bald. in leg. bonæ fidei col. 3. vers. modo quæro de viva voce Cod. de reb. credit., Ale-*

xand.

xund. consf.45. in fin. lib.3., *Anton. G.briel. comm. conclus. lib.1. tit. de confess. conclus.1. num.1.*, *Mascurd. de probat. lib.1. conclus.347. num.1.*, *& conclus.790. num.4. & 27.*, *Petra de fide icomm. quæst.11. num.261.*, *Meno h de præsumpt. lib.6. præsumpt.53. num.38.*, *Franc. Marc. decis.457. num.4. par.2.*, *Rota coram*
83 *Bic h. decis.378. num.7.*, sed revocari, atque impugnari possunt *Thabor. axiom. Jur. lib.3. cap.61. axiom.1.*, *Anton. Gabriel. comm. conclus. lib.1. de confess. conclus.1. num.2.*, *Guazzin. ad defens. Reor. tom.1. defens.32. cap.12. m.12.*, *de Angel. de confess. lib.3. quæst.20. n.91.*

Denique minus officit, quod fides obitus Riccardi de Voilin, & cartulæ, quibus demandabantur diligentiæ pro eâ inveniendâ, repertæ fuerint penes Nicolaum Mariam, qui easdem usque ad obitum diligenter servavit, atque custodivit; nàm ex dicta receptione, & re-
84 tentione scripturæ inferri quidem potest adprobatio facti in eo contenti, quateuùs verum sit, at non idcircò eam retinens dicitur affirmare, quod ità verè res se habuerit, ut tradit *Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt.65. n.12.*, ibi = *Declaratur secundò, ut procedat hæc præsumptio, quod hic recipiens literas, vel Instrumenta præsumatur quidem adprobasse actum ipsum, non autem fateri, quod reverà ità fuerit gestus, ità declarant Comens &c. exemplum afferri solet si Procurator Titii ei dat literas, se mutuò recepisse suo nomine centum à Cajo. Titius iste recipiendo literas adprobasse quidem illas dicitur, si mutuò receptæ fuerint pecuniæ: Sed tamen non dicitur affirmasse, quod revera fuerint recepta, & propterea qui numerasse asserit, alitèr quam ex literis eam numerationem probare debere* =, & pratèr *R:p. in leg. admonendi num.139. ff. de jur. jurand.*, *& in cap. Cum M. Ferrariensis num.132. de Constit.*, *Gabriel.*, *aliosque à Menochio allegatos*, docuerunt *Alb. consf.448. n.5. & seq.*, *Caball. consf.123. num.5. lib.2.*, *Curucc. de deposit. par.1. pag.86. num.9*, *& de excusf. honor. quæst.6. par.2. num.53.*, *Gen. de scriptur. privat. lib.2. tit. de epistola num.133. & seqq.*, *Rota decis.811. num.38. & seq par.1. diversf.*, proùt in casu longe difficiliori de producente
85 scripturam, quod non censeatur adprobare enunciativas in ea contentas, nisi sint veritati omninò conformes, tradit *Bald. in leg. ex literis num. 2. Cod. de Milit. Testam.* relat. per *Rot. coram Peuting. decis.151. num.14.*, nullo itaque pacto, ex retentione talis fidei, ex quâ vix adprobatus dici posset obitus præfati Riccardi, probata dici poterit maternitas Antoniæ Calciæ respectu Nicolai Mariæ, de quâ nec in aliis cartulis, in quibus ab eodem Nicolao Maria demandata dicitur talis inquisitio, mentio ulla habetur; Profectò, ut benè notatur *in nostro Voto §.44.*, id esset inferre præsumptum de præsumpto, & multiplicare specialia, quod si Jura nostra non permittunt io materia ulla,
86 tametsi indifferenti, multò minùs ferendum erit in subjectâ materiâ differenti, maximèque præjudiciali, ideoque requirente superlativas probationes; præcipuè quando agitur de probanda filiatione ad effectum succedendi, ex deductis *§. Etenim Doctores*, eaque probanda est respectu Matris, quo casu rejectis probabilibus, & præsumptivis, directas, & necessarias probationes requiri probatum fuit *§. Quamobrem ad differentiam*.

Et quidem, cum probatio ista desumpta ex simili alicujus scripturæ retentione dici nequeat directa, & necessaria probatio rei, quæ in eisdem continetur, sed ex illa elici solùm possit tacita quædam, sive præsumptiva probatio; hujus vis æstimanda præcipuè erit ex qualitate, & consuetà ratione agendi illius Personæ, quæ talem scripturam retinuit; proindèque, si justà aliquà ratione conijci possit, quod retinere consueverit scripturas etiam, 87
quas nullo pacto adprobare voluisse præsumi potest, dicendum erit, ex simili retentione, nullam elici posse justam conjecturam adprobationis scripturæ retentæ, atque in ea contentorum, ut in terminis difficilioribus tradit *Rot. coram Pentinger. decis.324. num.7.*, *coram Bich. decis.169. num.13.*, *& decis.427. nu.14. & 15.*, *in recent. decis. 465. numer. 36. & 37. part.19.*; Ita sanè res se habet in casu nostro, nam Marchio Nicolaus Maria inter scripturas, quas conservabat, retinebat etiam Testes illos, qui deposuerunt de dementia Caroli ejus Patris naturalis, cujus prætextu Princeps Nicolaus ejus Frater donationem irritam reddere contendebat. Ut etiam inter ejusdem scripturas repertæ fuerunt plures, pluresque Epistolę, idiomate gallico secretò ad eum scriptæ à quodam familiari Cardinalis Lazzari, in quibus referuntur contumeliæ, probra, ac fædissima convicia, quæ à Principe Nicolao in ipsum jactabantur. Fatuus autem, & mentis, rationisque penitùs expers fuisset Marchio Nicolaus Maria, si dici posset retinuisse dd. Testes, quia veram agnovisset dementiam Patris, de qua illi deponebant, dictasque literas conservasse, quasi justè urgeri agnosceret conviciis, & contumeliis, quibus ipse in illis onerabatur. Ex tali itaque retentione inferri solùm poterit, quod citra adprobationem contentorum in dictis scripturis, ut plerumque solent imperiti, sed alioquin diligentes viri, conservaverit cartulas omnes, quæ in gravi illo negotio donationis, & adscriptionis nobilitati, ad ejus manus quoquo modo pervenerunt.

Quamobrem justà ratione Doctores agnoscentes, absolutè verùm non esse, quod retinens absque reclamatione scripturam aliquam, 88
censeatur adprobasse id, quod in ea continetur, duo requisiverunt, ut ex tali retentione tacita isthæc adprobatio elici queat; primò nempè, quod agatur de re, nullà indigente discussione, & præservatione, *Rota diversf. decis. 811. num. 39. part. 1.*, quale esset factum aliquod retinentis scripturam, pendens ab ipsius solà confirmatione, vel obligatione, ad quam suà pariter solà voluntate recipiens scripturam, spontè se obligasse diceretur; aliter autem res 89
se

se haberet, si scriptura recepta, vel retenta
respiceret factum alterius, *Farinac. consil. 56.*
num.11. lib.1., ibi = *Cum recipient literas con-*
tinentes factum Tertii, & Extranei, prout in
casu nostro, non dicitur in sui præjudicium illud
factum adprobare = vel ageretur de re, ad quam
recipiens invitus se obligare censeri nequiret,
Menoch. de præsumpt. lib.3.præsumpt.65.n.10.,
Secundò oportet, quod talis conjectura tacitæ
adprobationis ex istiusmodi actu desumpta,
90 aliquo coadjuvetur adminiculo, quod non
elidatur aliis contrariis, tacitam hanc adpro-
bationem excludentibus, juxta *Text. express.*
in leg.Instrumenta domestica Cod. de probation.,
Abb. in cap. non injustè de Procurator., *Gen.*
de Scriptur. privat. lib.3.tit. de Epistola n.131.,
Peregrin. de fideicomm. art.43. num. 73. versic.
si autem principalis materia; nullamque habeat
Juris, vel præsumptæ voluntatis Hominis resi-
stentiam, quæ expressam, vel æquipollentem
expressæ exposcat probationem, ad notata
91 per Doctores *in capit. Cum M. Ferrariensis de*
Constit., *Gratian. discept.forens.cap.259. n.13.*
& seq., *Gross. de contract. minor. inspect.2. quæ-*
stion.15. num.1. & 2., *Bonden. collect. legal.50.*
num. 132. lib. 2., *Rota coram Burat. decis. 82.*
num.17. & seqq. Utrumque autem deficit in ca-
su nostro.

Nam, quod attinet ad primum: agitur de
probanda maternitate Antoniæ Calciæ, quæ
ob summam ejus inverisimilitudinem, proma-
nantem, ut diximus *§. At verò & seq.*, ex re-
sistentia naturæ, & Legis, maximam require-
bat discussionem, atque perscrutationem: ea-
demque, utpotè non pendens à sola Nicolai
Mariæ confirmatione, vel voluntate, rejectis
92 probabilibus, ac præsumptivis, adeò require-
bat directas, & necessarias probationes, de
quibus *§. Quamobrem ad differentiam & seq.*,
ut nec veræ, & expressæ denominationes, qui-
bus ipse Antoniam Calciam Matrem suam vo-
citasset, maternitatem istam probare valuissent,
cautum namque reperitur, non asseverationi-
bus, non epistolis, oon denominationibus,
filiationem probatam censeri posse, quippè
Cognationes, & Consanguinitates non con-
93 sensibus nostris, sed à natura contrahuntur,
juxta *Text. express. in leg. non Epistolis 13.*, ubi
egregiè *Cyn. & leg. seq. Cod. de probation.*, *leg.*
neque professio 5. Cod. de Testib., *Salycet. in leg.*
non ignorat, Cod. qui accusar. non poss., *Bald.*
in cap per tuas de probation., *Peregrin: de fidei-*
comm. art. 43. num. 72., *Asin. in prax. judic.*
part.2. cap.45., *& cap. seq.*, *Mascard. de pro-*
bat. conclus.788. nu.15., *Excobar. de puritat.*,
& nobilit. sanguin. part.2. quæst.6. §.4. num.4.,
Scopp. ad Merlin Pignattell. centur. 2. cap. 85.
num.1., *Capyc. Latr. decis.151. num.23.*, *Rot.*
in Rec. decis.8. n.6. & seq., *decis.347. ex n.17.*
part.12., & pluries alibi, alioquin major vis,
quàm expressæ, tribueretur tacitæ, atque im-
94 plicitæ agnitioni, desumptæ ex tali retentione
habenti naturam confessionis incidentèr emis-
sæ, quæ nec prodest, nec nocet, *Thabor. axiom.*
Jur. lib.3. cap. 61. axiom.11., præsertim in
prohibitis, qualis est subjecta materia, in qua
si rejiciuntur expressæ agnitiones, & confessio-
nes, probatio sanè nulla elici potest ex tacitis, 95
idem Thabor. axiom. Jur. lib.18. cap.2. axiom.2.
in fin.

Deficit etiam secundum, quia in decursu
annorum 64., quibus semper vixit Marchio
Nicolaus Maria Pallavicinus, nec unus alle-
gatur actus, tractatus, nominatio, vel quid
simile ab eo directè procedens, quo mater-
nitatem istam agnovisse dici queat, vice au-
tem versà plurimi concurrunt actus serii, ac
determinati, qui eandem, & principium om-
ne, ac titulum consanguinitatis cum D. Ange-
la Hieronyma excludunt, ita quidem, ut ju-
stà ratione affirmare possimus, quod, si de-
mamus annum 1675., quo tractata fuit Causa
donationis cor. Senatu, & Arbitris, & obtenta
à Senatu adscriptio nobilitati, toto tempore
tàm antecedenti, quàm subsequenti integris
annis tribus supra sexaginta, adferri nequeat
unica enunciativa, quæ sive directè, sive indi-
rectè procedens à Marchione adduci queat pro
fundamento assertæ maternitatis: Dicto autem
unico anno occasione agendi dd. duo negotia, à
Collitigantium Defensoribus emissæ leguntur
enunciativæ, & assertiones illæ, quas latè con-
futavimus superioribus locis.

§. VI.

Nec etiam ex actis factis in Judicio adscriptio-
nis Nobilitati Januensi Marchionis Nicolai
Mariæ, nec ex Decreto illius favore edito,
firmatus dici potest ejus status, Filiatio nimi-
rùm ex Antonia Calcia.

JAm verò plenè his omnibus demonstrato,
quod, sive perpendamus ea, quæ in du-
plici Judicio coram Senatu acerrimè agitato,
sive spectemus alia, quæ coram Arbitris dedu-
cta, atque discussa fuere, nullo pacto ex illis
firmatus censeri potest status Nicolai Mariæ,
videlicèt eum progenitum fuisse ex Antonia
Calcia, multò minùs id probatum dici pote-
rit ex iis, quæ intermedio tempore acta fue-
runt in Judicio adscriptionis nobilitati Januen-
si, ad quod progrediemur, rém altius à sua
origine repetendo. Carolus ejus Pater natura-
lis, in Album Nobilium referri cupiens Filium,
quem ex fortuito complexu cum nobili Mu-
liere se suscepisse noverat, ut apud *clar. mem.*
Card. de Luc. de Donat. disc.62. in Supplement.,
anno 1664. induxit tres Testes asserentes, Ni-
colaum Mariam ab ea progenitum fuisse ex
quadam Antouia, cujus nomen honestatis
causà reticebant, *Summ. DD. de Pallavicinis*;
Hos autem Testes, quod attinet ad medium,
& originem maternam, nullo numero habitos
fuisse, apertè præsefert alibi relata Epistola
clar. mem. Cardinalis Lazzari, *dicto Summ.*
DD. de Pallavicinis, & Lomellinis, ibi =
Le prove fatte dal Signor Carlo, non servono =

ſed re infectâ, eum ille vitâ jam functus fuiſſet, Marchio Nicolaus Maria rem proſequens melioribus auſpiciis, obtinuit anno 1669. favorabilem reſolutionem, inque ea, nullatenus curatâ Matre, ſed attentâ ſolum ejus filiatione reſpectu Caroli Patris, quæ certa reddi videbatur jurata Patris confeſſione, ejuſque agnitionibus, communi reputatione, Judicio Senatus in puncto validitatis donationis, aliiſque conſimilibus argumentis, tamquam bene fundatam propoſuit inſtantiam ſuper dicta adſcriptione, & licèt tunc temporis dilata fuerit reſolutio, *Summ. DD. de Pallavicinis*; nihilominus rei gerendæ bene jam parato, non multò poſt ſeſe præbuit occaſio illam perficiendi: etenim, dum anno 1672. ipſe in Galliis morabatur, cum Reſpublica agitaretur Belli motibus à finitimo Principe excitis, operâ Miniſtri apud Chriſtianiſſimum Regem gerentis publica negotia Patriæ, eidem obtulit ſcuta duo millia auri: oblatum munus quàm gratum, acceptumque habuerit Senatus, declaravit publico Decreto, quo Nicolaus Maria decoratus fuit titulo Illuſtris *dicto, Summ.*; His igitur erga Patriam benemeritis ad peroptatos honores aſſequendos faciliori viâ ſibi patefactâ an. 1675. ſupremam operi manum admuvere decrevit, cumque Romam redijſſet, nobilibus Viris Conſanguineis ſuis ex latere Patris, & Agentibus negotium mandavit. Hi verò ſub erronea credulitate, quod medium maternum conferre poſſet ad obtinendam dictam adſcriptionem, licèt induxiſſent illos duos Teſtes, nempè D. Advocatum Jacobum Gonfredum, & Paulam Mariam, qui aſſererent, Marchionem Nicolaum Mariam, natum fuiſſe ex Antonia Calcia; attamen conſtans rei veritas eſt, quod dicti Teſtes nedùm in Proceſſu exhibiti minimè fuerunt, ut patet ex revolutione ejuſdem, integrè tranſcripti *in Summ. DD. de Pallavicinis*; ſed nec etiam in forma Judi-
96 cii exhiberi poterant; nam, ſi eorum examen completum fuit die 5. Maii dicti anni 1675., & Decretum adſcriptionis prodiit ſequenti die 6. ejuſdem menſis, tanta porrò temporis brevitas judicialem illorum productionem inveriſimilem prorsùs reddit, ad tradita per *Borel. conſ. 35. nu. 16., Marcian. conſ. 12. n. 19. in fin. lib. 1., Beniell. conſ. 7. nu. 3., Rodoer. conſil. 29. num. 26., Bellon. de his. quæ incontinenti fiunt lib. 2. cap. 49. num. 5. 6. & 8.*, & dictum fuit *in Voto edito in Romana Cappellaniarum 3. Septembris 1713. §. Additâ 30. in princip. cor. R.P.D. Amadorio*.

Quod ſi Pars adverſa figuret, eoſdem Teſtes extrajudicialiter exhibitos fuiſſe Senatoribus ad negotii hujus cognitionem delegatis, illicò compertum fiet, id verum non eſſe, vel illos penitùs contemptos, nullamque de eis habitam fuiſſe rationem, ut de facto proprio teſtatur Bartholomæus Bottinus in epiſtola ſcripta Marchioni die 11. Maij *noſtro Sum.*, ibi = *Fù però meſſa la poſta a Sereniſſimi Collegbj, ſenza attendere detti atteſtati, non sò ſe a fine di bene, ò di male*, = & Jure quidem, meritòque, quia, ut ſuo loco demonſtrabimus, informitas, captioſitas, & affectatio depoſitionum, ac grande, manifeſtumque artificium, quod in illis expiſcandis, & in unum colligendis adhibitum fuit, commentum pluſquam evidenter aperiebant.

Parvi itaque penſis dictorum Teſtium depoſitionibus, & ſic filiatione Marchionis Nicolai Mariæ reſpectu Matris manente in eo ſtatu incertitudinis, in quo illam reliquerant Teſtes examinati anno 1664., Senatus [licèt non ſine maxima Senatorum contentione, nam in contraria vota eiſdem ſciſſis, uno tantùm voto ille ſuperior fuit] negotium adſcriptionis abſolvit Decreto edito die 6. Maij anni 1675., in quo attentis tum probationibus, quæ reperiebantur in Proceſſu, nempè Teſtibus examinatis anno 1664., tum etiam reliquis aliis, quibus, ut notatum fuit, concludebatur filiatio Nicolai Mariæ reſpectu Caroli, tum denique perpenſis meritis, illi quæſitis ex pecunia occaſione imminentis Belli donatâ Reipublicæ, de quibus omnibus diſerta mentio habetur in dicto Decreto Senatus *Sum. DD. de Pallavicinis n. 7. in fin junctis §§. antecedentibus*; Idem in Cœtum Nobilium cooptatus fuit, eidemque epiſtolis datis die 11. menſis Maij, quibus illi ſignificatum fuit Decretum hoc editum die 6. dicti menſis, certior etiam factus legitur de contemporaneo examine præfatorum Teſtium, qui, ut dictum eſt, nec adhibiti, nec exhibiti reperiuntur pro obtinendo dicto Decreto, à Senatu facto independenter, & præciſivè à medio materno, impertinenti penitùs reputato.

Profectò rationes, & argumenta, quibus *§. Cauſæ igitur & plurib. ſeqq.* oſtendimus, ex iis, quæ deducta fuerunt in contradictorio Judicio donationis, tàm coram Senatu, quàm coram Arbitris agitato, firmatum dici non poſſe ſtatum Nicolai Mariæ, ejuſque filiationem ex Antonia; multò magis probare videntur, quod idem conſtabilitus dici nequit ex actis, & Decreto edito in dicto Judicio adſcri- 97
ptionis nobilitati; ut enim rei evidentiâ demonſtravimus *in §§. immediatè præcedentibus*: Si evolvamus illius acta, cum adhibiti reperiantur Teſtes ſolummodò in eadem Cauſâ adſcriptionis examinati anno 1664., qui certam Nicolai Mariæ Matrem non nominant, prætermiſſis omninò dd. duobus Teſtibus examinatis anno 1675., nulla ſanè ſtatus probatio elici poterit hiſce ex Teſtibus, & informibus probationibus, quæ ſunt extra acta, ex notatis *§. Prima noſtri aſſumpti*; ſi verò ſpectemus Decretum ipſum adſcriptionis nobilitati, quonam pacto ex eo conſtitutus dici poterit talis ſtatus, quando in illo nec expreſsè, nec virtualiter 98
idem firmatur, nullaque mentio fit maternitatis dictæ Antoniæ? ad latè deducta *d. §. Cauſæ igitur*, in quo probatum fuit, Decretis, Sententiis, Rebuſque Judicatis tunc demùm firmatum dici poſſe ſtatum, quando prævià ple-

pleni illius discussione principaliter, & non incidenter in Sententia, verbis affirmativis conceptà, expressus reperitur.

Omitti itaque posset tamquam supervacanea, quæstio tractata in contrario Restrictu, an nempè probationes factæ in Judicio adscriptionis nobilitati, suffragari queant in Judicio plenario vindicationis hereditatis, nam, ut hujusmodi quæstio locum sibi vindicare posset,
99 probandum prius esset, quod reverà adessent probationes, certam reddentes maternitatem Antoniæ, quodque eædem formitèr compilatæ, admissæ deinde, receptæque probarentur pro tali adscriptione consequendà; At non ità res se habet in nostra hypothesi, quia probationes, & Testes adducti anno 1675., nec formitèr recepti, nec ullo pacto admissi fuerunt, sed, illis contemptis, ex aliis omninò diversis motivis à Senatu attributa fuit Nicolao Mariæ adscriptio nobilitati Januensi; quamobrem in eversionem talium probationum statim recurreret earum rejectio, sive non usus in Judicio adscriptionis nobilitati, ex quo, veluti ex antecedenti, consurgeret illud in subjecta materia necessarium consequens, quod nempè, si dictæ probationes inefficaces reputatæ fuerunt in eo Judicio, & quidem ad facilem, & nemini præjudicialem effectum: efficaces procul dubio reputari nequibunt pro tribuendo iis, qui se Conjunctos dicunt ex latere materno, Jus plenariæ successionis in Bonis Consanguinei illegitimi, ut in nostro *Voto sub §.25.*

Verùm enim verò, ut plenius Parti adversæ satisfaciamus, operæ pretium facturos nos credimus, si demonstraverimus, quod tametsi, per malam hypothesim in eo Judicio dicti Testes admissi, & de filiatione Nicolai Mariæ ex Antonia Calcia actum, dictumque fuisset; Nihilominùs in hoc alio Judicio, quod hodiè agitur, suffragari non possent D.Mariæ Hieronymæ; Nam, sive spectemus rem ipsam in
100 dicto Judicio petitam, sive intueamur naturam talis Judicii, & modum in eo procedendi, nullà justà ratione sustineri potest, quod status Nicolai Mariæ, qui in eo firmatus diceretur, admittendus sit ad illum tantoperè præjudicialem effectum consequendi in Judicio petitorio, ac decisorio plenariam successionem cum irrevocabili acquisitione dominii in præjudicium Tertii, independenter ab illius persona solo Legis ministerio, & operatione in ejusdem Bonis succedentis.

In eo namque Judicio agebatur de adscriptione merè honorificà nobilitati Januensi, ad quam assequendam impertinens erat medium maternum Antoniæ, cum Senatus illam impartiretur spectatà origine paternà, eademque nullum secumferebat præjudicium Tertii, imò
101 nec etiam eorum de Gente Pallavicina, proindèque facili negotio, solà munificentià Senatus concedi poterat, juxta ea, quæ notantur apud *Capyc. latr. consultat.50. num.21., & consultat.12. num.17., Carol. Antan. de Luca de lin. legal. lib.1. artic.25. num.19. ad fin., & in observat. ad Franch. decis. 357. num. 2., Reverter. decis.428. in fin.*, in Supremi namque Principis potestate cum sint Nobilitatis, & Dignitatum thesauri, *Bald. in cap. primo titul. quis dicatur Dux, Amaya in leg. final. cap. 3. nu. 23. Cod. de Decurion. lib.10., Valenz. cons.82. n.23., Ann. allegat.57. num.2., & allegat. 130. nu.3., Mierez. de maiorat. par prima quæst.26. n.114., Arnyseus de Jure maiestat. lib. 2. capit. 3.* cum aliis apud *Pegas ad ordinat. Regn. Portugall. tom.1. lib.1. titul. 2. §. 12. num. 40. & seq. fol. mihi 424.*, potest quem vult summis honoribus exornare, ad *Text. in leg.1. Cod. de Metropoli Beryto lib.11., Loffred. consil.39. nu.1.*, &, ut ait *Marc. Terent.* Eques Romanus ad Tiberium Imperatorem apud *Tacit. annal. libr.5. = non est nostrum æstimare, quem supra ceteros, & quibus ex causis extallas, tibi summum rerum Judicium Dii dedere =.*

Qualitati rei, nemini præjudicialis, & pendentis à mera liberalitate Principis concedentis, consonat natura Judicii, quod in hujusmodi Caussis instrui, ac modus, quo in eisdem procedi solet; quippè in eo, juxta qualitatem
gratiæ petitæ, admitti poterant leviores proba- 102
tiones, & ratio Judicii alium non exposcebat Contradictorem, quàm ipsum Senatum, gratiam adscriptionis concedentem, per ea quæ tradunt *Riminald. Sen. cons. 615. numer.9., de Pont. consil.3. num.56. & seqq., & consil.4. n.7. & seqq. lib.2., Morot. consil.66. nu.42. & seqq., Mascard. de probat. conclus.753. num. 1., Escobar. de puritat. & nobilit. proband. quæst.9. §.4. num.4., Censal. ad Peregr. de fideicomm. articul.33. vers.4. declara fol. mihi 299., Castald. consult. 199. num. 2. lib.2., Rota Lucana inter collect. apud Palm. dec.178. num.13. & plurib. seqq., Rota in antiq. dec.14. de Præbend., Rot. post Mel. observat. decis. 114. num. 11. & seqq., in recent. decis.229. num. 12., decis. 383. nu.2. & 11. part. 16., in Foralivien. Loci Consilli 5. Maii 1704. impress. apud Paulut. dissert.86. decis. unic. §. Secundum argumentum coram Reverendissimo M. lines, & 7. Maii 1706. §. Quod autem coram Eminentissimo D. Card. Priolo*; Quamobrem nil mirum, quod, inspectà natu-
rà, & modo procedendi in tali Judicio, proba- 103
tiones in illo sufficientes, tamquam, ut suo loco demonstrabimus, levissimæ, & factæ sine legitimo Contradictore, idoneæ reputari nequeant ad firmandum statum, & filiationem pro effectu consequendi irrevocabile Jus successionis, *de Pont. d. cons.3. nu.78. & seqq. lib.2.*, & magis præcise ad rem nostram docuerunt *Censal. ad Peregrin. articul.33. inspect.2. §. Quæ conjecturæ fol. mihi 57. juxta Venet. impress.*, inquiens, quod, quando talis pobatio *non est directa super filiatione, sed super aliquo Judi-
cio possessorio, vel super præstatione alimento- 104
rum, vel recuperatione Bonorum, sive consecutione gradus, & dignitatis, etiam quod sit fundata super filiatione, non facit præjudicium Tertio, nec in Judicio principali ipsius filiationis, sed solùm quoad casum illum, quod tantò fortiùs*

procedit in hac Immissione prætensa per interdi-
ctum quorum Bonorum, quod necessariò requirit
filiationis probationem, *Carol. Anton. de Luca*
de lin. legal. art.25. num.23. & seq., *Torr. va-*
riar. Jur. quæst. tom.2. tit.8. quæst. 2. num. 40.
vers. Terzo perche, *Rot. coram Zarat. decis.73.*
num.15., *& decis.99. num.pariter 15. & seqq.*,
in rec. decis.8. num.5. & seqq. part.12., quem-
admodum in fortiori casu probationes, ac Te-
stes super legitimitate examinati ad effectum
susceptionis Sacrorum Ordinum, imò Senten-
105 tia ipsa super hoc, ab Ordinario prolata, non
attenduntur in Judicio, in quo de successione
contenditur, *Rota coram bon: mem: Emerix.*
Jun. decis.661. num.21. & seqq., *& decis.683.*
ex num.5., *& decis.969. ex num. 3. utrobique*
usque ad num.11.; Ut etiam examen Testium
factum ad effectum obtinendi licentiam pro
106 Matrimonio contrahendo, attendendum mi-
nimè est in alio Judicio contra Tertium, *Rot.in*
rec. decis.31. num.13. part. 18., nemo autem
non videt, quantò in his casibus, in quibus
agitur de validè, vel licitè administrandis Sa-
cramentis, requirantur probationes præstan-
tiores illis, quæ exposcuntur pro adipiscendis
Juribus honorificis.

Et sane, si, ut diximus *§. Etenim Doctores*, in
hac tractatione Juris successorii, constituti sunt
tot gradus probationum, ut, etiam si agatur
inter easdem Personas, probationes sufficien-
tes ad alimenta sive temporaria, sive perpe-
107 tua, imò etiam successionem ipsam in aliquo
casu consequendam, non sufficiant pro illa ob-
tinenda in alio casu, maximè verò in Tertii,
præjudicium, ut luculenter in nostro *Voto §.13.*
quonam pacto Decretum à Marchione Nico-
lao Maria obtentum pro consequenda, nemini
præjudiciali, admissione ad nobilitatem, solà
108 Principis Supremi munificentià impartiendà,
suffragari poterit pro irrevocabili successione
adipiscendà in præjudicium Tertii? Jura etenim
nostra, cum id veluti præcipuum semper cu-
rent, & intendant, ut Jus Tertii incolume per-
petuò maneat, non sinunt, quod Decreta,
& Sententiæ editæ super admissione ad istiuf-
modi Jura honorifica, præjudicium ullum Ter-
tio parere queant quoad perpetuas, & irrevo-
cabiles successiones: Imò verò, si quis litigans
cum Fisco, citato Procuratore Fiscali, & sic
per Sententiam, cum legitimo Contradictore
109 latam, obtinuerit, se declarari nobilem, ta-
lis Sententia nocere nequit Juribus Universita-
tis, quamvis Jus nobilitatis sit indivisibile,
ut præclarè docuit *Sess. dec. Aragon. decima*
per tot., nullà sanè justà ratione ex istiusmodi
adscriptionibus nobilitati, Tertio adimi poterit
110 Jus successionis, illi à Lege, vel ab Homine
delatum: præsertim verò, quando, ut in ca-
su nostro factum fuisse demonstrabitur, in pro-
banda qualitate, & statu personæ Nicolai Ma-
riæ adscribendi nobilitati, adhibitæ fuerunt
informes omninò probationes, quæ certè re-
cipi nullo modo poterunt ad effectum tanto-
perè præjudicialem, quando eædem inefficα-
ces reputarentur in linea ipsa Jurium honorifi-
corum, quæ si non deferantur ex Principis li-
beralitate, sed agatur de Juribus honorificis,
seu adscriptione nobilitati, non nisi certi ge-
neris Personis Jure hereditario, & sanguinis
concedendis, rejectis hoc casu genericis pro-
bationibus, exposcitur probatio descendentiæ 111
per gradus distinctos ab eo stipite, à quo talia
Jura in familiam, & illos de certa gente pro-
manarunt, *Menoch. de præsumpt. libr. 4. præ-*
sumpt.78. num.2., *Cyriac. controv.281. nu. 29.*
& seqq., *Carol. Anton. de Luca de lin. legal.*
lib.2. art.15. numer. 20., *Torr. de Majorat. &*
Primogen. Ital. part.3. cap.32. num.221., *Rota*
coram Merlin. decis.699. num.32., *coram Royas*
decis.253. num.2., *coram Cord.Cels. decis.341.*
num.3., *in Bononien. Fideicommissi de Bove 31.*
Januarii 1691. §. In nihilo coram Reverendiss.
Molines impress. apud Bertacchin. Vot.60. nu.2.,
& hac distinctione conciliando Doctores, qui
in contraria Vota scissi videntur, ita ait *Rota*
in d. Forolivien. Loci Consilii coram Eminentiss.
Priolo loco superiùs citato.

§. VII.

Respondetur objectioni, quà dicitur, probatione
desumptá ex Testibus examinatis anno 1675.
occasione adscriptionis nobilitati, firmatum
videri posse statum Marchionis Nicolai Ma-
riæ, quia illi de ejus mandato inducti fuerunt,
eorumdemque examen ab ipso adprobatum cen-
setur, nunquam reclamando, & illud penès
se perpetuò retinendo.

OMittimus verba facere de postrema hujus
objectionis parte, in qua dd. Testium
examini perfectæ probationis vis quæsita dici-
tur ex eorum retentione, & repertione penès
March. Nicolaum Mariam, etenim illa planè
sublata fuit *§. Denique minùs*, id unum ibi de-
ductis addendo, quod ex retentione foliorum,
in quibus dd. Testium examen continetur, tunc
demum elici posset argumentum aliquod pro 112
ejusdem adprobatione, quum nempè illud ali-
quo dumtaxat laboraret extrinseco defectu, qui
inducentis consensu, & adprobatione sanari
posset, & quidem in ipsius dumtaxat præjudi-
cium, non autem Tertii; at secus est, quando
idem non solùm peccat extrinsecis defectibus,
sed personæ, & dicta Testium gravibus perstrin-
guntur exceptionibus, eorumque depositio-
nes veræ non sunt; hoc enim casu qualis [ut
infrà probabimus] est noster, cum desit sub-
jectum, & primordium veritatis, quo con-
firmari possit, frustra recurritur ad adproba-
tionem elicitam ex retentione foliorum, qui-
bus d. examen continetur, præsertim cum res
agitur in Judicio, in quo veritas, quæ est ba-
sis, & fundamentum justitiæ, *Thobor. axiom.* 113
Jur. lib.29. cap.12. axiom. 21., voluntate, &
facto hominis mutari non potest, idem *Thobor.*
d. cap.12. axiom.1., maximè autem in Tertii
præjudicium.

Quam-

Quamobrem examinando primam contrariæ objectionis partem, duplici responsione illam refellimus. Prima est, quod cum non exhibeatur expressum, & speciale mandatum à March'one Nicolao Maria datum pro examinandis dd. Testibus, & declarandâ in specie maternitate Antoniæ, non est, cur exadverso obtendatur præsumptum, elicitum ex eo, quod, si illius Agentes sub credulitate, quod pro obtinenda adscriptione nobilitati requireretur probatio originis maternæ, ad eam probandam induxerunt, & examinarunt dd. Testes, eorumdem examen referendum sit ad ipsum Marchionem Nicolaum Mariam, qui eadem credulitate ductus, vel illis dederit generale mandatum pro gerendis iis omnibus, quæ conferebant ad d. adscriptionis negotium, quod sine tali probatione, & certitudine medii materni confici non posse putabatur; vel saltem quod non reclamando, sed gesta à suis Procuratoribus rata habendo, dd. etiam Testium examen, & probationem, ex eo resultantem, adprobasse censendus sit.

Discursus namque iste mole suâ ruit, nam, ut diximus §. *Quod si Pars adversa & seq.*, verum non est, quod probatio certæ Matris esset necessarium antecedens, sine quo obtineri nequiret adscriptio nobilitati, & præterea, tametsi talis probatio necessaria videri potuisset, nihilominus Procurator ad illud negotium explendum deputatus, nequivisset arbitrio suo ta-
114 le medium declarare, fateri, atque identificare; similes namque actus, utpote exposcentes speciale, & individuum mandatum, non pertinent ad Procuratorem, vel negotiorum Gestorem quacumque etiam amplissimâ facultate præditum, *Alex. cons. 18. num. 14. lib. 5., Paris. cons. 37. num. 13. lib. 1., Rot. coram Seraphin. decis. 1100. num. 7., in rec. dec. 525. nu. 8. part. 4. tom. 3., & decis. 174. nu. 5. & 6. par. 17.*, nam regula generalis exadverso inculcata, quod videlicet Procuratori constituto ad actum aliquem explendum, dicatur in necessariam consequentiam attributa facultas gerendi ea omnia, sine quibus res commissa obtineri non
115 potest, procedit solummodò in iis, quæ sicuti dicuntur necessaria consecutiva ad negotium commissum, ita Constituenti ad alios effectus præjudicialia esse nequeunt, idcircòque non requirunt speciale mandatum, sed rectè venire possunt in necessariam consequentiam illius principaliter dati pro negotio gerendo, istique sunt termini auctoritatum congestarum in contrario Restrictu §. 34. At alitèr res se habet in declaratione, affirmatione, & confessione status personæ, & specialiùs certæ Matris, hæc enim respectu Marchionis dicebatur res, & causa capitalis, ut dictum fuit §. *Compertum itaque in fine*, quæ secumferre poterat plurimos, & quidem summoperè præjudiciales effectus, præsertim verò quoad illam Causam tunc adhuc pendentem super validitate, vel nullitate donationis, in qua cum ipse totam semper defensionem reposuisset in præsumptione Juris, juratâ Patris agnitione, & dispositione Statuti, maximoque studio, & curâ semper elaborasset induere personam, & figuram Actoris, profectò in istiusmodi circumstantiis nequibant ejus Agentes simpliciter deputati ad negotium adscriptionis, sine speciali, & individuo mandato, certam Nicolao Mariæ Matrem statuere probationibus super ea adductis: exposuissent enim Constituentem gravissimis præjudiciis, quæ à dictæ certæ Matris indigitatione promanare poterant; Quamobrem negotium hoc tantâ animadversione dignum, virtualiter comprehensum dici nequibat in mandato ad certum negotium, sub 116
quo, cum nunquam veniant ea, quæ in Mandantis præjudicium retorqueri possunt, juxta *Text. in leg si Procurator 6. ff. de condit. indebit., Bald. in cap. 1. tit. per quos fiat Investitura, Grat. cons. 99. num. 1. lib. 1., Meno h. consil. 131. num. 90., cons. 400. num. 4., Goliu. de Procurator. par. 2. cap. 4. n. 18., Rot. dec. 58. n. 1. par. 4. divers., cor. Benincasa dec. 347. n. pariter 4.*
propterea in ordine ad hæc requiritur semper 117
mandatum speciale, etiamsi sine illis negotium commissum expleri nequiret, ut limitando contrariam regulam distinguunt *Felin. in cap. primo num. 14. ut lite non contestat, Paris. cons. 115. num. 18., & seq. lib. 1., Rot. coram Puteo decis. 171. num. 2. lib. 3, coram Gregor. cis. 270. num. 9., coram Buratto decis. 36. numer. 16., & in rec. decis. 198. numer. 3. part. 1. decis. 9. num. 28. part. 19.*, Certius autem in nostra facti specie, nam, si in mandato nunquam
comprehensa censentur ea, quæ inverisimi- 118
milia, aut improbabilia sunt, ad *Text. in cap. in generali 81. de regul. Jur. in 6., Corn. cons. 284. num. 6. lib. 4. Soccin. Jun. cons. 22. num. 21. lib. 3., Valenz. cons. 186. num. 28., Barz. decis. Bonon. 125. num. 25., Larrea decis. Granaten. 19. numer. 9. in fin.*, nullo sane pacto præsumi potest, Marchionem Nicolaum Mariam suis Agentibus dedisse mandatum, & facultatem in suam Matrem agnoscendi, & declarandi Mulierem, quam non solum falsum omninò, vel saltem inverisimile prorsus erat esse talem; Verum prætereà ex falsa, vel inverisimili ista declaratione, ejus status, & fortunæ in maximo discrimine positæ fuissent.

Irritoque conatu in præmissorum defectum confugit contrarius Restrictus ad tacitam ratihabitionem Marchionis, qui non reclamavit adversus Testes modo, quo suprà inductos, quinimò acceptato Decreto adscriptionis, solutisque omnibus mercedibus, & honorariis, ea occasione debitis, atque promissis, copiam authenticam earùdem depositionum, proprio caractere connotatam, penès se usque ad obitum retinuit: Nam, cum ille nihil magis in votis habuisset, quàm obtinere adscriptionem Patriæ nobilitati, tot annis efflagitatam, quis ne mente quidem cogitare unquam poterit, quod post illam tanto studio, tantisque suorum Agentium laboribus adeptam, improbando media, redarguere voluerit eorumdem factum, & re-

& recusare solutionem honorariorum, quæ in quantitate valdè exigua debebantur Procuratoribus, Amanuensibus, & Actuariis; quando alioquin ipse in eo negotio perficiendo tantas pecuniarum summas, tot annorum curas, & labores, omnium denique Amicorum, & Consanguineorum auctoritatem, studia, & operas insumpserat; Ad hanc itaquè causam referenda est taciturnitas, & acquiscentia Marchionis Nicolai Mariæ, non autem ad approbationem Testium inductorum, quos cum scivisset sinè mandato suo examinatos, & tum ex Processu, atque ex actis, tum etiam ex testimonio Bottini novisset, illos neque adhibitos, neque de iisdem rationem ullam habitam fuisse, ut meminimus d. *§. Quod si Pars adversa*, cessabat occasio quævis reclamandi, dum ipse tutus reddebatur de illorum irrelevantia, quæ sicuti Jus suum incolume conservabat, sic etiam justam dedit causam suæ taciturnitati, idcircò non attribuendæ agnitioni, & ratihabitioni facti tantoperè præjudicialis, ducto argumeto ex egregio *Textu in leg. Cajas Se-*
119 *jus 39. ff. de pignorat. act on.*, ubi *Modestinus*, Juris consultus respondit, eum, qui, tamquam Testis, alterius testamento subscripserat, taciturnitate sua ratà habuisse non putari, quæ in eis tabulis in sui præjudicium scripta erant, & optimè tradiderunt *Ruin cons. 161. num. 38. lib. 1., Soccin. Jun. cons. 106. nu. 41. lib. 3., Cephal. cons. 215. num. 30., cons. 445. nu. 28., Tiraquell. de retract. Consanguinitat. §. 1. Gloss. 9. num. 146., Palm. Nep. allegat. 75. num. 51., Rot. coram Seraph. decis. 254. num. 11., coram Buratta decis. 236. num. pariter 11., & in rec. decis. 58. num. 15. part. 15.*; eoque certius in casu nostro, quia taciturnitas ista, non est judicialis, sed supervenit post absolutum Judicium, elicitur namque ex eo, quod post obtentum Decretum adscriptionis, transmissumque ad Marchionem
120 Testium examen, in Judicio minimè adhibitum, ipse non reclamaverit; hoc namque casu, cum versemur in taciturnitate extrajudiciali, eadem attendenda non est in re, quæ tacenti præjudicium irrogare poterat, *ad Text. in leg. sicut 8. §. Non videtur ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solvat., leg. filius familias 8. §. Invitus ff. de Procurator., leg. qui vas 49. §. Vetare ff. de furt., Bartol. in leg. quæ Dotis num. 22., & seq. ff. de solution., ibique Jason. num. 70.*, inquiens, Sententiam hanc communi Doctorum suffragio esse receptam, *Gallerat. de renunc. tom. 1. lib. 5. cap. 11. num. 17., & seq., Facchin. controv. Jur. lib. 8. cap. 64. litt. D. vers. Tertium, Sanchez., de Matrim. lib. 1. disput. 5. numer. 5., Mascard. de probation. conclus. 1158. num. 25., Gratian. discept. 38. nu. 20., discept. 68. num. 16., discept. 140. num. 18., Hodiern. controv. 28. num. 52., Larr. alleg. Fiscal. 112. numer. 43. vers. nam & si lib. 2., Viv. decis. 23. num. 10., & seq., & Rot. post Pacific. de Salvian. dec. 154. num. 5.*

Altera æquè valida responsio, qua contraria objectio submovetur, ea est, quod, tametsi dd. Testium examen de mandato Marchionis Nicolai Mariæ factum, in Judicio adhibitum, & ab illo per ratihabitionem approbatum censeri posset, & nullà deniquè exceptione præfatorum Testium dicta, & Personæ notari possent; nihilominus ex eisdem nulla desumi valeret legitima probatio, qua favore D. Arnaldæ in prejudicium Tertii firmatus dici
posset illius status, ex ea Juris regula, qua 121
traditur, quod qui juvari nequit Sententiâ, nec etiam juvari potest actis, quodquè viceversà acta non nocent illi, cui nec etiam Sententia noceret, ducto argumento à *Textu in cap. inter dilectos 6. §. In omnibus autem vers. porrò de Fid. Instrument.*, & sequendo *Bartolum*, ait *de Ponte d. cons. 3. num. 78. tom. 2.* ibi = *est enim hoc regulare, quod talia acta non nocent, quando nec etiam sententia noceret, juxtà magistralem doctrinam Bartoli communitèr receptam in leg. 2. §. prima ff. de vi Bonor. raptor.* = *Guttierez. cons. 1. numer. 3., & seq., Valenz. cons. 105. num. 32. lib. 2. in Voto decisivo Senatus Mantuani inter decis. collect. apud Palm. tom. 4. decis. 361. num. 29.*, ibi = *jungebatur hisce omnibus motivis unum, & alterum animadvertendum, unum, quod, si D. Comes de Blandrate, modò actor, non potest juvari præfatà sententiâ, per Lucidum ad sui commodum reportatâ, ut dicebatur supra in motiv. 4., & 5., nec etiam successivè potest juvari actis, & probationibus factis ab ipso Lucido, cum omnes in istis terminis admittant, sententiam, & acta, & probationes pari passu incedere, & procedere* =, Cum itaque *§. Profectò rationes & plurib. seqq.* planè demonstraverimus, istiusmodi Decretis, & Sententiis latis pro obtinenda aggregatione cætui Nobilium, vel adipiscendis Juribus honorificis, firmatum censeri non posse statum
attendendum in Judicio petitorio pro asse- 122
quenda irrevocabiliter successione in præjudicium Tertii, nullo certè numero habenda erunt acta dicti Judicii, consistentia in dictis duobus Testibus, qui præterea infra recensendis exceptionibus notantur, *de Pont. cons. 3. numer. 78. lib. 3., Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. artic. 23. juxta Venetam impressionem fol. mihi 57. vers. quæ conjecturæ.*



§. VIII.

Probatur, quod superiùs relata Judicata, & acta coram Senatu, & Arbitris, tametsi colore aliquo firmasse dici possent statum filiationis Marchionis Nicolai Mariæ ex Antonia Calcia; nihilominùs talis status, utpote firmatus inter alios, non afficeret Reverendam Cameram.

Ob eam rationem.

Quod ipsa habet principale interesse, & non est heres præfati Marchionis, sed ex Jure prorsùs independente à quocumque titulo hereditario occupat Bona illius, tamquam vacantia per ejusdem obitum sine testamento, & sine legitimo Herede.

Quamobrem.

Si non afficitur dd. Judicatis, & sententiis, multò minùs affici poterit, aut servare tenebitur dicta, facta, & confessiones, Defuncti Bona minimè afficientia.

CONfecta jam est prima nostri assumpti pars, ut enim proposueramus *§. Causa igitur*, saparatim agentes tum de Judiciis in Causa donationis, & adscriptionis nobilitati, tum de arbitramento, ostendimus, nec ex eorum actis, nec ex iis, quę sive judicialiter, sive extrajudicialiter in illis, & coram Arbitris deducta fuerunt, minùs verò ex Decretis, & Judicatis in dd. Causis editis, firmatum dici posse statum maternitatis, & respectivè filiationis Nicolai Mariæ ex Antonia Calcia. Reliquum modò est, ut juxta alteram assumpti partem, pariter propositam *dicto §. Causę igitur*, ea simul, unà omnibus communi, responsione complectentes, demonstremus, quod tametsi in dd. Judiciis, tractatus, discussus, & firmatus videretur talis status; nihilominùs ille afficere, & nocere non posset Tertio, qualis est Rev: Camera, quæ non ex persona, & Jure hereditario Marchionis Nicolai Mariæ, sed Jure proprio, & ab illo omninò independente, vindicat, sive verius retinere contendit dominium Bonorum præfati Nicolai Mariæ, sinè testamento, & legitimo herede defuncti, ideòque, tamquam vacantium, Legis ministerio in ipsam traslatum.

Illa enim Juris, & æqui, bonique summa
ratio, qua præcipitur, rem inter alios actam
Tertio nocere non debere, ut toto *tit. Cod. res*
123 *inter alios act.*, locum etiam obtinet in Judiciis,
in quibus, licèt is, qui est heres, aut successor eorum, inter quos Sententia lata fuit, illà
124 juvari, vel præjudicari queat, *Venturin. decis. 52. sub num. 19. §. Præmissa itaquè*, & passim apud alios; attamen ex eorumdem Judiciorum æquitate Tertio nocere minimè valet, ut *tot. tit. Cod. quib. res judic. non noc.* & disponitur *in leg. sape ff. de re judic. cap. penult. eodem tit. cap. inter dilectus 6. 9. In omnibus autem vers. porrò de fid. instrum.*, *Seff. decis. Aragon. 10. num. 9. & per tot.*, *Venturin. d. decis. Florent. 52. num. 6. & pariter per totam*. Quamobrem, quoties agitur de privato interesse successionis, vel alterius similis Juris, ut Sententia lata cum legitimo Contradictore ad
normam *Text. in l. ingenuum ff. de stat. homin.* 125
firmasse dicatur statum, qui alteri faveat, vel noceat, nedum requiritur medium congruum, videlicet, quod Causa sit plenariè, & legitimè defensa à legitimo Contradictore, deducente exceptiones suas adversùs contrarias probationes, ut sequendo *Bald. in d. leg. ingenuum* explicat *Seff. decis. Aragon. 10. num. 18.*, & tradunt *Tranchedin. consult. 43. nu. 46. tom. 1.*, *Rot. coram Bich. decis. 550. num. 5. & seq.*, *coram bon. mem. Emerix Jun. decis. 667. numer. 23.*; Sed prætereà oportet, quod principium sit legitimum, idest, quod Litigator, legitimus nempe Contradictor, sit talis, ut habeat præcipuum, & principale Jus, ab eoque pendeat Jus ceterorum, tunc enim Sententia cum eo lata, aliis præjudicare poterit, ut egregiè docuit *Bald. in dicta leg. ingenuum num. 1.*, ibi = *Item quod ab isto petitore pendeat Jus cæterorum; secus si aliquis esset hic principalis* = secus
verò est, si Sententia lata fuerit inter pares 126
Competitores, & habentes jus æquè principale, ut fusiùs explicando sententiam *Bald.* ait *Seff. in d. decis. 10. nu. 18. & seq.*, ibi = *quæro inquit quis dicatur legitimus actor, & reus, ut sententia cum eo lata in Causa ingenuitatis, quoad omnes Jus faciat, & exceptionem rei judicatæ producat, & respondet, illum dici legitimam personam, quæ Jus præcipuum habet in agendo, vel defendendo, per leg. 1. §. Denuntiari ff. de ventr. inspiciend., quia sententia lata cum hac persona, habente præcipuum, & principale Jus, præjudicat omnibus habentibus minùs principale Jus, & sic secundarium; Ex quo infert Bald. d. num. 1. vers. & ideò, quod inter pares Competitores, idest inter habentes Jus æquè principale sententia lata contra unum in Causa ingenuitatis non præjudicat alteri, adeout sententia lata contra unum Fratrem, vel Patronum pro ingenuitate Liberti, non probet, neque faciat Jus quoad alterum Fratrem, vel Compatronum: & adducit rationem, quia cum habeant Jus coæquale, unus nihil potest supra alterum, nam, & Asinus intumescit, si per comparem nominari tuetur, leg. ille à quo §. Tempestivum ubi gloss. ad Trebell. tandem resolvit Bald., Litigatorem debere esse talem, ut præjudicet sententia cum eo lata, quod pertineat illi Jus in capite, idest in princip., & quod alii, quibus præjudicium infertur, sint sub eo, sicut membrum sub capite. His igitur Bald. declarat leg. ingenuum, & non obstante, quod status hominis videatur indivisibilis, asseverat, sententiam super ingenuitate, & pro ejus favore latam contra unum Patronum, non præjudicare alteri Compatrono coæquale Jus habenti* =.

In

In Causâ igitur filiationis, tunc demum Sen-
tentia lata, & status ita firmatus censendus erit
cum legitimo Contradictore, ut etiam Tertium
afficere valeat, quum id actum fuit inter Pa-
trem, & Filium, ex his namque, velut ex ra-
dice, Jus aliis competere dicitur, at non etiam
ità res se habebit, si Sententia lata sit cum ali-
quo, de lineà transversa, ut optimè declarat
*Covarr. practic. quæst. tom. 1. quæst. 13. sub nu-
mer. 5.* ibi = *Nec enim dubium esse potest, sen-
tentiam esse hujusmodi qualitatis, & conditio-
nis, ut cum uno lata, multis aliis præjudicet,
vel prosit, nempè ubi lis tractatur cum legitimo
Contradictore, à quo aliorum Jus in eadem re
derivatur, & oritur, & qui primas obtinet in
ea controversia partes. In hac etenim specie sen-
tentia lata facit Jus quoad omnes, etiamsi nec
litigaverint, nec vocati fuerint ad Judicium,
nec scientiam litis controversæ habuerint. Pro-
bat hanc conclusionem Text. in leg. prima §. ul-
tim., & leg. seq. ff. de liber. agnosc., Etenim, ut
ibi respondet Jurisconsultus, Sententia lata in
Causa filiationis inter Patrem, & filium, omni-
bus aliis nocet, & prodest, quibus eâ radice
Jus alioquin competit. Actum siquidem est cum
legitimo Contradictore, nempè Patre, à quo
Causa filiationis in omnes alios derivatur, ac
procedit, & ideò mirum non est si cæteris etiam
non vocatis, nec scientibus prosit, & præjudicet,
si uti constat in d. l. §. ultim., cujus ad hoc præ-
ter Doctores ibi meminere Bald. &c., quod si lis
acta non fuerit cum Patre, quem ista Causa præ-
cisè, & primo loco tangit, & quem aliorum Jus
consequitur, sed cum aliquo ex transversa linea,
Sententia non præjudicat aliis Agnatis, quos
æque principaliter tangit negotium quoad eorum
Causam, nec prodest ubi actum sit de privato
commodo cujusque eorum, Textus optimus in leg.
duobus ff. de liber. caus.* = & *Covarruviam* refe-
runt, & sequuntur *Scacc. de commerc., & camb.
§. 7. gloss. 5. sub num. 138.* ibi = *Sed si Causa
filiationis non fuerit acta cum Patre, quem ista
Causa præcisè, & primo loco tangit, sed fue-
rit acta cum aliquo ex transversa linea, sen-
tentia non præjudicat aliis Agnatis, quos æquè
principaliter negotium tangit* = & *numer. seq.*
id confirmans exemplis, & in *Vot. decis. apud
Palm. inter. decis. ab eo collectas decis. 178.
sub. numer. 18.*, ibi = *nec intrat leg. ingenuum
ff. de stat. homin., aut leg. 1. §. ultim. cum
leg. sequen. ff. de liber. agnoscend., procedunt
enim, quando agitur de sententia per viam Ju-
dicii lata inter assertos Patrem, & Filium, quo
casu præjudicat omnibus, quorum Jus dependet
ab eis tamquam capitibus filiationis, non verò
quando est lata cum uno ex pluribus secundariò
interessatis, ut erat Magnificus Syndicus, tunc
enim non præjudicat alteri membro secundariè
interessato, juxta dictam magistralem decisionem
Sesi. 10., ac docent Covaruv &c.* = egregiè etiam
Venturin. d. decis. 53., cujus verba *n. 18.* relata
fuerunt in nostra Facti *§. 54.*, idque etiam re-
petit *num. 19. §. Ex his tollitur*, ibi = *aut enim
res agitur cum eisdem personis, cum quibus lata
est sententia, & tunc sententia, quæ nocet ha-
benti principale interesse in Causa, nocet etiam
habentibus interesse in consequentiam, & quo-
rum Jus a primò fonte derivatur, & hoc respe-* 128
*ctu Filius haberi potest pro legitimo Contradi-
ctore, aut agitur cum aliis personis, cum qui-
bus non est judicatum, & tunc ad effectum, ut
sententia faciat Jus quoad omnes, opus est, quod
lata sit cum Patre, qui hoc in casu solus est legiti-
mus Contradictor, quod si lata sit inter Filium, &
alium, puta Agnatum, vel tertium Possessorem
Bonorum, qui principaliter, & directò non ha-
bet Jus objiciendi Filio de illegitimitate, tunc
sicuti Sententia nocet succumbenti solùm quoad
eos, cum quibus est judicatum, non quoad alios;
ità successoribus succumbentis nocebit solùm
quoad eos qui intervenerunt, non autem quoad
alios* = respectu enim istorum cum dici ne-
queat, quod eadem sit res, super qua fuit ju-
dicatum, quod Sententia lata sit inter easdem
Personas, quodque eadem sit ratio, vel causa
immediata petendi, his requisitis copulativè
non concurrentibus, Sententia inter alios lata
illis nocere non potest, ut prosequitur *Ventu-
rin. dict. decis. 52. num. 57.* Idemque procedit
*licèt ille, cum quo Processus non est agitatus,
neque sententia lata, haberet Jus simile, & con-
nexum cum illo, cum quo Processus est agitatus,
& lata sententia; quia si unus ab altero non ha-
bet Jus, sed quilibet habet Jus, & interesse de
per se, sententia cum uno lata, alteri non præju-* 129
*dicat, & sic sententia lata, cum uno ex Coheredi-
bus nequaquam proficit, neque officit alteri co-
heredi, d. leg. sæpè, quæ expresse hoc probat, id-
que procedit etiam in Causa status, & sic sen-
tentia lata cum uno Patrono in causa libertini-
tatis, vel ingenuitatis neque prodest, neque offi-
cit alteri Patrono, qui in lite non interfuit,
Alexand. in leg. sæpè &c.* =, ut loquitur *Sesi.
dicta decis. 10. num. 10. & seqq.*, id confirmans
n. 20. & seqq., & per tot. decis.; Quamobrèm
cùm tàm in Causa donationis coram Senatu
agitata, & coram Arbitris tractata inter Mar-
chionem Nicolaum Mariam, & ejus Fra-
trem, quàm etiam in Causa adscriptionis no-
bilitati sinè legitimo Contradictore actâ, sta-
tus filiationis Nicolai Mariæ ex Antonia Cal-
cia, nec disceptatus, nec firmatus dici queat
inter ipsum, & assertam Matrem, & in dictis
Causis non intervenerint Personæ, à quibus
pendeat jus Rev: Cameræ, quæ illud non de-
sumit ab ullo ex iis, qui dictis Judiciis inter-
fuerunt, ipsa enim non est heres Marchionis
Nicolai Mariæ, sed ex ratione, & causâ om-
ninò diversâ à titulo hereditario ejusdem, vi-
delicèt tamquàm immediatè vocata à Lege,
uti vacantia, petit Bona illius, sinè testa- 130
mento, & legitimo herede defuncti, nullo id-
circò pacto affici poterit Sententiis omnibus,
tametsi pluribus, quæ in dictis Causis prodie-
runt, ut *in dicta decis. 52. Venturini*, in quà
tres numerabantur Sententiæ, & quidem anti-
quæ inter alios latæ.

Rev: verò Cameram in Bonis Marchionis
Ni-

Nicolai Mariæ non succedere tamquam here-
dem, repræsentando ejus personam, illiusque
131 hereditatem adeundo, sed tamquam anoma-
lum Successorem, per occupationem illa cape-
re tamquam vacantia, perspicuum fiet ex ca-
suum distinctione, à quà quæstionis hujus deci-
sionem pendere, docuit *Amaya in leg.4. n.9.
Cod. de bon. vacant.* Eorum verò primus est,
quando Fiscus succedit ex judicio Defuncti, ni-
mirum tamquam heres ab eo institutus, & hoc
132 casu (qui non est noster) in dubium venire
nequit, quia ipse, instàr cujuslibet privati Here-
dis, nonnisi jure hereditario succedere dicatur,
Amaya loco mox citat., *Carval. de utroque
quart. par. 2. num.481.*, *Carlevol. de Judic.
lib.1. tit.1 disput.2. quæst.5. num.316.*, *& quæ-
stion.6. num.713.*; Ab hoc autem casu longè
discrepant plerique alii, in quibus licèt Fiscus
succedat in Bonis, nunquam tamen heredita-
rium titulum nanciscitur. Consultò omitto il-
lum, in quo morte civili Delinquentis facti ob-
133 noxii pœnæ confiscationis, sivè publicationis
Bonorum, eadem ad Fiscum deferuntur, atque
illum alium, in quo ipse ea aufert tamquam
ab indigno, ut *in leg. prima, & tot. tit. ff. de
his quib. ut indign., leg. ex facto 43. ff. de vulg.
& pupillar.*, *& leg. sequens gradus 15. ff. ad
Senat. Consult. Sillan.*, utroque enim casu
134 successio Fisco non quæritur titulo, & jure he-
reditario, ut de primo tradunt *Cuman. in leg. si
quis mibi §. si Fisci ff. de acquir. hered.*, *An-
charan. conf.117. n.4.*, *Mantic. de tacit lib.12.
tit.18. num.18.*, *Fontanell. de pact. nuptial.
clauf.5. glos.4. num.64.*, *Barbos. in leg si con-
stante §. fin. num.8. ff. solut. matrim*, *Peregr.
de Jur. Fisc. lib.5. tit.1. n.60. & seqq.*, *Tren-
tacinq. variar. resol. tit. de Jur. Fisc. resol.2.
num.2.*, *Conciol. resol. crimin. verb. Fiscus re-
sol.2.*, *Massim. de confiscat. quæst.35. num.8.*, *de
Marin. ad Reverter. decis.506. num.2.*, & de
secundo *Vermigliol. conf.22. n.32. & per tot.*,
Facchin. contr. Jur. lib.4. cap.21. in fin., *Olea
de cess. Jur. tit.3. quæst.9. num.27.*, *Trenta-
cinq variar. resol. tit. de jur. Fisc. dicta resol.2.
vers. ideò*: Modus namque iste, quo Fiscus au-
fert ab Indigno, non est propriè successio, quia
Indignus verè adhuc manet heres, & Fiscus
135 admittitur solummodò tamquam successor
universalis Bonorum, *Amaya in leg.4. num.9.
& 10. Cod. de bon. vacan. lib.10.*, *Bosi. in tit. de
his quib. ut indign. n.18. & seq. fol. mibi 701.*,
*Antunez de donat. tom.2. par.3. cap.21. num.3.
& 7.*, proindèque hereditas Indigno, sive in-
capaci auferri dicitur non tamquam hereditas,
sed tamquam corpus, ita quidem, ut Fiscus
non personæ succedere, sed Bona ipsa vindica-
re dicatur, *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynu-
tius vers. uxorem decis.5. num.288.*, *Joan. de
Platea in leg. prima post princ. Cod. de bon. va-
cant. lib.10.*, *Barbos. in leg. si constante 25. §. fi-
nal. num.8. ff. solut. matrim.*, *Amaya in dicta
leg.4. n.10. Cod. de bon. vacant. lib.10.*, *An-
charan. conf.294. num.3. conf.317. in fin.*, *Soc-
cin. Sen. conf.47. num.21. lib.4.*, *Bosi. in tit. de
bon. vacant. num.10. fol. mibi 704.*, *Carvall.
de utraq. quart. par.2. num.479. & seqq.*, cum
aliis relatis a *Sanch. lib.2. quæst. moral. cap.14.
num.4.*

Sed veniendo ad nostrum, quum videlicèt
Fiscus occupat Bona vacantia, eò quod Defun-
ctus sinè testamento, & legitimo Herede deces-
serit, hoc sanè casu, cessat prorsus in Fisco ti-
tulus hereditarius, sed fit merus successor civi-
lis, hereditatem non capiens *per aditionem*, qui
est modus, quo hereditario jure, & titulo he- 136
res illam obtinet, sed *per occupationem* Bona
vindicat, ut habetur *toto tit. Cod. de bon. vacan.
lib.10.*, ubi *in leg. final.* dicitur *Bona vacantia
jussu nostro, nomine occupentur Ærarii*, & do-
cuerunt *Faber de error. pragmatic. tom.1. de-
cad.45. error.4.* verbis illis = *tum verò cum suc-
cedit Fiscus non idcircò aut heres fit, aut here-
dis loco; siquidem occupat Bona non tamquam he-
reditaria, sed tamquam vacantia* = *Bellon. de
jur. accrescen. lib.1. cap.6. in princip. num.21.*,
ibi = *Tertio civilis successor est Fiscus, qui oc-
cupat Bona vacantia, & tamen propriè non est
heres* =, *Antunez de donat. tom.2. par.3. cap.21.
num.1.* dicens, Fiscum non succedere in Bonis
vacantibus uti heredem, sed per occupationem,
*Aget. ad Moles §.23. quæst.1. num.5. & seqq.
tom.3.*, inquiens = *proùt Fiscus succedit in Bo-
nis vacantibus non ut heres, sed per occupatio-
nem* = hisque consonant plura juris nostri lo-
ca, quibus disponitur, eorumdem Bonorum
vacantium dominium sinè ullà aditione, ipso 137
jure, Legisque ministerio transferri in Fiscum,
leg.1. §. An Bona ff. de jur. Fisc., *leg.1. & ibi
Glos.*, *& leg. final. Cod. de bon. vacant. lib.10.*,
Afflict. in cap. unic. de regal. num.1., *Bosi. de
Bon. vacant. num.6. & seqq. fol. mibi 704.*, *Pe-
regrin. de jur. Fisc. lib.4. tit.3. num.22. & seq.*,
*Farinac. in fragment. par.1. verb. Fiscus n.116.
fol. mibi 205. à tergo*, *Mastril. de Magistrat.
lib.3. cap.10. num.361.*; quamobrèm, si Fiscus
illa jure dominii occupare dicitur, ut *in leg.1.
Cod. de Bon. vacant. lib.10.*, verbis illis = *Fi-
sci nostri rationibus vindicandas* = concluden-
dum proculdubio est, *quod hæc occupatio mini-
mè potest esse aditio illa, quæ solet fieri ab here-
de, sed ipso jure, cùm jam sit dominium in Fi-
scum translatum, subsequitur occupatio*, ut
optimè loquitur *Amaya in dicta leg.4. num.11.
Cod. de bon. vacant. lib.10.*, *Bosi. tit. de Bon.
vacant. num.6.*, ubi explicans *Bartol. & Glos.
in leg. prima §. An bona ff. de jur. Fisc.* dicit,
quod tunc Fiscus *sinè aditione non acquirit,
quando succedit ex institutione, secus verò, si Bo-
na deferuntur tamquam vacantia, quia tunc Fi-
scus non venit uti heres*; Et sanè quonam pacto
Fiscus succedere potest hereditario titulo, quan-
do Bona vacantia occupare dicitur non per adi-
tionem, & repræsentationem, sed per annihi-
lationem personæ Defuncti, ut inquiunt *Ama-
ya in dicta leg.4. num.10. Cod. de bon. vacant.
lib.10.*, *Mantic. de tacit. lib.12. tit.18. n.10.*,
*Fontanell. de pact. nuptial. tom.2. clauf.5. glos.4.
num.64.*, *Trentacinq. var. resol. lib.1. tit. de*

jur. Fisc. resol.2. n.2., *Amat. resol.13. n.24.*, *Guazzin. de confiscat. conclus.20. num.1.*, *Rub. de confus. jur. & action. cap.8. num.33.*

Rectè igitur censent Doctores, Bona sic vacantia ab hereditate secernenda esse, quia vacantia effici nequeunt, nisi quum non est am-
138 pliùs hereditas, ità enim docuerunt *Bart. in rubrica Digest. de acquir. hereditat. num.4.*, & *in leg. ergò 4. §. Eadem Constitutio ff. de fideicomm. libert.*, *leg. postquam 5. ff. ut legato, seù fideicommissa num.2.*, ibi = *Et donec aliquis potest adire, sinè dubio est hereditas, quia est jus succedendi &c.*, *sed quandò ab omnibus est repudiata, dico, quod non dicitur hereditas, quia*
139 *non est jus succedendi in universum Jus, & ideò non est hereditas, sed Bona vacantia* =, & *in leg. fidejussor obligari §. final. sub num.1. in fin. ff. de fidejussor.*, ibi = *Sed dico, quod tunc hereditas dicitur, quandò est spes ut adeatur, sed cùm omnes deficiunt, de quibus est spes adeundi, tunc dicuntur Bona vacantia* = & *Bartolo* consentiunt *Joan. de Platea in leg.1. Cod. de bon. vacant. lib.10. in princip.*, *Pichard. in princip. titul. Instit. de eo, cui libertat. caus. bon. addicunt. num.65.*, *Faber. de error. pragmat. tom.1. decad.45. error 4. num.5.*, dicens, *hereditatem adeò differre à Bonis vacantibus, ut desinant esse hereditaria statim atque certum esse incipit nullum fore successorem, fiuntque Bona vacantia* =,
140 *Amaya in d. leg.1. Cod. de bon. vacant. lib.10. num.9. cum seqq.*, & *num.16.*, & *num.28.*, *Afin. in prax. §.2. num.42.*, *Roland. de confect. Invent. ir. cap.12. num.3. vers. non obstat*, *Anton. Gomez var. resol. tom.1. tit. de legat. capit.12. num.11.*, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.5. tit.1. num.57.*, *Alfar. de offic. Fiscal. glos.34. §.7. num.104.*, *Rub. de confus. jur. & action. cap.3. num.138.*, & *num.147.*, *Sesf. decis.54. num.8.*, *Thesaur. quæst. forens. lib.4. quæst.38. num.7.*, ubi, quod Fiscus succedit in Bonis, non autem Persona, & *num.18.*, quod etiam ait *Scaccin. de singular. successor. ampliat.7. num.48.*, *Mendes de Castro in prax. Lusitan. titul. de bon. quæ liber. num.56. fol. mihi 105.*, *Torr. variar. jur quæst. tom.3. tit.13. definit.35. num.59.*, *Franc. de Caper. in sua centur. caus. Fiscal. caus.2. quæst.1. num.6. cum seqq.*, cujus verba refert *de Marin. in observat. ad dec.506. Reverter. num.4.*, ibi = *Nàm quandiù legitimus heres potest adire, dicitur jacens hereditas, sed postquàm non potest adire, desinit esse hereditas, & incipiunt Bona esse vacantia.*

Proindeque, quum bona jàm desierunt esse hereditaria, desiitque subjectum tituli hereditarii, quæ est hereditas, Fiscus non privato Jure Heredis, sed alio eminentiori titulo, promanante ex Jure regali, & superioritate, quam habet tamquàm Dominus Jurisdictionis, &
141 Territorii, eadem occupare dicendus est, ut præter allegatos *in Voto super primo Articulo §.1.*, benè ad rem nostram tradiderunt *Amaya in dicta leg.4. num.27.*, ibi = *At verò jàm supra resolvimus, Fiscum non admitti ad Bona vacantia, jure hereditario, sed jure Regalium* = *Zas. consil.17. num.3. lib.2.*, inquiens, quod *Bona vacantia devolvuntur Domino Territorii*
Jure superioritatis, nec repræsentat personam 141
Defuncti = *Alexand. in addit. ad Bartol. leg. final. de solution. in fin.* = *Fiscus enim propriè loquendo non succedit jure hereditario, nec est heres nominandus* =, *Glos. in leg. non intelligitur §. Cùm ex causa ff. de jur. Fisc.*, subditqoe *num.5.* = *proinde, quod dicitur Bona vacantia non repræsentare personam Defuncti, intelligendum est de repræsentatione hereditaria, & quia successio, quam habet Dominus Loci, in vim Regaliam, ei competit non ex titulo propriè hereditario, ut habetur in usib. feudor. tit. quæ sint regalia* = *Novar. de gravam. Vassall. tom.3. gravam.14. num.7.*, ibi = *Si verò tractet pro ipso, tractat de Bonis obventis, vel ex confiscatione, vel uti vacantia, nescio quomodò ab illis bonis fiscalibus ipse separare valeat, cùm illa capiat jure regali, ac ratione supremi dominii* = *Rub. de confus. jur. ac action. cap.3. num.140. & seq.*, ubi loquens de Bonis vacantibus, ait, *à Fisco occupari Jure Heredis anomali, vel jure Fisci, scilicèt ex jure regali habendi Bona vacantia, quæ ex hoc jure regali, & majori pertinent ad Principem Dominum Territorii, & Jurisdictionis* =, & omnium optimè *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelasiam decis.5. num.378.*, ubi sequendo doctrinam *Bartoli*, ait = *cùm in talibus Bonis succedat non ut Privatus, sed tamquam*
Princeps, & publica Persona =, quo sanè hujus 143
præclarissimi Auctoris loco, maximâ notâ digna sunt verba illa *tamquam Princeps*, quibus designatur jus regale, & majus, directè excludens titulum hereditarium, qui Fisco convenire nequit, nisi quandò tamquàm Privatus succedit ex judicio, & mente Defuncti, ejus personam repræsentando, ut præter auctoritates allegatas *§. In Causa igitur*, tradunt *Crass. in §. Hereditas quæst.5. num.3.*, *Boss. de bon. vacant. num.10. fol. mihi 704.*, *Antunez de donat. par.3. cap.21. n.4.*, *Sixtin. de regal. lib.2. cap.9. num.43.*, *Cevall. comm. contr. comm. quæst.822. num.14. & seqq.*, *Fachin. contr. jur. lib.6. cap.21. lit.B.*

Rejecto itaquè prorsùs hereditario titulo, ac
nomine, Jure meritòque titulum *de successione* 144
Fisci in Jure nostro separatum fuisse ab aliis titulis tractantibus de successione ex testamento, vel ab intestato, docuit *Cern. cons.324. n.7. & seqq. lib.4.*, dicens, *quod ideò tituli super successione Fisci sunt penitùs separati ab aliis tractantibus de successionibus ex testamento, vel ab intestato, quia Fiscus non succedit propriè ab intestato* = ex qua titulorum separatione benè in proposito argumentatur etiam *Trentacinq. variar. resol. lib.1. resol.2. n.1. vers. moveatur quarto*, quo loco relatis utriusque contrariæ sententiæ fundamentis, tamquàm veriori, adhæret opinioni tradenti, Fiscum succedentem in Bonis vacantibus ex successorio Edicto, non esse Heredem, sed civilis solummodò
Successoris, sivè possessoris Bonorum Jure cen- 145
sen-

ſendum eſſe, ut tradiderunt *Angel. in rubr.*
Cod. de Bon. vacant. n.2., *Afflict. in leg. eam*
quam num.10. ff. de fideicomm. libertat., *Ama-*
ya in dicta leg.3. num.11. & ſeq., *Boſſ. tit. de*
Bon. vacant. num.6., *Craſſ. in §. Hereditas*
quæſt.5. num.3., ubi, quod Fiſcus occupans Bo-
na vacantia non dicitur in hereditate ſucceſſor,
ſed Bonorum poſſeſſor eſt, *Peregrin. de Jur.*
Fiſc. lib.4. tit.3. num.22. & 27., *Farinacc. in*
fragment. par.1. verb. Fiſcus num.116. fol. mi-
hi 205. à tergo, *Bellon. de Jur. accreſc. tom.1.*
cap.6. in princ. n.21., *Fajard. alleg. Fiſcal.45.*
n.6. in fin., *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3. cap.10.*
n.363., *Aſin. in prax. par.1. §.2. cap.12. n.41.*
& ſeq., *Antunez de Donat. tom.2. par.3. cap.21.*
num.1. & plurib. ſeq., *Card. de Luc. de regal.*
diſc.123. num.6. §. Sed quando, *Rub. de confuſ.*
Jur. & action. cap.3. num.138., *Franc. Marcus*
deciſ. Delphin. par.1. deciſ.654. numer. final.,
Seſſ. deciſ. Aragon. 54. num.9., in terminis
Fiſci Eccleſiaſtici hæc habens = *Ideò tàm ordi-*
narius, quàm Executor, qui ab eo Jus habuit,
Succeſſores Bonorum vacantium, abſque dubio
dici debent, atque hujuſmodi Succeſſores nulla-
tenus heredes ſunt, nec Defuncti perſonam repræ-
ſentant, nec ſuccedunt in hereditate, ſed tan-
tùm in Bonis nudis, leg.3. §. Eadem inſtitutio,
ubi Gloſſ. ff. de fideicomiſſ. libert. =, & latius
proſequitur *num. ſeqq.*, *Chriſtin. deciſ. Belgic.*
tom.4. deciſ.77. num.3. in fi., *& num.4.*, *Moles*
deciſ. tit. de Jur. devolut. §.23. quæſt.3. n.13.
fol. mihi 256., dicens ex *Baldo*, *quod Fiſcus*
eſt heres anomalus, ut etiam *Sacra Rota*, non-
146 niſi hoc anomali Heredis nomine illum voca-
re conſuevit, ut *coram R. P. D. Anſald. inter*
ejus impreſſ. deciſ.50. num.9., ibi = *Niſi in*
concurſu Fiſci heredis non veri, ſed anomali =,
& in Cavallicen. Donationis 21. Novembris
1707. §. Ità ex oppoſito coram eod., quo loci ſe-
cernendo Fiſcum ab omnibus heredibus etiam
extraneis, ait, *Bona donata nunquam redire ad*
ipſum Donantem, ſed tranſire in quoſcumque
etiam extraneos Donatarii heredes, & ſi ſatum
præberet, in heredem quoque anomalum, qualis
eſt Fiſcus, & conſonat alia *deciſio* in eadem
Cauſa *die 2. Julii 1710. §. Quibus omnibus,*
edita à R. P. D. Lancetta verbis illis = *ut po-*
tius Jura noſtra illa transferri permittant à Do-
natario non diſponente in heredem anomalum, ſivè
Fiſcum, ex auctoritatibus pleno calamo congeſtis
in dicta deciſione R. P. D. Anſaldi =, *& in Lu-*
cana fideicommiſſi 1. Julii 1709. §. Ceſſat ulte-
rius coram Illuſtriſſimo Scotto, *& in eadem ſu-*
per executione 12. Junii 1711. §. Eodem prorſ-
ſus Jure ad med. coram R. P. D. Criſpo.

At vero, ſi, ut admonemur Juris noſtri locis
relatis apud *Thabor axiom. Jur. lib.5. cap.22.*
axiom.9., à primordio tituli poſterior forman-
dus eſt eventus, cùm Fiſcus non per aditionem,
ſed per occupationem, nnn tamquam heredi-
taria, ſed uti vacantia, non hereditario nomi-
ne, ſed eminentiori titulo, Jure nempè Rega-
lium, & Supremi Principis capiat Bona defun-
cti ſinè teſtamento, & legitimo herede, tam-
quàm ipſius Legis miniſterio ad eum delata,
nil itaque mirum, quod ex tamâ tituli diver-
ſitate, diverſi etiam promanent effectus; qua-
mobrem, deficiente in Fiſco repræſentatione 147
illa perſonæ Defuncti, quæ inducitur à quali-
tate hereditaria, nonniſi onera, & obligatio-
nes reales ſubire cogitur, & nonniſi in quan-
tùm ſuppetunt hereditariæ vires, Creditoribus
Defuncti tenetur, ob eam nempè rationem,
quod ipſius obligatio non deſcendit ex perſo-
na, ſed ex Bonis, *Bartol. in rubric. de acqui-*
rend. heredit. num.4., *Pichard. eadem rubric.*
cap.5. num.6., *Corn. in leg.1. num.2. Cod. unde*
Vir, & Uxor, *Coſta in leg. qui duos §. Cum in*
Bello verb. Mater ff. de reb. dub., & hunc ca-
ſum diſtinguendo ab alio, in quo Fiſcus ſucce- 148
deret Jure privati Heredis, quia nempè tunc
daretur identitas Perſonarum, à Jure inducta
inter Heredem, & Defunctum, quæ cum defi-
ciat in alio caſu, *non tenetur ultra vires here-*
ditarias, ſunt verba *Amayæ in dicta leg.4. in*
fin., *ſicut teneretur, ſi ut Heres ſuccederet, quia*
non datur illa identitas perſonarum, quam Jus
inducit inter Heredem, & Defunctum.

Si autem ob defectum tituli hereditarii, in-
ducentis identitatem Perſonæ, ac confuſionem
actionum inter Defunctum, & Heredem, hæc
non datur inter illum, & Fiſcum, ſucceden-
tem in Bonis vacantibus, hinc etiam Fiſcus 149
eximitur ab obligtione conficiendi Inventa-
rium, à Jure inventum pro tali confuſione evi-
tanda, ut inquit *Amaya in dicta leg.4. n.12.*,
ibi = *Eo in caſu Fiſcum non teneri conficere In-*
ventarium Bonorum vacantium, quia non con-
venitur tamquàm Heres, ſed tamquam Bonorum
poſſeſſor, & obligatio non deſcendit ex perſona,
ſed ex Bonis, & antè eum docuerunt *Bartol.*
in rubric. digeſt. num.4. ff. de acquir. hæred.,
Adden. ad Abbat. in cap.1. in fin. verb. here-
ditarias de ſolut., *Gulielm. de Benedict. in ca-*
pitul. Raynutius verb. & Uxorem nomine Ade-
laſiam deciſ.5. num.250. de teſtament., *Pichard.*
tit. de acquir. hered. cap.5. num.16., *Ancharan.*
conſ.291. num.2. & ſeq., *& conſ.317. num.4.*,
Boſſ. tit. de Bon. publicand. n.23. fol. mihi 506.,
& tit. de Bon. vacant. num.10. fol. mihi 704.,
Clar. practic. ſentent. lib.5. §. final. quæſt.78.
num.29. lit. B., *Craſſ. lib.2. tit. de Invent. quæ-*
ſtion.4. num.7., *Mantic. de tacit., & ambig.*
lib.16. tit.17. num.28., *Peregrin. de Jur. Fiſc.*
lib.4. tit.3. num.25., *Farinacc. in fragment.*
verb. Fiſcus n.119., *Roſenth. de Feud. cap.5.*
concluſ.53. n.3., ibi = *Eſt tamen Fiſcus inſtar*
heredis, quia ità propriè heres non eſt, ut ultrà
vires hereditarias, etiamſi ſine beneficio capiat
Inventarii, obligetur = *Fermoſin. alleg. fiſcal.62.*
num.37., *Fajard. allegat. fiſcal.45. num.6.*, ubi
ex eo quod Fiſcus occupans Bona vacautia non
ſuccedat Defuncto, ſed Bonis, infert =, *& hac* 150
ratione non eſt heres Defuncti, & ideò non tene-
tur Creditoribus, licèt Inventarium non confi-
ciat, niſi quatenùs Bona ſuppetunt Afflict. &c. =
Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3. cap.10. ſub n.363.,
Conciol. reſol. crimin. verb. Fiſcus reſol.2. n.14.

& seq., Guazzin. de confiscat. conclus.23. n.24.
& seq., Mussin. eodem tract. quæst.25. num.8.,
& quæst.35. num.36. & seq., Antunez de Do-
nat. par.3. cap.21. num.31., Alsar. de Offic. fi-
scal. Gloss.34. §.7. num.204., Mendes. de Castr.
in prax. Lusitan. tit. de Bonis quæ liber. par.3.
n.156. fol mihi 105., Ageta ad M.les. §.23.
quæst.5. num.5. & seq. tom.3., Franc. Marcus
decis. Delphin. par.2. decis.31. num.3., ibi =
Et tunc Fiscus non tenetur ultrà vires heredita-
rias, etiamsi non conficiat Inventarium, secun-
dùm Bortol. in rubr. Digest. de acq. heredit.
Eâdemque ex ratione, dum occupat Bona
vacantia, nèc Legata, nèc Fideicommissa, à De-
functo relicta, præstare tenetur, Salycet. in
151 leg. etiam num.2. Cod. ad leg. falcid., Imola in
leg. mortuo num.3. ff. de Fidejussor., Castrens. in
leg. quidam testamento §. Quoties num.3. ff. de
legat.1., Jason. in leg. si servus plurium 53.
§. Si quis antè num.1. ff. de legat.1., Ripa in
leg. ex facto post num.6. ff. ad Trebell., Gulielm.
de Benedict. in cap. Raynutius verb. condidit
il 2. num.11. fol. mihi 166. de Testam., Pichard.
in princ. titul. Institut. de eo cui libert. caus.
Bon. addicunt. num.55. & seq., Amaya in dicta
leg.4. num.16., respondens contrariis, Add. ad
Clar. practic. sentent. §. final. quæst.78. n.29.
lit. A., Peregrin. de Jur. Fisc. lib.4. tit.3.
num.26. vers. contra, & lib.5. tit.1. num.54.,
èdem de fideicomm. art.2. num.40., Farinacc.
tom.1. quæst.25. num.186. vers. at secùs, & nu-
mer.187., & in fragment. verb. Fiscus quandò
succedit in Bonis vacantibus num.120., Spin. de
Testam. Gloss.33. n.16., Alsar. de offic. fiscal.
gloss.34. §.7. num.183., & num.193., Thesaur.
quæstion. forens. lib.4. quæst.38. num.9. & seq.,
Trentacinq. variar. resolut. lib.1. resol.2. vers.
moventur primò, Antunez. de Donat. tom.2.
par.3. cap.21. num.6. & seq., Sess. decis. Arra-
gon. 54. num.10., ibi = Et sic non tenetur ad
Legata, neque Fideicommissa, aut alia onera he-
reditaria =, latissimè Carvall. de utraq. quart.
dicto par.2. ex num.483., rejiciens contrariæ
Sententiæ fundamenta: Et optimè hic casus
distinguitur ab alio, in quo Fiscus in heredi-
tate succedat, illam auferendo ab Herede tam-
quàm indigno, utpotè quia, illo non vindican-
te mortem Defuncti, Fiscus, quasi illius vindex,
abstulerit ab eo hereditatem, quia heres se fe-
152 cit indignum, hoc enim casu, ut notatum fuit
§. Rev: verò Cameram, cum hereditarius titu-
lus non extinguatur, Fiscus Legata, & Fidei-
commissa præstare tenebitur, latè Amaya in
dict. leg.4. num.9. & seq., & num.17. & seq.,
Joann. Faber. in §. Et ne hujus num.2. Instit.
de eo, cui libertat. caus. Bon. addicunt., Clar.
in §. fin. dict. quæst.78. num.28. vers. sed an te-
neatur, Crass. in §. Hereditas quæst.5. num.4.
& seqq., Peregrin. de Jur. Fisc. lib.4. tit.3.
num.26., & de fideicomm. art.2. num.40., Fa-
rinacc tom.1. quæst.25. num.170., & num.186.,
Thesaur. dict. quæst.38. loco citat., Antunez de
Donat. tom.2. par.3. cap.21. n.6., Carvall. de
utraq. par.2. num.483. & seqq.

Et denique, omissis aliis pluribus differen-
tiis intercedentibus inter Privatum, heredita-
rio Jure, & titulo succedentem in Bonis Defun-
cti, & Fiscum Jure Regalium occupantem Bo- 153
na vacantia, quæ recensentur in hodiernâ Fa-
cti, & latius enumerantur ab Alsaro de Offic.
Fiscal. gloss.34. ex num.190., referente quin-
decim specialia, quibus Fiscus contradistingui-
tur ab Herede, idem cum non repræsentet per-
sonam Defuncti, sed sit anomalus Successor 154
vindicans Bona vacantia, non ligatur instantiâ
Defuncti, Gulielm. de Benedict. in cap. Ray-
nutius verb. & Uxorem nomine Adelasiam de-
cis.5. sub num.177., ibi = Nec Fiscus repræ-
sentaret hoc casu personam Defuncti, & conse-
quentèr instantia incæpta cum Defuncto non
transiret in eum =, Boss. in tit. de publicat. Bo-
nor. num.24. fol. mihi 506., & tit. de Fisc. &
privileg. ejus num.44. & 46. fol. mihi 664., &
tit. de Bon. vacant. num.11. fol. mihi 705., Car-
leval. de Judic. lib.1. tit.1. disput.2. quæst.6.
num.712., Alsar. de Offic. Fiscal. gloss.16. pri-
vileg.1. num.21. & seqq., Mussin. de confiscat.
quæst.49. num.16. & seqq., Carvall. de utraque
quart. dict. par.2. num.483. vers. primum gene-
ralis regula, ibi = Ex quo clarè deprehenditur,
quod Fiscus non succedit in instantiâ ex eo, quia
non est heres =, optimè Sess. dict. decis.54. nu-
mer.11., inquiens = Si ergò ad nulla onera te-
netur iste Successor, nec transibunt in eam hono-
res, & sic neque instantia, ut in his terminis,
Bald. in leg. si constante, §. fin. ff. solut. Ma-
trim., ubi Angel. & Alexand num.4.; dicunt
enim, in Fiscum ex eo non transire instantiam,
quia succedit in Bonis, & non personæ, deficien-
tibus enim heredibus aliis, persona annihilatur,
in qua erat radicatum jus instantiæ, Peregrin.
ubi supra num.23., ubi extendit, & in tribus
Personis, in quibus fundatur Judicium, alterâ
annihilatâ, Judicium expirat, Boss. loquens de
Fisco num.46. dicens, contrariam opinionem esse
damnatam, & in tit. de Bon. vacant. num.11.,
Asin. in prax. par.1. §.2. cap.12. num.41., ubi,
quod Fiscus succedens in Bonis vacantibus, suc-
cessor est tantùm Bonorum, & non Personæ, nec
hereditatis.

Quà de re, cum Doctores, inspecto tum pri-
mordio tituli, ex quo Fiscus independenter à
persona Defuncti, solo Legis ministerio occu-
pat Bona vacantia, tum etiam effectibus, ei-
dem titulo consentaneis, Causa, ex qua ipse
succedit, secernatur à Jure, & titulo Here-
dis; non est cur immoremur contrariis auctori- 155
tatibus, Labor enim illas singillatim refellen-
di nobis præoccupatus reperitur in hodierna
Facti ex §.64. & plurib. seqq., in quibus etiam
demonstratur, hereditarium titulum Fisco at-
tribui non posse, ex eo, quod præter onera
realia, rei principaliter inhærentia, obnoxius
etiam sit actionibus personalibus descendenti-
bus ex obligatione personali; quia id verum
quidem est respectu actionum personalium
exorientium ex contractu, veluti mutui, com-
modati, depositi, mandati pro Socio, ex
em-

156 empto, & vendito, & similibus, quia cum
hæ rei persequendæ causâ comparatæ sint,
§. Rei persequendæ Instit. tit. de action., ibique
Perez, Pichard. ibidem num.2., Omotim. n.5.,
eisdem semper agimus contra nobis ex contra-
ctu, vel quasi obligatum, ut nobis detur, vel
157 fiat id, quod ex aliqua causa debetur, ad Te-
xtum in leg. actionum 25. ff. de action., & obli-
gation., Omotim. in §.1. nu.12. Instit. de action.,
& ibidem Nicas num.7., Arnold. Vinn. n.13.,
& num.16., & in §. Rei persequendæ num. 2.,
Borcholt. in dict. §.1. n.5. & seqq., & in §. Rei
persequendæ n.2. & seqq., Minsyng. in §. Actio-
num.3. = neque enim actio personalis ita in per-
sonam est, ut per eam solùm personam negotium
faciamus, nihil ampliùs consecuturi, sed magis
est, ut à persona id consequamur, quod nobis ex
aliqua causa debetur = sunt verba ejusdem Min-
singer. in dict. §. Rei persequendæ sub num. 1., &
num.3. vers. actione verò personali: ejusmodi
sanè erant obligationes illæ personales, qua-
rum vigore Illustrissimus Thesaurarius decre-
vit, quod solverentur debita, ad quæ perso-
158 nali actione Marchio Nicolaus Maria obligaba-
tur, noverat enim, Fiscum non priùs peculium
occupare posse, quàm ex eo deductum sit id
omne, quod Creditoribus debetur, dummo-
dò intra annum venientibus, Anton. Faber. in
pandect. tom.4. fol. 233. column. 2. in decisione
vers. quæ ratio fuit, & expressè disponitur in
leg. non possunt 11. ff. de Jur. Fisc., ibi = non
possunt ulla Bona ad Fiscum pertinere, nisi quæ
159 Creditoribus supersutura sunt, id enim Bono-
rum cujusque esse intelligitur, quod æri alieno
superest =, & prius in leg. 1. §. An Bona eodem
tit., Facchin. controv. Jur. lib.6. capit. 21. in
princip., Amaya in leg. 1. num. 11. Cod. de Bon.
vacant. lib. 10.

At non ita res se habet respectu actionum,
& Jurium merè personalium, Personæ ipsi
dumtaxat inhærentium, quæ regulare est, ut
in Fiscum non transeant, proindèque, licet
160 ex persona Filii eidem competat Jus deducen-
di Legitimam, jus tamen rejiciendi ab ea onus,
illi à Jure tributum, utpotè personale, ipsi non
competit, ad tradita per Alciat. cons. 522. nu-
mer. 5., Roland. consil. 98. num. 29. vers. ulteriùs
dicitur lib. 2., Surd. cons. 412. num. 48. & seqq.,
& cons. 570. num. 6. & seq, Berav. quæst. fami-
liar. 87. num. 9. vers. sed in casu, Cucch. de le-
gitim. in verb. nec usufruct. nu. 21. fol. mihi 110.,
Fusar. de substit. quæst. 296. num. 111. & seqq.,
Arias de Mesa variar. resol. lib. 3. cap. 42. n. 21.,
Gratian. in addit. ad decis. 76. num. 2., Scoppa
ad Merlin. Pignattell. cent. 2. controv. 48. n. 23.,
ut etiam ex eadem ratione, in Heredem istum
anomalum, non transmittitur Jus impugnan-
161 di donationem inofficiosam, Bald. in leg. 1.
num. 15. Cod. de inoffic. donation., Jason. in leg.
cum mota num. pariter 15. Cod. de transact., &
in leg. mancipata num. 24. Cod. qui admittant.
ad Bonor. possess., & in leg. si quis Filius nu. 3.,
Codic. de inoffic. Testament., Gulielm. de Bene-
dict. in cap. Raynutius verb. mortuo itaque Te-
statore num. 145. de Testament., Vasq. de suc-
cess. progress. lib. 1. §. 7. nu. 25., Noal. de trans-
miss. cas. 45. num. 9., Arias de Mesa variar. re-
sol. lib. 3. d. cap. 42. num. 22., & denique multis
aliis, Fiscus non tenetur perseverare in Loca- 162
tione, anteecedenter eum Bonorum Conducto-
re facti, Gomez. variar. resol. tom. 2. capit. 3.
num. 10.

Et sanè si ratio omnis, ob quam Successor
tenetur servare factum, obligationes, confes-
siones, aliaque omnia gesta a Defuncto, pro- 163
venit vel ex eò, quod illius personam repræ-
sentet, prout de Herede disponitur in leg. si
adulta Cod. de hereditar. action., leg. cum qui
ita §. 1. ff. de verb. obligat., leg. non solùm §. Mor-
te ff. de oper. nov. nuntiat., aliisque Juribus al-
legatis apud Rub. de confus. Jur., & action. ca-
pit. 1. num. 1. & seqq., vel ex eo, quod, licet
sit singularis successor; Jus tamen omne suum
metiatur ex persona Auctoris sui, ideòque fe- 164
rendus non sit, si Jus, & commodum ex illa
capiens, impugnet factum, vel recuset onus,
ab eadem promanans, Rub. de confus. Jur.,
& action. d. cap. 8. nu. 15., & tradiderunt Kuin.
cons. 60. numer. 2. lib. 2., Rot. coram Seraphino
decis. 691. num. 1., coram b. m. me. Emerix. Jun.
decis. 1108. num. 9., decis. 1162. n. 7., dec. 1214.
num. 14. & seqq., & decis. 1249. num. 8., di-
cendum procuidubio est, quod Successor ille,
qui non ex Prædecessoris, vel alterius persona
sed ex sua, & ex titulo, aliundè derivante, Jus
suum desumit, illius facto, obligationibus, 165
aut confessionibus obstringi nequeat, Peregr.
de fideicom. art. 52. num. 81. & seqq., clar. me.
Card. de Luc. de renunt. dist. 15. num. 7., Rub.
de confus. Jur., & action. cap. 8. num. 17., Rot.
coram Celso decis. 181. numer. 21. & 25., apud
Paulut. dissert. 35. decis. unic. nu. 7., in recent.
decis. 362. num. 6. part. 9., decis. 265. num. 16.,
& num. 29. & seq. part. 13.

Fiscus igitur, tùm ex eo, quod, ut latissimè
hactenus probatum est, independenter à per-
sona Defuncti occupet Bona vacantia, ex Jure,
& titulo, immediatè ipsi à Lege impartito,
non afficietur Sententiis, & Judicatis inter il-
lum, & alios editis, si ob eandem rationem,
licet obligatus sit servare omnia facta, dicta,
& confessiones, quæ actione hypothecariâ,
vel etiam personali afficiunt Bona Defuncti;
Nihilominus in eundem minimè transeunt Ju-
ra, & actiones merè personales, illiusque per-
sonæ inhærentes, his consequens erit, quod
ob eundem defectum tituli hereditarii, nullo
pacto obstringetur factis, dictis, vel confes- 166
sionibus Defuncti, relationem nullam haben-
tibus ad Bona, illaque non afficientibus, sed
determinantibus solummodò statum personæ,
& Jura agnationis, vel cognationis, proindè-
que illa servare minimè tenebitur ad effectum
consequendi, vel amittendi Jura successionis,
ut egregiè ad rem nostram favore Fisci resol-
vit Actolinus resol. 86. sub n. 36.

Cujus Authoris decisio Contradictorem non
habens, & casum nostrum in specie determi-
nans,

nans, declinari nequit responsione illà, quod
agnitâ insubsistenciâ fundamentorum, quibus
innitebatur illius sentcntia, Admiuistratores
Fabricæ Bononiæ Liti renunciaverint, nam
cessiooi causam dedit comparitio Heredis le-
gitimi intra gradum excludentem Fabricam,
167 non autem obligatio Fisci, seu Cameræ de
servandis in figura Heredis confessionibus De-
functi, quæ sinè hypothecæ affectione, vel
aliâ specie obligatioois, nullam tribuunt perse-
cutionem Bouorum, io quibus reverà succedit
Fiscus tamquam Heres anomalus, immediatè
vocatus à Lege independenter à persona De-
functi, quam idcircò io iis, quæ à Bonis præ-
cisa, & separata sunt, non repræsentat, ex
168 solidissimis rationibus superius deductis, & be-
nè advertitur in hodierna *Facti §. 25. & seqq.*,
ad quarum majorem firmitatem summopere
conferre videtur ponderatio illa, quam facit
*Rota in d. Romana fideicommissi 20. Junii 1712.
§. Neque hic vers. nisi tamen coram R.P.D. An-
faldo*, quod nempè esse non debet in nostra po-
testate in alterius fraudem sibi designare Con-
sanguineos contra præscriptum Legis sancien-
169 tis, necessitudines, & consanguinitates non Con-
sensu, & facto Partium, sed natalibus, vel
adoptionis solemnitate conjungi, ut in *leg.
non Epistolis 13. Cod. de probation.*, ubi com-
muniter Scribentes, & præcipue *Bald. num. 2.*,
inquiens -*Necessitudo, idest consanguinitas, quæ
ordinanda est à natura, & procedit ex genera-
libus principiis, non accidentali sermone= Masuer.
tit. de probat. num. 35.*, dicens quod *filiatio vel
consanguinitas solo consensu non potest fieri seù
contrahi, imò istud habet fieri ab arte, & na-
tura, quod est Matrimonium cum carnali copu-
la, quæ producunt Filios, & Consanguineos,
Jure naturæ habiles ad succedendum, Mascard.
de probat. conclus. 411. num. 15.*, *Mart. de suc-
cess. legal. part. 3. quæst. 1. art. 1. num. 19.*; Cui
sanè fraudi nimis lata sterneretur via, si in
præjudicium Juris, à Lege Fisco impartiti, is,
qui sinè testamento, & legitimo Herede de-
cessit, tot sibi adscivisse dici posset Consan-
guineos, quot nudis dictis, simplicibusque
confessionibus ad alios etiam effectus emissis,
hoc nomine nuncupasset.

§. IX.

*Plenè jam demonstrato, quod ex hactenùs rela-
tis Judiciis, Decretisque in illis editis, fir-
mitas dici nequeat status, nec probata filiatio
Marchionis Nicolai Mariæ ex Antonia
Calcia.*

Examinare aggredimur.

*An eadem demonstrata censeri possit aliis proba-
tionibus deductis à Parte adversa, & quæ ab
eadem sufficientes dicuntur, eò quod versemur
in antiquis?*

Remque ordiemur.

A' duobus Testibus examinatis anno 1675.

ETsi in dubium venire nequeat, quod, in-
spectâ verâ Juris censurâ, ex actis, Judi-
ciis, & Decretis, de quibus hactenus fusè
egimus, firmatus dici nequeat status filiatio-
nis Marchionis Nicolai Mariæ ex Antonia Cal-
cia, præsertim contra Rev: Cameram, quæ,
utpotè veniens tamquam tertia, habens prin-
cipale interesse omninò iodependens à persona,
& Jure Collitigantium, affici nequit Judicatis
inter eos editis: nihilominus Pars adversa for-
tè conquereretur, quod prætextu formæ, & so-
lemnitatis Judiciorum, suis eam probationi-
bus exarmare conemur, etenim cum adsint 170
plures Testes, filiationem istam affirmantes,
pluraque etiam alia concurrant, eadem coa-
djuvantia, opprimenda, occultandaque non
sit veritas, argumento *Textus in Canon. Ecce
caus. 24. quæst. 3.*, sed Judex, qui illam dili-
genter investigare tenetur, *Thabor. axiom. Jur.
lib. 9. cap. 122. axiom. 2.*, omittere non debeat
tot media, ad istiusmodi veritatis indagationem
conferentia, si per ea ad eandem assequendam
perveniri possit. Certius in casu nostro, in
quo agitur de probanda filiatione post longissi-
mi temporis decursum, quo casu, si leviores
admittuntur probationes, potiori Jure legiti-
mæ probationis gradum constituent tot Testes, 171
totque alia argumenta d. filiationem Nicolai
Mariæ ex Antonia Calcia confirmantia, ut la-
tè ratiocinantur DD. exadverso Scribentes in
Restrictu §. 103. & seq.; Veritatem Sanè coli-
mus, ideòque illam omnium oculis elucesce-
re cupientes, libenter percurrendo singulas
contrariarum probationum species, primum
perpendemus exameo illorum duorum Te-
stium, qui in Judicio adscriptionis nobilitati
expressè deposuerunt, Marchionem Nicolaum
Mariam esse Filium Antoniæ, de cunctis aliis
suo ordine deinceps acturi, ut Illustrissimi
Patres pro eorum summà religione, ac sapien-
tià secum reputent, an illa conferre queant
ad patefaciendam veritatem, quæ alioquin à
natura ipsa demonstrari, & physicas proba-
tiones habere dicitur.

Præ-

Præfati itaque Testes nedum examinati fuerunt in Judicio admittente leviores, & quales quales probationes, ad differentiam illius, in quo hodiè versamur, requirentis rigorosas, & plenè concludentes filiationis demonstrationes, sed iidem informiter, sinè Interrogatoriis, & ut ratio illius Judicii permittebat, examinati fuerunt sine Partis eitatione, & sinè Contradictore, adversus inducentis probationem
172 contrarias opponente exceptiones, imò, quod magis est, in ipsorum examine servata non reperitur forma præscripta à patriis Legibus, eum non fuerint repetiti, & examinati eoram Senatoribus, pro qua nullitate declinandâ, Pars adversa asserit, illos examinatos fuisse eoram Secretario Serenissimæ Reipublicæ, quod non solùm non probatur, verùm excluditur ex eo, quod examen factum legatur in domo, seu Bibliothecà alterius ex dd. Testibus, & denique non fuerunt in hoc Judicio reproducti, iterùmque examinati, quale nam autem probationis gradum constituere valeat istiusmodi Testium examen, nobis declarat *de Pont. consil. 3. num. 78. tom. 2.* verbis illis = *sic pariter antequam ulterius transeamus., vis facienda non*
173 *est in hac Causa in omnibus illis assertis probationibus, seu examine Testium procuratis, & factis ad alium finem in aliis Judiciis cum personis penitùs, & prorsùs diversis, vel in examine facta Parte contrariâ non existente, ac nemine citato, ut fuit in petitione declarationis tutelæ, est enim regulare, quod talia acta non nocent, quando, nec etiam Sententia noceret, juxta magistralem doctrinam Bartoli communiter receptam in leg. 1. §. primo ff. de vi Bonor. raptor., & supra fundatum est, Sententiam cum uno circa legitimitatem alteri non præjudicare, & differre a Sententia filiationis, imò Senten-*
174 *tia filiationis tunc præjudicabit, quando super hoc principaliter est lata, non autem quando incidenter ad alium finem de ea est tractatum, ita quod Sententia postea, quæ sequitur, non est super hoc, sed super ea, quod principaliter est petitum. Rursùs quoniam est lata contra absentem, vel contumacem, vel Parte non citatâ, nec Sententia, nec actu præjudicabunt, secundùm Bartol. ubi supra, & communiter Canonistæ, & cap. causam quæ il primo de Testib., præterea nec præjudicabunt acta, quando summariè est cognitum, vel probationes non sunt receptæ Juris ordine servata, ut in informatione delationis Tutelæ hic, & in aliis, & hoc etiam inter easdem Partes, & si inter diversas, quando principaliter, & formiter, non in fraudem, &*
175 *incidenter, aut summariè, ut hic, faciunt aliquale præjudicium, si Testes non possunt iteràm examinari, aliàs sibi imputetur, Bartol. communiter secutus in leg. admonendi ff. de Jurisjurand. n. 45., quod ad quale quale præjudicium, & si Bartolus ibi voluerit importare semiplenam probationem, tamen alii voluerunt contrarium, quod faciet qualem qualem fidem, quod erit minus semiplenâ probatione, ut per Gloss., Cynum, Ruin., Alberic., Alexan., & Imol., quem refert., & sequitur Jason. ibidem n. 242., de communi testatur Covaruv. cumulans decisiones practic. quæst. cap. 13. post num. 4., & tandem qui cum Bartolo tennerunt, declaraverunt, hoc tamen procedere in personis diversis, sed Jus connexum habentibus, & non aliter, ita Felin. in capit. causam quæ antè num. 18. auctoritate Baldi, & Angeli in dicta leg. 2. Cod. de edend., nec dixit, ariri semiplenam probationem, sed tantum præsumptionem, si ratio connexitatis intervenit, quæ connexitas nulla potest considerari in casu, de quo agimus, postquam omnia illa Judicia fuerunt instituta super diversis Bonis contra diversas personas* =, & *de Pont.* ita hoc loco loquentem sequitur *Censal. ad Peregrin. de fideicomm. art. 23. sub initium inspect. 2. juxta Venet. impress. fol. mihi 57. col. 2.* hæc habens =, *quæ conjecturæ., declarationes, & acta, licèt in primis allegationibus singillatim fuerint enervata, & rejecta, cum tamen propter aliud emissa fuerint, nec minùs inducere probationem quasi possessionis filiationis., probans Regens de Pont. relegendus in consil. 3. sub num. 78. lib. 2., maximè ubi Testes ibi producti non possent hìc denuò examinari, & produci, & propterea nec plenam, nec semiplenam probationem inducant, quam solam, & qualem qualem præsumptionem facerent inter easdem Personas, non autem inter diversos, & in Judicio principali ipsius filiationis in præjudicium Agnatorum, sed solùm quoad eusam simpti Clericatus., vel Doctoratus., ut idem Regens de Ponte ex Bartol., Alberic. &c. recolligit præcitato cons. 3. n. 70. vers., & si Sententia, quæ non est directa super filiatione, sed super aliquo Iudicio possessorio, vel super præstatione alimentorum, vel recuperatione Bonorum, sive consecutione gradus., & Dignitatis, etiam quod sit fundata super filiatione, non facit præjudicium Tertio, nec in Iudicio principali ipsius filiationis, sed solùm quoad casum illum, quod tantò fortiùs procedit in hac Immissione prætensa per interdictum quorum Bonorum, quod necessariò requirit filiationis probationem, ut in leg. 1. Cod. quorum Bonorum, & non sufficit probatio facta in alio Iudicio, nisi fuerit denuò in figura hujus Iudicii auditis Agnatis, & renovata, ut individualiter docuit Bald. in d. leg. 1. num. 2. Cod. quorum Bonorum, eu Salyceta, & aliis firmat Menoch. de adipiscend. possess. remed. 1. num. 98., & meliùs num. 100. vers. tertius est actus* = hæc ex *de Pont. & Censal.*, uterque autem eorum si juxta Majorum nostrorum certissimas traditiones censuit, ex hujusmodi Testibus elici solùm posse qualem qualem præsumptionem, vel ad summum semiplenam tantummodò probationem, quo nam pacto iidem Parti adversæ suffragari potuerunt pro immissione consequenda ex interdicto quorum Bonorum in plenario petitorio, in quo agitur de acquirendo irrevocabiliter in prejudicium Tertii dominio hereditatis? Ut latè probatum fuit *§. 1. num. 1. & per tot.*, quæ probationis species si reijcienda omninò esset, tametsi præfati Testes, nullà legali perstringerentur exceptione,

e Ju-

è Judicio eliminanda certè erit in casu nostro, in quo iidem Testes, summâ machinatione conquisiti, atque inducti, tam quoad eorum dicta, quàm etiam quoad eorum personas adeò gravibus obnoxii sunt exceptionibus, ut nullam prorsus fidem mereantur.

Etenim illi Reipublicæ Proceres Viri, DD. nempe Simon Pallavicinus, & Hieronymus Spinola, qui curabant, urgebantque negotium adscriptionis Nicolai Mariæ cætui Nobilium, agnoscentes in quantas tricas se se conjecissent, pro inveniendis Testibus, qui de illius materna origine deponerent, eidem significarunt maximas, quibus involvebantur, difficultates, ut apertis verbis loquitur memoratus D. Hieronymus Spinola in quadam
276 sua epistola scripta Nicolao Mariæ, *nostro Sum.*, ibi = *Mi vidi col Signor Simone, e veramente per quanto avessimo più persone in nota, che facilmente potevano essere informate, non si ritrovava cosa à nostra soddisfazione* =, idemque rem prosequens, tres maximâ ad rem nostram notâ dignas circumstantias in dicta epistola exprimit; Primo, quod plures ex Testibus, tum ab ipso, tum à D. Simone exploratis, augebantur scrupulis, & difficultatibus, ut ex alia etiam epistola D. Simonis Pallavicini, ibi, = *e perchè vedo, che vi sono delli scrupolosi* =, *primo Sum. D. Arnaldæ num. 8. litt. E.*, ideòque nihil ab illis potuisse excerpi *à nostra soddisfazione*. Præcipuè autem dd. scrupulis angebatur Nobilis Matrona Francisca Baciadonna, de qua præfatus D. Hieronymus hæc habet = *La Signora Francesca Baciadonna Spinola dal primo Marito, & ora moglie del Signor Orazio Pallavicini, che è in Madrid, alla quale il nostro Bottino fu à fare istanza per l'esame, la ritrovò piena di dubbj, e scrupoli, il che da me sentito, per esser molto mio Signora, intrapresi d'andarle a parlar io, & ancorche la ritrovassi piena di buona volontà* = nihilominus rem infectam reliquit, nam verebatur id, quod admonitus à Mascardo expertus fuerat in aliis Testibus, videlicet quod iidem non concordarent cum illis examinatis anno 1664., destruerentque probationes, ex eisdem elicitas, ibi = *niente di meno per averci il Signor Mascardi avvertiti, che queste prove non facessero pregiudizio alle prime, restassimo assai sospesi* = ex qua contrarietate probationum, in quam incidere formidabant, deprehenditur altera circumstantia summoperè animadvertenda; His demum accedit tertia, quod videlicet post plures diligentias adhibitas in tanta difficultate Testium, summo artificio, & studio inventorum, ut disertè testatur Bottinus in quadam sua Epistola data ad Marchionem Nicolaum Mariam, ibi = *e facilmente dal detto Signor Spinola sentirà oltre finezze usate dal suo parzialissimo affetto appresso degl' interessi di V. S. Illustrissima*, cum adhuc magnis involverentur anfractibus, noscerentque maturo consilio illos seligendos esse, congressu facto in domo Advocati Gonfredi, alterius ex Testibus inducendis, fuit ex proposito deliberatum, alios Testes proponi non posse, quam ipsum Gonfredum, & Paulam Mariam, qui scrupulis vacabant, & parati erant ita deponere, ut nulla emergeret contrarietas inter primas depositiones factas à Testibus, adhibitis anno 1664., & illas mox excipiendas.

Si autem, ut sæpius, & audacter deposuit Gonfredus, & affirmasse dicitur Paula Maria, fuisset notoria maternitas Antoniæ, unde nam tot scrupulositates exoriri, ac ingeri poterant in Testes, alioquin tantopere propensos in Marchionem Nicolaum Mariam? Cur plures Testes omissi fuerunt ex consilio Jurisperitorum, timentium, nè deponendo contraria Testibus examinatis anno 1664., invicem colliderentur? etenim, cum ageretur de invenienda Matre, quæ à natura demonstrari dicitur, verisimile non erat, quod in tot offendissent difficultates, præsertim verò, cum non ageretur de re, quæ antiquitatis tenebris jam involui potuisset, uam vigintique dumtaxat anni excurrerant à die, quâ Marchio Nicolaus Maria natus fuerat, cujus partui si, ut alibi dicetur, adfuerat Obstetrix, si ejus Nutricem eo tempore adhuc vixisse constat, si res adeò notoria fuerat, ut Antoniæ gravidantiam, partusque editionem vicinos omnes novisse, dicant contrarii Testes, addentes mutuos, & reciprocos tum Caroli, tum Antoniæ accessus ad eorum domos, & quidem adeò frequentes, ut omnium oculis, & conspectui paterent, quonam fato res tot spectata oculis, & quæ probari potuisset fide Testium, plenam illius certitudinem præbere valentium, post non longum temporis spatium, adeò difficilis probationis effecta fuit, ut oportuerit delectum facere Testium, pluribusque ex eis repudiatis, prævio Jurisperitorum consilio, illos seligere, qui gravissimis obnoxii erant exceptionibus? Profectò ratio ista agendi omnium validissimum præbet argumentum, tunc conquisitos fuisse Testes, non pro demonstranda vera Nicolai Mariæ Matre, quam arcano silentio occultari expediebat, sed pro rei, & negotii opportunitate, loco veræ subjicienda ficta, ac supposititia Matre, *Boss. de Partu supposit. numer. 12., & seq., Decian. respons. 40. num. 2. lib. 5., Giovagnon. respons. 6. num. 63., & seq. lib. primo, Dulph. contr. 149. num. 16., Lara in compend. vitæ homin. cap. 8. num. 59. versic. quæ enim.*

Neque verò vis argumenti hujus desumpti ex tanta difficultate inveniendi idoneos Testes, qui Dubiis, & scrupulis vacarent, declinari potest animadversione illâ factâ in contrario Restrictu *§. 53. & seqq.*, quod videlicet Dubia, & scrupulositates, nobilis præsertim mulieris Franciscæ Baciadonna, non percutiebant substantiam maternitatis, sed priùs Antoniæ viduitatem, quam porrò qualitatem satagebant non posset revocari in discrimen, ut penitùs submoverent exceptionem spurietatis, quam iterùm dicunt propositam fuisse in Judi-

cio

cio donationis, illam promovente D. Centurionо Avo materno, prout etiam ad hanc cauſam referendæ dicuntur expreſſiones illæ de non inventis Teſtibus *di noſtra ſoddisfazione*, de maximo dubio, quod irrepſerat, ne ſecundi contradicerent primis Teſtibus anni 1664., huc denique ſpectare deliberationem, Juriſperitorum conſilio factam deligendi Paulam Mariam, & Jacobum Gonfredum, uti aptiores, meliores, & magis conferentes. Nam DD. contrarii Defenſores facilè agnoviſſent, fruſtra ipſos conari inani hoc colore elidere vim ſuperiùs relati argumenti, ſi ad memoriam revocaſſent ea, quæ priùs tanto apparatu inculcaverant, videlicet, quod Marchio Nicolaus Maria, jam paratam habebat fidem obitus Riccardi de Voilin, quaſi contemporaneè, ut iidem aſſerunt, exhibitam à Petro Antonio Maronio in ſua reſponſione coram Judicibus Compromiſſariis, illicò enim dicta fide, ex animo Teſtium excuti potuiſſent dubietates, & ſcrupoloſitates omnes, ut etiam ſubmotum fuiſſet periculum omne, ne hi Teſtes colliderentur cum illis anni 1664., nam, quod attinet ad viduitatem Antoniæ, hæc probabatur fide prædeceſſus Viri, timendumque non erat, quod D. Centurionus, Avus maternus Principis Nicòlai, victoriæ ſpem reponerent in ſpurietate Nicolai Mariæ deſumpta ex maternitate Antoniæ, nam ille exceptionem iſtam, licèt paratam haberet, contempſit; Imo vero contrariam in Judicio aſſertionem emiſit, ut latè demonſtratum fuit *§. Coram quo acri contentione & alibi*. Quamobrem, ſi dd. Dubia, & ſcrupoloſitates referri ampliùs nequeunt ad cauſam, quæ evidentià facti ſublata penitus erat, ex hoc, veluti ex neceſſario antecedenti, ſequitur, quod referebantur ad veritatem & ſubſtantiam maternitatis Antoniæ, de qua cum deponere vererentur, timereturque, nè diſcordarent à Teſtibus anni 1664., hoc ipſum ſatis apertè manifeſtat anfractum, diſcrimen, & involutionem materiæ, non aliter evitatam, quàm Teſtibus benevolis, atque captatis, & quorum
177 depoſitiones compactæ fuerunt in domo Advocati Gonfredi, ejus adhibità operà, multum in præmiſſis circumſtantiis neceſſaria, ut aliquo apparenti colore artificium cohoneſtaretur, proindeque ſimiles Teſtes tanta diligentia conquiſiti, & ſelecti inter plurimos, qui, nè deponerent contraria intentioni inducentium, repudiati fuerunt, utpotè ſuſpecti, nullo numero habendi ſunt, nullamque fidem merentur, perindè ac ſi non exiſterent, *Farinacc. de Teſtib. quæſt. 67. num. 283. & ſeqq., Rot. coram Gregor. deciſ. 570. nu. 1., & ſeqq., ibique Add. lit. A., coram bon. mem. Emerix Jun. dec. 107. numer. 7., deciſ. 149. num. 5., in rec. deciſ. 326. num. pariter 5. part. 17. & ad ornat. clar. me. Card. de Luca tom. 3. lib. 3. dec. 7. n. 14.*; maximè verò in præjudicium Tertii venientis Jure ſuo, adverſus quem ſi non urgent probationes illæ,
178 quæ inter alios, & ad diverſum effectum conquiſitæ ſunt, multò minus eidem nocebunt, ſi quoquo modo ſuſpectæ reddantur, *Balduce. ad Ramon. conſ. 22. num. 40. verſ. quæ tamen nequaquam ſubſiſterent, Rot. in rec. deciſ. 337. num. 16. & duob. ſeqq. part. 19.*

Arti, ſivè, fas nobis ſit dicere, machinationi, qua dd. duo Teſtes producti fuerunt, conſonat etiam illorum depoſitio, nam, omiſſo, quod Paula Maria examinata fuit in domo Advocati Gonfredi, præſente etiam Bernardo Odono Procuratore Marchionis Nico- 179
lai Mariæ, qui modus recipiendi Teſtes a Jure reprobatur ob periculum, nimiamque facilitatem, quod illi ſè ſè invicem inſtruentes, rem deponant alitèr, ac ſè habet, ut egregie animadvertitur in *noſtra Facti §. 80. & duobus ſeqq.*, vix, ac nè vix quidem, confingi poteſt depoſitio magis captioſa illà, quæ facta legitur à Paula Maria, nam, ut diſertè probatur in *hodierna Facti §. 72., & ſeqq.*; cum illa horreret cum perjurio aſſerere, Antoniam Calciam Matrem ſuam eſſe etiam Matrem Marchionis Nicolai Mariæ, à Notario, & Cauſidicis, qui negocium hoc curabant, ejus depoſitio ea arte conficta fuit, ut apparenti verborum involucro d. maternitatem aſſeruiſſe videri poſſet, licèt alioquin de illa nihil diceret, etenim prima vice, qua ipſa nominavit Antoniam Calciam, eam qualificat cum dictione relativa *Detta*, & tamen ex lectura depoſitionis manifeſtum fit, quod illam nuſquam antea ipſa nominaverat, ſed ſolus Notarius, qui, ut identificaret perſonam Teſtis deponentis, modo prorsùs inſolito, & contra ſtylum, nedum Patrem, ſed ejuſdem etiam Matrem recenſuit, ex quo evidens, & apertum redditur, quod indigitatio perſonæ Matris non promanat à Teſtis, nempe Paulæ Mariæ, ore, ſed à Notarii enunciatione, tali modo compoſita operà Advocati Goufredi, quia, ut diximus, Paula Maria trahi nequivit ad ſolemne perjurium, quo expreſsè deponeret, de nativitate Marchionis Pallavicini ex Antonia Matre ſua, ſed ſolùm verbis involutis loqui voluit de incerta Antonia, deſignata dictione illa relativa *Detta*, in ſenſu Teſtis referibili ad aliam Antoniam, in ſenſu verò inducentium referenda ad Antoniam Calciam non ſinè artificio à Notario nominatam, dum retulit nomen Teſtis, illi non Patrem tantum, prout moris eſt, ſed Matrem etiam aſſignando, ut luculentiùs in noſtra hodierna Facti loco citato, ad quam
nos referimus; Quamobrem tanta captioſita- 180
te examinatum, & ſub tali verborum involutione deponentem, nullum probationis gradum conſtituere, benè animadverſum fuit *in Voto §. 27.*, & tradunt *& Alexand. conſ. 118. num. 4., conſ. 119. num. 3. lib. 1., Loffred. conſ. 44. n. 6., Palm. nep. allegat. 35. num. 28. & allegat. 158. num. 9., Rot. cor. Pen. deciſ. 431. num. 4., deciſ. 823. num. 12., coram Ludoviſ. deciſ. 77. numer. 8. & ſeq., coram Ubald. deciſ. 138. num. 15., coram Burat. deciſ. 570. nu. 4. & ſeqq.*

Alia his addi poſſent vitia, quibus dd. Te-

ftium examen notatus in d. *noftra facti* §. 83.
cum feqq., Verum, illis omiflis, progredimur
ad alias longè graviores exceptiones, quibus
181 obnoxii funt, nam, quod attinet ad Paulam
Mariam, multum pro illius teftimonio infir-
mando urget ejus qualitas perfonalis, ipfa enim
Teftis idonea effe nequit ad concludendam
maternitatem favore Mariæ Hieronymæ filiæ
fuæ, & ad dandum illi validum præfidium
pro vindicanda in Judicio plenario hereditate
Marchionis Nicolai Mariæ, juxtà deducta *in*
Voto §. 28., quibus non contradicit regula ge-
neralis de admittendis in hac materia Confan-
182 guineis, utpotè magis informatis, quia illa pro-
cedit extra gradus deponere prohibitos, qua-
les funt afcendentales, ficuti profequitur *Vo-*
tum loco citato, parvipensâ replicatione, quod
Matris teftimonium attenditur pro concluden-
da paternitate filii, ab ipfa enixi, & concepti,
ficuti de facto *Votum in artic.* 3. magni fecit
depofitionem Conftantiæ Curicttæ pro intento
filiationis Sororis Mariæ Conftantiæ ex Nico-
lao Maria; Etenim Matris dictum admittitur,
183 concurrente publica voce, & fama, concomi-
tantibus adminiculis, & dum nullum infer-
tur filio præjudicium, ut clarè notat *Surd.* in
exadversò laudata *decif.* 83. *num.* 8. *ferè per tot.*,
& fub hoc præfuppofito concordantium admi-
niculorum, & confentanearum probationum
de dicto Matris, aliqua fuit habita ratio in Vo-
to favore d. Sororis Mariæ Conftantiæ. At in
noftro cafu, cum tota probationis vis refideat
in dicta depofitione Paulæ Mariæ, perabfur-
dum effet, quod illa pro tam concludenti di-
judicaretur, ut ejufdem vigore filia confpi-
cuam hereditatem confequi poffet: Addito
rurfus, quod multum intererat Paulæ Mariæ fe
fororem dicere ditiffimi Viri. Erat quippe
paupere fortunâ preffa, & omnibus ad vitam
neceffariis indigebat, ut probat etiam fucceſ-
fivus eventus; undè nil mirum, fi non recu-
favit oblatam occafionem captiosè deponendi
184 de afferta maternitate, fperans, id loco vecti-
galis fibi futurum pro captanda faltem aliqua
eleemofyna, quam hoc titulo expreſsè peti-
tam, & nunquam commemorato figmento fo-
roritatis, pluries à munifica pietate Nicolai
Mariæ fuit cum effectu affequuta: Teftis ergò
tantoperè in hoc negotio intereffatus feponen-
dus eft, utpotè nullum probationis gradum
conftituere valens, *Text. in leg. in omnibus Cod.*
de Teftib., *Eugen. conf.* 7. *num.* 32., *& conf.* 8. *nu-*
mer. 36. *lib.* 1., *Ferret. conf.* 55. *num.* 1., *Afze-*
ved conf. 24. *numer.* 34., *& feq.*, *Bertazzol.*
conf. 24. *num.* 6. *tom.* 2., *Valenz. conf.* 4 *num.* 51.,
& 52. *tom.* 1., *Boffia tract. de Teftib. tit. de op-*
pofit. contr. Teft. num. 56., *Farinacc. de Teftib.*
quæft. 60. *num.* 4., *Ripa refponf.* 5. *de accufat. nu-*
mer. 13., *Cavalcan. decif. Fivizan. prima nu-*
mer. 48. *part.* 2., *Rota Januen. decif.* 20. *nu-*
mer. 8., *Ofafch. decif.* 79. *num.* 19., *Gramma-*
tic. decif. 40. *num.* 18., *Rot. coram Dunoz. Jun.*
decif. 697. *num.* 9., *in rec. decif.* 220. *num.* 10., *de-*
cif. 327. *num.* 18. *part.* 17., *& decif.* 129. *num.* 5.
part. 18., & in terminis Bonorum vacantium,
quod Pater non fit idoneus Teftis pro filio con- 185
tra Fifcum tradit *Everard. Jun. conf.* 24. *nu-*
m. 26. §. *Tandem tom.* 1.

Exceptionibus urgentibus contra Paulam
Mariam fuccedunt illæ, quæ perimunt teftimo-
nium Advocati Gonfredi, de quibus in *Vo-*
to §. 29.; ille enim, ut habetur ex epiftolis
Domini Hieronymi Spinulæ, præordinatio-
ne, & confilio effinxit depofitionem, fivè
teftimonium tum ab ipfo, tum à Paula Ma-
ria ferendum, quale requirebatur, nè colli-
deretur depofitionibus Teftium anni 1664;
quamobrem, tametfi non effet Advocatus in 186
Caufa, nihilominus, cum confilio, & operâ, re-
rum in examine dicendarum feriem præfcri-
pferit, in hoc negotio, plufquam Advocati
partes fufcepiffe dicitur; Si autem Tefti in-
ftructo nulla fides præftatur, quid dicendum
erit de Tefte Jurifperito, tanta arte, ac ftudio,
Conteftent ad teftimonium dandum inftruen-
te? *Paris conf.* 98. *num.* 74. *lib.* 3., *Cephal.*
conf. 113. *num.* 25., *Valenz. conf.* 92. *num.* 132.
lib. 1., *Speculator. in tit. de Teftib.* §. *primo*
num. 34., *Campegg. eodem tract. regul.* 216. *in*
princip., *Farinacc. de Teftib quæft.* 67. *num.* 283.,
Rota coram Manzaned. decif. 338. *num.* 5., *coram*
Ludovif. decif. 570. *num.* 1. *& feqq.*, *& in re-*
cent. decif. 326. *num.* 5 *par.* 17., hoc addito, quod
in ejus ftudio depofitiones receptæ fuerunt,
imo Notarius non aliter fibi notam dicit Pau-
lam Mariam, quam ex relatione Spinulæ, & 187
Gonfredi, & latiùs in *hodierna facti* §. 82., hæc
enim omnia fi infimul jungantur, nempè in-
formis depofitio, fedula illius compofitio ad
dictamen ejufdem Gonfredi, examen deniquè
in illius domo peractum, eodemque præfen-
te completum, nè Paula Maria inftructa, re-
formidans Notarium, à concordatis recederet,
manifefta undequaque redditur ars, qua tales
Teftes comparati fuerunt, & fic ad quofcum-
que Juris effectus concidit vis omnis depofitio-
nis, ab illis factæ, ad *Text. in cap. ficut no-*
bis de Teftib., *Rain. conf.* 146. *numer.* 5.
lib. 5., *Gratian. difcept. forenf. cap.* 562. *nu-*
mer. 44.

Prætereà dictus Teftis inverifimilia, & fal-
fa deponit, nam, ut benè obfervatur in dicta
noftra Facti §. 88. *& feq.*, ipfe non de auditu
ab aliis, quemadmodum dicitur in contrario
Reftricta §. 61., Sed de vifu, & fcientia pro-
pria teftatur de matutinis acceffibus Antoniæ
Calciæ ad Carolum, in lecto jacentem, ut per-
fpici poteft ex ejus depofitione, ibi = *la faccia-*
ta della qual Cafa, che io abitavo, è pofta verfo
il Palazzo degl' Eredi del fudetto Ottavio Saa-
li, perciò vicino alla Cafa di detta Antonia; con
tale occafione vedeva, che detto Signor Carlo
praticava fpeffo con detta Antonia, & andava
la mattina in detta fua Cafa, che è quella, che
ora tiene, e poffiede la fudetta Signora Terefa
Saali, anche in tempo, che effo era in letto, e
detto Signor Carlo andava anche qualche volta
in Cafa di detta Antonia = Si autem ea dum-
legat

taxat ſcientiæ cauſa attendenda eſt, quam al-
legat Teſtis, aliamque diverſam ab illa con-
188 fingere non licet, *Bertazzol. conſ. 518. nu. 10.
lib. 2., Burſat. conſ. 197. numer. 35. lib. 2., &
conſ. 331. num. 34. lib. 3., Speculator. in tit. de
Teſtib. §. 1. num. 61., Boſſ. in tit. de oppoſit contr.
Teſt. num. 73. Practic. Papien. in form. oppoſit.
contr. Teſt. in Gloſſ. reddant rationem num. 1.,
& 4., Franc. Curt. de Teſtib. concluſ. 41. nu-
mer. 84., Maſcard. de probat. concluſ. 1369.
num. 18., & ſeqq. & num. 54. lib. 3., Farinac. de
Teſtibus quæſt. 70. num. 8., & ſeqq., & num. 12.,
Rot. coram Dunozzet. Jun. decif. 731. num. 22.,
& ſeqq.*, dicendùm profectò eſt, quod non de
auditu, ſed de viſu, ſivè ſcientia propria Gon-
fredus depoſuerit illud adeo inveriſimile, quod
ipſe ſcire potuerit, quando Antonia matutinis
horis accedebat ad paternam domum Caroli,
adhuc recubantis, proindèque eum Teſtis inve-
riſimilia deponens, fidem nullam mereatur, ad
189 *Text. in cap. quia veriſimile 10. de præſumpt.*,
adeo quidem ut Sacra *Rota* in una *Perusina
Laudi coram clar: mem: Card. Veroſpio* rejecerit
treſdecim Teſtes, licèt conteſtes, quia inveriſi-
milia deponebant, ut refert *Vermigliol. conſ. 74.
num. 4.* & aliis relatis plenè probat *Pignatell.
conſult. Canon. tom. 9. conſult. 9. num. 10., Rot. in
Mantiſſ. ad ornat. clar: mem: Card. de Luc. de
Jurepatr. deciſ. 72. num. 15.*, & noviſſimè in
*Pacen. Canonicatus 26. Junii 1715. §. Sextus
coram R.P.D. Falconerio*, & rectè, quia Te-
ſtes inveriſimilia deponentes, falſum loqui
190 præſumuntur, *Jacob. Egid. in tract. de repro-
bat. Teſt. num. 24., & ſeqq. inter tract. magn.
tom. 4. folio mihi 74., Franc Curt. de Teſtib con-
cluſ. 19. nu. 39. verſ. illud enim, & concluſ. 33.
num. 69., Bertazzol. conſ. 452. num. 12. lib. 2., Bur-
ſat. conſil. 346. num. 12. lib. 4., Maſcard. de probat.
concluſ. 745. num. 14.*, qualis nam fides adhi-
benda erit iſtiuſmodi Teſti, qui, ut fuco ali-
quo illiniret teſtimonium, ab ipſo ferendum,
rem omnino inveriſimilem deponit, in ea diſ-
ſonans à depoſitione Paulæ Mariæ, teſtantis de
ſolo acceſſu Caroli ad Domum Antoniæ, ut in
noſtra Facti §. 88.

Fabulam verò dictus Teſtis recitat, dum plu-
ra loquitur de nobilitatè Antoniæ Calciæ, quæ
uti merum figmentum plenè reiicitur in dicta
informatione *§. 90., & ſeqq.*, Fruſtraque DD.
contrarii Defenſores *in §. 62.*, eundem excu-
ſare conantur reſponſione illà, quod ipſe de
nobilitate Antoniæ depoſuerit de auditu à Ca-
rolo, quia ſive de auditu, ſive ex propria ſcien-
tia loquutus ille fuerit, falſitas in hoc puncto
nobilitatis Antoniæ magnifacienda eſt, eo
quod omnes, quot quot de Marchionis Nico-
lai Mariæ Matre ſub involucro verborum lo-
cuti fuerunt, uno ore de ejus nobilitate depo-
nentes, plurimi illam faciunt; nam in fide
Baptiſmatis, & Confirmationis licèt Nicolaus
Maria apertis verbis enuncietur filius Caroli,
nihilominùs nomen Matris reticeri dicitur ho-
neſtatis causà, ob quam pariter Teſtes inducti
anno 1664. illam in ſuo examine minimè no-
minarunt, ut etiam *claræ memoriæ Card. de
Luc.* in ſuis allegationibus de eadem loquens,
illam dicit *Viduam honeſtam, & nobilem*,
ut in *tract. de Donation. in ſupplem. diſc. 62. nu-
mer. 2., & num. 18.*, ibi = *honeſta Vidua, & no-
bilis* = quæ ſane honeſtatis, & nobilitatis qua-
litas convenire nequibat Antoniæ, quæ, utpotè
palam, & publicè omnibus videntibus, antè
partum accedens ad Amaſium, in lecto jacen-
tem, eam honeſtatem conſervaſſe dici non
poterat, ob quam parcendo illius famæ, ejuſ-
dem nomen tum in fide Baptiſmatis, & Chriſ-
matis, tum à Teſtibus ſupprimendum eſſet,
multòque minus præcellere dici poterat nobi-
litate, qua non decorabatur ejus familia, vel
illa virorum, quibus ſe Matrimonio conjunxe-
rat, nèc congruebat ulli opificio, quo victum
ſibi quæritabat, ut pleniùs in dicta noſtra *Fa-
cti §. 92.*, quæ ſanè omnia validiſſimè confir-
mantur illà alià pluſquam grandi inveriſimi-
litudine, quod nempè Mulier, quæ anno æta-
tis ſuæ quadrageſimo nono illecebris irretiiſſe
potuit prænobilem, prædivitemque Virum
Carolum Pallavicinum, poſt longum com-
mercium, & quod magis eſt, ut exadverſo
ſupponitur, poſt ſuſceptum ex eo Filium, con-
ſecuta non fuerit, quæ neceſſaria erant ad vi-
tam honeſtè ſubſtentandam, ſed opus habue-
rit continuare mercenarium opificium ſarcina-
tricis pannorum; id certè non toleraſſet Caro-
lus, nec tantum infortunium experta fuiſſet
iſtiuſmodi Viri amaſia.

Idem Teſtis falſa falſis ſuperaddendo, ait,
Antoniam Calciam tempore conceptionis Ni-
colai Mariæ inhabitaſſe quandam domum no-
bilis Viri Franciſci Mariæ Imperialis, conſul-
tò ità deponendo, ut adminiculo aliquo
depoſitionem ſuam fulciret, dictiſque ſuis
ſcientiæ cauſam prætexere poſſet; Verùm in
hoc de aperto mendacio convincitur evidentià
rei, luculentèr demonſtrata in hodierna *Facti
ex §. 94. uſque ad §. 100.*, probatur enim, an-
no 1649., & ſic tempore conceptionis Nico-
lai Mariæ, d. domum inhabitatam minimè
fuiſſe ab Antonia Calcia, ſed à Joanne Augu-
ſtino Galea, qui illam conduxerat à præfato
Domino Franciſco Maria Imperiali; Si igitur
Antonia tunc non habitabat d. domum, quà fi- 191
de, quo colore Gonfredus aſſeruiſſe potuit, eo
tempore ſe vidiſſe Carolum accedentem ad
Antoniam, ibi habitantem? profectò Teſtis
iſte falſum deponens in re adeò ſubſtantiali,
qualis eſſe dicitur tempus, percutiens conce-
ptionem, *Pegas de incluſion. excluſion. ſucceſs.,
& erect. majorat. par. 2. cap. 9. num. 456. fol. mi-
hi 142.*, & qualis etiam eſt locus, ex quo ipſe
ſcientiæ cauſam deſumere poterat, *Bald. in
leg. Teſtium num. 12., & ſeqq. Cod. de teſtib.,
Jaſon. conſ. 61. num. 5. vol. 1., Manſ. conſult. 70.
num. 9., Hippolit. Riminald. conſ. 113. num. 18.
lib. 2., Petr. de Fideicom. quæſt. 12. num. 1229.,
Farinacc. de teſtib. quæſt. 67. num. 140.*, tam-
quam falſus in rebus ſummoperè ſubſtantia- 192
libus, rejiciendus omnino eſt, *Bald. in leg. Si*

*ex falsis numer. 15. Cod. de Transact., Vulpell.
cons. 34. n. 5., Clar. in practic. §. final quæst. 53.
vers. si ius tamen, Tindar. de test. par. 3. cap. 7.
num. 4., Farinacc. eodem tract. quæst. 67. nu-
mer. 178., Petra de Fideicom. quæst. 12. nu-
mer. 1242., & seqq.*, cum aliis apud *Menoch.
lib. 5. præsum. 22. num. 1. & seqq.*

Neque verò adeò manifestum mendacium
adumbrari potest fuco desumpto ex quadam
extractione cujusdam partitæ assertæ subloca-
tionis ejusdem domus à præfato Joanne Augu-
stino Galea deindè factæ Antoniæ, quæ parti-
193 ta extracta dicitur ex illius privato Libro, nam,
ut aliquale adminiculum, sive qualis qualis
præsumptio ex d. extractione elici posset, do-
cendum priùs esset de veritate, & legalitate
dicti Libri, *Menoch. cons. 296. n. 26. & seqq.,
Farinacc. cons. 18. num. 14., Scacc. de Judic.
lib. 2. cap. 11. num. 129. cum plurib. seqq., Gait.
de credit. cap. 2. tit. 3. num. 190., Carol. Anton.
de Luc. ad Gratian. discept. 171. num. 9. versic.
Item non facit, R.P.D. Ansald. de commerc.,
& mercat. disc. 82. num. 5., & disc. general. nu-
mer. 140., Rub. in addit. ad decis. 345. num. 86.
part. 9., Rota coram bonæ memoriæ Emerix. Jun.
decis. 1112. num. 2. & 3.*; Certius in nostro ca-
su, quia agitur de privato Libro privatæ, ac
194 ignotæ prorsùs Personæ, à nemine recognito,
& post lapsum sexaginta quinque annorum in
lucem edito, qui proindè non modicâ suspi-
cione perstringitur, ad *Text. in leg. Si quis
fortè ff. de pæn., R.P.D. Ansald. de commerc.,
& mercat. disc. 82. num. 7., Rot. coram Priolo
decis. 228. num. 16., in Recent. decis. 471. n. 11.,
& decis. 561. num. 17. part. 19. tom. 2., in Ro-
mana Census 14. Februarii 1701. §. Insuper, &
§. Et demum coram R. P. D. Ansaldo*, ex eo-
demque dicta extractio non privatâ auctorita-
te, sed Juris ordine servato facienda fuisset,
195 ut aliquem probationis gradum constituere
posset, juxta *Text. in cap. fin. de fid. Instrum.
leg. 3. Codic. de divers. rescript., leg. Exempla
Cod. de probat. Auth. si quis aliquo Cod. de edend.,
Rota dec. 703. part. 2., decis. 379. la 2. par. 13.,
decis. 336. num. 6., decis. 620. num. 18., & de-
cis. 640. num. 2. part. 18., dec. 534. num. 1., &
decis. 467. numer. 24. & seqq part. 19. Recent.,
coram Pea. decis. 606., coram Coccino dec. 1101.
num. 6. & 7.*, cum aliis collectis à *R.P.D. An-
saldo de commerc., & mercat. disc. 82. numer. 5.
& seqq.*; Et denique oporteret, quod partitæ
196 in illo descriptæ, redargui de nullo possent er-
rore; hic enim si fidem adimit etiam scripturis,
ceteroquin legalibus, *Stracc. de mercat. par. 2.
num. 63., Genua de Scriptur. privat. lib. 4. tit.
de liber. mercat. num. 86., clar. memor. Card. de
Luca de credit. disc. 78. num. 15., Rota coram
Baratt. decis. 79. num. 2.*, quænam fides præsta-
ri poterit istiusmodi extractioni factæ privatâ
auctoritate ex privato Libro ignotæ Personæ, à
nemine recognito, & qui in puncto, & facto,
197 de quo agitur, de manifesto errore convinci-
tur ex partitis extractis ex Libris præfati nobilis
Viri Francisci Mariæ Imperialis, quibus in con-
flictu major certè fides adhibenda esset, tum
ob eorum legalitatem, tum ob prænobilis Per-
sonæ conditionem, tum denique quia dd. Li-
bri, quoad hanc partitam conionant publico
Instrumento, ideòque fit locus regulæ, quâ
edocemur, in subjecta materia probationum 198
semper præferendam esse illam, quæ coadju-
vatur auctoritate publici Instrumenti, ut per
Text. in leg. ob carmen. ff. de testib. tradunt *Ro-
land. cons. 24. num. 56. lib. 1., Mascard. de pro-
bat. conclus. 1219. num. 7. & seqq. tom. 3., Petra
de fideicomm. quæst. 12. num. 1100., Farinac. de
Testib quæst. 65. num. 129., Rota coram Mer-
lin. decis. 817. sub num. 5., coram Baratt. de-
cis. 367. n. 10., coram Dunozzet. Jun. decis. 336.
num. 23., & decis. 937. num. 33., coram sanctæ
memoriæ Alexandro VIII. decis. 200. à num. 23.,
in Recent. decis. 263. num. 7. part. 11., dec. 175.
num. 32. part. 12., decis. 430. n. 14. par. 14.*

Dum igitur tum fides præstanda Libris Do-
mini Imperialis, tum etiam publicum Instru-
mentum evincunt, falsum esse, Antoniam
Calciam tempore conceptionis Marchionis Ni-
colai Mariæ habitasse d. domum, non est, cur
Pars adversa recurrat ad nonnullos Testes, Ni-
colaum nempe Girattum, Catherinam Varisiam,
& Augustinum Peri, quorum depositionibus
in contrario Restrictu *§. 63.*, adminiculatur de-
positio Gonfredi, nam quæ fides præstari queat
præfatis Testibus, perspici facile potest ex iis,
quæ animadversa fuerunt *in nostra Facti §. 100.* 199
& dub. seqq., etenim Girattus d. tempore
puer erat septem annorum, quâ de re nemo
non videt, quâ ratione id testari potuerit,
tum ob ætatem, cum impubes minor quatuor-
decim annorum à testimonio dicendo repella-
tur, *Farinaccius de Testib. quæst. 58.*, tum
ob lapsum sexaginta annorum, quibus præsu-
mitur inducta oblivio, longe breviori tempo-
ris spatio rerum memoriam obliterans, *Ale-* 200
*xand. cons. 156. num. 13. lib. 5., Thabor. axiom.
Jur. lib. 13. cap. 8., Caren. resol. 39. numer. 2.,
Antonell. de tempor. legal. lib. 1. cap. 51. nu. 2.,
& lib. 2. cap. 76. num. 6. & seqq, & cap. 91. n. 5.,
Menoch. lib. 6. præsumpt. 32. num. 1., & de ar-
bitr. tom. 2. cap. 26. num. 1., Mascard. de probat.
conclus. 1223. num. 1. 7. & 17.*, cum aliis apud
*Bonden. collect. 30. num. 19. lib. 2., Paulat. dis-
sert. 36. art. 1. num. 155., Rota coram Seraphin.
decis. 1439. n. 1. tom. 2., coram Priolo dec. 326.
n. 13. & seqq., coram Dunozet. Jun. decis. 879.
num. 12., in Recent. decis. 67. num. 7. part. 10.,
decis. 284 num. 6. & seqq. part. 17., decis. 297.
num. 12. & seqq part. 19., & in Romana Pri-
mogenituræ de Salviatis super Jocalibus, & Tu-
balis pictis 22. Martii 1706. §. final. coram Re-
verendissimo Molines*, &, quod magis est, ejus
depositio non percutit tempus conceptionis,
sed nativitatis dumtaxat Marchionis Nicolai 201
Mariæ: quæ exceptio fortius urget contra Ca-
therinam Varisiam, dum hæc dicto tempore
infantula bima erat: ejusque depositio excu-
sari nequit sub obtentu, quod deponat de au-
ditu dumtaxat, quia contrarium evincitur ex
ejus

ejus dicto, ipsa enim loquitur de propria scientia, ibi = *E mi pare certamente, che detta Signora Antonia abitasse in una Casa, che hà nella facciata l'Arma Imperiale, la quale è situata nella Parochia di nostra Signora delle Vigne*, ut in dicta *nostra Facti §.101.*; Imò verò, quando etiam ejus depositio esset de auditu dumtaxat, adminiculum nullum præbere posset, nisi pro ejus depositione coadjuvandâ concurrerent ea, quæ requiruntur, ut Testis de auditu admitti queat, de quibus plenè *Farinacc. in tract. de Testib. quæst. 69. à numer. 44. usque ad fin.*; Deinque quod attinet ad Joannem Augustinum Peri, licèt is, utpote temporre depositionis octogenoo major, Testis idoneus esse potuisset, nihilominus cum Januam primùm advenerit anno 1654., vel 1655., vidisse non potuit, quamnam domum inhabitaret Antonia tempore conceptionis Nicolai Mariæ anno 1649.; Quamobrem quidquid præfatus Testis hac de re locutus exadverso dicitur, non de visu, aut propriâ scientiâ, sed non nisi de auditu deposuisse potuit, ut perspici potest ex ejus declaratione, quæ expenditur in *bodierna Facti §.102.*

§. X.

Rejectis ob tot exceptiones dictis duobus Testibus examinatis anno 1675., frustrà DD. Defensores D. Mariæ Hieronymæ illis fidem conciliare curant, ajendo, eosdem conjungendos esse cum aliis tribus Testibus examinatis anno 1664., qui, licèt non exprimant cognomen Antoniæ, attamen locuti dicuntur de illamet Antonia, quam suo cognomine in individuo designarunt præfati duo Testes. Id enim nullo pacto subsistere demonstratur.

NEc est, cur fidei dd. Testium, tot gravissimis exceptionibus labefactatæ, Pars adversa robur addere conetur depositione aliorum trium Testium examinatorum an. 1664., quasi eosdem conjungendo, atque invicem coadjuvando, plena, & integra ex utrisque
202 confici possit probatio, maximè, cum non agatur de probando facto recenti, sed perantiquo; nam, si postremi duo Testes ob tot vitia, quibus notantur, nullum legitimæ probationis gradum constituere valent, deficere dicitur extremum, cum quo fieri possit conjunctio ista dd. aliorum Testium, ad tradita per *Rotam decis.681. numer. 9. part. 19.*; Imò verò eadem in nostra hypothesi planè inutilis reputanda esset, quia, ut benè advertitur in *Facto §.105.*, Card. Lazzarus Pallavicinus in alibi memoratis literis datis ad Principem Stephanum Fratrem suum, dum seriò ab ipsis tractabatur Causa arbitramentalis, disertè protestatus fuit = *Toccherà al Signor Nicolò Maria di mostrare chi fusse la Madre; le prove fatte dal Signor Carlo non servono* = *nostro Sum.* probationes autem factæ à Carolo, nullæ aliæ erant, quàm dd. tres Testes, eædem verò si non concludebant maternitatem Antoniæ, quonam pacto ad illam demonstrandam imperfecta isthæc, & nihil prorsùs concludens proba-
tio conjungi poterit cum alia longè magis im- 203
perfecta, atque ex utraque perfici plena, ac integra probatio? ut enim conjunctio hæc fieri posset, requireretur, quod probationes plures, tametsi imperfectæ, & diversi generis, tenderent ad eundem finem, & ad eandem rem probandam, *Farinacc. conf. crim.70. n.67. lib.1., Thobor. axiom. Jur. lib.9. cap.22. axiom. 2. vers. limita*, videlicet, quod certo constaret, tres Testes à Carolo inductos anno 1664., nomine appellativo commemorantes Matrem Nicolai Mariæ, locutos fuisse de illamet Antonia, quam nomine proprio indigitarunt secundi Testes; Etenim, si dubium, aut in-
certum sit, de qua Antonia intellexerint pri- 204
mi Testes, nulla eorum fieri poterit conjunctio cum secundis, ex regula, *quod non possunt plura imperfecta insimul conjungi, quando unumquodque de per se non est concludenter probatum*, ut ex *Baldo aliisque antiquioribus* docuit *Farinacc. d. conf.70. nu.67. lib. 1., Thobor. axiom. Jur. d. cap.22. axiom. 2.*; Tantum verò abest, quod in nostra hypothesi clare probatum dici queat, depositiones dd. trium Testium tendere ad demonstrandam unam, eandemque Personam, illam nempè Antoniam, de qua loquuntur secundi Testes, ut contrarium manifeste evincatur ex pluribus, maximâ notâ dignis, diversitatibus excludentibus utrorumque Testium concordiam, atque consonantiam.

Ut enim diligenter observatur in *bodierna Facti §. 106. & seqq.*; Tres Testes examinati ad instantiam Caroli, loquentes de quadam Antonia Matre Nicolai Mariæ, reticent ejus cognomen, ideòque cum ob talis cognominis
reticentiam haberi non possit identitas Perso- 205
næ, de qua illi locuti fuerunt, *Cyriac. controv.286. num.26. & seqq.*, *Rota coram Comitulo decis.142. num.11.*, *in rec. decis.389. nu.3. & seqq. part.13.*, certo constare nequit, eorum depositionem tendere ad demonstrandam illam eandem Antoniam, quam cum expressione cognominis individuant alii duo Testes, Gonfredus nempè, & Paula Maria. Rursùs illi loquuntur de quadam Antonia cum qualitate *di Signora*, quæ appellatio convenit Personæ vivæ, non autem mortuæ, prout tempore examinis, vi morbi epidemici in Civita-
te Januæ grassantis anno 1656. è vivis sublata 206
supponitur Antonia Calcia; Et quamvis in contrario Restrictu respondeatur, titulum *di Signora* quandoque verificari posse etiam de homine mortuo, attamen dicimus, quod si juxta regularem, atque magis usitatum loquendi modum, præsertim apud Personas non rudes, atque imperitas, quum à Testibus, sive in scripturis sermo habetur de Persona mortua, illa non nominatur cum adjecto *di Signora* conveniente Personæ vivæ, sed cum dictione *quondam*, connotante mortem illius, cujus ser-

ſermo habetur, & quâ uſi fuerunt Teſtes anni *1675.*, rectè proindè ex verbis dd. Teſtium, qui benè callebant uſitatum loquendi modum, inferimus, eoſdem intellexiſſe de alia Antonia, quàm illâ nominatâ à Paula Maria, & Gonfredo, vel certè in dubium venire nequit, quin ſaltem ex hac forma loquendi, dubium reddatur, an Antonia, de qua dd. Teſtes locuti fuerunt, eſſet viva, vel mortua, quod ſufficit, ut imperfecta probatio ex illis elicita, conjungi nequeat cum alia pariter imperfecta probatione, ex firmatis *numer. praecedenti*.

His additur, quod ſecundi Teſtes concorditer deponunt de viduitatè Antoniæ, cujus tamen non meminit Auguſtinus Spinetta, unus
207 ex tribus Teſtibus examinatis anno *1664.*, qui præterea dum dicunt, ob honeſtatem occultaſſe cognomen illius Antoniæ, de qua ipſi loquuntur, nullo pacto conciliari poſſunt cum Gonfredo, in ſuo examine notorietatem turpis conſuetudinis, & commercii Antoniæ Calciæ cum Carolo enarrante, illis nimis perſpicuis verbis relatis in *noſtra Facti §.109.*, ibi = *Ed in quel tempo ſi ſapeva anche da tutti della noſtra Caſa, e dalli Servitori di detto Signor Carlo, e particolarmente da Girolamo Villa ſuo Scritturale, che detto Signor Carlo aveva prattica carnale con detta Vedova* =; Emendicata verò prorsùs dignoſcitur interpretatio illa, quâ in contrario Reſtrictu dicitur, Gonfredum depoſuiſſe de notorietate talis commercii, tempore partus,
208 editi anno *1650.*; proindèque inferri non poſſe ad annum *1664.*, quo tum lapſus temporis rei memoriam aboleviſſe, tum morbus epidemicus abſumpſiſſe potuit plures de iſta re informatos, nam difficile eſt, famam ſemel emanatam reprimere, eademque poſtquam ſemel percrebuit, vires acquirit eundo, præſertim verò, quando minimè ſurgens ex falſo
209 rumore, primordium habuit non ſolum à veritate facti, ſed à facto, quod poſt ſe reliquit effectum permanentem, hoc enim caſu conticuiſſe non potuit fama facti, cujus effectus vigebat in Nicolao Maria, qui ſi à Carolo ex dicta Antonia Calcia ſuſceptus fuiſſe noſcebatur, & ante omnium Januenſium oculos verſabatur, nullâ juſtâ ratione affirmari poterit, quod dum tot, tantique ejus Matrem ab initio noverant, ceteri adeò incurioſi deindè fuerint, ut facilè illius memoria perierit, ſuppreſsâ penitùs notorietate illâ, quam tale factum in ſua origine habuerat.

Denique iidem primi Teſtes, manifeſtè diſcordant à ſecundis, quod nempè Joannes Baptiſta Columbus, alter ex primis Teſtibus deponit, Marchionem Nicolaum Mariam à Nutrice ſubmotum, ſtatim fuiſſe traditum educandum Hieronymo Villæ, id autem apertè repugnat depoſitioni Paulæ Mariæ, ajentis, = *E quando la Mamma riportò detto Figlio allevato, nè lo portò in Caſa, & Io ſteſſa con mia Madre lo diſtettai* =, ut benè advertitur in noſtra *Facti §.111.*, ubi referuntur ſimilia verba alterius epiſtolæ, anno *1694.* à Paula Maria ſcriptæ Marchioni Nicolao Mariæ, in qua pariter aſſerit, traductum fuiſſe in domum Antoniæ non ab illa Hieronymi Villæ, ſed Nutricis, quia hæc infecto lacte eundem alere impediebatur = *Che di pochi meſi ne fu poſto in Caſa da ſua Mamma, perchè le aveva bruttata il latte per eſſer reſtata impedita* = manifeſta igitur redditur contrarietas, & diſcordia inter hos duos
Teſtes, quæ utpotè percutiens circumſtantiam 210
Facti, maximâ notâ digni, ideòque illis fidem adimens, ad *Text. in leg. Eos qui diverſa ff. ad leg. Cornel. de falſis*, *Bald. in leg. Teſtium 3. numer. 14. in fine ff. de Teſtib.*, *& leg 1. num. 18. Cod. eodem*, *Maſcard. de probat. concluſ. 1361. num. 2.*, *Farinacc. de Teſtib. quæſt. 65. num. 2.*, *Roſa conſult. 68. num. 15.*, *Raynald. obſerv. crimin. tom. 3. cap. 33. num. 125. fol. 220.*, *Rota Lucen. apud Palm. deciſ. 289. num. 20.*, *Sacra Rota apud eundem deciſ. 95. num. 11.*, *in recen. deciſ. 171. num. 2.*, *dec. 207. num. 19.*, *dec. 332. num. 20. part. 17.*, *deciſ. 72. num. 20. part. 19.*, *& in Mantiſs. ad ornat. clar. me. Card. de Luca de regal. deciſ. 4. num. 2.*, *de Regular. deciſ. 4. num. 15.*, *& in conſtitu leg. deciſ. 33. num. 10.*, evitari nequit conciliatione illâ, quâ dicebatur, quod, dum Joannes Baptiſta Columbus ait, Nicolaum Mariam, poſtquam ablactatus fuerat, traditum fuiſſe Hieronymo Villæ, id intelligendum non ſit, quod ſtatim, & abſque ullo intervallo temporis illi traditus fuerit, ſed rectè verificari queat de facto poſt aliquod
tempus ſecuto, poſt nempè educationem in 211
domo Antoniæ Calciæ; Interpretatio namque iſta vim facit verbis illis = *E dopo levato da Mamma, lo miſe a ſcotto in Caſa di Girolamo Villa* = In quibus dictio illa *poſt* actum immediatè ſequentem ſinè intervallo importare videtur, *Gloſſ. in cap. Congregato 53. verb. poſtmodum de elect. Barboſ. de dict. uſufreq. d. 169. num. 5.*, vel ſaltem, utpotè, nonniſi de modico aliquo intervallo intelligenda, verificari nullo pacto poteſt de longiori illo tempore, quod effluxiſſe neceſsè erat, ſi, ut inquit Columbus, Nicolaus Maria, à Nutricis domo translatus in illam Antoniæ, traditus deinde fuiſſet Hieronymo Villæ, ut penès hunc educaretur, id enim, nonniſi poſt longioris temporis intervallum fieri poterat, ut apertum redditur ex dicta epiſtola Paulæ Mariæ, relatâ in noſtro *Sum.*, in qua legitur, quod à Nutrice traditus fuit Antoniæ, dum adhuc erat infantulus paucorum menſium, ibi *Che di pochi meſi V.S. nè fu poſto in Caſa della ſua Mamma* = Hieronymo autem Villæ tradi nequivit, niſi poſtquam grandiuſculus factus fuerat, ut ex eadem Epiſtola, ibi = *Quando fu poi allevato, li poſimo l'Abito di San Domenico* = verbum 212
enim illud *allevato* denotat alicujus longioris temporis educationem, quæ non admittit interpretationem illam, quâ dicitur, ea verba = *E dopo averlo levato da Mamma, lo miſe a ſcotto in Caſa di Girolamo Villa*, ita intelligenda eſſe, ut inter actum ablactationis, & traditaxat

ctionis in domum Villæ, intermedia fuerit educatio penès Antoniam Calciam, quæ, nonnisi aliquot annorum spatio fieri potuit.

Nec est, cur pro eisdem Testibus concordandis plura alia exadverso congerantur adminicula, nam, si repetatur, Principem Nicolaum in Judicio donationis operâ, & ministerio Catanei Josephi Scortiæ adhibuisse omnem diligentiam pro invenienda fide secundi Matrimonii, ab Antonia Calcia contracti cum Riccardo de Voiliu, & hanc fuisse illam eandem Mulierem, de qua loquuntur tàm Testes examinati ann 1664., quàm illi inducti an. 1665., satis erit ad hæc respondere, Card. Lazzarum disertis verbis dixisse, *toccherà al Signor Nicolò Maria di mostrare chi fusse la Madre; Le prove fatte dal Signor Carlo non servono*, ut notavimus §. *Nec est, cur fidei*, &, quod magis urget, licèt Princeps Nicolaus, dum litem super validitate donationis adversus Fratrem naturalem intentare parabat, illamque irritam declarandam fore, sperabat ex capite spurietatis, maximâ curâ conquisivisset fidem tum Baptismatis Nicolai Mariæ, tum secundi Matrimonii à d. Antonia contracti cum præfato Riccardo, illasque inventas Domino Centuriono Avo suo materno à Scortia tradi jussisset; nihilominùs ut latè exposuimus §. *Cum igitur*, & §. *Coram quo*, tantum abest, quod, his adhibitis documentis, in Judicio dicere ausi fuerint, Marchionem Nicolaum Mariam, tamquam natum ex Antonia Calcia conjugata, ob spurietatem fuisse incapacem donationis, ut judicialiter protestando, se ignaros penitùs esse illius status, ejusque maternæ originis, aliis longè diversis rationibus, donationem impugnaverint. Ex facto itaque isto inferri solùm poterit, quod Princeps Nicolaus calore litis incensus, falsâ credulitate sibi suaserit, invenisse Matrem Nicolai Mariæ, ejusque ex
213 conjugio probare posse illius spurietatem, quà
spe cum dejectus fuerit, dum falsâ opinione se captum novit, certè ex his argumentum nullum elici poterit pro adstruenda maternitate Antoniæ, quæ quum agitur ad effectum successionis, si probata dici nequit claris, & expressis Parentum confessionibus, etiamsi agatur de succedendo in eorum Bonis, *Leg. Non Epistolis 13. Codic. de probation.*, ibique *Cynus*, *Leg. Neque professio 5. Cod. de Testam.*, *Dec. in cap. per tuas num. 7. &* 28. *de probation.*, *Paris. cons. 10., num. 15. lib. 1., consil. 13. n. 29. lib. 2.*, *Cravet. consil. 49. numer. 10.*, *Ruin. consil. 36. num. 6. lib. 1.*, *& consil. 53. num. 6. lib. 5.*, *Rebuff. in tractat. de nomin. quæst. 1. num. 2.*, *Moncad. in addit. ad Crot. in tractat. de Testib. lib. 4. num. 116.*, *Paleot. de noth.*, *& spur. capit. 23.*, *Menoch. de arbitrar. cas. 89. num. 77.*, *Covar. in Epitom. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 3. num. 7.*, *Franc. Marc. decis. Delphinal. 457. n. 4. part. 8.*, *Rota decis. 8. num. 6. & seqq. part. 12. recen.*, multò minùs probata dici poterit æqui-
214 vocis assertionibus, & falsâ aliorum credulitate, & opinione, *ut ex Textu in d. Leg. Neque professio* docuerunt *Paris. consil. 11. num. 20. & seqq. lib. 2.*, *Surd. consil. 552. nu. 22. & seq.*, *Dulp. contr. 149. num. 16.*, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 48. num. 69.*, *Rota in Recen. decis. 347. num. 19. part. 12.*

Consultò omittimus tum informes fides plurium Testium, pendente lite expiscatas, & loco simplicis adminiculi adductas, tum etiam alias circumstantias desumptas ex eo, quod tàm Testes examinati anno 1664., quàm illi inducti anno 1675. deponant super eadem fide Baptismatis Marchionis Nicolai Mariæ, quod conveniant in nomine Nutricis, atque Obstetricis, quod aliquis ex eis referat Compatres spirituales, qui illum levarunt e sacro Fonte, quodque denique omnes concordent in deponendo de carnali commercio Caroli cum Antonia, quia hæc omnia eluuntur in nostra *Facti ubi* demonstratur, inani prorsus conatu, Partem adversam inducere velle concordiam inter depositiones dictorum Testium, prorsus æquivocas, atque discordes, his addendo illud unum, quod notatum fuit *d. §. Nec est cur fidei cum seq.*, plura imperfecta conjungi mi-
nimè posse ad effectum ex illis eliciendi perfe- 215
ctam probationem, quando concludenter non probatur, illa univocè tendere ad probandam eam in individuo rem, & Personam, de qua est quæstio; Si enim vitium vitio suppleri non potest, ad tradita per *Guidopap. cons. 75. col. 2. in fin.*, *Mascard. de probat. conclus. 1340. n. 6.*, *Conciol. resolut. Crimin. §. Subornatio resol. 3. num. 5. pag. 414.*, *Rot. in Recent. dec. 333. n. 23. par. 19.*, quonam pacto ad eruendam veritatem Pars adversa conjungere poterit adminicula, conjecturas, & circumstantias undequaque imperfectas, æquivocas, & ad rem, & personam omninò diversam referibiles? & benè in *nostro Voto art. 2. num. 45.*

Ex quibus cum plenè demonstratum dici posse videatur, quod Testes examinati anno 1664., aliique inducti anno 1675. tam seorsim, quàm conjunctim spectati, imo etiam aliis coadjuvati adminiculis, nullo pacto probent assertam filiationem Nicolai Mariæ ex Antonia Calcia, frustra iidem recipiendi dicuntur sub obtentu, quod agatur de ea probanda in antiquis, quo casu, ut innuebatur §. *Etsi*
in dubium, & *d. §. Nec est cur fidei*, leviores 216
probationes sufficere exadverso dicuntur: Etenim, tametsi antiquitas metienda esset ex decursu sexaginta quatuor annorum, quot excurrerunt à die nativitatis Marchionis Nicolai Mariæ usque ad ejus obitum, adhuc dici non posset, concurrere tantam antiquitatem temporis, quæ relaxare valeat rigorem conclu-
dentium probationum, in subjecta materia re- 217
quisitarum, præsertim quando agitur de facto plurimis noto, & versamur in amplissima Civitate, florente magna Populi frequentia, in qua proindè facilè reperiri poterant Testes 78. annorum idonei ad deponendum de maternitate, & respective filiatione ista; cum ad hunc
effectum sufficiens sit ætas quatuordecim an- 218
no-

priùs de dictis, quàm de personâ dicentis judicet, quod etiam *Callistratus* monet *in leg. Testium fides 3. ff. de testib.* Utcumque tamen sint
dicti Testes ignoti, obsoleti, ad aliam causam,
alio tempore, coram aliis Judicibus, inter alias
personas adhibiti, quorum scripta quædam recitantur, voces non audimus, personas ignoramus; Perpendere tamen eos voluimus, ita ut
ne videremur eos neglectos habere, & tamen
liquidò constaret, si eorum dicta, si causam,
modum, tempus examinis inspiciamus, si personas, quantum notitiâ assequi possumus, minimè exoptatam probationem conficere. At
quia D. Arnalda agnoscens Testium infirmitatem, fulcimentum adhibet argumentorum
mutuatum ex tractatibus, quibus constitutam se
fuisse dicit in quasi possessione filiationis Marchionis Nicolai Mariæ Pallavicini ex Antonia
Calcia, ad hos etiam orationem nostram convertendo, palàm faciemus, eosdem nullius
ponderis esse, ut ad effectum deferendæ magnæ hereditatis dicta filiatio pro certâ habeatur. Utque id demonstremus, examinandum
priùs erit, quid dicta quasi possessio ex Juris
nostri censura in subjecta materia successionis
operari queat, & qualem illam esse, quibusque
mediis probari oporteat, etiam quando agitur
de excludendo Fisco: deindè verò inquiremus, an eadem in nostro casu sufficientibus,
& congruis mediis probetur: & denique rem
absolvemus investigando, an alia in contrarium urgeant argumenta, quibus dicta quasi
possessio excludatur, vel dubia saltem reddatur.

Porrò illa non allegatur, nulloque colore
allegari potest respectu Antoniæ, nàm cum
Pars adversa hanc decessisse dicat tempore, quo
Marchio Nicolaus Maria adhùc infans erat,
224 nulla eo tempore quasi possessio maternitatis,
& respectivè filiationis inter illos induci poterat; actus enim, quibus eadem constituitur,
locum habent in Majore, non autem in Infante, *De Ponte dicto cons.3. num.62. lib.2.*, maximè in concreto casus nostri, in quo propter
educationem dicti Nicolai Mariæ aliquot annorum spatio penès illam factam, tractatus, &
actus omnes, si qui afferrentur, dictam quasi
225 possessionem præseferentes, ad alium titulum,
quàm maternitatis referri possent; quamobrèm isthæc quasi possessio à D. Maria Hieronyma proponi poterit respectu dumtaxàt Paulæ Mariæ Matris suæ, quæ à Nicolao Maria in
Sororem agnita asseritur. Dicere autem possemus, eam juvari non posse simili quasi possessione, eò quod, quum agitur de successione
Transversalium, non sufficiat probasse, quod
pro consanguineis se habuerint, cum hujusmo-
226 di probationis genus non reperiatur proditum,
nisi inter Liberos, & Parentes, ut ex *Cyno in
leg. Non epistolis Cod. de probat.* tradidit *Ancharan. cons.52. col.3. vers. Ulteriùs quæritur*,
quem sequitur *Tiraquell. de retract. lignag.
§. 1. gloss.16. num.1.*, *Mattien. lib.5. recopilation. tit.11. de emption., & retract. leg.7. gloss.5.
num.5.*, quibus plures alii addi possent. Ut
etiam magis justâ ratione sustineri posset,
quasi possessionem desumptam ex tractatibus,
agnitionibus, aliisque similibus argumentis in
Judicio petitorio minimè sufficere, sed requiri probationes directè concludentes consangui- 227
nitatem, tamquàm principium, & causam, ex
quâ defertur successio, *Bartol. in leg. Non nudis
in antiqu. lectur. Cod. de probation.*, *Bald. in
leg. Non epistolis 13. num.9.*, ibi = *Secus in
simplici petitorio* = *Cod. eodem*, *Florian. in
leg. Quidam quasi num.1. ff. de probation.*, *Angel. in leg. non ignorat. Cod. qui accusar. non
poss.*, *Jason. in leg. Neque professio 5.*, ibi =
*Nota etiam diligentèr pro limitatione prædictorum, quod quasi possessio filiationis non sufficit
in decisoriis, sed in præparatoriis Judiciorum* =, 228
Cod. de Testam., *idem cons.102. num.4. & seq.
lib.4.*, *Felin. in cap. Per tuas num.12. vers. Secundò restringitur*, *& num.16. vers. Dicas tamen de probat.*, *Covar. de Sponsal. par.2. cap.8.
§.3. num.6. vers. Si verò*, ibi = *Si verò agat
quis petitorio Judicio ex eo, quod Sempronii Filius sit, non est satis sufficiens probatio tractatus* = *Cephal. cons.435. num.76. vers. Ambi- 229
gendam*, *Dec. cons.321. num.9.*, *Bero cons.1 8.
num.5. lib.2.*, *Gozzadin. cons.12. num.12.*, *Alciat. de præsumpt. regul.3. præsumpt.38. n.4.*,
Boss. in prax. crim. tit. de Part. supposit. n.27.,
Petra de fideicomm. quæst.11. num.478., *Mascard. de probat. conclus.786. num.4.*, *Pegas de
exclus. inclus. success., & erect. majorat. par.2.
cap.9. n.465. fol. mihi 144.*, *Rot. coram Priol.
decis.142. num.16. & seqq.*, *decis.184. num.17.
& seqq.*, *in Recent. decis.544. num.4. par.19.*,
*in Romana Filiutiorum super bono Jure 8. Aprilis 1707. §. Præsertim juncto, & §. Nec ejus
cum seqq. coram bon: mem: Omanna*, ubi in for- 230
tiori casu traditur, quasi possessionem promanantem ex tractatibus, nec etiam suffragari ad
effectum consequendi alimenta perpetua, licèt
pro his obtinendis sufficiant probationes leviores illis requisitis in Judicio petitorio, pro consequenda hereditate, & dictum fuit in *Voto super secundo Articulo §.9.*

Et justâ ratione simplex quasi possessio in eo
Judicio suffragari non posse censeretur, nàm
cum possessio, vel quasi separari possit à pro- 231
prietate, & dominio, *leg. Naturalitèr §. Nihil commune ff. de acquir. possess.*, hinc est,
quod, quum in Judicio principaliter de isto agitur, non sufficiet illam allegare, ex *Bartol. in
leg. Quidam in suo ff. de condit. Instit. Gloss.*,
& Doctores in leg. Cum res Cod. de probat., ut
in proposito ratiocinantur superiùs allegati.
Quamobrèm, si sola quasi possessio, non sufficeret, sed concludentes exposcerentur proba- 232
tiones, etiamsi ageretur de succedendo in hereditate asserti Patris, ut, præter allegatos
§. Nec est cur, docuerunt *Bald. in cap. Per
tuas num.4. vers. Item hoc operatur de probat.*,
*& cons.180. num.3. vers. præterea, ubi agitur
de successione lib.3.*, *Salycet. in leg. Non ignorat Cod. qui accusar. non poss.*, *Roland. cons.22.
num.5.*

num.5. lib.3., & conf.49. num.48. lib.4., Dec.
conf.320. num.9. verf. Tertiò etiam responde-
tur, Cephal. conf.82. num.18. juncto princip.,
Bero conf.158. num.5., Mascard. de probation.
conclus.799. num.18. & seq., Rota post Zacch.
quæst. medic. legal. decis.90. num.4., post Mel.
observat. ad Castill. decis.23. num.2. & seqq.,
in dicta Romana Filiationis super bono Jure
8. Aprilis 1707. §. Præsertim juncto §. Nec
ejus cum seqq. coram bon: me: Omanna, potiori
certò Jure illæ requirentur in nostro casu, in
233 quo non solùm agitur de capienda successione
Transversalis, cujus respectu graviorum proba-
tionum onere docendum est de gradu tribuen-
te Jus successionis, ad tradita apud *Paris.*
conf.16. num.3. & 10. & seq., & num.15. lib.5.,
Natta conf.473. n.24. in fine, Surd. conf.552.
num:21. & seqq., Mascard. de probation. con-
clus.789. num.36., Rota coram Card. Cerro de-
cis.827. num.12., in Romana Fideicommissi 20.
Junii 1712. §. Quintam, §. Verumtamen, &
§. Cum itaque coram R. P. D. meo Ansaldo:
Verùm eadem vindicari contenditur à Tertiò,
illam possidente, eamque adepto ex justo titu-
234 lo, omninò independente à personâ Defuncti,
Soccin. Jun. conf.86. per tot., & præsertim
num.43. & seqq., Roland. conf.49. n.48. lib.4.,
Cravet. conf.991. num.9., Alciat. respons.201.
num.58., Spad. conf.251. num.6. lib.2., Rimi-
nald. Jun. conf.339. num.64., De Ponte conf.3.
n.33. & seq. lib.2., Balducc. ad Ramon. conf.22.
num.43. & 45., Rot. coram Zarat. decis.73.
num.1., in Recent. decis.347. num.13. par.12.,
decis.535. num.7., & 68. & seqq. par.14., &
in dicta Romana Fideicommissi 20. Junii 1712.
§. Quintam igitur coram R. P. D. Ansaldo,
qui cum dicatur habere intentionem suam ple-
nè fundatam in dispositione Legis, successio-
nem illi deferentis, idcircò oportet, quod pro
illa destruenda doceatur de filiatione, sivè
consanguinitate in gradu excludente Successo-
rem a Lege vocatum, *Angel. in leg. Libera-*
rum 11. num.2. ff. de his qui notant. infam., ibi =
Finalitèr conclude in ea, quod si puer petit he-
reditatem, ut Filius, cum non possideat, ipse de-
beat probare se Filium, nàm filiatio est causa,
& fundamentum suæ intentionis, Glos. est in-
frà de probat. leg. Ei, qui dicit. Idem si agna-
tus proximior tamquàm heres ab intestato De-
functi avocet hereditatem ab eo, nàm intentio
agnati est fundata de Jure, undè ad destructio-
nem intentionis fundatæ oportet, quod puer pro-
bet se Filium, & hæc probatio multum difficilis
est, ut patet in hac Glossa, & maximè si puer
nascitur mortuo utroque marito, ità quod non
potest probare de quasi possessione filiationis, &
235 *tene menti* =, quibus finalibus verbis præclarus
iste Auctor connotavit illam præsumptivam so-
lummodò probationem, quam tribuit quasi pos-
sessio, & quam *De Ponte dicto conf.3. num.33.*
& pluribus seqq., licèt in possessorio plurimum
valere, agnoverit, alitèr tamen censuit in pe-
titorio, in quo eadem prodesse solùm poterit
ad coadjuvandam aliam causam probationis,
ut ait *Bald. in cap. Per tuas column. final. ver-*
sic. Item hoc operatur de probat., idem conf.180.
num.3. vers. Prætereà lib.3., & ante ipsum do-
cuit *Cynus in leg.1. quæst.5. col. penult. nu-*
mer.12. vers. Et istud est magnum commodum.
In leg. Non ignorus vers. Advertatis Cod. de his
qui accusar. non poss., ubi etiam *Alberic.*, &
Salycet. n.2., & præter alios allegatos *§. Por-*
ro illa, tradiderunt *Bursat. conf.88. n.5. lib.2.,*
Roland. à Valle conf.49. num.49. vers. Ulteriùs
dicitur lib.4., Alciat. conf.149. num.6., &
conf.160. in princip. lib.9., idem de præsumpt.
regul.3. præsumpt.38. num.6., & 7., inquiens
prætèr quasi possessionem requiri alias proba-
tiones, præsertim quando agitur de auferenda
hereditate illi, qui est in possessione.

Verùm enim verò, ne summo jure agendo,
declinare videamur vim quasi possessionis, &
efficaciam tractatuum, quibus Pars adversa ful-
cita, illà juvari posse sibi blanditur, tametsi
agat in Judicio petitorio, & quasi possessio-
nem alleget, non quidem pro consequendis
alimentis, aut pro aliquo alio minus præjudi-
ciali effectu, sed illam adferat pro irrevocabili-
ter adipiscenda successione Transversalis, juxtà
benigniorem sententiam, quam plurimorum 236
Doctorum consensu, & pluriès etiam in Judi-
ciis receptam fuisse sustinet. Operæpretium
facturos nos credimus, si utramque sententiam,
redigendo ad veriores Juris nostri regulas, de-
monstraverimus, facile invicem conciliari pos-
se. Nam ii, qui docent, quasi possessionem in
Judicio etiam petitorio plurimi faciendam es-
se, ità censent, non quia reverà, illa per se
spectata, & sejuncta à quacumque probatione
tituli, plenè probet veritatem, sivè proprieta-
tem filiationis, fraternitatis, aut consanguini-
tatis, sed eamdem, illam alleganti sufficere
posse censent, ad effectum dumtaxàt transfe-
rendi in eum, qui dictam filiationem, seu con-
sanguinitatem negat, onus probandi talem ne-
gativam, per ea, quæ uno ore tradunt *Bald.*
in leg. Non epistolis num.1. & 5., ibique *Angel.*
in fin., Castrens. num.4., & Salycet. in fine
Cod. de probation., Roland. conf.22. num.25.
lib.3., Bursat. conf.98. num.6., Fab. de Anna
conf.88. num.12. & seqq., Peregrin. de Fidei-
comm. art.43. n.67., Calà de mod. articuland.,
& probaud. §.2. Glos. unic. n.946., Mascard.
de probation. lib.7. cap.12. n.10. & 31., Gra-
tian. discept.135. num.50., Calderon. resol.92.
num.18., Tapya decis. Senat. Ital.2. n.8. & 9.,
Rot. coram Pamphil. decis.443. num.4. & 5.

Quem tamen effectum, ut operari queat,
oportet, quod actus, ex quibus elicitur dicta
quasi possessio, reciproci sint, mutuosque præ-
seferant tractatus, quibus vicissim agnita, at- 237
que confirmata videatur consanguinitas, ut,
prætèr auctoritates adductas *in Voto sub §.12.*,
observant *Paul. de Castro consil.175. column. fi-*
nal. vers. & si ità, Soccin. Sen. consil.39. n.2.
lib.1., Paris. consil.100. num.95. lib.2., Mar-
cobrun. consil.13. num.93., Afin. in prax. judic.
par.2. cap.16. num.5., Rota in Romana Filia-
tio-

tionis 21. *Novembris* 1710. *§. Non attento coram R. P. D. Aldrovando*, iidemque desumi
debent ex actibus, non quidem incidentèr, sed
seriò factis, & qui suàpte naturâ proportionati
ad probandam consanguinitatem, nonnisi ad
238 hunc titulum referri queant, ut pariter probant
relati *in Voto dicto §. 12. versicul. rursus*, qui-
bus addimus *Barbos. in cap Per tuas num. 4. ad
med. de probation.*, *de Ponte consil. 3. n. 49. 52.
& seqq. lib. 2.*, *Gratian. discept. forens. cap. 135.
ex num. 40. ad plures seqq.*, *de Angel. de con-
fess. lib. 2. quæst. 7. num. 27. & seqq.*, *Rot. post
Zacch. de obligat. Cameral. decis. 55. num. 2.*, *in
Recent. decis. 409. num. 13. par. 5. tom. 1.*, *de-
cis. 10. ex num. 2. ad 7.*, *& decis. 93. n. 4. par. 7.*,
decis. 98. num. 20., *decis. 112. num. 12.*, *& de-
cis. 157. num. 1. & 2. par. 8.*, quodque deniquè
239 nitidissimi illi sint, nullisque elidantur con-
trariis actibus, quibus excludi, vel dubia reddi
possit dicta quasi possessio: nàm, cùm proba-
tio filiationis desumpta ex tractatibus, nonnisi
probabilitèr, vel præsumptivè illam concludat,
si contrariis elidatur conjecturis, locum sibi
vindicabit alia contraria Juris ratio, quod ni-
mirum quasi possessio fundata in meris præ-
sumptionibus, sublata censenda sit aliis con-
240 trariis conjecturis, ut in *Voto sub dicto §. 12. in
fin.*, & optimè animadvertunt *Castrens. in
leg. non Epistolis num. 4. vers.*, *& dicit*, *& in
leg. non nudis num. 14. Cod. de probat.*, *Cravett.
consil. 249. num. 2.*, *Paris. consil. 29. num. 59.*,
& num. 113. lib. 2., *Giovagnon. consil. num. 51.
cum seqq. lib. 1.*, *Balducc. ad Ramon. consil. 22.
n. 13.*, *de Ponte consil. 3. num. 80. & seqq. lib. 1.*,
ibi = *Et generalitèr id, quod dicitur secundùm
tenentes contrariam opinionem, ut quasi possessio
transferat onus probandi in Adversariam, in-
telligitur quandò non adsunt præsumptiones con-
trariæ* =, *Bos. tractat. variar. tit. de Part. sup-
posit. num. 27. & seqq.*, *Petr. de Fideicommiss.
quæst. 11. ante num. 483.*, ibi = *Et licèt commu-
nis sit in contrariam, ut ille ait, tamèn etiam
in petitorio sufficit quasi possessio tractatus, dum-
modò sit nitidus, & nihil sit in contrarium* = *Mu-
ta in consuetud. Panorm. cap. 76. num. 15.*, *Gra-
tian. discept. 135. n. 46.*, *Asin. in prax. par. 2.
§. 1. cap 156 per tot.*, sic loquens = *Secundò
limitatur præcedens conclusio, ut non procedat
stantibus aliis præsumptionibus in contrarium:
nàm in eo casu onus probandi in Adversarium
non rejicit. Ratio autem est, quia, cum in præ-
sumptionibus fundetur, & regula sit vulgatissi-
ma, quod una præsumptio tollit aliam, ut inquit
Hippolyt. Marsill. &c., & plures tollant pau-
ciores, & validior debiliorem, ut habetur in
cap. constitutus &c., & quod potentior præsum-
ptio, seù conjectura debiliorem elidat, & tollat,
est Text. in cap. Tua &c. meritò non est mirum
si in hujusmodi casu limitatur præcedens conclu-
sio &c.* =, *Valosc. consult. 106. in fin.*, *Pegas
de exclus. Inclus. success.*, *& erect. majorat.
par. 2. cap. 9. n. 486. §. Verùm quid quid pag. 155.*,
inquiens = *Undè, cum in nostro casu conjecturæ
filiationis ab appellantibus oblatæ per contrarias
præsumptiones, & probationes, à Reo factas,
sufficientèr elidantur, dicendum est, quasi pos-
sessionem filiationis nostro in casu non esse proba-
tam* =, & infrà *§. Licèt quasi possessio cum duo-
bus seqq.*, *Balthass. Thomas de legit. lib. 13. à
n. 195.*, *Rota coram Priol. decis. 141. n. 11.*, *&
num. 16. & seqq.*, *in Recent. decis. 167. num. 16.
par. 8.*, *& decis. 100. num. 26. par. 19.*, cùm
enim vis quasi possessionis fundetur in favore
illo, quem Jura nostra impertita fuerunt Pos-
sessori, cui vincere sufficit per non Jus Actoris, 241
licèt nullo pacto de titulo suæ possessionis do-
cuerit, ut omissis generalibus, in nostris ter-
minis docuerunt *Jason. in leg. neque professio
Cod. de hered. Instit.*, *Abb. in cap. Illud col. 3.
de præscription.*, *Butr. in cap. Cum dilectus col. 1.
de success. ab intestat.*, *Bald. in leg. ad proba-
tionem col. 2. Cod. Locati*, *Gratian. cons. 158.
vers. non obstat*, *Asin. in prax. lib. 2. cap. 147.
per tot.*, turbida idcircò, non constans, neque
univoca quasi possessio suffragari nequibit il-
lam allegantì.

Certòque certiùs nitidissima isthæc quasi
possessio requiretur, quandò, ut in nostrâ hy-
pothesi, nedum agitur de probandâ filiatione,
sivè consanguinitate respectu Personæ ex Ille-
gitimo concubitu susceptæ, hoc enim casu 242
probationes longè firmiores, plenioresque re-
quiri, tradiderunt *Bald. in leg. Filium defini-
mus in prima lectura num. 17. ff. de his, qui sunt
sui, vel alien. Jur.*, *Soccin. cons. 65. num. 2. in
fin. lib. 3.*, *Giovagnon. consil. 6. num 42. & 44.
lib. 1.*, *Petr. de Fideicomm. quæst. 11. num. 383.*,
Rodulphin. allegat. 158. num. 7., optime *Rota
coram Priolo dicta decis. 141. num. 16. & seqq.*,
ibi = *Nec obstat, quod agnitio in Filium præ-
judicat agnoscenti, ejusque heredibus, ex addu-
ctis per Gratian. &c., nàm quidquid sit de tali
prætensa agnitione, istæ doctrinæ loquuntur, vel
in Filiis Matrimonii, vel ubi agnitio nitida est,
nec offuscatur contrariis præsumptionibus, aut
urgent aliæ conjecturæ pro filiatione, secus au-
tèm ubi contrà agnitionem adsunt præsumptiones
validiores, & in Jure approbatæ, tunc enim
non sufficit agnitio, & quasi possessio filiationis,
sed exigitur probatio magis certa, & conclu-
dens* = *coram Ubald. decis. 235. num. 10. tom. 1.*,
& in Recent. decis. 318., *num. 4. par. 13.*; Ve-
rùm, ut sæpius inculcavimus, conjunctio de-
rivatur ex latere materno, quæ cùm, rejectis
præsumptivis, & probabilibus (quales sanè sunt
illæ desumptæ ex tractatibus, & quasi posses- 243
sione) requirat necessarias probationes, neces-
sè idcircò erit, illam hoc casu longè nitidiorem
esse, ità quidem, ut nedum vehementi aliquâ
naturæ, aut Juris, sed nullâ aliâ contrariâ
præsumptione elidi possit, maximè verò quan-
do is, qui illius beneficio juvari vult, est Actor,
in plenario, & decisorio hereditatem vindica-
re contendens à Tertio, illam possidente titulo
legitimo, & independentèr à personâ Defun-
cti, à Lege illi impartito, hoc enim casu, si
quasi possessio perspicua omninò non sit, Actor
non solùm deficere dicetur in probatione suæ

intentionis, sed Reo, cui sufficit vincere per illius non Jus, satis erit illam dubiam reddidisse, ut late probatum fuit *§. Reassumendo itaque & seqq.*, *& toto §.1.*

Nec est, cur Pars adversa ab hac clarissimâ, & concludenti quasi possessionis probatione se eximere conetur eo sub obtentu, quod ipsa de successione contendat cum Fisco, quem odiosum, & Juri nostro exosum Successorem dicit. Contrarium namque probatur tum auctoritate quidem, nàm expressè hic casus deciditur à
244 *Cyno in leg. non Epistolis num.3. Cod.de probat.*, qui relatâ antiquiorum Doctorum quæstione, an scilicet daretur nec nè quasi possessio fraternitatis? illam admittendo, atque ex tractatibus eam induci posse supponendo, ità loquitur = *Duo erant Fratres antiqui, nullus de genere vivebat, deinde unus mortuus est. Veniebat Fiscus, & volebat hereditatem, quia mortuus erat sinè heredibus. Alter Frater dicebat, imò egò sum Heres ab intestato, quia sum Frater; Dicebat Fiscus, proba hoc, ipse respondebat, ego sum in possessione fraternitatis, & hoc probo, quia ita semper me habuit pro Fratre, certè secundùm eum non profuisset sibi probare possessionem, quia non est quasi possessio fraternitatis. Hæc tamèn quæstio fuit disputata posteà temporibus Petri, & determinatum, quod erat quasi possessio, & probatio ejus sufficiebat, donec Fiscus probaret contrarium, sì uti dicit Glossa, quæ est hîc, & hoc magis placet Petro, quia sanìùs potest concedi, quod sit quasi possessarium fraternitatis, nàm inter Fratrem, & Fratrem Jura cognationis contrahuntur, ergo reperiuntur Jura realia, & sic possessoria similitèr procedunt* =, auctoritate igitur *Cyni* tunc solum quasi possessio inter Fratres potest reputari probata contrà Fiscum, quandò est constans, univoca, & non interrupta, videlicèt, *quia ità semper me habuit pro Fratre*; maximâ enim notâ digna, plurimique facienda videtur dictio illa *semper*, suâpte naturâ exposcens, quod tractatus, ex quibus elicitur quasi possessio fraternitatis, perpetuitate, & uniformitate suâ univocè præferant titulum fraternitatis, & *Cyno* consonat *Masuerius titul. de probation.*, qui licèt *num. 32.*, involutè loquens ad sensum Partis adversæ, docuisse visus fuerit, istiusmodi nitidam, & rigorosam quasi possessionis probationem non requiri ad exclusionem Fisci, attamèn *num.seq.* uberius explicando sententiam *Cyni*, se declarat eis verbis = *quod Defunctus publicè habeatur pro Consanguineo, quodque à pluribus diceretur, quod erat Consanguineus certi gradus, ut puta Nepos ex Fratre, vel Sorore, quodque tùm Defunctus, quàm ille Consanguineus invicem asserebant ex certo latere sivè paterno, sivè materno esse Cognatos,*
245 *& quod insimul uti Consanguinei edebant, & bibebant, & quod Defunctus dicere consueverat, quod, eo mortuo, dictus Consanguineus futurus erat suus Heres tamquam proximior, quod Defunctus hoc etiam confessus fuerit in lecto mortis, & hæc simul juncta sufficiunt ad probationem generis* = quamobrem Jure meritòque *Tiraquell. tit. de retract. lignag. §.1. Gloss.16.*, docens, in similibus Judiciis non sufficere solam quasi possessionem, & genericas probationes, sed requiri certam gradus demonstrationem, *n.9.* pro suâ sententiâ allegavit *Masuerium* inquiens = *nec me latet, Masuerium in tit. de probation. §. Item si Fiscus possidet, in ea videri opinione fuisse, cum est controversia inter Fiscum, qui Bona Mortui occupavit tamquam vacantia, & alium, qui se dicit Heredem illius Defuncti, satis esse hunc probare ad excludendum Fiscum, quod ipse, & Defunctus publicè, & communitèr existimabantur esse Consanguinei, sivè Cognati, & quod ità se invicem, mutuòque vocabant. Verùm idem posteà se declarans in §. Item etsi Defunctus ità de hac re loquitur, ut videri velit necesse esse probare lineam, gradumque Consanguinitatis incipiendo à primo stipite, aut certe a primo gradu, qui est Fratrum, per d. cap. licet ex quadam de Testib., & alia quæ ibi allegat* == & cum *Tiraquello*, rejectis genericis hisce probationibus quasi possessionis, etiam quum agitur de excludendo Fisco, perspicuas probationes consanguinitatis, ejusque quasi possessionis, in gradu illum excludente requisiverunt *Doctores allegati in nostro Voto §. 9.* reassumpti *in nostra hodierna Facti §. 25.*, quibus addimus *Merez. de m. jorat. par.2.quæst.7.num.64.*, qui reprobando *Masuerium* intellectum in eo sensu, in quo illum allegare consuevit Pars adversa, ait = *Ex quo apparet, falsam esse sententiam Masuerii in titul. de probation. §. Item si Fiscus possidet, ubi dicit, quod, cum est controversia inter Fiscum, qui Bona Mortui occupavit tamquam vacantia, & alium, qui dicit, se esse heredem Defuncti, satis est probare hoc, quod ipse, & Defunctus communitèr, & publicè existimabantur esse Consanguinei, sivè Cognati* = quod dictum refert *Tiraquell. lib.1. de retract. §.1. Gloss.16. n.9. pag.338.*, ubi aliqua refert *in num. seqq.* contrà opinionèm *Masuerii*.

Verissima hæc sententia, extrinsecà præclarissimorum Doctorum auctoritate fulcita, confirmatur etiam intrinsecà ratione, nam, ut in nostro *Voto art. 2. §. 10.* & benè etiam animadvertitur in *Facto §. 27. & seqq.*, non agitur de probanda conjunctione inter assertos Consanguineos, ex legitimis nuptiis procreatos, inter quos, si quasi possessio suffragatur, quando, ut loquitur *Cynus*, *ità semper me habuit pro Fratre*, & ut inquit *Masuerius*, quia *Defunctus hoc etiam confessus fuerit, in lecto mortis*, quid dicendum erit, quando agitur de constabiliendo Jure successionis in hereditate Transversalis illegitimi; pro hac enim consequenda is, qui Defuncto illegitimo conjunctum se dicit in gradu, Fiscum excludente, talem conjunctionem derivare omnino debet ex latere materno, juxta *Text. express. in l. si Spurius 4. ff. unde Cognati*, ibi = *Mater ejus, aut Frater, eadem Matre natus*; Ità quidem, ut ex censura Legis non consanguinitas, non gra-

gradus utcumque, ſed probatus cum ea præ-
cisa qualitate, ut ſit *ex latere materno*, tribuat
Jus ſuccedendi, juxtà auctoritates allegatas in
dicto Voto §. 10., ob eam ſanè certiſſimam Ju-
ris regulam, qua traditur, quod quando ma-
246 teria talis non eſt, ut ex diſpoſitione Legis,
vel Hominis, Conſanguinei indiſtinctè vocati
cenſeri poſſint, ſed diſpoſitio confertur ad per-
ſonas certi gradus, vel eadem cum aliqua qua-
litate ad Jus aliquod aſſequendum vocatæ re-
periuntur, hoc caſu rejectâ genericâ probatio-
tione, requiratur ſpecifica probatio gradus,
vel qualitatis, ex qua, veluti ex ſuo principio
intrinſeco, promànat Jus, & actio ad petendam
ſucceſſionem, ut latè probatum fuit in noſtro
Voto §. 9. & ſeq., & docuerunt *Cenſal. ad Pe-
regrin. de fideicomm. art. 43. §. Quarto obſervo
in fin. fol. mihi 299. juxta Venet. impreſſ.* pleniſ-
ſimè *Pegas de excluſion. incluſ. ſucceſſ. & erect.
Majorat. par. 2. cap. 9. ex num. 455.*, & præter
allegatos ſub initium *num. 1. & ſeqq.*, tradunt
Riminald. Jun. conſ. 494. nu. 20. lib. 5, *Poſth. re-
ſol. 32. num. 33.*, *Rota Januen. apud Cartar. de-
ciſ. 33. num. 8.*, *Gratian. deciſ. Marcb. 89. num. 2.
& num. 14.*, *Rot. coram Pen. deciſ. 584. num. 3.
& ſeq.*, *coram Carill. deciſ. 102. num. 16.*, *coram
Card. Celſ. deciſ. 692. ſub numer. 1. part. 1.*, *de-
ciſ. 402. num. 4. ad fin. part. 2.*, *deciſ. 67. num. 18.
part. 8.*, *deciſ. 357. n. 24. part. 10.* Qua de re, ſi
ſucceſſio deferatur ad Perſonas certæ lineæ, fru-
ſtrà pro ea conſequenda agere dicetur is, qui
247 ſe de illa eſſe non docet, *Alexand. conſ. 82.
num. 1. & ſeqq. lib. 1.*, *Dec. conſ. 320. num. 6.*,
Roland. conſ. 73. num. 22. & ſeqq. lib. 3, *Pariſ.
conſ. 51. nu. 6. & ſeqq. lib. 2.* *Natta conſ. 338. nu-
mer. 3. & ſeqq.*, *Caeberan. conſ. 8. num. 9. 21. &
ſeqq.*, *Rovit. conſ. 27. per tot.*, & præcipuè *nu-
mer. 14.*, *Peregrin. de fideicomm. art. 43. nu. 80.*,
Andreol. controverſ. 338. num. 6. & ſeqq., *Caren.
reſol. 103. ſub nu. 6.*, *Menacb. deciſ. Florent. 71.
& deciſ. 72.*, *Cortiad. deciſ. 258. num. 10.*, *Rot.
coram Mantic. deciſ. 88. num. 2. & ſeq.*, *coram
Merlino deciſ. 669. num. 29. & ſeq. part. 7.*, ut
etiam, ſi in linea requiratur certus gradus,
quaſi poſſeſſio genericè probata non proderit,
248 ſed neceſſaria erit probatio certæ ſpeciei con-
ſanguinitatis intra illum gradum, *Peregrin. de
fideicommiſſ. art. 43. num. 67. in fin.*, *Dec. con. 320.
num. 9.*, *Pariſ. conſ. 51. num. 6. & ſeqq. lib. 2.*,
Covarr. variar. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 6. in fin.,
Pacian. de probat. lib. 2. cap. 12. num. 27. & ſeqq.,
*Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 60. num. 23. &
ſeqq.*, *Gratian. diſcept. 969. num. 1. & ſeqq.*, *Ro-
ta Ferrarien. apud Balduec. in collect. deciſ. &
rer. judicat. tit. 3. deciſ. 22. num. 5.*, *Rot. in rec.
deciſ. 284. num. 1. & ſeqq. part. 1.*, *& deciſ. 190.
num. 3. & ſeqq. part. 11.*, & denique, ſi ſuc-
ceſſio deferatur ad gradum præditum certa
aliqua qualitate, ut puta ad Agnatos, ſivè Co-
249 gnatos legitimos, & naturales, præter con-
junctionem, & conſanguinitatem in gradu
certò, expoſcetur etiam probatio legitimitatis
Cenſal. ad Peregrin. art. 43. §. 4. obſervo, lu-
culentiſſimè *Peges d. cap. 9. ex num. 455.*, *de
Ponte conſ. 3. per tot. tom. 2.*, *Gratian. deciſ.
Mareb. 89. n. 6.*, quibus conſonat *Ruin. con. 63.
num. 5. lib. 2.*, *Natt. conſ. 421. num. 1. & ſeqq. &
conſ. 473. num. 32. & ſeq.*, *Decian. conſ. 24. nu-
mer. 53. lib. 1.*, *Rminuld. Jun. con. 491. num. 20.
lib. 5.*, *Gratian. diſcept. 491. n. 15.*, *diſcept. 969.
num. 3.*, *Maſcard. de probat. concluſ. 799. num. 4.
& ſeq.*, *Rota coram Merlin. deciſ. 669. num. 3.*, *in
rec. deciſ. 15. num. 30. part. 7.*, *deciſ. 535. nu-
mer. 71. part. 14.*

Pari itaque ratione in concreto caſus noſtri,
ut Pars Adverſa juvari poſſit quaſi poſſeſſione
conſanguinitatis, illam probare concludeo-
ter debebit ex linea, ſivè latere materno, ex 250
quo ſolo ipſi comparari poteſt Jus, & actio ex-
cludens Fiſcum, cui alioquin in hujuſmodi
hæreditatibus vacantibus à Lege aſſignatus re-
peritur certus locus, videlicet poſt decimum
gradum. Certius in noſtro caſu, quia D. Ar-
nalda in hoc Judicio non allegavit ſimpli-
citer, Paulam Mariam Matrem ſuam fuiſſe in
quaſi poſſeſſione ſororietatis reſpectu Mar-
chionis Nicolai Mariæ Pallavicini, ſuamque in-
tentionem non fundavit in dicta generica quaſi
poſſeſſione, ſed probationes omnes, quotquot
ipſa ſpeciatim attulit ad illam probandam, di-
rectè, atque expreſsè demonſtrant ſtipitem,
atque principium dictæ ſororietatis, videlicet
Antoniam Calciam, certò affirmando, atque
profitendo, iſtam fuiſſe communem Matrem
Marchionis Nicolai Mariæ, & Paulæ Mariæ
Matris ſuæ; Quamobrem, ſi ipſa demonſtra-
vit certam illorum Matrem, atque deſignato
certo ſtipite, eidem alligavit, inque eo fun- 251
davit poſſeſſionem ſororietatis, proculdubio
probare tenebitur, dictam fuiſſe veram Matrem
tum Marchioois Nicolai Mariæ, tum etiam
Paulæ Mariæ, *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 6.
num. 1. & ſeqq.*, *Dulph. controv. 149. num. 16.*,
*Torr. variar. Jur. quæſt. lib. 2. tit. 8. qu. 1. nu. 2.
& 4.*, *Barz. deciſ. Bonon. 91. num. 5.*, *Borell. in
Summ. deciſ. tit. 2. num. 101.*, *Capyc Latr. de-
ciſ. 66. num. 32.*, *Rot. coram Gregor. deciſ. 223.
num. 2.*, *in rec. deciſ. 347. num. 1. part. 12.*, *in
Romana Fideicommiſſi 18. Junii 1700. §. Cum
enim coram Reverendiſſ. Molines.*

Jam verò, ſi tum auctoritate, tum ratio-
ne plenè probavimus, D. Arnaldam nonniſi
nitidiſſimà quaſi poſſeſſione juvari poſſe,
etiamſi de ſucceſſione contendat cum Fiſco: 252
non eſt, cur adverſus illum obiiciat rationem
odii, quia quum ipſa deſtituitur favore Legis,
Succeſſionis beneficium ei tribuentis, juvari
non poterit odio alterius, ſed probare debebit
ſe venire ex gradu excludente Fiſcum, *nec in-
tereſt an ſit materia odioſa, an favorabilis, quæ-
tieſcumque a gradibus materia circumſcribitur,
non enim in tali caſu inſpicitur odium Cauſæ,
vel favor, ſed ſolus gradus, ſinè quo non poteſt
haberi concludens probatio*, ut loquitur *Pacian.
de probat. lib. 2. cap. 12. num. 49.* & conferunt
tradita per *Dec. conſ. 320. num. 4. conſ. 463. nu. 2.
conſ. 524. num. 9. & conſ. 531. num. 5.*, *Alexand.
conſ. 152. num. 1. lib. 5.*, *Tiraquell. de retract.*
Con-

Consanguinit. §.1.Gloss.16.num.5., ajentes, Cau-
sam favorabilem non relevare ab onere con-
353 cludentis probationis, ne propter favorem
unius alteri fiat injuria; Verùm enim verò
immeritò odiosi Successoris nomine nuncupa-
tur Fiscus, repræsentans publicum patrimonium
Principis, ex quo cetera corporis politici mem-
bra nutrimentum, & robur accipiunt; quam-
354 obrem Bona, quæ uti vacantia ad illum de-
volvuntur, ad eundem, tanquam ad commu-
nem omnium Parentem, deferri censentur, ut
utamur verbis nostri *Vot. §. 7.* Et sanè, cum
eodem Jure Civili, quo ceteri Consanguinei,
Fiscus etiam habeat Jus succedendi, *Alfar. de
Offic. Fiscal. Gloss. 20., §. 9. num.131.& seqq.*,
ejus successio procul habet causam omnem
odii, imo verò, ut docet idem *Alfarus*, illa
coadjuvatur voluntate Defuncti, quæ procli-
355 vior censenda est erga Principem, quàm erga
Consanguineos ultrà decimum gradum, qui fe-
rè nunquam de eo benemeriti sunt, & ad quos
non extenditur ratio illa naturalis charitatis, &
affectionis, quæ de Jure non præsumitur egre-
di quartum gradum, ad *Text. in leg. petitionem
13. §. Egredientem, Cod. de Advocat. diversf.
Judic.*, *Rot. coram bon. mem. Emerix Jun. de-
cis.898. num.3.*, quod priùs dixerat *Gulielm. de
Benedict. in cap. Raynutius verb. Uxorem nomi-
ne Adelasiam decis. 5. tit. de Success. ab intest.
pag. 136. nu. 270. vers. & hoc quidem noto ipsius-
met Defuncti de Testament.* ubi ait hæreditatem
vacantem in defectum Heredum ad Fiscum
pertinere, ex verisimili mente Defuncti.

Qua de re, ut prosequitur *Votum dicto §. 7.*,
Fiscus, tamquam summo favore dignus, lo-
cupletatus reperitur nedum specialibus privile-
giis, ipsi à Jure impartitis; sed ad eundem
356 porriguntur etiam illa, quibus fruuntur Mi-
nores, Pupilli, & Ecclesia, proindèque §. 8.
justà ratione ex *Alfaro de Offic. Fiscal. Gloss. 16.
privileg. 26. num 155.* subdit, tot, tantaque
ejusdem privilegia penitùs sublata, vel aliqua
ex parte imminuta censeri non posse sententià
Modestin. in leg. non puto 10. ff. de Jur. Fisc.,
in cujus recta intelligentia lapsos fuisse, de-
monstrat Doctores illos, qui dixerunt, in
dubiis quæstionibus contra Fiscum judican-
357 dum esse; hi enim redarguuntur à præclarissi-
mis Juris Interpretibus, meliùs ex mente, &
verbis *Jurisconsulti* in eadem *Lege* contra-
rium docentibus, quorum sententiæ firmiter
adhærendum certè est, quoties Fiscus vindi-
cat id, quod de Jure communi, & beneficio
Legis ipsi competit, qui casus benè eodem Vo-
ti loco distinguitur ab alio, quo ille ad publi-
cam vindictam pœnam persequatur, quæ cum
ex Juris æquitate benigniori interpretatione
temperanda semper sit, rectè tunc dicitur, quod
in quæstionibus, quæ ob facti perplexitatem,
sivè Juris dubietatem ambiguæ sunt, magis
æqua contrà Fiscum sententia amplectenda ve-
niat.

§. XII.

Examinantur, & singillatim reijciuntur actus, & tractatus omnes, ex quibus Pars adversa se constitutam dicit in quasi possessione consanguinitatis respectu Marchionis Nicolai Mariæ.

HÆc igitur cum ita se habeant, & plenè demonstratum jam fuerit, quod is, qui in Judicio petitorio solà quasi possessione fretus, hæreditatem Transversalis, præsertim illegitimi, tamquam consanguineus vindicare contendit, de illa nitidissimè docere teneatur, eandem eliciendo ex actibus reciprocis, ac mutuis, non æquivocis sed necessariò ad consanguinitatis titulum, non ad alium referibilibus, , & denique nulla alia contraria præsumptione elisis: Superfluum videri posset speciatim assumere examen actuum, ex quibus Pars adversa dd. tractatus, & quasi possessionem desumere conatur, nullo enim discursu, aut argumentorum adminiculo egere videmur, ut planà evincamus, eosdem per sè spectatos adeo æquivocos esse, ut nullo pacto illam comprobent. Omittimus itaque verba facere de iis, quæ acta fuerunt in Causa tum donationis, tum adscriptionis nobilitati, quæ sub diversis figuris à Parte adversa inducta, primò ad firmandum statum, deindè ad inducendos tractatus, & quasi possessionem afferuntur, nam cuncta hæc distinctè examinando, latissimè suo loco rejecimus: Quamobrem pergemus ad alia, ex quibus illa dd. tractatus consurgere dicit.

Et Primo quidem oculorum conjectu nobis
offert quasdam largitiones, sivè pecuniarum
subministrationes, à Marchione Nicolao Ma-
ria factas Paulæ Mariæ, aliquando etiam D. Ar-
naldæ, à quibus sanè nos expediri possemus
obvia illà, ac facili responsione, quod tracta-
tus eliciti ex istiusmodi actibus, consistentibus
in subministratione sivè pecuniarum, sive
etiam alimentorum, prodesse quidem possent
ad inducendam aliqualem quasi possessionem 358
proficuam in Judicio præparatorio, sivè posses-
sorio, in quo ageretur de alimentis, sivè ali-
qua simili provisione, at nullo pacto suffraga-
ri in Judicio petitorio, ac decisorio, in quo
agatur de successione, pleno, & irrevocabili Ju-
re consequenda, ut præter deducta *§. Etenim
Doctores*, benè ad rem nostram tradunt *Boss.
de Partu supposit. num.27.*, *de Angel. de confess.
lib.2. quest. 7. num.8.*, *Actolin. resol.86. nu.33.,
& sequent.*, *Pegas de majorat. part.2. cap.9. nu-
mer. 465., & 486. §. Quæstio*, *Scopp. ad Mer-
lin. Pignatell. cap.85. num. 88. tom. 2.*, *Ricc. col-
lect. 3754. versic. limita tertio par. 8.*, *Rot. coram
Celso decis. 334. num.9.*, *coram Bich. decis.633.
nu.10.*, *coram Priol. dec.584. nu.17., & 18.*, *in re-
cent. decis.263. num.7., & 9. part.12.*, *decis.388.
ex num.8. ad. 12. par. 13.*, Verumtamen, ut
clarius id elucescat, non pigebit expendere
naturam, & quidditatem talium largitionum,
in-

inspicere tempus, quo illæ continuatæ fuerunt,
exquirere earumdem quantitatem, & denique
excutere titulum, quo factæ reperiuntur, qui-
259 bus sanè omnibus perpensis, tantum abest, ex
eisdem elici posse levissimum aliquod argu-
mentum quasi possessionis, concludentis ex-
adverso assertam consanguinitatem, ut illam
potiùs univocè excludant.

Porrò, si spectemus talium largitionum in-
trinsecam quidditatem, & naturam, nullam
præbere possunt justam conjecturam consan-
guinitatis, nullusque ex eisdem elici potest
tractatus, præseferens illius quasi possessionem,
260 nam, si ad hunc effectum requiruntur actus
prorsus univoci, & qui ad aliam causam, &
titulum referri non possint, ut in *nostro Voto*
§. 16. & dictum fuit *§. Quem tamen effectum*,
nulla certè justâ ratione ad hanc causam refe-
rendæ erunt similes præstationes, quæ veluti
261 ex suo intrinseco principio non ex consangui-
nitatis dumtaxat, sed alia pietatis, vel libera-
litatis, sivè etiam remunerationis causa pro-
manare possunt, *Abb. in cap. transmissa, qui*
fil. sint legitim., Spad. cons. 251. num. 14. lib. 2.,
Menoch. de arbitrar. Judic. cas. 89. nu. 76., Ma-
scard. de probat. conclus. 789. num. 37., Surd. de
aliment. tit. 1. quæst. 12. num. 9., Gratian. di-
scept. 464. num. 24., & 25., Rot. in recent. de-
cis. 289 num. 5. par. 5., decis. 100. num. 15. 16., &
36. par. 19., in Romana Filiationis super bono Ju-
re 8. Aprilis 1707. §. Præsertim coram bon:
mem. Omanna, & in alia Romana Filiationis
21. Novembris 1710. §. Nec aliqua coram
R.P.D. Aldrovando, novum enim non est,
quod locupletes, ac pecuniosi Viri in Extra-
neos etiam, vel liberalitate munificos, vel
pietate beneficos sè sè exhibebant, ideoque in
fortioribus terminis præstationis alimentorum,
quod ex ea elici non possit conjectura filiatio-
nis, aut consanguinitatis, utpotè referibili ad
alium titulum, ait *Rot. decis. 100. num. 15., &*
16. part. 19., & tradit *Ruin. consil. 25. sub nu. 4.*
versic. ex eo enim lib. 4., Dulph. contr. 149.
numer. 9. Rot. coram Celso decis. 334. nu-
mer. 6.

Eòque certiùs, in casu nostro, quia nec diu-
turnitate temporis, nec quantitate ipsarum,
nec qualitate tituli ad Consanguinitatis causam
tales præstationes referri possunt; Si enim spe-
ctemus tempus, quo illæ factæ reperiuntur,
earum prima incipit die 28. mensis Novembris
anni 1674., & est librarum centum Januen-
sium constantium scuta 16. dumtaxat monetæ
Romanæ, tempore enim antecedente nihil un-
quam subministratum fuisse, reperitur Paulæ
Mariæ, licèt ab anno 1657., quo obiisse dici-
tur Antonia Calcia, excurrissent septemdecim
anni, quibus illius egestas liberalitate, & pie-
tate asserti Fratris naturalis sublevari poterat,
ut benè advertitur in hodierna *Facti §. 34.*, in
qua evanida prorsùs ostenditur illa contraria
animadversio, quod nempè tempore antece-
denti Nicolaus Maria nihil subministraverit
Paulæ Mariæ, quia hæc alebatur à Viro suo,
quod tamen, ut in dicta nostra Facti, verisi-
mile non est ob illius moram in Hispaniis, nec
docetur obiisse anno 1674., quo Marchio Ni-
colaus Maria dictam exiguam pecuniæ quanti-
tatem illi elargitus fuit; Reliquæ verò præsta-
tiones, quæ enumerantur à dicto anno 1674.,
usque ad annum 1699., quo obiit Paula Ma-
ria, nedùm sunt exiguæ quantitatis, librarum
videlicèt septendecim menstruarum, fortè as-
signatarum pro pensione miserabilis domus, ab
egena illa Muliere habitatæ, sed aliquot annis
suspensæ apparent, de qua suspensione tum
Paula Maria, tum D. Maria Hieronyma ejus
Filia, tum denique Joan: Dominicus Arnal-
dus hujus Vir conquesti usque ab anno 1693., 262
anno demùm 1695. instando evicerunt, ut
Paulæ Mariæ subministrarentur libræ 216.; At
verò, si ex similibus præstationibus, tametsi
diuturno tempore continuatis, ac spontè fa-
ctis nulla elici posset valida conjectura, aut in-
duci quasi possessio consanguinitatis, ut in no-
stro *Voto §. 16.*, multò minùs in nostro casu
illam probare poterunt, tum quia per impor-
tunas preces extortæ fuerunt à Viro opulentis-
simo, & alioquin munifico, tum etiam quia
ob earum exiguitatem, non congruunt causæ
consanguinitatis, quæ exposcebat, ut eidem
assertæ Sorori pararetur si non commoda sub-
stentatio, saltem præberentur necessaria vitæ
præsidia, quæ Frater Sorori subministrare te-
netur, ut in proposito ratiocinatur *Rota in rec.*
decis. 100. num. 17. & seq. part. 19., & benè has
omnes circumstantias considerando dictum fuit
in sæpiùs citata, *Romana Filiationis d. §. Quar-*
tum argumentum eis verbis = *Ille licèt rogatus*
providere indigentiæ Pueri, sollicitum tamen
minimè se ostendebat precibus annuere, quod
porrò clarè indicat, quod si quidquam Jacobus
subministrabat, id potiùs agebat titulo pietatis,
& eleemosynæ, quàm zelo, & charitate p ter-
næ motus, quæ certò certiùs promptiorem, ac
largiorem subventionem ergà Filium suasisset:
Rursùs constat, Abb. Petrum Paulum post obi-
tum Jacobi Matthiam domi non retinuisse, ac
paucis vicibus illi discontinuè subministrasse scu-
ta duo, vel tria.

Fortius hæc urgent, si spectemus titulum,
ex quo Nicolaus Maria aliquid identidem Pau-
læ Mariæ subministrare consuevit; enim verò
omnes pecuniarum præstationes, quot quot
exadverso afferri possunt, non solum destitu-
tæ apparent omni titulo referibili ad consan-
guinitatem, sed, quod magis est, promanas-
se noscuntur ex duplici alio titulo, illam pror-
sus excludente; Primus desumitur tum ex plu-
ribus, pluribusque literis diligenter relatis in
hodierna *Facti ex §. 135. & plurib. seqq.*, tum
etiam ex calculis rationum retentis à Corre-
sponsalibus Marchionis Nicolai Mariæ, de qui- 263
bus in nostro *Voto §. 16.*, & in hodierna *Facti*
§. 139. & seq., ex quibus illæ tàm à dante, quam
à recipiente titulo eleemosynæ datæ, & respe-
ctivè receptæ noscuntur, qui titulus adeò ex-
cludit tractatum referibilem ad causam consan-
guini-

guinitatis, ejusque quasi possessionem inducendam, ex deductis §. *Porrò.*, ut à Doctoribus pro cautela traditum reperiatur, quod fa-
264 ciens tales præstationes exprimat se illas facere titulo eleemosynæ, ne ex eisdem favore Recipientis quæri possit color ullus quasi possessionis, ut tradunt *Alexand. consil.73: num.1. versic. sed quod priùs lib.2.*, *Torr. var. Jur. quæst. tom.2. tit.8. quæst.1. n.25.*

Alterum vero titulum perspicuis verbis nobis patefacit quædam epistola ejusdem Paulæ Mariæ, ex qua evidens, & apertum redditur, quod modicæ illæ largitiones, quas identidem Nicolaus Maria in illam conferebat, proficiscebantur ex quadam antidorali obligatione, quà Virum illum, alioquin ditissimum, pudebat se prorsùs illiberalem præbere erga eam
265 Mulierem, cujus ulnis, & sinu, ex illo Nutricis exceptus, educatus ab eadem fuerat, donec infantiam explevit, ut animadvertimus; Cum enim ipsa doleret, à Marchione Nicolao Maria intermissam fuisse modicam illam menstruam præstationem, quam ipsi subministrare consueverat, eundem ad consueta pietatis officia excitare conata est quadam epistolâ scriptâ anno 1694., in qua ita ad illum loquitur = *Vedo, che V.S. non mi dà risposta alcuna, sono forzata a dirle l'affetto, che li porto, e le hò portato, che di pochi mesi V.S. mi fu posta in casa dalla sua Mamma*, Nutrice videlicet, *perchè li aveva brattato il latte per essere stata impedita, io me lo posi nelle mie braccia, e dissi, che ne averò cura notte, e giorno, & alla notte l'abbracciai con tatto affetto nel mio petto, e li diedi qualche cosa da mangiare, e lo feci stare, e così tirai avanti d'allevarlo con mio tanto gusto, e consolazione, che mi pareva avere un Angelo nelle mie braccia, tanto era savio, e bello, e le sue guancie parevano due Rose, li suoi lobbri due Coralli, li capelli fila d'oro, non potevo saziarmi di bagiarlo come meritava, e poi quando fu poi allevato li posimo l'abito di S. Domenico, venuto dal Paradiso un'altro S.Domenico di Soriano, con tanta mia allegrezza lo custodiva, adesso, che mi trovo in tanta necessità, la prego a non m'abbandonare, e mandarmi la solita carità, e la dimando per amore del prezioso Sangue, che hà sparso il nostro caro Signore in Croce per la vostra redenzione, e starò sempre pregando per V.S.* = ut in nostra *Facti §. 145.* & in *nostro Sum.* Dum igitur Paula Maria, maximà egestate languens, seque destitui videns exiguo illo præsidio, ipsi à Nicolao Maria promisso, pro ejusdem pietate, ac commiseratione excitandà, ad ejus memoriam revocat curam, & labores, ab ipsa impensos in illius educatione: Dicendum profectò est, quod illud subministrabatur, non tamquam debitum ex titulo consanguinitatis, sed tamquam impartiendum ex ea antidorali obli-
266 gatione, quâ beneficos esse, & beneficia rependere jubemur iis, qui nos educarunt, ut sapientissimè inquit *Lælius apud Ciceron. de Amicit.*, verbis illis = *Isto enim modo Nutrices, & Pedagogi jure vetustatis plurimùm benevolentiæ postulabunt*. Et sanè, si eadem arctissimo illo consanguinitatis titulo, quo Soror egena à Fratre ditissimo præsidia vitæ exposcere valet, ea consequi potuisset à Marchione Nicolao Maria, non muliebri more eidem commemorando pueriles blanditias, ab eo nummos exprimere tentasset, sed obtendisset sanguinis necessitudinem, & fraternæ charitatis titulum, qui efficacius illum movisset, ut bene consideratur in nostro *Voto artic.2. §.17.*, dum igitur nedum opportunâ occasione sibi propositâ, sed necessitate coacta, consanguinitatis loco alium titulum longè diversum expressit, justà ratione hinc inferimus, quod alter titulus verus sit, alter verò merum figmentum Partis adversæ, ità suadente illâ Juris regulâ, quâ traditur, quod quilibet in humanis actibus nedum præsumitur uti eo me- 267
liori titulo, quem habet, sed quærendus non est titulus diversus ab illo, quem ipse allegat, ad tradita per *Rotam coram Bich. decis.50. n.10.*, *coram Cerro decis.360. num.16.*, & *in Mantis. ad clar. mem. Cardin. de Luc. de Jurepatr. decis.68. num.31.*

Verba facere omittimus de nonnullis extraordinariis largitionibus, præter menstruam præstationem librarum septemdecim factis Paulæ Mariæ, librarum videlicet 228. quum Matrimonio collocavit D. Mariam Hieronymam Filiam suam, & natalitias strenas, quæ quatèr dumtaxat decennii spatio illi extraditæ reperiuntur, & toto tempore, quo eadem vixit, ab anno nempè 1674. usque ad an. 1669. non excedunt summam scutorum 1016., comprehensis etiam in hac quantitate scutis quinquaginta, semel subministratis D. Mariæ Hieronymæ, quia omnes dd. largitiones semper promanarunt ab illo uno, eodemque titulo eleemosynæ, quo petitæ fuerunt à Paula Maria, & respectivè datæ apparent à Marchione Nicolao Maria; Quem sanè titulum disertis verbis expressum in tot literis à Parte adversa productis, impugnare ipsa nequit: Et ad hunc pariter titulum referri debet id, quod ipsa post obitum Paulæ Mariæ pluribus sæpiùsque reiteratis precibus semel tantùm à Marchione Nicolao Maria extorquere potuit.

Mortuâ enim Paulâ Mariâ Matre suâ, ideòque cessante antidorali obligatione, ob quam aliquid elargiri consueverat Mulieri illi, quæ ipsum Infantem educaverat, cum penitùs Dominæ Mariæ Hieronymæ Filiæ subtraxisset modicas illas præstationes, quas ejus Matri identidem elargiri consueverat; Tum ipsa, tum ejus Vir assiduis literis illi exponere non omiserunt maximas rei familiaris angustias, quibus premebantur, enixisque precibus auxilium aliquod ab eo implorare cœperunt, semper tamen eleemosynæ titulo, ut clarè perspicitur ex quadam epistola à D. Jo: Dominico Arnaldo scriptà præfato Marchioni Nicolao Mariæ die 4. Martii anni 1702., in qua ita loquitur = *Dopo che Vostra Eccellenza colla sua*

delli

delli 3. di Luglio 1700. mi fece intendere, che, siccome li Benefattori prendono il motivo dell'arbitraria elemosina dalle Divine inspirazioni, così devesi dall'evento di esse dipendere, e che ciò servisse di regola a chi ne faceva le reiterate istanze, così io non hò più ardito d'importunarla, nè permesso, che la Signora Maria Girolama mia la facesse tampoco, ma ora vedendomi passato tanto tempo per il mezzo, vado dubitando, che Vostra Eccellenza non sia scordata affatto di nostra Casa &c. = Subditque paulò post = *La supplico perciò di non abbandonarci di qualche caritatevole sussidio* = ; En igitur dd. Conjuges, nonnisi eleemosynæ titulo, subsidia petiisse à Nicolao Maria, qui die 3. Julii an. 1700. alteri D. Jo: Dominici epistolæ rescripserat, illa non importunis precibus, non petulanter efflagitanda esse, sed ex Divino afflatu à sponte dantibus excipienda. Verùm se surdis canere, nihilque literis extorquere posse agnoscens, post plurium annorum decursum aliâ viâ obduratum Marchionis animum expugnare tentavit, cum enim anno 1713. Romam sese contulisset quidam Pater Trinitarius, nuncupatus Jacobus de Lago Maggiore, datis eidem literis deferendis Marchioni Nicolao Mariæ, quem Consanguineum Uxoris suæ esse illi significavit, eundem rogavit, ut illum flectere curaret ad aliquid ipsis subministrandum, acceptis hisce literis, licèt Nicolaus Maria subministraverit scuta quinquaginta, rejecit tamen titulum consanguinitatis, sed eleemosynæ cau-
268 sâ se illa dare professus fuit, ut testatus est idem Religiosus, & confirmant etiam literæ D. Mariæ Hieronymæ, quibus D. Marchioni gratias agit de dicta eleemosyna, ibi = *Il Padre Giacomo di Lago Maggiore Trinitario, che è ritornato di costì, mi hà pagato in questa settimana li scudi cinquanta, che V.S. Illustrissima mi hà mandato a titolo di carità* = quonam igitur pacto, aut quonam justo colore in nostra specie, in qua vix sufficiunt actus univoci, & diuturno tempore continuati, ex istiusmodi unicâ pecuniæ elargitione, nonnisi titulo eleemosynæ, & interpositis officiis Personæ religiosæ impetratâ post decursum triginta annorum, ut vehementer conqueritur D. Arnaldus in alia epistola scripta die 3. mensis Octobris anni 1711., ibi = *Sono trent'anni, e più, che vivo Servitore di Vostra Eccellenza, e mai m'è riuscito di vedere in tanto tempo un minimo atto di gradimento* =, elici poterit tractatus, aut induci quasi possessio consanguinitatis ad effectum obtinendi successionem in Judicio plenario, ac petitorio, ut benè de simili unico actu loquens ait *Rota in dicta Romana Filiationis 21. Novembris 1710. §. Minùs attento coram R. P. D. Aldrovando*, ibi = *Solùmque intuitu ipsius Confessarii, ac titulo puræ, & meræ eleemosynæ illi subministrasse scuta decem pro unica vice* = Præsertim verò, cum ageretur de Viro, qui longè majores pecuniarum summas Pauperibus Januæ distribuere consueverat.

Quamquam verò superius relatæ epistolæ, in quibus semper, nonnisi eleemosynæ titulo Paula Maria, D. Maria Hieronyma, ejusdemque Vir auxilium aliquod implorare consueverunt, excludere videantur quamcumque quasi possessionem, elicitam ex recensitis præstationibus, quantitate exiguis, & longis temporum intervallis intermissis; Nihilominus Pars adversa plures alias protulit epistolas præseferentes quasdam denominationes, ex quibus tum Paulam Mariam Matrem suam, tum ipsam à Marchione Nicolao Maria agnitam, & in quasi possessione consanguinitatis constitutam fuisse, contendit. Primo enim loco exhibetur epistolium quoddam idiomate nostro nuncupatum *Viglietto*, quo die 5. mensis Junii anni 1685. Paula Maria significavit Nicolao Mariæ tunc Januæ commoranti, se recepisse à Bartholomæo Bottino scuta duo argentea, illumque rogabat, ut singulis mensibus titulo eleemosynę, Deo acceptissimæ extituræ, similem quantitatem ipsi præstaret, ibi = *Stimi V.S., che sarà la più cara carità, che possa fare in questo Mondo appresso Dio, sà V. S. che la carità prima à suoi, io son sua, non mi dica di nò, ut in nostro Sum.* ; Pars adversa vim faciens in illis verbis, quibus Paula Maria dixit = *La carità prima à suoi, io son sua* =, ex eisdem elicit agnitionem consanguinitatis, & ex adverso assertæ sororietatis, hisque addit duas epistolas, in quibus D. Maria Hieronyma, dicens se Filiam Paulæ Marię, eam asserit Sororem Marchionis Nicolai Mariæ, & denique affertur unica epistola D. Simonis Pallavicini, qui, ut alibi meminimus, an. 1675. dum operam, industriamque suam omnem impendebat pro perficiendo negotio adscriptionis nobilitati, eidem significavit, in Testem exhibendam Paulam Mariam, quam illius Sororem uterinam nuncupavit.

Profectò, omisso earum singulari examine, argumentum desumptum ex omnibus dd. epistolis, penitus submoveri posset responsione illâ, quod nempè nihil frequentiùs apud Doctores, & Tribunalia, & præsertim *Sacræ Rotæ* Auditorium habeatur, quàm quod expressa denominatio alicujus in Filium illum 269
constituere nequeat in quasi possessione filiationis, aut fraternitatis, nisi facta reperiatur in actibus proportionatis institutionis, donationis, aliisque his similibus, qui nonnisi Filio convenire queant, *Butr. in cap. transmissæ num. 10. vers. aut nominat ipsum qui fil. sint legitim., Mascard. de probat. conclus. 791. nu. 27. 37. 43. & 47., Merlin. Pignattel. contr. forens. cent. 2. cap. 84. num. 19. & seqq., Rot. coram Pæn. decis. 630. nu. 4., coram Carill. decis. 138. num. 8. & seqq., coram Rembold. decis. 351. n. 7. & 8., & decis. 598. num. 5., coram Bich. dec. 7. num. 1., & decis. 251. nu. 10., in rec. decis. 112. num. 12. part. 8., decis. 8. num. 6. & 7., & decis. 347. num. pariter 12., & decis. 100. utrobique num. 22. & 23. part 19.*, nullo itaque pacto talis quasi possessio, atque agnitio elici pote-

poterit ex simplicibus denominationibus emis-
sis in dd. epistolis, utpote improbatis expressâ
270 censura Textus in leg. non Epistolis 13. & leg.
seq. Cod. de probat., leg. neque professio 5. Codic.
de Testib., & in specie loquendo de epistolis
docuerunt Salycet. in d. leg. non Epistolis, ibi-
que etiam Bald. in prim. notab., Marcabrun. con-
sil. 13. nu. 99., Mascard. de probat. conclus. 311.
num. 25., Actolin. resol. 86. num. 22., qui om-
nes moventur ratione illâ desumptâ ex mox
relatis Juris locis, nimirum, quod non epistolis
271 necessitudo consanguinitatis, sed natalibus, vel
adoptionis solemnitate conjungitur, ut etiam non
nudis asseverationibus, nec ementitâ professione,
licet utrique consentiant, sed Matrimonio legi-
timè concepti, vel adoptione solemni Filii civili
Jure Patri constituuntur, & aliis pluribus re-
latis probatum fuit §. Nec est cur pro eisdem.

At verò, si ratio ista excluderet quamcum-
que agnitionem consanguinitatis, & illius
quasi possessionem desumptam ex similibus
denominationibus, tametsi emissæ reperiren-
tur ab eo, contra quem allegatur talis agnitio,
sive quasi possessio, ita quidem, ut asserto
Filio, sive Fratri suffragari minimè possent
adversus eum, qui illas in suis epistolis fecisse
reperiretur, ut demonstravimus d. §. Nec est
cur &c., eædem proculdubio nullo numero
habendæ erunt in nostro casu, in quo non ema-
272 narunt à Marchione Nicolao Maria, de cujus
hereditate agitur, sed factæ leguntur à Paula
Maria, à D. Maria Hieronyma, & D. Simo-
ne Pallavicino, proindeque frustra ex illis elici
contenditur quasi possessio, & agnitio consan-
guinitatis, quæ ut ad effectum succedendi va-
lide inducta dici possit ex tractatibus, & agni-
tionibus, hæc proficisci debent ab eo, de cu-
jus passiva successione agitur, ut contra illius
Bona, & hereditatem probare possint filiatio-
nem, Jason. cons. 106. per tot. lib. 1., Marca-
brun. cons. 13. num. 98., Menoch. cons. 687. nu-
mer. 24., Surd. cons. 562. num. 21., Peregrin.
cons. 8. num. 3. numer. 10. & seqq., & numer. 55.
lib. 5., Mascard. de probat. conclus. 789. nu. 36.,
Rot. coram Mohedan. decis. 1. & 2. tit. qui fil.
sint legitim., in rec. decis. 409. num. 30. part. 5.
tom. 1., & decis. 597. n. 8. eadem part. 5. tom. 2.,
decis. 8. num. 5., & decis. 347. num. 13. part. 12.,
alioquin sequeretur gravissimum illud absur-
bum, quod Tertius se denominando alicujus
Filium, aut Fratrem, irruere posset in illius
hereditatem, licèt ab eo, nec in Filium, nec
273 in Fratrem agnitus unquam fuisset, id autem
ferendum minimè esse, ex Textu in leg. neque
professio 5. Codic. de Testam., docuerunt Paris.
consil. 11. num. 20. & seqq. lib. 2., Marcabrun.
consil. 13. num. 100. & seqq., Dulph. contr. 149.
num. 16., ibi = Debet amoveri omnis via, ne
fraudes committantur, esset enim in posse simi-
lium vilium personarum suppositum falsum sub-
stinere =, Surd. consil. 552. numer. 22. & 23.,
Mascard. de probat. conclus. 788. num. 15., latè
Torr. variar. Jur. quæst. tom 2. tit. 8. quæst. 1.
num. 10. & seqq. pag. 208., Actolin. resol. 30.
num. 24. & seqq., Surd. decis. 250. num. 5. &
seq., Rot. coram Achill. de Grass. decis. 1. n. 2.,
qui fil. sint legitim., coram san: mem: Alexan-
dro VIII. decis. 227. num. 10. & seq., in recent.
decis. 279. num. 4. part. 5., decis. 197. numer. 12.
part. 8., decis. 30. num. 13., & decis. 169. n. 18.
part. 9., & decis. 348. num. 18. & 19 part. 12.,
& decis. 31. num. 9. part. 18., & optime in no-
stro Voto super art. 2. §. 16., ubi benè animad-
vertitur, similes agnitiones, & denomina-
tiones suffragari fortè posse pro consequendis
temporariis alimentis, aliave simili provisione
obtinenda in Judiciis possessoriis, at non etiam 274
prodesse pro adipiscenda successione in Judicio
petitorio, maximè verò in præjudicium Ter-
tii, cui Lex eam deferret independentèr à
Jure, & personâ illius, à quo tales actus pro-
fecti noscuntur, benè Rota in d. Romana fidei-
commissi 20. Junii 1712. §. Neque hìc in fin. co-
ram R. P. D. meo Ansaldo, & latiùs dictum
fuit supra §. Cujus Authoris.

Licèt autem legali istâ, ac solidissimâ re-
sponsione penitus submotum videri possit ar-
gumentum desumptum ex denominationibus
factis in dd. epistolis; Nihilominus, ut clarius
demonstremus, quàm infirmo probationum 275
genere Pars adversa utatur pro sua intentione
fundanda, in eo, quo versamur, Judicio, ad
effectum probandi maternitatem Antoniæ, quæ
non præsumptivis, aut probabilibus contenta,
directas, & necessarias exigit probationes ex
sæpiùs allegato §. Quamobrem ad differentiam
& seq., abs re non erit, pauca quædam loqui
de eisdem epistolis. Et primo, quod attinet
ad illam Paulæ Mariæ, Pars adversa omitte-
re sanè potuisset conjecturam quamcumque
fororietatis ipsius cum Marchione Nicolao Ma-
ria, ex eadem elicitam, quando illa tot an-
norum spatio, quot effluxerunt ab anno 1674.
usque ad annum 1699., quo obiit, & cujus
temporis decursu assiduis eum epistolis urgere
curavit ad necessaria vitæ subsidia sibi submini-
stranda, nunquam meminit exadverso confi-
ctæ fororietatis, sed eleemosynæ, ac Chri-
stianæ pietatis titulo, & in compensationem
laborum, ab ipsa impensorum, dum illum
educabat in infantili ætate, miserabile aliquod
auxilium efflagitabat: An forte d. Mulier se
derelictam, despectamque videns à Marchio-
ne ejus precibus obsurdescente, dolore, irâ
vel impatientiâ aliquando victa exprobrare
omisisset, quod Frater ditissimus adeò inhu-
manè deserere non debebat Sororem, vitæ
omnibus præsidiis destitutam? Quod si preci-
bus, si argumentis eum flectere exoptabat, no-
visse certe debuerat, quod illius pietatem ve-
hementiùs excitasset necessitudo, ac arctissi-
mum vinculum consanguinitatis, quàm com-
memoratio infantilis educationis; Cum ita-
que eadem in tot epistolis, nè mente quidem 276
unquam cogitaverit se dicere Sororem Mar-
chionis Nicolai Mariæ, quonam pacto id elici
poterit ex verbis illis = La carità prima à fuoi,
io son suo =, quæ vel nullà prorsus justâ inter-
pre-

pretatione referri possunt ad titulum consan-
guinitatis, vel certe in dubium venire nequit,
quin adeo æquivoca sint, ut recte referri va-
leant ad curam, studium, summumque amo-
rem, quo in illo educando tot annis eidem
inservierat: Nam, ut benè ait *Juris consultus*,
277 *in leg. servos autem. 71. ff. de legat. 3., qui bonâ
fide Testatori serviunt, suorum appellatione ma-
gis est, ut contineantur*, quæ interpretatio li-
bentius admittenda est in nostro casu, quia
coadjuvatur omnibus aliis tum antecedentibus,
tum subsequentibus epistolis vicissim scriptis,
tàm à Paula Maria, quàm à Marchione Nico-
lao Maria, antecedentia enim, & subsequen-
278 tia legalem intermediæ scripturæ interpretatio-
nem tribuere, tradit *Rota apud Posth. de ma-
nut. decis. 200. nu. 17., coram Cavaler. dec. 531.
num. 2. & seqq., coram bon. mem. Emerix. Jun.
decis. 732. num. 2. & seqq., & in rec. decis. 83.
num. 8. part. 10.*, in illis enim ipsa non Sororis;
sed nomen *devotissimæ famulæ* semper assum-
psit, alter verò se subscribebat *Affezionatissi-
mo per servirla*, & in annotationibus factis in
dorso dd. epistolarum inscribebat illius solum
nomen *Suor Paula Maria*, licèt in aliis epi-
stolis, quæ eidem scribebantur à Consangui-
neis, præter nomen proprium Scribentium,
nomen etiam appellativum gradus Consangui-
nitatis inscribere consueverit, ut optimè ra-
tiocinatur *Votum §. 18.*

Et sanè quonam pacto ex mox relatis verbis
adeò æquivocis desumi poterit ulla quasi pos-
sessio, quando eadem in concreto casus nostri
induci nec etiam posset ex denominationibus
claris, & expressis, quibus Paula Maria se di-
xisset Sororem Marchionis Nicolai Mariæ?
Etenim, ut animadvertimus *§. Profectò omissis,
& seqq.*, emissæ non leguntur in actibus pro-
portionatis, non emanarunt ab eo, de cujus
279 passiva successione agitur, & denique, quod
magis est, reciprocæ non sunt, prout necessa-
riò requiritur ad dictam quasi possessionem in-
ducendam; ob eam rationem, quod filiatio,
fraternitas, & his similia sunt termini correla-
tivi, necessariò secumferentes mutuam relatio-
nem inter duo extrema, Patrem nempè, sive
Matrem, & Filium, Fratrem, & Fratrem,
sive Sororem, *Aristotel. 5. Metaphysicor. text.
20., Div. Thom. in summ. part. 1. quæst. 13. ar-
tic. 7. fol. mihi 260. §. Respondeo vers. & simile
est*; Quo fit, inter hujusmodi extrema nullam
correlativam induci posse quasi possessionem,
nisi actus reciproci sint, & præcipuè profici-
280 scantur ab eo, de cujus passiva successione
agitur, ut innuimus *§. Certòque certiùs*, &
probant *Masuer.* verbis illis relatis *§. Quem
tamen effectum, quodque tàm Defunctus, quàm
ille Consanguineus invicem asserebant, ex certo
latere sive paterno, sive materno esse cognatos =
Soccin. Sen. cons. 39. num. 7. lib. 1., Marcabrun.
cons. 13. num. 93.*, inquiens requiri consensum,
& mutuum, ac reciprocum tractatum inter
Patrem, & Filium pro inducenda quasi pos-
sessione filiationis, *Menoch. de præsumpt. lib. 6.
præsumpt. 51. num. 44. lib. 6., Mascard. de pro-
bat. conclus. 791. num. 13., Petr. de fideicommis.
quæst. 11. nu. 453., Asin. in prax. Judic. par. 2.
cap. 16. num. 5. & 6., Scopp. ad Merlin. Pi-
gnatell. cent. 2. cap. 84. num. 9., Rot. in recent.
decis. 167. num. 22. par. 8., decis. 8. num. 49., &
decis. 347. num. 41. & seqq. part. 12., decis. 100.
num. 31. part. 19., coram Rembold. decis. 351.
nu. 10.*, nullæ autem in nostra hypothesi exhi-
bentur reciprocæ epistolæ Marchionis Nicolai
Mariæ, quibus idem enunciativas sororietatis,
factas à Paula Maria, aliis vicissim similibus
enunciativis adprobaverit, ut ad rem nostram
benè ait *Rot. coram Card. Cerro decis. 827. n. 4.
5. Idque faciliùs ibi = nullaque exhibetur episto-
la ipsi conscripta, dum in vita dicti asserti Pa-
tris per longum temporis spatium absuit à Civi-
tate Engubii.*

Quæ rationes urgent etiàm contra epistolas
D. Mariæ Hieronymæ, in illis dicentis, se ne-
ptem Marchionis Nicolai Mariæ ex Paula Ma-
ria Matre sua; nam, ut expressè deciditur in 281
dicta leg. non nudis 14. Cod. de probation., cum
nudæ asseverationes, ac emendicatæ professio-
nes, *licèt utrique consentiant*, non constituant
consanguinitates, eadem proindè constituta
dici non poterit asseveratione à D. Maria Hie-
ronyma factà in dictis epistolis, quæ adproba-
ta, & consensu suo affirmata non reperitur à
Marchione Nicolao Maria; Exhibeat enim
Pars adversa literas responsivas, quibus ille,
tales assertiones acceptando, eam in Neptem
agnoverit; Profectò si illas proferret, ex eis-
dem perspiceretur, non adprobatio, sed acres,
asperrimæque objurgationes, quemadmodum
graviter illam redarguit, quando ipsa, ejus-
que Vir pro alicujus charitativi subsidii præ-
statione petulantèr eum urgebant, ut notavi-
mus *§. Mortuâ enim*; Cum ergo verisimiliter
illas habens, non exhibet, contra eam insur-
git validissima præsumptio, quod eædem cla-
ment contra ipsam, ac firmissimè negent con-
sanguinitatem, audacter ab ipsa assertam; Ita
siquidem præsumitur de omnibus scripturis oc- 282
cultatis, ut nempe occultantis intentionem
vulnerent, atque enervent, *Abb. in cap. ac-
cepimus sub numer. 5. de fid. Instrum., Honded.
cons. 19. num. 13. lib. 1., Rot. coram Card. Cer-
ro decis. 210. num. 7. & plurib. seqq., in recent.
decis. 418. num. 5. part. 2., & decis. 237. num. 5.
part. 8.*, quæ præsumptio in nostro casu coa-
djuvatur ex eo, quod in tot, tantisque aliis
epistolis, quibus D. Maria Hieronyma trigin-
ta annorum spatio Marchionem Nicolaum
Mariam molestis petitionibus interpellavit,
nunquam amplius ausa affectare, aut enuncia- 283
re hanc sanguinis conjunctionem, servili obse-
quio, ac reverentià, tamquam humilis famu-
la opem, & subsidium aliquod imploraverit,
ex quo perspicere quisque poterit, quod Mar-
chio Nicolaus Maria nedum illam non agno-
verit in Neptem, sed prorsùs respuerit, cum
nulla, alioquin justa adferri possit ratio, ob
quam, istam scribendi normam, ac metho-

dum variaverit, ut similem circumstantiam
pro exclusione filiationis in difficiliori casu
ponderavit *Rota in Romana fideicommissi* 18.
Junii 1700. *§. Eoque magis coram Reverendiss.*
Molines, & in confirmatoria 20. *Junii* 1712.
§. Fastidiebant cor. R.P.D. Ansaldo.

Silentio itaque præteriri poterat epistola
D. Simonis Pallavicini, assertio namque so-
rorietatis ab Extraneo facta, urgere certè ne-
quit, quando necetiam ipsæ mutuæ Parentum,
& Filiorum asseverationes, ac ementitæ pro-
284 fessiones, licèt *utrique consentiant*, ullum le-
gitimæ probationis gradum constituere valent,
maximè si agatur de Tertio excludendo à suc-
cessione, eidem à Lege delatâ, ut alibi dictum
fuit. Enimverò, si expendamus dictam asser-
tionem D. Simonis Pallavicini, eadem resol-
vitur in simplicem enunciativam, quæ juxta
omnium ore tritas regulas, utpote nihil pro-
bans, quum principaliter dubitatur de enun-
ciato, & non affertur causa, cur ita enuncia-
tum fuerit, ut, omissis generalibus, in nostra
specie tradunt *Cæsar. Manent. cons.* 145. *n.* 18.
in fin., *Rimin. Jun. cons.* 689. *num.* 86., *De-
cian. respons.* 38. *num.* 20. *lib.* 3., *Genu. de script.
privat. libr.* 3. *quæstion.* 33. *numer.* 6. *& seq.*,
& de verb. enunciat. lib. 2. *quæst.* 27., *& quæ-
stion.* 33. *utrobique num.* 1. *& seqq.*, *Pegas. de
Majorat. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 462. *fol.* 144., *bon:
mem: R.P.D. Severolus in ejus Voto impress. in
rec decis.* 535. *num.* 13. *part.* 14., *Rota coram
Ubald decis.* 377. *num.* 14., reijcienda certè erit
in nostro casu, in quo similis assertio inciden-
ter, nullâque allatâ scientiæ causâ, edita le-
gitur in epistolâ, ad alium finem scriptâ Nico-
lao Mariæ: Quamobrem eadem, qualiscum-
285 que illa sit, præjudicare non poterit Tertio in
hoc Judicio, in quo illi, nec etiam nocerent
Sententiæ in diversa Causa latæ, *de Pont. cons.* 3.
num. 67., *& num.* 70. *tom.* 2., & latè probatum
fuit *§. Quamobrem huc redeunt*, *& §. Confecta
jam & plurib. seqq.*, ut etiam non officeret pro-
ductio jurium, ac scripturarum, in quibus fie-
ret mentio de filiatione, *Rot. in recen. decis.* 8.
num. 13. *& seq. part.* 12., & pariter dictum fuit
d. §. Quamobrem huc redeunt.

Reticemus responsionem illam Partis Ad-
versæ, videlicèt, quod, licèt non exhibeantur
literæ responsivæ, quibus Nicolaus Maria ad-
probaverit enunciativas consanguinitatis, in
omnibus superiùs relatis epistolis factas, nihi-
lominùs non desit æquipollens illarum adpro-
batio desumpta ex eo, quod dictæ epistolæ,
utpotè repertæ in illius hereditate, ab eoque
usque ad obitum retentæ, adprobatæ censendæ
sint: Nàm, ut fusè probatum fuit *§. Denique
minus & plur. seqq.*, ex simili scripturarum re-
286 tentione argumentum nullum elici potest ad-
probationis eorum, quæ in illis à Tertio scri-
buntur, maximè verò, si ex tali retentione de-
sumatur adprobatio non quidem in ipsius Re-
tinentis, sed in Tertii præjudicium; Ut etiam
prætermittimus epistolas, quibus Paula Maria
Marchioni Nicolao Mariæ significavit, se D.
Mariam Hieronymam Filiam suam desponsas-
se D. Jo: Dominico Arnaldo, & alias, quibus
tùm ipsa, tùm D. Arnalda, recurrentibus Na-
talitiis festivitatibus, felicitates illi auspicaban-
tur, & denique superfluum est verba facere de
salutationibus nomine Paulæ Mariæ delatis
Nicolao Mariæ, dum adhuc puer erat, nemo
enim non videt, hoc infirmissimo probatio-
num genere nitidissimè probatam dici non pos-
se quasi possessionem filiationis, requirentem
concludentes probationes ad effectum transfe-
rendi in Fiscum onus elidendi talem quasi pos-
sessionem, ut probatum fuit *§. Nec est cur Pars
adversa*, & plenè in hodiernâ Facti *§.* 157. *&
seqq.*, ubi eædem refelluntur.

At pleniùs satisfaciendo Parti Adversæ, il-
lud unum non prætermittemus, quod nempe,
ut ipsa inquit, negari à nobis nequeat, plures
adesse Testes, qui Paulam Mariam nuncupa-
runt Sororem Marchionis Nicolai Mariæ, ut
etiam constet, D. Arnaldam, & Simonem
Pallavicinum id in suis epistolis enunciasse, uti
talem agnitam quoque fuisse à quibusdam Mo-
nialibus Sororibus Caroli, nec denique deesse
hujus rei famam, apud multos pervulgatam,
quæ omnia si seorsim spectata, plenè non pro-
bant; nihilominùs simul juncta cum aliis ad-
miniculis, d. sororietatis quasi possessionem
inducere valeant, eò quod colore nullo affir-
mari posse videatur, quod D. Arnalda temerè
prorsùs, Simon Pallavicinus, Moniales, tot-
que alii nimis imprudentèr, atque inconsultò
id affirmassent, si talis eorum assertio nullum
primordium veritatis habuisset. Enimverò di-
scursus iste penitùs insubsistens dignoscitur ex
iis, quæ hactenùs latè deducta sunt; nam jura
nostra, Doctores, & Tribunalia noluerunt, pro
inducendâ quasi possessione filiationis, & con-
sanguinitatis, suffragari posse denominationes
ipsas Parentum, assertiones Consanguineorum,
aliosque actus, & tractatus, qui non essent uni-
voci, & referibiles solùm titulo Consanguini-
tatis, mutui, atque correspectivi non existe-
rent, & deniquè nullis aliis contrariis eliderен-
tur actibus, & nihilominùs nota illis, ac obvia
nimis erat mox proposita ratio, nempè verisi-
mile non esse, quod hæc omnia temerè, im-
prudentèr, & inconsultò facta fuerint, absque
eo, quod ab ullo efformata reperirentur veri-
tatis primordio. Verumtamèn parvipensâ ra-
tione istâ, censuerunt, spectandas non esse de-
nominationes, assertionesque, ac Testes de fi-
liatione, aut consanguinitate deponentes, nisi
constitisset undè illæ promanaverint, & quâ 287
fide, quâ occasione, quâ scientiæ causâ moti
Testes id affirmaverint, ut concorditèr docue-
runt *Corn. cons.* 232. *num.* 11. *lib.* 2., *Gozzadin.
cons.* 3. *n.* 29., *Ruin. cons.* 52. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 5.,
Petr. de Fideicomm. quæst. 11. *num.* 376., *Mar-
quardus Freber. de fam. public. lib.* 1. *cap.* 6.
num. 13., ibi = *Potest tamen defendi, rectè ha-
bere, cum Testis tale aliquid dicit, modò cau-
sam sui dicti subjungat; semper enim causam
scientiæ dicere testis debet, & quidem idoneam,
& suf-*

& sufficientem =, *Rot in recent. decis.164. n.9.
par.3., decis.739. num.35. par.4. tom.3., decis.
267. num.4. par.8., decis.347. num.27. & duob.
seq. par.12., & decis.100. n.19. & 21. par.19.*;
Ut etiam parùm prodesse dixerunt famam,
quæ, nisi constans sit, tale nomen non mere-
tur, & ad nullum juris effectum suffragatur:
*Mastrill. in leg. de minore 5. §.Plurimùm n.36.
ff. de quæstion., Bald. cons.275. col.1. lib.1.,
Barbat. cons.60. num.3. lib.2., Corn. cons.304.
col.4. in fine lib.3., Afflict. decis.87. num.1.,
Rota coram Ludovis. decis.448. num.13. & seq.,
coram Coccin. decis.2058. num.11., & in Rec.
decis.99. num.8. par.16.*, ideoque ad hoc, ùt
Testes de fama deponentes illam concludere
valeant, necesse est, ut deponant quo tempo-
re orta fuerit, quodque originem non habuerit
ab Interessatis, potissimùm in re gravis præju-
dicii, nempè ad effectum successionis, ex latè
deductis *in Voto bon: me: R. P. D. Severoli im-
presso in recen. decis.135. n.34. & seqq. par.14.*
Idcircò oportet, illam aliunde coadjuvari, ut
inquiunt *Fulgos.cons.128. col.2., Alex. cons.25.
num.9. & seqq. lib.4., Paris. cons.10. num.57.
lib.2., Dec. cons.54. num.1., Covaruv. variar.
resol. par.2. cap.8. §.3. num.9.*, & ex *Salyceto*
tradit *Marquard.Freberus de fama publica lib.2.
cap.6. num.12.*, verbis illis = *Velim tamen eum
tali famâ concurrere alia adminicula, nom Sa-
lycet. in dicta leg.1. Cod. de Testam. col.3., dicit,
quòd ad probationem filiationis non sufficit fama,
nisi sit coadjuvata aliis adminiculis*; Cumque
agatur de quasi possessione his mediis constabi-
liendâ in præjudicium Tertii, eadem si in suo
289 genere imperfecta noscantur, nec etiam simul
juncta Parti Adversæ prodesse poterunt, ut
firmatum fuit *in Vota supra secundo articulo
num.45.* Certiùs in casu nostro, tali plurium
imperfectarum probationum conjunctioni lo-
290 cus esse nequibit, tùm quia probationes illæ,
quæ, nonnisi simul junctæ, aliquem probationis
gradum constituere possunt, sunt de genere
dumtaxàt probabilium, sivè præsumptivarum
probationum, quæ, ut sæpiùs dictum est, &
latè probatum fuit §.1., recipi non possunt,
quandò agitur de probandâ filiatione, & con-
sanguinitate ex latere materno, requirente ne-
cessarias, ac directas probationes, tùm etiam
quia actus omnes, ex quibus dicta quasi posses-
sio elici exadversò contenditur, infirmantur
longè potentioribus præsumptionibus, ex qui-
bus clarè dignoscitur, denominationes omnes,
actus, & tractatus, ex quibus Pars Adversa se
constitutam fuisse contendit in quasi possessio-
ne ab ipsâ assertâ, non solùm necessariò refe-
rendi non sunt ad titulum filiationis Nicolai
Mariæ ex Antonia Calcia, sed iidem proces-
sisse apparent ex erronea credulitate, quâ for-
tè aliqui suppostitiam hanc Matrem loco veræ
agnoscentes, illam utì talem, errore decepti,
reputarunt.

§. FINALIS.

*Afferuntur argumenta, quibus excluditur ma-
ternitas Antoniæ Calciæ respectu Marchionis
Nicolai Mariæ,*

Et demonstratur,

Illam fuisse suppositiiam ejus Matrem.

PRofectò, ut mox diximus, tàm levis est
ex tractatu conjectura naturalis conjun- 291
ctionis, tàm fragilis probatio, ut nemo rectus
Judex certum sibi statuere possit, aliquem ta-
lem esse, qualem tractatus indicat: nam potuit
illud ex errore procedere, *leg. si Pater tuus 4.
Cod. de hered. instit.*, ibi = *Quem falsâ opinio-
ne ductus suum esse credebat &c.* = potuit ex 292
quadam conniventiâ, quæ minimè præjudicat,
leg. ad probationem 21. Cod. de probation., ibi =
*Cùm neque ingenuorum conniventia Continactis
necessitudine præjudicet* = potuit ex fictione,
multi enim sunt in animo Hominum recessus,
& latebræ, ut ait *Cicero pro Marcello*, multæ-
que dari possunt causæ, cur ità facere velimus,
potuit etiam ex animo procedere, nam liberi
sunt affectus Hominum, nilque vetat, Extra-
neum pro Fratre diligi, ac nominari, *leg. ne-
mo 58. §. Qui Frater non est ff. de hæred. instit.*,
vel etiam pro filio, *leg. unic. §. Similique mo-
do il 2. Cod. de latin. libertat. tollend.*, ibi =
*Si enim ipse tali affectione fuerit accensus, ut
etiam Filium suum Servum nominare non indi-
guetur*: Cùm ergò hæc in Extraneis cadere
possint, illicò sequitur, probationem indè cer-
tam desumi non posse, *leg. neque natales 10.
Cod. de probation.* Valeant hi tractatus in his,
quæ à voluntate tractantis pendent: valeant ad
ejus affectionem, & benevolentiam declaran-
dam, ejusque voluntatem plenissimè inter- 293
pretandam, juxtà *Text. in leg. si servus 50. §.1.
ff. de legat.1., leg. in testamento 38. ff. de fidei-
commiss. libert., leg. alimenta §.1. ff. de ali-
ment: legat.*, ubi *Doctores* hæc notant; at hìc
non quærimus de voluntate interpretanda, sed 294
quid sit in rei, & naturæ veritate, quæ à vo-
luntate Hominis minimè pendet, *leg. assum-
ptio 6. ff. ad municipal.*, nec naturæ veritas
imaginibus obumbratur, *leg. Filia, quem Pa-
ter 23. ff. de liber. & posth.*, adeò quidem, ut
si Marchio ipse Nicolaus Maria in vivis agens
nùnc assereret, Antoniam Matrem, & Pau-
lam Mariam esse Sororem suam, minimè ta-
men hoc probaret, nec Fisco, qui suam habet
fundatam intentionem posset præjudicare, jux-
tà plenè supra deducta, & præsertìm ex *§. Qua
de re cum Doctores & seqq.*; Quid verò si error
tractatus accedat? si falsa credulitas? si Causa
probabilissima adferatur, cur hic tractatus aliis
imponebatur? si conjectura, quæ indè depro-
mitur filiationis, multâ inverisimilitudine op-
pugnatur? Si deniquè tractatus omnes, quot-
quot adferuntur, non ab eo, de cujus passivâ
suc-

succesſione agitur, ſed ab Extraneis promana-
runt r hæc ſane omnia concurrunt in caſu no-
ſtro, rejectis namque *§. præcedenti* aſſertis tra-
ctatibus, modo argumentis luce clarioribus
demonſtraturi ſumus, Antoniam Calciam,
nonniſi ſuppoſititiam Matrem cenſeri poſſe
Marchionis Nicolai Mariæ, ex illuſtri, ac no-
bili Muliere procreati.

Quippè dicitur, illam quadrageſimo nono
ætatis ſuæ anno concepiſſe, in lucem verò edi-
diſſe Marchionem Nicolaum Mariam, dum
jam quinquageſimum attigerat, ut autem ſo-
lidiſsimis rationibus deſumptis, tùm ex intrin-
ſecis naturæ principiis, tùm etiam ex certiſsi-
mis Juris noſtri regulis *§. 1.*, plenè probatum
fuit, Partus ab hujus ætatis Muliere editus adeò
295 mirabilis cenſetur, ut eadem ſuppoſitii potius
partus Rea, quàm vera illius Mater reputetur,
quæ præſumptio promanans ex naturæ, & Le-
gis præſumptione, fortius urget, ſi coadjuve-
tur etiam extrinſecis conjecturis, filiationem ex
tali Matre excludentibus, ad tradita apud *Pa-
riſ. conſ.29. num.89.*, *& num.113. lib.2.*, *Gio-
vagnon. conſ.6. num.51.*, *Gabriel. conſ.25. n.6.
lib.1.*, *Pontan. de aliment. cap.3. n.28.*, *Surd.
deciſ.83. num.21.*, *Sperell. deciſ.184. num.93.*,
& num.109., *Rota coram Carill. deciſ.136.
num.14. in fine*, *coram Priolo deciſ.141. n.11.*,
deciſ.184. num.21., *coram Card. Celſo deciſ.
334. n.8.*, *in Recen. deciſ.167. num.16. par.3.*,
deciſ.263. n.3. verſ. urgentibus potiſſimè par.12.,
& præterea fictæ Matris ſuppoſitio loco veræ
facta dicatur, non quidem, ut eidem impinga-
tur capitale delictum, quod nempè pro aufe-
renda hereditate legitimo Heredi, aut exclu-
dendo Fiſco, vel Domino directo, ad quem
ob extinctionem lineæ Bona devolvenda eſ-
296 ſent, partus non verus ſubjectus dicatur, de quo
caſu ſcripſit *Boſs. tract. var. tit. de Partu ſup-
poſit.*, *Phœb. deciſ. Luſitan.121.*, ut etiam non
agatur de alio caſu, quo fucum faciendo Viro
ſeni, & valetudinario, Mulier prægnantiam,
& fictum partum ſuppoſuerit, ut à credulo ſe-
ne, ſubjectæ ſobolis ſpecie decepto, commo-
dum aliquod conſequeretur, quod aliquandò
contigiſſe referunt *Petr. Gregor. de Repub.
lib.14. cap.1. num.8.*, *Mareſca de leg. public.
Judic. ſuper inſtit. tit. ad leg. Cornel. de falſis
§.7. num.41. verſ. multoties*, *Carpzov. rer. cri-
min. par.2. quæſt.93. num.27.*, *Zacch. quæſtion.
medic. legal. lib.3. tit.2. quæſt.8. n.3. verſ. cæ-
terum*, *Otton. de legit. illegit. hypotypoſ. 18.
fol.127. verſ. partus poſtremo ſuppoſititii*, *Ur-
ſaya Inſtit. crim. lib.2. tit.6. de crimin. falſ. nu-
mer.141.*, *Baſilic. deciſ. crim.7. n.51. & ſeqq.*,
Caldero deciſ. Cathalon.61. num 1., *& num.20.
tom 2.*, ſed dicimus, Carolum Pallavicinum
Marchionis Nicolai Mariæ Patrem ex juſtis
cauſis diſsimulantem nomen, & perſonam ve-
ræ illius Matris, fortè permiſiſſe, plurimos ca-
pi eâ credulitate, & errore, ut ex Antonia
Calcia ab ipſo ſuſceptus crederetur. Id quod,
ſi magna liceret componere parvis, nedùm
aliis in Urbe notis, verum etiam probare poſ-
ſemus exemplo præclariſsimi, ac Regii Princi-
pis, cui, ut parceretur famæ veræ Matris, alia 297
prætenta fuit, adeò quidem domus ſuæ, ſuo-
rumque ignaro, ut vivens, morienſque, bis in
Matre deceptus, ſemper alienam coluerit,
numquam ſuam: Quamobrèm ſi, quum de
ſuppoſitione partus agitur, in Judicio etiam
criminali admittitur probatio deſumpta ex co-
niecturis, & præſumptionibus: quanto fortiùs
illæ urgebunt in caſu noſtro, in quo res civili-
ter agitur, & ſuppoſitio facta dicitur ad effe-
ctum nemini præjudicialem, ut videlicet par-
ceretur famæ veræ, illuſtris quidem, honeſtæ-
que Matris: hoc namque caſu in dubium veni-
re nequit, quin talis ſuppoſitio nemini præju-
dicium irrogans, & difficilis alioquin proba- 298
tionis, demonſtrata dici queat longè leviori-
bus conjecturis, & præſumptionibus in ſimili-
bus Cauſis ſemper admitti ſolitis, eaſdemque
non oportet eſſe à Lege adprobatas, ſed ſatis
eſt Judicis animum informare, ut in noſtrâ
ſpecie tradunt *Boſs. de partu ſuppoſit. num.13.
& ſeqq.*, *& num.30. & ſeqq.*, *Menoch. de arbi-
trar. caſ.116. n.7.*, *& de præſumpt. præſum.58.
num.1. lib.1.*, *& præſumpt.24. num.5. lib.5.*,
Farinacc. de ſimulat., *& falſit. quæſtion.150.
par.10. num.245.*, *Maſcard. de probat. concluſ.
1147. num.1. & ſeqq.*, *& num.29. & ſeqq.*, *Ca-
ranz. de partu natural. & legitim. cap.5. ſect.1.
n.51.*, *Coſt. de fact. ſcient. & ignorant. cent.1.
caſ.87. n.14.*, *Joan. Boniſac. in tract. de furt.
§. Corporalis num.41. verſ. quomodo autem in
ſpecie*, *Polidor. Ripa de nocturn. tempor. caſ.
162. num.1. & ſeq.*, *Zacch. quæſtion. medic.
legal. lib.3. tit.2. quæſt.8. n.5.*, *Thabor. axiom.
Jur. lib.14. cap.9.*, *Urſaya inſtit. crimin. lib.2.
tit.6. num.145.*, *Baſilic. dicta deciſ. crimin.7.
num.53. verſ. quomodo autem probatur*, *& verſ.
probatur etiam & ſeqq.*, *Calder. dicta deciſ.61.
n.18. & ſeqq tom.1.*, quorum demum agmen
claudit *Phœb. deciſ. Luſitan.121. n.7. & ſeqq.*,
& num.18. & ſeqq., in cujus caſu agebatur de
excludendo Fiſco, qui Bona occupare volebat
in defectum Succeſſurum, ille autem *dicto n.7.*
ſic notabiliter loquitur = *Sed huic fundamen-
to facilis eſt reſponſio, quod in eo Proceſſu civi-
liter de crimine partus ſuppoſiti actum fuit, &
ſic non erat neceſſaria probatio, quæ requiritur
in dicta leg. ultim. Cod. de probat.*, *minor enim
probatio tunc requiritur, ut colligitur ex his*,
quæ tradit *Bartol. in leg. ſi quis ex argentariis
§. Heredi ff. de edend.*, *& ex Jaſone tradit ibi-
dem alios referens Ægid. Boſs. in noſtris termi-
nis in tit. de part. ſuppoſit. num.13.*, *ubi ad hoc
ponderat Textum in cap. afferte de præſumpt.*,
*quem etiam ponderavit Gomez de delict. cap.12.
num.24. verſ. item principalitèr 4. ad med.*, *&
probat mihi Text. in leg. dolum Cod. de dolo*,
*ubi ſcribentes notant, dolum ex indiciis, & conie-
cturis probari, cum tamen dolus crimen ſit ff. de
crimin. ſtellionat.*, *ſed in dicta leg. dolum de ju-
dicio civili agitur, quod ſatis colligitur ex titu-
lo, in quo poſita eſt &c.* =, & *num.10.*, ita pro-
ſequitur = *Præterea, ubi agitur de crimine diffi-*

fici-

ficilis probationis, indicia, & coniecturæ sufficiunt, leg. non omnes §. A Barbaris ff. de re milit. Testes etiam minus idonei recipiuntur, leg. consensu &c., & *num.* 11., ibi = *Et cum partus suppositus simulatio quædam sit, dubium non est, simulationem ex coniecturis, & indiciis probari, ex iis, quæ tradit Jason. in leg. cum ea num.* 4. *Cod. de transact., nec tunc indicia indubitata, & præsumptiones à Lege adprobatæ requiri videntur, sed quæ Judicis animum satis informare, atque crimen persuadere videantur, ut colligitur ex notatis per Scribentes ex leg. admonendi ff. de jurejuran., & tradit Ægid. Bost. ubi supra num.* 33. *cum seqq.* = subditque *num.* 13. = *Et cum in proposito hæc omnia concurrerent, nempè crimen diffi ilis probationis, dolus, atque simulatio, & delictum civiliter intentatum, sufficere videbantur indicia, & præsumptiones, quæ de eo crimine adducebantur* =, & denique *numer.* 19. & 22., discursum concludit verbis illis = *Ex quibus omninò amplectenda est sententia Senatus Supremi, & pro ea semper judicandum in casu simili, quando actum fuit civiliter de crimine partus suppositi; si autem agatur criminalitèr, recurrendum erit ad d. Legem Regiam, & ad Text. in leg. Cornelia.*

Et quamvis in Judicio civili, de quo agitur, sufficiant vi deatur inquirere causam supposi-
299 tionis, eam namque ex notis regulis supplent coniecturæ, ad differentiam alterius casus, in quo de partus suppositione ad publicam vindictam ageretur in Judicio criminali, vel in Judicio civili, verus Bonorum successor partum supposititium declarari contenderet; nihilominus si etiam de causa quæratur, ea longè petenda non est, nàm cum Nicolaus Maria procreatus esset ex Matre clariori, quàm esset Antonia Calcia, eam namque nobilem fuisse, supponit *clar: mem: Card. de Luca disc.* 62. *de donation. in supplem.*, & in aliis ejusdem allegationibus relatis in nostra Facti §. 195., & ut animadversum fuit §. *Fabulam vero narrat*, uno ore testantur omnes, quotquot de Matre Marchionis Nicolai Mariæ, reticito illius nomine, locuti unquam fuerunt, justa suberat causa permittendi, quod ex Hominum opinione alia evolgaretur supposititia Mulier, quæ Nicolai Mariæ Mater reputaretur, ut similem rationem evitandi scandalum, & tuendæ exi-
300 stimationis pro sufficienti causa simulationis admisit *Rota coram Merlino decis.* 322. *num.* 3. *& seq., decis.* 423. *n.* 2. *vers. nec deficit, & decis.* 714. *num.* 9.; Quam sane opinionem adeò fovere studuit prudentissimus ille senex Stephanus Pallavicinus Princeps Gallicani, ut admonitus, quod Princeps Nicolaus meditabatur prosequi Causam nullitatis donationis adversus Marchionem Nicolaum Mariam fratrem suum naturalem, quodque pro illa irritanda parabat Testium examen, vehementer excanduit, atque acerbissimè doluit, verbis illis, quæ leguntur in quadam epistola ab eo scripta Marchioni NicolaoMariæ die 19. mensis Octobris anni 1675. inquiens *E' certo, che chi avrà questa Causa, non metterà à mezzo cose scandalose, ed esame de Testimonj, che possano pregiudicare alla reputazione della Casa, come si andava mediando* = ea autem verba = *cose scandalose &c. e che possano pregiudicare alla reputazione della Casa* si referantur ad causam subjectę materiæ proportionatam, cum intelligi nequeant de alio arcano, quam de illo occultandi veram Nicolai Mariæ Matrem, cujus evulgatio apta erat excitandis 301
malis illis, quæ scandalum, & offensionem maximam allatura erant; profectò ad hanc, & non aliam causam referri debebunt, *Alexand. cons.* 60. *in fin. lib.* 7., *Barbos. axiom.* 22. *num.* 8. & 30. ubi concordan., *Castill. controv. Jur. lib.* 5. *cap.* 86. *num.* 3., *Tiraquell. de revocan. donation. verb. revertatur n.* 37., *Surd. decis.* 11. *num.* 16., *decis.* 43. *num.* 16. *& seq., decis.* 288. *numer.* 43., *decis.* 322. *num.* 29., *Rot. coram Ludovis. decis.* 511. *n.* 24., *coram Merlin. decis.* 607. *num.* 5., *coram Card. Cels. decis.* 10. *num.* 15., *coram san. mem. Alexandro VIII. decis.* 44. *numer.* 18., rejectâ prorsus violentâ illâ, & minus congruâ interpretatione, qua Pars adversa ait, mox relata verba intelligenda esse de dementia Caroli, & obscænis actibus (dum illâ laborabat) ab eo gestis; quænam enim decori domus macula inuri poterat ex infirmitate naturali, qualis est dementia, & quæ nedum spectata jam fuerat omnium Januensium oculis, sed judicialiter probata reperiebatur examine Testium facto die 2. Januarii ejusdem anni 1675., ut optimè observatur in Informatione *Facti §.* 200. *& seq.*, ubi demonstratur, minutam illam epistolii, sive *viglietto*, quæ scripta dicitur à Marchione Nicolao Maria, colore nullo interpretationem istam coadjuvare posse.

Jam verò propiùs accedendo ad rem nostram, manumque admovendo assumpti nostri probationibus, plura profectò urgent gravissima argumenta, quæ evincunt, Antoniam Calciam, nonnisi supposititiam Nicolai Mariæ Matrem reputandam esse, Eadem verò desumuntur tum ex antecedentibus, tum ex concomitantibus, tum denique ex iis, quæ nativitatem Nicolai Mariæ per totum ejus vitæ curriculum subsecuta fuerunt. Si rem ordiamur ab antecedentibus, rogamus Illustrissimos Patres, ut intueri dignentur statum Antoniæ, quæ Marchionem NicolaumMariam ea ætate procreasse dicitur, qua mulieres tum ex naturę, tum ex Legis præsumptione effetę prorsus, sterilesque redditæ censentur, ut probatum fuit §. *At verò necessaria & seqq.*, quam solam conjecturam exuberare pro præsumenda suppositione, plenè probatum fuit §. *Quinimo ista*, & §. *Quippe dicitur*.

Neque vero vis istiusmodi conjecturæ ex 302
naturæ, & Legis principiis desumptæ, & Philosophorum, Medicorum, Nostrorumque auctoritate confirmatæ, imminui potest, ea contrariâ animadversione, quod nempè potentia generandi in Muliere protrahi queat usque ad quin-

303 quinquagesimum annum, & nonnisi cum ea-
dem illum excessit, partus mirabilis dicitur *in
leg. Si major Cod. de legitim. hæred.*, Qua-
mobrem, si Antonia eam prætergressa non
fuerat ætatem, nulla inde sumi possit conje-
ctura suppositi partus, eo quod, si secundùm
naturam est, illam infra quinquagesimum an-
num parere potuisse, ad id Leges adaptari de-
304 beant, præsumendo potiùs eam peperisse,
quam supponendo partum deliquisse, ut ratio-
cinantur *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præ-
sumpt. 24. num. 10., Farinacc. de falsit., & simu-
lat. quæst. 150. num. 252.*, aliique à DD. con-
trariis Defensoribus allegati, qui id prætereà
confirmare conantur exemplis plurium Mulie-
rum tum in Urbe, tum tota Italia conquisitis,
quæ ea ætate enixæ fuisse dicuntur.

Discursus namque iste ea sola ratione sub-
moveri posse videretur, quod nèmpe frustrà
Pars adversa rationibus, auctoritatibus, &
305 exemplis probare conetur, Mulieres quinqua-
genarias, spectatis naturæ viribus, parere ali-
quando posse, nam in eo, in quo versamur
Judicio, cum ipsa sit actrix, & directis, ac
necessariis probationibus demonstrare tenea-
tur maternitatem Antoniæ Calciæ respectu
Nicolai Mariæ, exclusam superius relatà va-
lidissimà naturæ, & Legis præsumptione, fru-
strà allegat meram hanc possibilitatem; quid
enim magis absurdum est, quàm quod Actor
in Judicio decisivo solà possibilitate fretus,
suam intentionem fundasse dici queat? nullo
306 itaque numero habità dictà merà possibilitate,
contraria naturæ, & Legis præsumptio tunc
solum vinci potest, *quandò constat evidenter,
quod mulier peperit, nam tunc veritas prævalet
præsumptioni, & præsumptio à veritate supe-
ratur*, ut inquit *Trentacinq.*, cujus verba retu-
limus *d. §. At verò necessaria*, eidemque con-
sonant ceteræ aliæ auctoritates pleno clamo
ibidem cumulatæ; Quamobrem convenimus
cum Parte adversa, quod Mulier nedum qua-
dragesimo, sed etiam quinquagesimo anno
naturaliter generare possit, sed ex mente Le-
gis, & naturæ ratione dicimus, id mirabile
esse, & perraró contingere, ideoque cum
307 Lex non consideret absolutam facti possibilita-
tem, sed præsumat id, quod frequentiùs, &
communitèr accidere solet, hinc est, quod,
si aliquando rarum istud contigisse asseratur,
de eo debeat apertissimè constare, & quidem
non secundùm communes, sed claris, & fir-
mis probationibus, rejectà prorsus conjecturà
desumpta ex mera possibilitate secundum na-
turam, nam Lex respiciens solum ea, quæ
communitèr accidunt, illam considerare non
solet, *Felin. in cap. in præsentia vers. quarto li-
mita de probat.*, *Joan. Faber in suo Brevior.
in leg. neque natales C. eodem tit.*, *Everard. in
loco à communiter accidentibus num. 6.*, & non-
nisi ex communiter accidentibus justam desu-
mi posse præsumptionem, statuit *Text. in leg.
nàm ad ea cum seqq. ff. de leg. quædam §. Num-
mularios ff. de eden.*, *leg. eum, qui probabilem
19. Cod. de Episcop., & Cleric. cap. 1.*, cum
ibi notat. *de Cleric. non resident.*, *Gloss. in leg.
natales Cod. de eden.*, Jure igitur, meritòque
Doctores considerantes, quod, licèt Mulieres
quinquagesimo anno concipere, ac eniti pos-
sint, nihilominus, quum excedunt quadra-
gesimum, vel quadragesimum quintum an-
num, frigescente semine, regulariter steriles, ac
effætæ redduntur, parvipensa naturali ista pos-
sibilitate pro excludenda præsumpta supposi-
tione Matris, sivè partus, efflagitarunt proba-
tiones adeò claras, ut vincere valeant vehe-
mentissimam illam præsumptionem innixam
naturæ, & Legis rationi, ut præclarè docuerunt
Doctores relati *d. §. verò necessaria & seq.*, inter
quos allegavimus *Caldero. decis. crimin. Catha-
lon. 61. n. 24.* sic loquentem = *Tertia coniectura,
quia tempore Partus suppositi erat ætatis qua-
draginta annorum, quam comprobat Boss. de Part.
supposit. num. 15., ubi de muliere excedente an-
nos 40.*, = *Farinacc. in prax. dicta quæst. 150.
num. 252., ubi ait, quod in hac materia non at-
tenditur, quod potest esse, sed quod verisimili-
ter esse potest*, *Zacch. quæst. medic. legal. lib. 3.
tit. 2. dicta quæst. 8. num. 18., ubi non parvipendit
hanc conjecturam, etiamsi quadragesimum non
excederet.* Proindeque pro qualibet suspicio-
ne propulsanda censuerunt, necessarium esse,
partui adfuisse Testes, & quidem integræ fidei,
ut omnis fraudis suspicio eludatur, *Boss. de
Partu supposit. num. 8., & seqq.*, *Caranza eo-
dem tract. sect. 2. num. 68., & seq.*, *Caldero di-
cta decis. 61. num. 24.*, & confirmavimus so-
lemni exemplo Henrici Imperatoris relato
§. Quin imo istu naturalis in fin.

Fortius verò conjectura isthæc urget in no-
stro casu ob duplicem animadversionem; Pri-
ma est, quod Antonia anno *1616.*, dum de-
cimum quintum ætatis annum agebat, virum
subjerat, cumque eo convixerat usque ad an-
num *1632.*, pluribus ex illo procreatis Filiis,
eo autem defuncto, anno *1639.* nupta secun-
do Viro, ex eo pariter Filiam enixa fuerat, Mu-
lier autem, quæ nondum benè firma ætate con- 308
jugalibus obsequiis operam dare incipiens, plu-
res procreaverat Filios, proculdubio ingrave-
scente ætate minùs apta censenda erat novæ
soboli gignendæ, tum quia menstrua infirmio-
ra, tum etiam quia muliebrium vasorum laxi-
tas conceptionem inhibebant, ut *eum Zacchia
quæst. medic. legal.*, *& Castro de morb. mulier.*
ratiocinatur nostrum *Votum super articulo se-
cundo §. 4. in fin.* Altera vero animadversio
promanat ex eo, quod Antonia Calcia tem-
pore, quo Nicolaum Mariam concepisse di-
citur, nedum ætate provecta erat, sed jam-
dudum in longo cælibatu Filios procreare de-
sierat; Quamobrem, si etiam quando agitur
de Mulieribus florentis ætatis cessatio ista in-
verisimile reddit, quod eædem seniores factæ 309
conceperint, ad tradita per *Soccin. Jun. con-
sil. 90. sub num. 19. lib. 2.*, & luculenter docuit
*Zacch. quæst. medic. legal. lib. 3. tit. 2. quæst. 8.
sub num. 18. vers. & ego*, ibi = *Et ego quidem
si alios*

si alias conjecturas suppositionis partus haberem, hanc non parvipenderem etiamsi quadragesimum non excederet, quando per totam anteactam ætatem non fuisset admodum fecunda, & ratio est, quia etiamsi non sit impossibile, imo nec omni ex parte difficile in ea ætate mulierem concipere, dummodo menstruis non destituatur, ut dicemus; tamen cum hoc de raro admodum contingat, ut quæ Juniores jam desierunt generare, Seniores factæ, & quadragesimo anno majores de novo generent, jure meritò potest ex hoc capite aliqua conjectura, seu præsumptio desumi, quod concipere non potuerit, & sic de partus suppositione non sinè causa dubitabimus=, Caldero dicta decis. 61. num. 24. tom.2., quid dicendum erit in casu nostro, in quo post diuturnam, longamq; cessationem mulier quadragesimo nono anno concipiens, quinquagesimo peperisse dicitur?

Nilque turbant auctoritates *Menochii*, *Farinaccii*, & aliorum ajentium, quod cum naturæ vires non excedat mulierem quinquagenariam concipere posse, satius sit præsumere, illam peperisse, quàm se Matrem ementitam
310 fuisse, nam, ut patet ex dictorum Authorum lectura, iidem dum dictam possibilitatem suffragari posse censent, vel loquuntur in casu, quo in Judicio criminali agatur de partus suppositione ad publicam vindictam pro tali delicto exigendam; At aliter res se habet in casu nostro, in quo civilitèr inquiritur de suppositione partus, & quidem facta non eo consilio, ut legitimo Heredi successio auferretur, sed ut prætendendo fictam Matrem, veræ Matris fama incolumis servaretur, juxta distinctionem traditam à Doctoribus allegatis *§. Quippe dicitur*, proindequè nil mirum, quod *Farinaceius*, *Mascardus*, aliique omnes, quotquot exadverso adferuntur, allegentur à Doctoribus omnibus, qui dicto *§. Quippe dicitur* à nobis adducti fuerunt pro statuenda in Judicio civili conjectura suppositionis, promanante ex grandæva ætate mulieris; Vel iidem Doctores intelligendi sunt in alio casu, in quo urgeat favor Matrimonii, ut nempè pro admit-
315 tenda veritate partus recipiatur æqua præsumptio, promanans ex naturali possibilitate, rectè enim, ut inquit *Bald.*, aliique allegati *§. Qua de re*, *rectè* hoc casu *honesta conjectura inhonestam præsumptionem favore innocentis prolis excludit*, quæ tamen summa, æqui, bonique ratio, & favor impartitus legitimæ proli, & fæderi Matrimonii, prorsus silet, quoties agitur de prole suscepta extra illius figuram, tunc enim nisi filiatio probetur clarissimis probationibus, & firmissimis argumentis, cessat d. ratio, ut præclarè ait *Rota coram Priol. decis. 141. num. 12.& seq.* ubi parvi faciens naturalem, & absolutam possibilitatem procreandi filios in provectiore ætate, hæc habet = *Nec relevat, quod senes provectioris*
312 *etiam ætatis visi sint filios procreare, exempla enim singularia, & rarò contigentia non lædant, neque alterant supradictam Juris præsumptionem, quia non attenditur id, quod evenit minùs frequenter, & rarò, sed quod communiter, & secundùm ordinem naturæ contingere solet, Text. in leg. nam ad ea cum seqq. ff. de legib.&c. maximè cum non agatur de filijs procreatis ex conjugata cohabitante cum Viro, uel retenta in schemate Concubinatus, in quibus terminis procedunt exempla prædicta ad præsumendum potius honestum possibile, quod filius sit natus ex Matrimonio, aut Concubinatu, quam possibile inhonestum, sed versemur in filiis natis ex muliere suè Juris, & libera*, & prius in eadem Causa dictum fuerat *decis. 263. n. 11., & seqq. part. 12.* ibi = *Non etiam videtur urgere, quod senes septuagesimum licet annum explentes, prolem aliquanda susceperint, ut testatur Menoch. de arbitrar.&c. postquam enim inter casus raro contingentes solet hoc recenseri, possibilitas generandi, perspecta dispositione Juris, contrariam præsumentis, inefficax propemodum reputatur, nisi claris, ac evidentibus probationibus eadem concludatur, in Judicijs quippe accidentia secundum naturæ cursum inspici solent, non autem quæ rarò ex possibilitate contingunt*, utraque verò *decisio* repetita legitur apud *Bonden. collect. leg. tom. primo*, in ordine nempe *la 37. & la 72.*

Si igitur solius Matrimonij fauore præsumendum potius est possibile honestum, quàm possibile inhonestum, si illo cessante, sola possibilitas secundum naturam vincere nequit contrariam Juris præsumptionem, si denique lex non respicit singularia, & rarò contingentia, ideoque in Judicijs attendenda sunt ea dumtaxat, quæ acciduot secundùm communem naturæ cursum, firma proculdubio, atque in hoc Judicio Civili immota manebit præsumptio sup- 313
positionis oriens ex senili, ac grandiori ætate fictæ Matris, quam pro excludenda filiatione respectu Genitorum, in senium jam provectorum rectè ex Medicis considerant *Ludovic. Mercat. de steril., & pregnant. lib. 3. cap. 5. numer. 373., Zacch. quæstion. medico legal. lib. 10. cons. 75. num. 15.*, & prius *lib. primo tit. primo quæst. 9. num. 31. & plurib. seqq., & lib. 3. tit. 2. quæst. 8. num. 7., & seq. & numer. 18. & seq. Massar. lib. 4. practic. medic. cap. 6., & ex* Nostris constanter eidem adhæserunt *Soccin. Sen. cons. 29. num. 96. cum seqq. lib. 2., Giovagnon. cons. 6. num. 50. lib. prima, Menoch. cons. 51. numer. 2. & de arbitrar. lib. 2. cent. prima cas. 89. num. 57. & plurib. seqq., Alfer. cons. 42. n. 20. lib. 2., Mascard. de probation. conclus. 1147. numer 5., & seqq., Paleot de noth. & spur. cap. 24. num. 3., Rocca disput. Jur. select. cap. 194. numer. 103., & seqq., Basilic. decis. crimin. 7. nu. 53. vers. quæ verò sint præsumptiones*, & præter *decisiones* superius allegatas tradit *Rota post Torr. de pact. futur. Succes. decis. 119. num. 11.*, ibi = *Secundò quia habens uxorem quinquagenariam dicitur desperatus de liberis, leg. si sterilis in princip. ff. de action. empt. & leg. si Pater, ubi dicitur mirabile si pariat Cod. de hæred. instit., adeo ut Henricus Imperator habens uxorem in ea ætu-*

ætate voluerit palam parere ad evitandas suspiciones, ut ibi refert. Angel. = eadem que elidi nullo pacto potest perpaucis exemplis, quæ exadverso adducta fuerunt; etenim illa validissimè confirmant assumptum nostrum, ut Illustrissimi Patres facilè perspicere poteruut, si lustrare dignentur statum animarum, qui quotannis in Urbe efformatur, ex quo patet, decennii spatio singulis annis editos fuisse partus longè excedentes numerum quatuor millium, quàm igitur mirabiles, quàm rarissimi dicendi erunt casus illi, quos Pars adversa unius ferè seculi spatio, quo perquisivit partus editos à quinquagenaria muliere, invenire potuit inter tot centena millia partuum? Profectò ex potentia, quæ adeò raro ad actum reducta reperitur, quonam pacto Domina Arnalda juvari poterit pro sua intentione fundanda in hoc Judicio, atque in subjecta materia maternitatis, exposcente directas, & necessarias probationes?

Ex statu isto Antoniæ, vergentis jam, inclinatæque ætatis, consurgit alia vehemens præsumptio, confirmans, illam revera supposititiam esse Matrem Nicolai Mariæ, nemo enim non videt, quàm inverisimile sit, Carolum Pallavicinum ætate florentem, nobilitate, & specie praeclarum, magnisque affluentem divi-
314 tiis, adeò captum fuisse amore annosæ mulieris, ut non ex fortuito complexu, sed ex diuturna cum illa consuetudine Filium ex ea susceperit, quando alioquin tam facile eidem erat formosam reperire Puellam, cujus amore conflagraret, ut bene in nostro *Voto num. 3.*, & latiùs in *facto §. 182. & seqq.*, ubi solidissimè refelluntur commenta illa, quibus Pars adversa vim hujus prævalidæ conjecturæ enervare conatur.

Et non discedendo ab argumentis, quæ prò suadenda suppositione desumuntur ex statu Antoniæ antecedente partum, dicimus nulla adferri indicia ejus præcedentis prægnantiæ, licèt enim Mulieres, ut quotidiana nos edocet
315 experientia, citissimè prægnantes cognoscantur, saltem post duos menses à die conceptionis, & quàm citissimè illius signa edant, *Soccin. Jun. cons. 90. num. 19. vers. in primis lib. 2. Mascard. de probation. conclus. 1147. num. 17.*, nihilominùs in nostro casu nullis indiciis, nullis Testibus de ea docetur, prout requiri tradit *Boss. tot. tit. de Part. supposit. num. 10., & seqq., Zacch. quæst. medic. legal. lib. 3. tit. 9. quæst. 8. num. 87., Pacian. de probat. lib. 2. cap. 9. num. 25., Lara in compend. vit. homin. cap. 8. num. 59., & num. 63., Amat. resolut. 39 nu. 44., Attolin. resol. 30. num. 21., Basilic. dicta decis. 7. num. 50. vers. quomodo., Farinacc. de falsitat., & simulat. quæst. 150. part. 10. num. 267., & plurib. seqq. usque ad fin., Caranza de Partu naturali cap. 5. tit. de Partu supposit. sect. 2. num. 96., Ursaya in suis Instit. Criminal. lib. 2. tit. 6. de crimin. falsi num. 148.*, omnes ferè loquentes de Judicio civili; frustra verò Pars adversa hanc adeò necessariam probationem præcedentis gestationis uteri desumere conatur ex Gonfredo, & Hieronymo Villa; nam hic licèt nominet quamdam Antoniam, attamen cum non exprimat illius cognomen, identificasse dici
316 nequit personam Antoniæ Calciæ, ut alibi probatum est; ille verò, Gonfredus nimirum, loquitur quidem de Antonia Calcia, sed quod attinet ad ejus gravidantiam, est Testis dumtaxat de auditu, ideoque nihil probans, *Boss. de Partu supp. sit. num. 11.*, qui magis rigidè procedendo ait, nec etiam eredendum esse Testi affirmanti audivisse ab ipso Marito Uxoris suæ prægnantiam, & præter eum tradunt *Salycet. in leg. non ignorat. Cod. de ijs qui accusar. non poss., Bald. in cap. per tuas de probat.*, ibique etiam *Dec. post princip., Grat. cons. 62. num. 5. lib. 2., Paleot. de Noth., & Spur. cap. 26. num 5., & seq., Palm. decis. Lucens. 178. num. 17.*, non omittendo summopere mirum videri, quod Paula Maria, quæ talem prægnantiam novisse debuerat, caute illam silentio præterijt in captiosa depositione, cujus meminimus *§. Artis sive*, quodque etiam neglectis Testibus, ex quibus rei certitudo haberi potuisset, adferantur
317 Testes dumtaxat, qui vel errore facilè decipi, vel ad confingendam suppositionem adhiberi potuerunt, *idem Boss. de Partu supposit. nu. 12., Mascard. de probat. conclus. 1147. n. 12. & numer. 18., Farinacc. de falsitat. quæst. 150. n. 254., Rot. in rec. dec. 167. n. 18 par. 8.*

Argumentis desumptis ex statu Antoniæ, antecedente assertum partum, consonant circumstantiæ concomitantes suppositam illius editionem, nam si, ut firmavimus, *§. Libuit misso aliis*, certitudo Matris haberi potest ex solis Testibus, quia Partus sunt Testes, & Inspectores certi, conceptus sunt nulli, cur non proferuntur Testes, qui Partui præsentes fuerint, illumque exceperint, Matris ubera lacte turgere viderint, testenturque de puerperio, quo plurium dierum spatio Mulieres, partum
318 enixæ, detineri solent? Nam si dicatur, Antoniam peperisse sine Obstetricis auxilio, quarum maxima copia erat in amplissima Civitate, & id solum vehemens suppositionis partus indicium præberet, *Soccin. Jun. consil. 90., sub numer. 3. vers. & præterea lib. 2., Boss. de Partu supposit sub n. 12., Farinacc. de falsit. quæst. 150. num. 254., & seq., Lara in compend. vit. homin. cap. 8. numer. 59., Mascard. de probat. conclus. 1147. num. 10., Caranza de Partu naturali cap. 5. tit. de Part supposit. sect. 2. num. 76., Calder. d. dec. 61. num. 26.*, Si verò Obstetricum, & aliarum Mulierum auxilio usa fuit, ut habetur ex ipsorum contrariorum Testium fide, & cur quando, ut asserit Pars adversa, in Judicio opus fuit demonstrare Matrem Nicolai Mariæ, loco Obstetricis, & Nutricis, ex quibus illius certitudo haberi potuisset, adhibiti fuerunt alii Testes, qui (si demas Paulam Mariam, cujus fidei integritas plurimùm diminuitur ex iis, quæ notata fuerunt *d. §. Artis sive & seqq.*,) informati esse nequibant, &
319 nonnisi per auditum rem novisse poterant? ut pro-

pro inducenda suspicione suppositionis partus benè in proposito argumentantur *Soccin. Jun. consil.90. num.1. num. 3. & nu. 10.lib.2., Lara in compend. vit. homin. cap.8. num.59., Caranza de Partu natural. capit. 5. tit. de Part. supposit. sect.2. numer. 73., Calder. d. dec. 61.numer. 25. & seqq.*

At longè bis validiora sunt argumenta, quæ pro nostro assumpto confirmando eliciuntur ex subsequentibus, eademque eò fortiùs urgent, quia a die, quo Nicolaus Maria hanc lucem aspexit, usque ad ejus obitum, univoca semper, & uniformi observantiâ continuata reperiuntur, ut enim benè observatur *in Facto §. 103.*, à die 17. mensis Januarii 1650., quo ille vitæ limen attigit, usque ad annum 1675., quo occasione adscriptionis nobilitati, ejus Agentes necesse esse putarunt certam Matrem illi affingere, & sic spatio vigintiquinque annorum, nullum unquam præberi potuit indicium d. maternitatis, sed viceversa omnia pro illa excludenda univocè concurrunt. Et primò quidem sese offert solemnis præfati Nicolai Mariæ regeneratio sex mensibus post ejus nativitatem, die videlicèt 8. Julii d.anni 1665. peracta, in cujus actus celebritate, licèt ille palam enuncietur Filius Caroli, adhibitis in Patronos Stephano Principe Gallicani, illius Fratre, & Moniali ejusdem sorore, attamen suppresso Matris nomine, in Libro Baptismatis inscribitur Filius N. N., ex qua adeo insolita ratione agendi duo validissima consurgunt argumenta perpensa tum *in Voto §. 47.* tum etiam in *Facto §. 177. & seq.*, suadentia, aliam, quàm Antoniam Calciam fuisse Nicolai Mariæ Ma-
320 trem. Primum est, quod si Christiana pietas exposcebat, Infantem illico Sacro Fonte expiari, adeò quidem ut in re tanta, tantisque exposita periculis mora omnis damnetur, & longa protractio Ecclesiasticis etiam pœnis coerceatur, ut disponitur in Constitutione Synodali Diœcesis Januensis, Typis edita anno 1643. *cap. 16.* & generaliter tradunt *Gavant. in Manual. Episcop. verb. Baptismus num.1., Romaguer. ad Synod. Gerunden. lib. 3. tit. 18. num. 7.*, ne dicamus Nicolai Mariæ Parentes parum pios extitisse, Filii regenerationem protrahendo cum incursu Censurarum, & maximo periculo illius Animæ, credendum est, id actum fuisse gravi aliqua ex causa, ne videlicèt, si Puer recenter natus Sacro Fonte regeneratus fuisset, ex actu adeò solemni, & qui clam fieri non
321 poterat, indicium aliquod capi posset veræ Matris, quæ à Puerperio nondum convaluisset; pro cujus sane conjecturæ vi elidenda non est, cur obtendatur non usus dictæ Constitutionis, quia, ut benè advertitur in *Facto §.179.* inobservantia ista, tamquam mera corruptela, abrogare nequivisset Constitutionem editam pro regimine totius Diœcesis Januensis, & uniformem Legi, ac consuetudini universali, toto Christiano Orbe vigenti, ut apud *Gavant. & Romaguer. mox allegat.* Alterum verò argumentum elicitur ex occultatione nominis, & cognominis Matris, quod fieri minimè consuevit, nisi quando Parentis nomen celari curatur, ut ejus famæ parcatur, & ne ex adeò solemni actu illius nomini nota aliqua irrogetur; Quamobrem ex ista nominis reticentia non solum dubia redditur Matris identitas, ut 322
præter allegatos *§. Ut enim diligenter*, tradunt *Bartol. in leg. demonstratio falsa num. 14. ff. de condit. & demonstrat., Corn. cons. 143.num.12. lib. 2., Dec. consil. 15. n.9., Cravett. consil.149. num.4., Rota coram Card. Cerro decis. 944. numer. 4.* Verùm etiam ex eadem validissimum sumitur argumentum exclusivum filiationis, nam si Nicolaus Maria fuisset Filius Antoniæ Calciæ, utique sub ejus nomine adnotatus fuis- 323
set, *Rot. dec. 109. num. 28. & seq.part. 19.*, ibi = *In proposito contra filiationem concurrunt conjecturæ magis urgentes, nam in Libro Baptismatis Cæsar legitur descriptus natus ex Patre incerto, si enim fuisset filius Thomæ, utique sub ejus nomine fuisset adnotatus &c. præsertim cum non esset filius adulterinus, quo casu cautè proceditur in adnotatione filii, ne Parentes in existimatione lædantur* = & in confirmatoria *decis. 544. num. 10. par.19.*

Fortiùs hæc urgent, si præterea animadvertatur, quod Puer ille, qui publicè, & palam enunciatus filius Caroli, solemnitèr ab ejus Consanguineis Sacro Fonti admotus fuit, non solùm suppresso Matris nomine adnotatus reperitur in Libro Batismatis, sed à Parocho S.Pancratii in Ecclesia Parochiali S. Stephani baptizatus reperitur, *nostro Summ.* ibi = *Ego Rector Ecclesiæ S.Pancratij in Ecclesia S.Stephani, magis opportuna electa, baptizavi &c. Ego Presbyter Hieronimus Morandus Curatus S. Pancratij affirmo &c.* = Si autem Nicolaus Maria fuisset filius Antoniæ Calciæ, baptizari debuisset in Ecclesia Parochiali S.Mariæ *delle Vigne*, Filii namque naturales maternam sequuntur 324
originem, non autem paternam, ideòque Baptismus illi collatus in alia Ecclesia Parochiali, quàm illa Antoniæ probat, eundem ex alia Muliere natum fuisse, per ea, quæ tradunt *Antunez. de donat. lib. 2. cap.15., Pax. Jordan. elucubrat. tom. 1. lib.3.tit. 6. num. 44., Ciarlin. controv. lib.2. cap. 149. nu. 13.*, & melius observatur tum in nostra *Facti §. 18. & seq.*, tum in Restrictu Ven.Monasterii S.Bernardini §.27. *& seq.* in quibus occurritur contrariæ responsioni, quod nempè Nicolaus Maria baptizatus fuerit in Ecclesia S.Stephani, quia hæc vicinior esset loco dicto *Stageno*, ubi Nutrix habitabat, nam Filii si naturales sint, in materna Parochia, si legitimi, in illa Patris baptizantur, nunquam in illa Nutricis.

Conjecturæ desumptæ ex Fide Baptismatis collati Nicolao Mariæ tot cautelis, per interpositam nempè personam alterius Parochi, & in Ecclesia tamquam magis opportuna electa pro occultanda vera illius Matre, cujus nomen reticitum fuit, consonat alia promanans ex simili reticentia cognominis Matris facta tum in Libro Chrismatis, tum etiam in examine Te-

ftium à Carolo inductorum anno 1664. pro dicto Nicolao Maria tilio fuo inter Reipublicæ Nobiles cooptaudo ; illi eoim, ut pluriès alibi dictum eft, de Caroli paternitate palam de-
325 ponentes, quod attinet ad Matrem, licèt nominaverint quandam Antooiam, filentio prætericrunt illius cognomen, ibi = *E della Sig. Antonia, di quale non conviene dire il nome* = quæ autem honefta caufa urgere poterat, ut reticeretur cognomen illius Mulieris, quam plures noverant Filium progenuiffe ex Carolo, ut affirmat Gonfredus, alibi relatus, id notorium prorfus erat in viciniaʳquamobrem honefta illa caufa, nifi tangat, refpiciatque Perfonam aliquam, cujus famæ parcendum effet, referri p·ocul dubio oequit ad Antoniam, cujus refpectu nulla urgebat ratio occultandi ejus perfonam, ad tradita per *Rotam coram Dunoz. Jun. dec. 977. num. 4., in rec. decif. 317. numer. 22. par. 9., in Romano Filiationis 21. Novembris 1710, §. Deftituebatur coram R.P.D. Aldovrando, & in Romana Fideicommiffi 20. Junii 1712. §. Faftidiebant verf. quidquæ pariter non obftante coram R.P.D. Anfaldo*, & & benè in noftra *Facti §.* 187.

Accedit his illa alia graviffima conjectura promanans ex fumma difficultate, qua involvebantur Simoo Pallavicinus, & Hieronymus Spinula, dum anno 1675. fedulo ftudio, ac curà urgebant negotium adfcriptionis Nicolai Mariæ nobilitati Januenfi, pro qua affequenda neceffarium reputabant identificare illius Matrem, exprimendo ejufdem nomen, & cognomen, quod Teftes examinati aooo 1664.
326 occultaverant, qua diligentia, & qua machinatione conquifiti illi fuerint, qua trepidatione delecti, quanta denique captione eorum depofitiones compactæ fuerint confilio, & ftudio Jurisperitorum, & præcipuè Gonfredi, expendimus *§. Etenim illi & feqq.*, & oihilominùs fi Antonia Calcia fuiffet vera Mater Nicolai Mariæ, facili negotio illius perfona identificari potuiffet ; adhuc enim in humanis erat Nutrix, quæ illum lactaverat, præterea, fi id notorium erat, nullis dubiis, nullifque fcrupulofitatibus detenta fuiffet nobilis illa Matrona Francifca Bacciadonna, aliique Teftes, quos Agentes Nicolai Mariæ repudiarunt, vel quia paratos illos non repererant deponere ad negotii opportunitatem, ibi = *non fi trovava cofa à noftra foddisfazione* = Vel quia verebautur, quod eorum depofitiones adverfarentur examini Teftium facto anno 1664., & fic novis, majoribufque explicarentur difficultatibus, quæ alioquin occurrere oon debuiffent in ideutificanda perfona Matris, quæ à oatura demonftratur, ut latius obfervatum fuit *d. §. Etenim illi & feqq.*, & luculenter probatur in *facto §. 18., & tribus feqq.*, & utrobique demonftratur, difficultatem, & fcrupulofitatem, quibus angebatur nobilis illa Matrona, aliique Teftes, verfatam minimè fuiffe circà viduitatem Matris Nicolai Mariæ fed circa identitatem illius perfonæ.

Omittenda non eft illa alia conjectura defumpta ex nobilitate, & honeftate Matris Nicolai Mariæ, quæ qualitates, ut animadverfum fuit *§. Fabulam verò*, & uberius obfervatur in *Facto §. 195. & pluribus feqq.*, minimè convenientes Antoniæ Calciæ, ab omnibus tamen prædicantur de vera ejufdem Matre, ac per confequens dicendum eft, Antoniam Cal- 327
ciam, cui dd. qualitates minimè congruunt, veram illius Matrem reputari non poffe, per ea, quæ tradunt *Bartol. in leg. demonftratio falfa num. 14. verf. debetis fcire ff. de condit. & demonftrat., Rimiuald. Sen. conf. 429. num. 4. lib. 3., Rota inter collectas à bon. mem. Advocato Conftantino ad Statut. Urb. decif. 94. num. 10., coram Cocciu. decif. 2342. num. 51., coram Bich. dec. f. 594. numer. 10., coràm Card Cerro decif. 944. nu. 4., in recent. decif. 73. n. 12. part. 19.*, Proindèque uil mirum, quod, ut egregiè more fuo animadvertit *clar. mem. Card. de Luca* alias citat. *difc. 62. de Donat.*, Carolus Filium à fe fufceptum ex fortuito complexu cum Muliere nobili locupletavit munifica donatione fcutorum centumMillium argenteorum, ut aliqua ratione faceret injuriam illatam nobili illi, & honeftæ Mulieri, fuamque concientiam exoneraret, ut ipfe loquitur *num. 18.*, ibi = *honefta vidua, & nobilis, ita enim Vir injuriam intuliffe dicatur non folum ipfi mulieri, fed ejus familiæ, & parenteæ, & ita probabile eft, quod Carolus Donator exonerare voluerit ejus confcientiam, dictamque injuriam redimere, feu compenfare, ita benè providendo filium ex ifto concubitu fufceptum, ut legitimi decenter figuram facere poffet*. Sapientiffimi autem Patres fecum reputent, an opinio, quam habuit, & loquendi forma de vera Nicolai Mariæ Matre, qua præclariffimus, ac eximius ifte vir ufus fuit, verifimiliter de ea informatus, congruat Antoniæ ; Huc etiam fpectat diligens ftudium, & cura contemporaneè ad donationem a Carolo adhibita, ut filius opibus auctus ornare-
tur Patriæ nobilitatis honore. Quemadmodum 328
autem juftæ, ac honeftæ rationi confonum erat, quod Filius progenitus ex Patre, & Matre nobili ditaretur opibus, & decoraretur titulis, quibus fuorum oatalium digoitatem tueri poffet, per ea, que tradunt *Molin. de Primogen. Hifpan. lib. 2. cap. 15. num. 55., Gratian. difcept. 112. num. 6. difcept. 562. num. 35., difcept. 613. num. 14., & feq., Rota in recent. decif. 30. ex num. 19. part. 7.*, ità è contrario imprudenter Carolus adeò effufas largitiones contuliffet iu Filium ex tenuiffimæ fortunæ Muliere fufceptum, cui fatis providiffet, con-
grua illi alimenta relinquendo : Etenim fi ra- 229
tio, ob quam regulariter Pareutes erga Filios oaturales liberalitatem exercent, eft credulitas, feu certitudo filiationis, quam habere fibi fuadent ; talis certitudo haberi quidem poterat refpectu Matris nobilis, quippè uobilitas, & illuftris conditio fatis eam cuftodiebat, at non etiam illam habere potuiffet refpectu Antoniæ Calciæ, à Carolo minimè cuftoditæ, domi

fuæ

330 ſuæ degentis, ſuoque arbitrio, quò vellet, va-
gautis, *Bald. conſ. 437. verſ. Titius habet Se-
jum lib.5., Natt. conſ.205.n.2.,Spad. conſ. 251.
num. 1. lib. 2., Carol. Anton. de Luca ad Gra-
tian. diſcept. 562. num. 6., Rota coram Card.
Celſo deciſ. 334.nu.1., coram Carill. deciſ.136.
num. 1., & ſeq.,in recent. deciſ. 43. numer. 6.
part. 17., deciſ.429. num. 2., & n. 7. port. 19.,
& in Romana filiationis ſuper bono Jure 8.
Aprilis 1707. §. Suntque itidem coram bon:
mem: Omanna, & in Romana filiationis 22. No-
vembris 1710. §. At nec ſufficeret coram Reve-
rendiſſimo Aldovrando.*

Meminimus liberalitatis à Carolo exercitæ
erga Nicolaum Mariam filium ſuum, hinc
eliciendo argumentum, quod non Antonia,
ſed alia eſſet ejus Mater, idem verò argumen-
tum validiſſimè coadjuvatur, ſi cum munifi-
centia iſta comparetur ratio agendi ejuſdem
Caroli tum erga Antoniam, tum erga Pau-
lam Mariam aſſertam Filii ſui ſororem uteri-
nam, erga quas nedum parciſſimus, ſed illi-
beralis, nunquam commiſeratus reperitur rei
331 familiaris anguſtiam, qua Antoniam preſſam
fuiſſe, tradunt contrarii Teſtes; donec enim
illa vixit, nullum eidem liberalitatis ſpecimen
dedit,ut etiam Paulæ Mariæ,quæ Filium ſuum
educaverat, licèt valdè egenæ, ſpatio 19. an-
norum ſubſidium nunquam præbuit: Hæc au-
tem cum excludant tractatus illos, ex quibus
induci queat agnitio, aut quaſi poſſeſſio, *Soc-
cin. Jun. conſ. 86. num. 41. lib. 2., Gabriel.
conſ. 25. num. 6. verſ. quanto quontitas lib. 1.,
Rot. in recent. deciſ. 43. num.17. part.17.,* Sic
etiam inveriſimile reddunt, quod Antonia eſ-
ſet vera Mater, & reſpectivè Paula Maria ſo-
ror uterina Marchionis Nicolai Mariæ, ex oo-
tatis apud *bon: mem: R P. D. Severolum in ſuo
Vot. impreſſ. in recent. deciſ. 535. num. 84.
part. 14., Rota coram Rembold. deciſ. 531. nu-
mer. 12.*

His addere poſſemus complures alias præva-
lidas conjecturas, quas, nè pluſquam longa
in immenſum creſcat oratio, libenter omitti-
332 mus, præſertim verò quia ſuis libratæ mo-
mentis, egregiè explicantur in hodierna Facti,
ideòque rem abſolvimus illo omnium ſuper-
eminenti argumento deſumpto ex eo, quod
Marchio Nicolaus Maria numquam Paulam
Mariam in Sororem, & D. Mariam Hierony-
mam in Neptem agnovit: ex qua porrò ſola
negativa probatione agnitionum,& tractatuum
conſurgere excluſionem Conſanguinitatis opti-
mè docuerunt *Decian. reſp. 40. num.22. lib.5.,
Pariſ.conſ. 10. num. 54. lib. primo, Aſin. in prax.
part.2.cap.cap. 9. num. 6., Caſtold. conſult.202.
nu. 10. verſ.quinimo,Barz.deciſ.92. num.8., Ro-
ta coram Merlin. deciſ.694. nu. 20. & ſeq., co-
ram Carill. deciſ. 136. numer. 16., in rec. de-
ciſ. 167. num. 23. part. 8., deciſ. 347. num. 41.
& ſeqq. part. 12., deciſ. 43. num. 7. part. 17.,
deciſ. 100. n.31.,deciſ.544. nu. 13. part. 19., in
Romana filiationis 21. Novembris 1710.§. For-
tius 10., & §. Partum 12. coram Reverendiſ-
ſimo Aldovrando, & in Romana fideicommiſſi
20. Junii 1712. §. Quid ultra coram R. P. D.
Anſaldo;* Quæ negativa probatio fortius ur-
get in caſu noſtro, quia continuata reperitur
toto decurſu vitæ Marchionis Nicolai Mariæ
Pallavicini, qui ſpatio 64. annorum, quibus
in humanis fuit, nihil unquam dixiſſe, aut fe- 333
ciſſe probatur, ex quo ſpecies ulla agnitionis
elici poſſit. Immo verò ſi æqui, bonique ra-
tione intueamur intrinſecam quidditatem, &
ſubſtantiam omnium actuum, qui exadverſo
ſumma diligentia,& ſtudio coacervati fuerunt,
eoſque attentè examinemus, ex eiſdem evi-
dens, & apertus redditur contrarius animus
ejuſdem, numquam illas pro Conjunctis agno-
ſcendi, dum parciſſimus fuit in ſubminiſtran-
do eiſdem vitæ præſidia, eademque non ſo-
lum illis præſtitit ſemper expreſſo *titulo eleemo-
ſynæ*, ſed perſæpè ſubtraxit, & ſi aliquando in-
ſtantiùs urgeretur, ferè immiſericors acribus
verbis coercuit illos, quos magna egeſtas im-
portunos petitores efficiebat. Cuique autem
patet, quod ratio iſta agendi non ſolum mini-
mè congruebat,ſed diu ſervari nequiviſſet cum
Perſonis, quæ adeò ſtricto cognationis vinculo
illum attigiſſent, qualis extitiſset Soror, &
Neptis. Si igitur, dum vixit, conſtanti ſem-
per animo,& uniformi obſervantia eas in Con-
ſanguineas agnoſcere recuſavit; Si præterea,
dum etiam de morte cogitans, condidit teſta-
mentum, eaſdemque omiſit, dicendum profe-
ctò eſt, id factum fuiſse, quia tales revera non
erant, quibus argumentis pro excludenda filia- 334
tione paſſim utuntur Doctores, ut apud *Rotam
coram Rembaldo deciſ. 351. num.7., coram Ca-
rill. deciſ. 136. num. 20.,in rec. deciſ. 289. nu-
mer.6.part.prima, deciſ. 347. numer. 41. & ſeq.
part.12., deciſ. 100. num. 31. part. 19., in Ro-
mana filiationis 21. Novembris 1710. §. Quæ
veritas coram Rev: Aldovrando.*

At verò, ſi, ut latè probavimus §. *Quippè
dicitur*, ſuppoſititiæ maternitates, ac filiatio-
nes probari poſſunt conjecturis, & præſum-
ptionibus, præſertim verò, quum agitur in
Judicio civili, ſi præterea admittuntur conje-
cturę, & præſumptiones, quæ licèt à Lege non
adprobatæ, ſufficiant tamen pro animo Judicis
informando, in dubium venire minime poſſe
videtur, quin in noſtro caſu ſapientiſsimi Pa-
tres certi omninò redditi dici queant, quod
Antonia Calcia nonniſi ſuppoſititia Nicolai
Mariæ Mater reputari debeat, dum tot, tan-
tæque urgent validiſsimæ conjecturæ coadju-
vatæ à juſta cauſa, evincentes, eandem veram
illius Matrem cenſeri non poſſe, vel ſaltem id
nobis dandum erit, quod in noſtro caſu longè
firmiores, plenioreſque d. maternitatis pro-
bationes adferre oporteret; Etenim, ſi Actori,
qualis eſt D. Maria Hieronyma, onus conclu-
dentis probationis ſemper incumbit, ſi illud
magis aggravatur, quando ſubjecta materia,
rejectis probabilibus, & præſumptivis, neceſ-
ſarias, & concludentes exigit probationes, &
verſamur in Judicio plenario, ac petitorio, ſi
deni-

denique actricis probationes aliis elidi non de-
335 bent contrariis præsumptionibus, quæ si con-
currant, cum efficiant, quod nec tractatus,
nec quasi possessio noceant iis, qui alioquin
veri Parentes censeri possent, *Rota coram Du-
noz. Jun. decis.964. num. 2., coram Carill. de-
cis.136. num.14., coram Priol. decis.141. n.16.
& seq., in rec. decis.100. num.26., decis. 212.
num.10., decis.429. nu. 9. & seqq., decis. 465.
num.13. part.19.*, maxime, quum agitur de
partu edito extra figuram Matrimonii, ut sæ-
piùs alibi notatum est, quid dicendum, sen-
tiendumque erit in casu nostro, in quo pro ex-
cludenda maternitate Antoniæ urgent naturæ,
& Legis præsumptio, aliaque gravissima ar-
gumenta demonstrantia, illam, nonnisi sup-
posititiam Matrem fuisse Marchionis Nicolai
Mariæ, quamobrem ea omnia, quæ pro illius
maternitate colorandâ Pars adversa summo
studio emendicare conata est, nullo numero
336 habenda erunt, eò quod, tametsi apparentem
aliquam quasi possessionem inducere possent,
adhibita censerentur tamquam figmenta quæ-
dam ad augendam fidem suppositæ maternita-
tis, *Bosf. de partu supposit. num.10. in fin.*, ibi=
*Ex istis etiam dico, quatenùs fieret fundamen-
tum, quod Pater, & Mater tractassent eum
pro Filio, & consequenter diceretur, quod esset
præsumendus Filius, donec probatum esset con-
trarium, ut dixi supra, quod ineptè fieret, quia
ad augendam fidem figmento, quod esset Filius,
sic erat faciendum, & alitèr simulatio fuisset
admodùm insipide tecta, & nihil aliud esset di-
cendum, quàm quod crederetur suspectus de frau-
de, & dolo=, Farinacc. de falsitat. quæst. 150.
num.146. vers. amplia sexto, Mascard. de probat.
conclus.1147.nu.26. & seqq., Caranz. de Partu
natural. & legitim. capit.5., de Part. supposit.
sect.2. num.90., Scoppa ad Merlin. Pignattell.
part.2. cap.85.*

Si igitur, ut breviter omnia colligamus,
versamur in gravissimo Judicio, in quo de fi-
liatione agitur non pro obtinenda provisione
de alimentis, quæ & favorem omnem exi-
gunt, & præjudicium grave, ac perpetuum
non adferunt, sed pro vindicanda irrevocabili-
tèr opulentà hereditate: non pro beneficio Fi-
liorum, quibus utcumque favendum, quia
etsi nascentes, ignorant, & Parentes nonnisi
ex tractatu cognoscunt: non agitur de filiatio-
ne ex Patre, cujus præsumptio locum habet
probationis, quia alia probatio possibilis non
est; sed de filiatione ex Matre, quæ certas,
& concludentes requirit probationes, utpotè
naturâ non impossibiles: Si acta in Judicis do-
nationis, & nobilitatis nihil commune habent
cum Judicio præsenti diversæ naturæ, inter di-
versas Personas ad diversum finem facta. Si
neque dicta acta, neque dd. Judicia stabi-
liunt maternitatem hanc, de qua non præcisè
cognitum, nec judicatum fuit: Si nulla con-
fessio Nicolai Mariæ elicitur ex retentione de-
positionis Testium, aliarumque scripturarum,
ut latè probavimus: Si nullum indè posset ori-
ri præjudicium Fisco venienti ex Jure proprio,
& regali, quod valdè distat à titulo privato
hæreditario: Si ipsi Testes, qui adferuntur,
non carent exceptionibus, nec maternitatem
idoneè concludunt, eorumque examen spe- 337
ctato Juris ordine, non valet: Si probationum
quæcumque dubietas contra Actorem interpre-
tanda est, quia ut *Cicero* dixit *lib. 1. de Divi-
nat. omnibus veris sunt falsa quædam multà pro-
pinquitate, ac similitudine adjuncta*, & nè ve-
ritas offendatur, non debet in re dubia certa sen-
tentia proferri, *Cap.Grave nimis cons.11. quæ-
stion. 3.* Videant sapientissimi Patres quid di-
cendum in præsenti, dum pro filiatione Ma-
tris, quæ facilis est probationis, quia cadit
sub sensu, nullus adfertur, qui partui fuit præ-
sens, cum regulariter Mulier non sola pariat;
indiget enim auxilio in illo periculosissimo
opere naturæ. Non describitur in Libro Ba-
ptismi, qui solet huic rei probabilem tradere
conjecturam: Testes primi eam non nominant,
alii exceptionibus multis perstringuntur, alii
religione impediuntur, nè hanc maternitatem
asserant: Tractatus quidem producuntur, qui
nihil concludunt, nam satis explicatum est un-
dè provenie bant; Adde, Antoniam quinqua-
genariam concepisse ex florido Juvene in ma-
gna, & perampla Civitate, hanc sibi deligen- 338
te sociam voluptatum: Porrò argumenta sunt
hæc naturæ, quæ corrumpi non possunt, *Ari-
stotel. primo Rethoricor. cap.18.*, non Testium,
quorum voluntas effingi, flecti, & detorque-
ri potest, ut dixit *Cicero pro Cælio*; Itaque dum 339
rei qualitas, & natura Judicii exactissimas re-
quirit probationes, & pernecesse concluden-
tes, & hinc urget naturalis inverisimilitudo,
inde probatio nulla existit necessaria, conclu-
dens, & perfecta, sed quædam solùm infirma
adferuntur adminicula multis obruta tenebris,
& contrarietatibus, quæ potius demonstrant,
rem aliter se habere, res mira erit, si ex tali
probationum genere opulenta hereditas vindi-
cabitur, & auferetur a Principe, qui pro illa
retinenda clarè fundatam habet in Jure suam
intentionem, nisi fortè violando mentem Le-
gum, contra Fiscum respondendum dicatur,
quod an verum sit, an expediat, an justitiæ
conveniat, sapientiæ doctissimorum Judicum
expendendum relinquimus.

Ad eamdem materiam plura hic infra habes notatu digna, ex quibus ejus tractationi claritas tanta, firmitasque accedit, ut nihil optari queat ultra.

340 *Successio in Bonis vacantibus Lege defertur ad Fiscum.*

341 *Bona vacantia, de regalibus sunt.*

342 *Vacantia, & ad Fiscum devolvenda, dicantur Bona illius, qui decessit carens legitimo Herede, Descendentibus videlicet in infinitum, Ascendentibus, & Collateralibus usque ad decimum gradum, vel alio, qui ex Lege succedere, vel ad Bona jus aliquod habere possit.*

Ne-

343 *Neptis ex Sorore uterina Illegitimi ad intestatam istius successionem admittitur.*

344 *Filiatio respectu Matris concludenter ab Allegante probanda*, & n.459.

345 *Præsertim, quando illa impugnatur à legitimo Contradictore.*

Et maximè, quum agitur de vindicandis ab eo Bonis, justo ex titulo possessis.

347 *Reo ad repellendum Actorem sat est ejus actionem reddidisse dubiam.*

348 *Actore non probante, Reus absolvitur*, & n.454.

349 *Mater, utpotè semper certa, à natura ipsa demonstrari dicitur.*

350 *Matrem natura, Patrem Jus civile demonstrat.*

351 *Pro excludendo Fisco, contendente de Bonorum, tamquam vacantium, successione, concludens filiationis probatio necessaria non est, sed sufficit sola quasi possessio, & leviores consanguinitatis probationes.*

Contrarium, quod imò certa, & distincta gradus probatio requiratur cumulatissimè ostenditur num.352. 357., & num. 180., sed vid.nu.381. ad 384., & n.419.

353 *Defuncto Conjugi sinè legitimis Heredibus alter superstes succedit excluso Fisco.*

354 *Sed sola quasi possessio Matrimonii non sufficit; illoque non probato, Uxor putativa non admittitur.*

355 *Ecclesia seu Fiscus Ecclesiasticus, pro excludendo Fisco seculari, non juvatur solâ quasi possessione Clericatus, desumpta ex incessu in habitu, & tonsura, sed veram Ordinis collationem probare debet.*

356 *Quando in aliquibus necessarius est titulus, possessio etiam longissima nec aliquod jus tribuit, nec transfert onus probandi.*

357 *Successio quoties ad certum gradum restricta est, distincta ipsius gradus probatio requiritur*, & n.351. & 352.

Etiam quum agitur de excludenda Fisco, numer.358. & 359.

358 *Intestatæ hereditates à Legibus deferuntur*, & n.362. & 452.

359 *Fiscus excluditur in iis dumtaxat casibus, & ab iis dumtaxat Personis, de quibus Leges loquuntur, rejectâ quacumque extensione ad alios casus, & Personas.*

360 *Fiscum an, & quanam excludant Personæ, nulla consanguinitatis vinculo Defuncta conjunctæ?*

361 *Fisci exclusio quoad aliquas Personas, ex speciali Juris privilegio indicta, non est ad alias Personas extendenda, de quibus expressè Lex non loquitur*, & n.362.

362 *Ratio odii contra Fiscum urgentis inspicienda non est, sed solus gradus, ipsum à successione excludens; ratio* n.363.

363 *Materia an odiosa sit, an favorabilis, nil interest, quotiescumque à gradibus eadem circumscribitur.*

365 *Ob favorem unius, non debet alteri injuria fieri.*

366 *Fiscus in Bonis vacantibus succedens, immeritò dicitur exosus, atque abominabilis Successor.*

367 *Fiscus est Camera Principis, ejusque publicum patrimonium repræsentat.*

368 *Fiscus, exceptis Descendentibus, eodem civili Jure, quo ceteri Consanguinei, jus succedendi habet.*

369 *Defuncti voluntas proclivior censetur erga Principem, quàm erga Consanguineos ultra decimum gradum.*

370 *Naturalis affectionis ratio de Jure præsumitur non egredi quartum gradum.*

371 *Bona vacantia Fisco, sive Principi deferuntur æquè ut Parenti omnium.*

372 *Fiscus iisdem Jure gaudet privilegiis, quibus Ecclesia, Pupilli, & Minores.*

373 *Immò magis privilegiatus est, quàm pupillus*, & n.379.

374 *Fiscus quoties non de pœna exigenda, sed de successione agat, pro eo in dubio respondendum est*, & n.375. ad 380.

375 *Plectebantur olim, qui Fisco parùm favere videbantur*, & n.377.

376 *Caussa Fisci favorabilior est caussâ privatâ.*

377 *Caussa Fisci publicum Jus continere dicitur; ideòque omnibus anteponenda.*

381 *Consanguinitas perfici nequit solo consensu, sed ex Matrimonio, & copula carnali*, & n.422. & 477.

382 *Sola quasi possessio proficiscens ex tractatibus non sufficit pro successione adipiscenda.*

Vel solùm sufficit quoad alimenta, & quando cum Privato contenditur de successione super petitorio; secùs tamen quoad jus succedendi, & quum res est cum Fisco, ibid. & num.399.

383 *Filiatio difficilis est probationis, ideòque tractatus, conjecturæ, & præsumptiones sufficit illam inducunt.*

384 *Sola quasi possessio consanguinitatis, quoties sufficiens dici posset pro excludendo Fisco, in Bonis, tamquam vacantibus, succedere contendente, quomodò eo casu probanda esset?*

385 *Sola quasi possessio inter Consanguineos, ex legitimis nuptiis procreatos, conjunctionem satis probat, tametsi non probetur primus stipes, seu primus gradus.*

Secus, cum agitur de jure successionis in hereditate Illegitimi, n.386.

386 *Hereditatem Illegitimi Edictum successorium defert solummodò Conjunctis ex latere materno, Consanguineis ex latere paterno exclusis.*

Etiamsi proximioribus, n.387.

387 *Ad hereditatem Illegitimi cessantibus Cognatis, Fiscus admittitur.*

388 *Ad successionem obtinendam in hereditate Illegitimi, materna origo præcisè atque in individuo probanda est.*

389 *Cognationis jura considerari nequeunt, nisi inter eàdem Matre natos.* Con-

390 Consanguinitas nisi probetur ex eo latere, ex quo defertur successio, usi. Consanguineus excluditur, & Bona devolvuntur ad Fiscum.

393 In linea ubi certus gradus requiritur, possessio non juvat.

394 Successio ubi est deferenda ad gradum prædictum certâ aliquâ qualitate, præter probationem certi illius gradus, probatio etiam ejusmodi qualitatis exigitur.

395 Quasi possessio consanguinitatis certi gradus, Fiscum excludentis; ubi de hereditate Illegitimi agitur, probanda est præcisè ex lineo, sive latere materno; & num. 421. 426. 452. & 509.

396 Possessionem sororietatis, certe alligatam stipiti, qui pro suæ intentionis fundamento adducit, ipsum stipitem concludenter probare tenetur.

397 Factum, seu titulus, quem pro suæ intentionis fundamento quis allegat, ab eo concludenter probari debet.

398 Adeò quidem ut Reo satis sit probationes Actoris reddidisse dubias.

399 De filiatione quum agitur non ad alimenta, sed ad perpetuum successionis jus consequendum, tunc de ea decisoriè, & principaliter agi dicitur.

400 Eoque casu plenissimæ, ac longè rigidiores requiruntur probationes.

401 Rejectis illis desumptis ex agnitione, tractatu, aliisque similibus.

402 Nisi nitida hæc sint, nullòque probatione, aut præsumptione dubia reddi possint, & numer. 426., & numer. 453. 478. 488. & 508.

403 Procedit, licèt agatur de hereditate ass. Patris.

404 Maximè verò ubi de hereditate Transversalis, vel de ea vindicanda à Tertio, illam possidente ex jure, omninò independente à Defuncti persona, & n.405.

406 Fiscus adeptus possessionem Bonorum tamquam vacantium, successisse dicitur non uti heres Personæ, sed tamquam Tertius, & Successor Bonorum, Jure suo veniens.

407 Pro filiatione inducenda diversi à Doctoribus fuerunt constituti probationum gradus; & qui? ibid.

408 Filiationis probationes desumptæ ex agnitionibus, & tractatibus, Fisco, jure proprio occupanti Bona vacantia, nocere nequeunt, & nu.418.

409 Fiscus an jure proprio, in Bonis vacantibus, vel potiùs hereditario nomine succedat?

410 Fiscus tenetur ad onera realia, & Debita Defuncti.

411 Fiscus in Bonis vacantibus succedens, non repræsentat Defuncti personam, & potiùs per illius annihilationem succedere dicitur.

412 Fiscus in Bonis vacantibus succedens, quoad antea gesta à Defuncto, utitur Jure Privati.

Id tamen ei titulum hereditarium non tribuit, sed potiùs istud excludit, nu. 413., ratio, ibid., & n.414.

413 Qui jure Privati utitur pro tempore dumtaxat præterito, privilegiis suis deinceps gaudet.

414 Fiscus succedens tamquam heres Defuncti, non pro tempore dumtaxat præterito, sed etiam futuro, jure Privati censetur.

415 Heres, utpotè repræsentans Defuncti personam, ejus factum, confessiones, aliaque ab eo gesta servare tenetur.

416 Tametsi singularis Successor.

417 Successor, qui non ex Prædecessoris, vel ulterius persona, sed ex suo, vel ex titulo aliundè derivante jus suum desumit, illius facto, obligationibus, aut confessionibus non obstringitur, & n.418.

423 Per epistolam nulla efficitur Soror.

424 Quasi possessio consanguinitatis, desumpta ex agnitionibus, & tractatibus, minùs prodest, quum agitur de hereditate Illegitimi.

Quando autem agnitiones, & tractatus nec eam inducant? n.425. & seq.

426 Conjecturales, & præsumptivæ probationes aliis contrariis elidi possunt.

427 In probando filiatione respectu Matris, non nisi per Testes certitudo haberi potest.

428 Non alii tamen adhibendi sunt, quàm ii qui partui, atque educationi adfuerint, ut puta Obstetrices, Nutrices, & Famuli, & n.482.

429 Mater semper est certa, & certior Mater, quòm Pater, & n.430.

430 Partus plerumque multi sunt Testes, conceptionis nulli.

431 Ad filiationem probandam etiam respectu Matris, conjecturæ, & præsumptiones sufficiunt.

432 Si modò tales sint, quæ moralem certitudinem maternæ originis præbeant.

433 Urgentiores autem, firmioresque eas esse oportet, quando contrariæ adsunt conjecturæ, Jurisque etiam præsumptio resistit, & nu. 434.

435 Mulier quod quadragesimo octavo ætatis anno conceperit, anno verò quadragesimo nono partum ediderit, licèt impossibile non sit, rarum tamen, & mirabile censetur, & n.436. & seq.

436 Procreandi finis Viris plerumque est annus sexagesimus quintus, Fœminis quadragesimus quintus.

437 Suppostitii partus quænam in aliquibus casibus, & quoad certos effectus requirantur probationes? & n.438. & seqq.

438 Partum Viro seni ac valetudinario ab ejus Muliere fuisse suppositum, non semel contigit.

439 Partus suppositio, seu adscriptio alteri Mulieri quandoque facta est ad occultandam verom Matrem.

440 Hæc autem suppositio levioribus probatur

tur conjecturis, & præsumptionibus.

441 *Partus suppositio in Judicio civili conjecturis, & indiciis probatur.*

442 *Et etiam ex Testibus minùs idoneis.*

443 *Partus suppositio pertinere dicitur ad crimen falsi.*

444 *Sola falsitatis suspicio pro falsitate habetur, quum civiliter agitur.*

445 *Suppositionis partus probatio commensurari solet ex malitia, & dolo, atque ex gravitate, vel levitate præjudicii, quod alteri irrogat.*

446 *Falsitas, ut puniatur, duo continere debet copulativè, dolum, & damnum Tertii.*

447 *Partus suppositio, tempore, quo conficta fuit, nemini noxia, levioribus conjecturis probari potest.*

448 *Præsertim, ubi non de legitimo Matrimonio agitur.*

449 *Et quum deficiunt tractatus, & quasi possessio filiationis.*

450 *Verba referenda sunt ad caussam, subjectæ materiæ proportionatam.*

451 *Suppositionis partus sufficiens caussa reputatur ratio evitandi scandala, atque existimationis tuendæ.*

455 *Tractatus, & quasi possessio; quum justa aliqua dubitatio de filiatione urget, non nocet iis, qui alioquin veri Parentes, ac Consanguinei censeri possent.*

456 *Maximè, quum agitur de partu edito extra figuram Matrimonii.*

457 *Quasi possessio, & tractatus in Judicio civili, & decisoria; quoties suppositionis partus suspicio urget, nullo numero habentur.*

458 *Tractatus, agnitiones, & quasi possessio consanguinitatis desumi nequeunt ex largitionibus, titulo eleemosynæ factis,* & numer.460.

459 *Tractatus, & agnitiones ad aliud, quàm ad consanguinitatis vinculum referibiles, nullam ejus conjecturam præbent,* & numer.461.

462 *Tractatus, & agnitiones, ut inducantur, mutui, reciproci, & continuati actus requirantur,* & n.468.

Ac proficisci debent ab eo, de cujus successione agitur, n.466.

463 *Expressa denominatio alicujus in Filium, eum non constituit in quasi possessione filiationis, nisi facta reperiatur in proportionatis actibus, institutionis, donationis, legitimationis, aut his similibus.*

464 *Consanguinitatis conjecturam haud præbet pronomen =* Suoi *= adhibitum non ab eo, de cujus successione, & Bonis agitur,* & numer.467.

465 Suorum *appellatione passim veniunt Familiores, & Famuli.*

468 *Quasi possessio consanguinitatis, ut ex tractatibus, & agnitionibus validè inducta dici possit, proficisci debet ab eo, de cujus passiva successione agitur.*

469 *Filiationis, & consanguinitatis probatio haud elici valet ex epistolis, aut osseverationibus ipsius etiam Patris.*

470 *Licet mutuæ sint, ac reciprocos præseferant tractatus.*

471 *Similes autem agnitiones, & tractatus suffragari ad summum possent in Judicio possessorio pro alimentis consequendis, at non etiam pro adipiscenda in petitorio Judicio successione.*

472 *Maximè contra Tertium.*

473 *Ex retentione scripturæ elici minimè potest adprobatio eorum, quæ in illa enunciantur.*

474 *Vel solùm elici valet quædam tacitæ adprobationis conjectura.*

475 *Quæ tamen, ut illam concludat, coadjuvari debet aliis adminiculis, nec aliis contrariis elidi probationibus.*

Requiritur itidem, quod res sit de materia prorsus indifferenti, n.476.

476 *Tacita adprobatio in materia indifferenti facilè præsumitur.*

479 *Ex retentione sciptura præsumi solùm potest probatus actus, prout asseritur, non autem quod ita gestus fuerit.*

480 *Ex literarum receptione, quoties eæ non continent factum proprium Recipientis, sed Tertii, factum ipsum confirmatum non dicitur.*

481 *Recipiens literas sinè protestatione, nullum incurrit præjudicium, si res in illis enunciata, indiget discussione, & perscrutatione.*

482 *Testes exceptionem patientes in eorum personis, & dictis, fidem non merentur, &* n.493.

483 *Testium examen factum non seorsim, sed contemporaneè, & unius in præsentia alterius, nullum, atque irritum, &* n. 493.

485 *Testium examen an & quando adprobatum dicatur; Et quando in uno Judicio factum, in altero valeat, vel non?* n.486.

486 *Leviores filiationis probationes requiruntur in Judicio adscriptionis cætui Nobilium.*

487 *Illæ autem ad successionis effectum prodesse nequeunt, &* n.491.

Præsertim in præjudicium Tertii, n.490. & 503., *& quando secùs?* n. 509.

488 *Probationes, ac Testes pro legitimitate examinati ad effectum susceptionis Sacrorum Ordinum, imò Sententia, super hoc ab Ordinario lata, non attenduntur in Judicio, in quo de successione contendatur.*

492 *Testes non principaliter adducti ad maternitatem probandam, jus nullum constituere valent,* & n.507.

493 *Sententia filiationis præjudicat, quando super hoc principaliter est lata, non quando incidenter, & ad alium finem,* & numer.499. & 500.

494 *Sententia lata contra absentem, vel contumacem, vel Parte non citatâ, non præjudicat.*

495 *Acta non præjudicant, quando probationes non sunt receptæ ordine Juris servato.*

498 *Acta, probationes, & Sententiæ nec semiplenam Probationem, sed qualem qualem præsumptionem præbere possunt inter easdem, non etiam inter diversas Personas, inter quas non sit connexitas Juris.*

499 *Testes in uno Judicio adhibiti non principaliter ad filiationem probandam, eò minùs in alio probationem faciunt, quando examinari denuò, ac produci nequeunt.*

501 *Filiationis ennunciationes à Testibus propter aliud in alio negotio emissæ, maternitatem, & filiationem eò minùs probant, quando, nullo citato legitimo Contradictore factæ apparent.*

502 *Ex Testium usu facto ad effectum aliquem favorabilem, nequit dici quis illos adprobasse quoad omnes effectus præjudiciales tum ipsi, tum ab eo causam habentibus.*

503 *Minùsque talis usus nocere poterit Tertio, jure proprio venienti.*

504 *Probationis usus factus quoad unum effectum, ultra illum operari non debet.*

Præsertim, cum res agitur in diversis Judiciis, n. 505.

505 *Testis in Judicio summario productus; si contra producentem induceretur in Judicio plenario, reprobari ab eo posset.*

506 *Confessio facta in uno Judicio, in alio non nocet.*

507 *Producens scripturam in una Causa, sibi non præjudicat in alia.*

508 *Ex usu, & productione legitimationis asi. Filii facta in uno Judicio, probata dici nequit paternitas, & respectivè filiatio ad successionis effectum.*

CERTI Juris est, successionem in Bonis
vacantibus Lege deferri ad Fiscum, ut
ex *leg. 1., & tot. tit. Cod. de Bon. va-*
can. lib. 10., leg. penult. Cod. de Præposit. Sacr.
340 *Cubicul. eodem lib. 10., leg. 1. ff. de Jur. Fisc.,*
leg. Filiusfamilias 114. ff. de legat. 1., leg. 2. §. fi-
nal. ff. ad Senat. Consult. Tertyl., Peregrin. de
Jur. Fisc. lib. 4. titul. 3., Antunez. de Donat.
part. 3. cap. 14., nilque mirum, quia de rega-
341 libus sunt, ut præter mox citatos Doctores, ex
cap. 1. tit. quæ sint regalia arguunt *Mastrill. de*
Magistr. lib. 3. cap. 10. num. 359. & seqq., La-
garior. ad Rovit. in rubric. de Feud. pag. 72. nu-
mer. 2., Novor. de gravam. Vassallor. tom. 3.
gravam. 14. in fin., aliique plures apud *Cortiad.*
decis. 39. num. 19., & decis. 258. num. 1. & seq.,
Bona autem vacantia, in proposito, dici Bona
342 illius, qui decessit carens legitimo Herede,
Descendentibus videlicèt in infinitum, Ascen-
dentibus, & Collateralibus usque ad decimum
gradum, vel alio, qui ex Lege succedere, vel
ad Bona Jus aliquod habere possit, docuerunt
Cujac. in libr. 38. Digestor. ad tit. 6. si Tabulæ
Testamenti nullæ exstabunt in leg. 1. tom. 4. oper.
posthum. part. 2. fol. 175. lit. C., Duaren. in Co-
dic. tit. de Jur. Fisc. cap. 2. fol. mihi 1575., An-
ton. Faber. in pandect. tom. 5. fol. mihi 652. co-
lumn. 2. vers. ratio decidendi, & de conjectur.
lib. 17. cap. 2. num. 3., aliisque relatis antiquio-
ribus, tradunt *Amaya in Cod. lib. 10. titul. 10.*
de Bon. vacan. num. 3. in fin., Bellon. de Jur.
accresc. tom. 3. cap. 9. quæst. 1. num. 25., & quæ-
stion. 15. nu. 8. & seqq., Mastrill. de Magistrat.
d. lib. 3. cap. 10. num. 366., Castill. de Tertiis
Decimarum tom. 6. cap. 41. numer. 150. & seqq.,
Camillus Borellus de præstant. Reg. Catholic. ca-
pit. 14. num. 1. & seqq., Antunez. de Donation.
part. 3. cap. 14. nu. 3. & seqq., & cap. 18. n. 58.,
Caravall. de utraq. quart. part. 2. numer. 479.,
Alfar. de Offic. Fiscal. Gloss. 20. §. 9. num. 121.
& seqq., Fajard. allegat. fiscal. 32. num. 46. &
seqq., & allegat. 43. num. 11., Massin. de confi-
scation. quæst. 25. num. 3. & seq., Sebil. de gra-
dib. Cognat. par. 1. cap. 2. §. 2. disput. 3. quæst. 5.,
Franc. Marc. decis. Delphinal. part. 2. decis. 31.
num. 3., Sess. decis. Aragon. 54. num. 8., Cor-
tiad. d. decis. 258. num. 5., Christin. decis. Bel-
gic. lib. 4. decis. 77. num. 4.

Jure igitur, meritòque, defuncto nuper
Marchione Nicolao Maria Pallavicino, nullo
superstite Herede, qui illius Bona aut ex testa-
mento, aut ab intestato vindicare possit, ea-
dem, tamquam vacantia ad Rev: Cameram
pertinere dicenda sunt, exclusâ D. Mariâ Hie-
ronymâ Arnaldâ, quæ ad intestatam illius
hereditatem venire contendit, sub obtentu,
quòd susceptus fuerit ex illegitimo concubitu
Caroli Pallavicini cum Antonia Calcia, quæ
prius ex justis nuptiis progenuerat Paulam Ma- 343
riam Matrem suam, ideòque ipsa, tamquam
ex Sorore uterina, Defuncti neptis, ad intesta-
tam ejusdem hereditatem admittenda sit, ex
censura *Text. in leg. si spurius ff. undè Cognati*;
Jure, inquam, meritòque D. Mariam Hiero-
nymam repellendam esse, dicimus, quia, li-
cèt ejus DD. Defensores in omnibus allega-
tionibus, in præteritis Causæ hujus disceptatio-
nibus distributis, constanter substinuerint, &
pro suæ actionis fundamento allegaverint, Mar-
chionem Nicolaum Mariam fuisse Filium An-
toniæ, ideòque ad istiusmodi maternam ori-
ginem constabiliendam conquisitæ noscantur,
probationes omnes, & documenta, diligenter
ab eisdem undequaque congesta; nihilominus
frustra eorum omnes conatus impensi vide- 344
bantur; quia filiatio ista, sive materna origo
Marchionis Nicolai Mariæ non præsumenda,
sed plenè probanda erat ab Allegante, ut in
nostra specie tradit *Gratus consf. 62. nu. 13. lib. 2.,*
& post Surd. cons. 532. num. 17., Pacion. alle-
gat. 119. num. 1., ab ea namque, veluti ex sua
causa, suoque intrinseco principio, proficisce-
batur titulus, & Jus successionis petitæ à Do-
mina Maria Hieronyma, *Bald. cons. 188. nu. 1.*
lib. 3., Jason. cons. 102. num. 4. lib. 4., Dec. con-
sil. 321. num. 2., Roland. à Valle cons. 3. nu. 43.,
& cons. 63. num. 13. lib. 1., Soccin. Iun. cons. 86.
num. 34., Natta cons. 473. num. 11. lib. 2., Be-
rous. cons. 20. num. 24. lib. 2., Mieres. de majo-
rat. part. 2. quæst. 7. numer. 64. & seqq., Carol.
An-

Anton. de Luc. de linea legal. cap.19. num.9.& seq., *Cirocch. controv. forens. lib. 2. capit. 172. num.15.*, *Castold. consult. 259. sub numer.13.*, *Palm. Nep. decis.178. num.1.*, *Rot. coram Rojas decis.254. num.17.*, *coram san. mem. Alexand. VIII. decis.151. num.9.*, *in rec. dec.347. n.1. part.12.*, *dec.598. n.10. par.18.*, eò quidem
clarioribus argumentis constabiliendum, quia
345 talis origo impugnabatur à legitimo Contradictore, *Angel. in leg. liberorum in princ. vers. finaliter concludo ff. de his qui notant. infam.*, *Bald. cons.180. lib.3.*, *Decian. resp.40. num. 1. lib.5.*, *Roland. cons.63. num.13. lib.1.*, *cons. 22. num.1. lib.3.*, *cons.49. num.23. lib.4.*, *Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis.223. num.22.*, *in recent. decis.347. num.1. part.12.*, *dec.535. num.1. & 2. part.14.*, *in Romana Fideicommissi 18. Junii 1700. §. Cum enim in fin. coram Reverendiss. Molines*, quodque magis est, agebatur
346 de vindicandis ab eo Bonis, ex titulo, & Jure
à Lege ipsi impartito, possessis, ut prosequitur *Decian. loco mox citato* subdens *num. 13.*,
Reo satis esse pro repellenda Actrice, dubias
347 reddere illius probationes, juxta certissimum
illud Juris nostri axioma, quo edocemur, Acto-
348 re non probante, Reum esse absolvendum, &
latius dictum fuit in præteritis scriptis. Tantùm verò abest, quod Pars adversa id præstiterit, ut è contrario Defensores Rev: Cameræ, longe validiorum rationum genere rejectis argumentis, & conjecturis pro adstruenda dicta materna origine exadverso adductis, eandem penitùs excluserint, licet alioquin ipsi nullo urgerentur probationum onere, partes namque erant D. Mariæ Hieronymæ plenè probare filiationem istam, tamquam causam suæ successionis, & quidem firmis, clarisque omninò probationibus, eò quod ageretur de filiatione respectu Matris, quæ non contenta præsumptionibus, exigit probationes undequaque con-
349 cludentes, quippè Mater, utpotè semper certa, *leg. quia semper 5. ff. de in Ius vocand.* à natura ipsa demonstrari dicitur, *Cujac. in exposit. Novell.18. tom.2. oper. prior. fol. mihi 470. lit. B. in lib.13. responsor.*, *Papin. ff. nè de statu Defuncti*, ubi, quod Mater nunquam potest esse incerta *tom.1. oper. posthum. fol. mihi 578. lit. A.*, *& in lib.2. Digest. tit. 4. de in Ius vocand. fol. mihi 124. lit. A. & seq. tom.4. part.1. oper. posthum.*, *& in lib.5. Codic. ad tit.37. de natural. liber. tom.5. oper. posthum. fol. mihi. 576. lit. C. & seq.*, *Thabor. axiom. Iur. lib.11. cap.15.*
350 *axiom. 5.*, inquiens, quod Matrem natura, Patrem Jus Civile demonstrat; *Quasad. controv. forens. 16. num. 18.*, *Arias de Mesa variar. resolut. lib.3. cap.39. num.3.*, aliique lato calamo congesti in meis præteritis scriptis, in quibus ostendi, præsumptivas probationes filiationis recipi quidem posse respectu Patris, at non etiam Matris, quæ certam exposcit probationem.

Pars itaque adversa deficiens in probatione ista maternæ originis, ait, frustra hodiè de illa quæri, eò quod, quæstio non sit de successione respectu Antoniæ, à qua [negatâ filiatione] Marchio Nicolaus Maria repelli contendatur, sed res est de successione in ejus hereditate, quam D. Maria Hieronyma vindicare contendit, tamquam sola legitima heres, nullum habens Competitorem, qui se proximiorem dicere valeat præter Fiscum, qui pro
repellendo solam quasi possessionem, & semi- 351
plenas, levioresque probationes consanguinitatis sufficere, dicebat, ad id probandum allegando plures auctoritates, eamque subdendu rationem, quod Fisci successio exosa, odiosissima, & abominabilis sit, ideòque in dubio semper excludenda, admissis etiam pluribus Personis, nullo consanguinitatis, sive cognationis vinculo ipsi Defuncto conjunctis, quæ omnia fortius urgere dicebantur in casu nostro, quia, ut dictum est, nullo alio concurrente Consanguineo, cum quo quæstio esse possit, de potioritate, & prioritate gradus, ea affertur probatio consanguinitatis, quæ nullum relinquit dubitationi locum, an illa probata verà sit intra gradum excludentem Fiscum, sed ex ea statim pervenitur ad notitiam certi gradus, licèt non nominati, quippè D. Maria Hieronyma se asserendo filiam Paulæ Mariæ Sororis uterinæ Marchionis Nicolai Mariæ, indigitasse etiam dicitur gradum exclusivum Fisci, quo se illi conjunctam asserit, proindèque in dubium venire non posse, quin eidem suffragari dicenda sit istiusmodi non generica, sed intra legitimum gradum conjunctionis probatio, juxta ea, quæ in d. contrario *Restrictu* latè deducta fuerunt ex *§.15. usque ad §. 27.*; Verum discursus iste nullà ex parte subsistit.

Si enim illum ad veriores Juris regulas, com-
munioremque Doctorum sententiam rediga- 352
mus, facilè demonstrari posse, arbitror, quod quum Fiscus occupat Bona Defuncti uti vacantia, non audietur is, qui illa uti Consanguineus vindicare vult, obtendendo quasi possessionem, & tractatus, quibus ipse, & Defunctus se pro Consanguineis vocitaverint, sed probare, & distinguere tenetur parentelæ gradus, & quidem in ea specie, & qualitate, quæ requiritur, ut Fisco adimi possit successio in Bonis vacantibus, à Lege illi delata, ut docuit *Tiraquell. de retract. lignag. §.1. Gloss.16.*, qui postquam pluribus docuerat, in similibus Judiciis non sufficere quasi possessionem, sed requiri certam gradus probationem, rem absolvens declarando, & pro sua sententia allegando *Masuerium in prax. tit. de probat. nu.9.*, ita loquitur = *Nec me latet, Masuerium in tit. de probat. §. Item si Fiscus possidet, in ea viderè opinione fuisse, cum est controversia inter Fiscum, qui Bona Mortui occupavit tamquam vacantia, & alium, qui se dicit Heredem illius Defuncti, satis esse hunc probare ad excludendum Fiscum, quod ipse, & defunctus publicè, & communiter existimabantur esse Consanguinei, sive Cognati, & quod ita se invicem, mutuòque vocabant. Verùm idem postea se declarans in*

in §. Item etsi defunctus, ita de hac re loquitur, ut videri velit, necesse esse probare lineam, gradumque consanguinitatis, incipiendo à primo stipite, aut certè à primo gradu, qui est fratrum, per d. cap. Licet ex quadam de Testib. & alia, quæ ibi allegat, eum verò sequuntur.

Peregrin. de Fideicom. art. 43. num. 63., inquiens = Tertiò ut agens saltem certum gradum probare teneatur, quamvis non se proximiorem, sic ex Cyni auctoritate in leg. non Epistolis Cod. de probat. tradidit Petr. Ancharan. cons. 52. pro clariori col. 3. vers. ulterius quæritur, ubi inquit, non sufficere si probetur, quod pro Consanguineis se tractaverunt, quia hujusmodi probationis genus non reperitur proditum nisi inter Liberos, & Parentes, sequitur Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 16. num. 1., ubi in retractu ognatitio intra decem gradum permisso, & ibi post Masner. sub num. 9. Fisco occupante Bona Defuncti uti vacantia non audiri, qui ea Bona uti Consanguineus vindicet, ex eo quod pro Consanguineis se vocitabant, nisi parentelæ gradus distinguantur, & probentur, & ratio est, quia successio non defertur ultra decem gradum de Jure civili, ad notata in leg. Certum Cod. unde legitimi, ideòque probatio intra gradum à Jure permissum necessaria est, aliàs non concluderes, leg. neque natales Cod. de probat. &c.

Idem Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 4. tit. 3. numer. 3., ibi = Omnes enim personæ, quæ de Jure Civili, vel Prætorio admittuntur ad successionem intestati Defuncti præferuntur Fisco, dict. leg. 1., & leg. vacantia &c., & adde, quod veniens ad successionem tenetur probare gradus consanguinitatis, nec sufficit si in genere probet, quod se vicissim Consanguineos appellabant, sic post Masuerium, & rectè tradidit Tiraquell. de retract. municip. §. 1. Gloss. 16. num. 9.

Fariance. in Fragment. part. 1. tit. quand. Fiscus succedat in Bonis vacantibus num. 129. fol. mihi 206. sequendo Peregrin. d. loco de Jur. Fisc. ait = Ubi prætereà dixit, quod Consanguineus veniens isto casu ad successionem Defuncti pro exclusione Fisci tenetur probare gradum consanguinitatis, nec sufficit in genere consanguinitatem probare.

Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 299. in fin., ibi = Ad excludendam autèm Fiscum propter consanguinitatem non sufficit probatio, quod tales reputarentur publicè, & communitèr prò Agnatis, & Cognatis, sed debet probari gradus distinctius, ità notat Tiraquell. tract. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 16. num. 9. ad finem.

Alfaro de offic. Fiscal. Gloss. 20. §. 9. n. 104. verbis illis = Undè Tiraquell. tract. de retract. lignag. Gloss. 16. §. 1. num. 9. tenet non sat esse, ut Fiscus excludatur à Bonis vacantibus si comparens probet sè communitèr habitum prò Consanguineo Mortui, & tales inter sè vocasse, nisi & gradum consanguinitatis vel à communi stipite, vel à primo Fratrum gradum probet, quod ex aliquibus exemplis deducit, & patet ad sensum: Cùm enim qualitas necessaria est ad obtinendum, ejus probatio necessaria est, nec possessio sufficit, ubi titulus est necessarius: in eleganti casu Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 4.

Camill. Borell. de præstant. Reg. Cathol. capit. 14. num. 10., postquam quæsiverat usque ad quem gradum conjuncti esse debeant, ut Fiscum à Bonis vacantibus excludant?, & ex Renat. Choppin. de Doman. Franc. lib. 1. tit. 13. num. 7., multas retulerat opiniones sibi invicem adversantes, ait = communis tamen omnium Sententia est usque ad decimum gradum Coniunctos Fiscum excludere argumento §. Hoc loco &c. subditque consanguinitatis tamen, vel gradus successionis probatio per Coniunctum Defuncti, successionem prætendentem facienda est, ut per Masuerium in practic. tit. de probat. numer. 18. & seqq. vers. Item si Fiscus, quem sequitur Andr. Tiraquell. de retract. Consanguinit. §. 1. Gloss. 16. num. 9.

Massin. de Confiscat. quæst. 25. num. 5., ubi sequens Peregr. de Jur. Fisc. loco citat. tradit, quod prò excludendo Fisco à Bonis vacantibùs veniens ad successionem debet probare gradum consanguinitatis, & non sufficit probatio, quod ad invicem se Consanguineos nominabant.

Fajard. allegat. Fiscal. par. 1. allegat. 11. sub num. 518., ubi reprobando Censal. ad Peregr. de Fideicom. art. 43. fol. 298. & 299. vers. quartò observa dicentem, quod cum alius Agnatus non est oppositor, non requiritur probatio gradus, ait, id verum non esse, quia satis est Fiscum esse oppositorem.

Christin. decis. Belgic. 14. n. 5. lib. 5., ibi = Is verò qui vult venire ad successionem, probare debet gradus consanguinitatis, neque sufficiet si in genere probet, quod sè Consanguineum appellabant.

Cortiad. decis. 258. num. 8. & seqq., ibi = Sed Consanguineus veniens isto casu ad successionem intestati Defuncti ad exclusionem Fisci à Bonis vacantibus, non sufficit si in genere probet consanguinitatem, sed tenetur probare lineam, & gradum consanguinitatis incipiendo à primo stipite, aut à primo gradu transversali, qui est Fratrum, Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 16. num. 9. &c. quia successio ab intestato in Transversalibus non defertur ultra decimum gradum, leg. Certum Cod. unde legitimi &c., & quando ad successionem, vel aliam actum certus gradus desideratur, ut in Transversalibus, seu Collateralibus, non est probanda genericè, & indistinctè, sed probari debet distinctè per singulos gradus à primo stipite, seu a primo gradu Fratrum, Dec. cons. 321. num. 13.

Idque confirmatur inductione ductâ ex si-
milibus exemplis, & casibus, in quibus prò
excludendo Fisco non admittitur simplex quasi 353
possessio, seu communis reputatio, nam, licèt
deficientibus omnibus legitimis Heredibus, si
defuncto Conjugi superstes sit alter, is exclu-
dat Fiscum, ut probant auctoritates omnes al-
legatæ in §. 1.; nihilominùs sola quasi posses-
sio Matrimonii non suffragatur, ideòque, illo
non probato, Uxor putativa, & existens in so- 354

la

la quasi possessione Matrimonii, non admitti-
tur, *Murta de successi. legal. par.3. quæst.12.
art.1. num.19. & seqq.*, *Cortiad. decis.258.
num.17.*, ut etiam Ecclesia, seu Fiscus Eccle-
355 siasticus, prò excludendo Fisco seculari, non
juvatur solâ quasi possessione Clericatus de-
sumptâ ex eo, quod talis præsumeretur Cleri-
cus ex incessu in habitu, & tonsura more Cle-
ricorum, sed oportet probare veram ordinis
collationem, *Alciat. de præsumpt. regul. 2.
præsumpt.4. inter tract. magn. tom.4. fol. mihi
320. à tergo colum.2.*, *Alfar. de offic. Fiscal.
Glofs.20. §.9. num.140.*, *Nicol. de Vbald. de
Successi. ab intest. par.5. num.4.*, subdentes vi-
vam illam, verissimamque horum omnium
356 rationem, videlicet quod, quandò in aliquibus
necessarius est titulus, possessio etiam longissi-
ma, nec aliquod Jus tribuit, nec transfert onus
probandi; Quamobrem, cum titulus, ex quo
Collaterales Fiscum excludunt à successione
357 in Bonis vacantibus, sit certus gradus, non suf-
ficiet generica probatio, sed exigetur distin-
cta illius probatio, prout semper requiritur,
quoties non agitur de dispositione perpetuâ, &
suapte naturâ intrà certos gradus non termina-
tâ, sed eadem ex Legis, vel Hominis disposi-
tione restricta est ad certum gradum, seu cer-
tam exigit qualitatem, ut præter allegatos in
§. Jure igitur, alii latè congeruntur apud
Cortiad. decis.258. num.10., *Fajard. alleg. fi-
scal.11. num.474. & seqq*, *Peregr. de Fidei-
commiss. art.43. n.63. & n.64.*, *Dec. cons.320.
num.3. & seqq.*, *& cons.531. num.4. & seqq.*,
Ancharan. cons.52. num.7., *Alex. cons.82. in
princ. lib.1.*, *Mascard. de probat. conclus.73.
num.6.*, *& conclus.410. num.21.*, *Alfar. de
offic. Fiscal. Glofs.20. §.9. num.134*, *Pacian.
de probat. lib.2. cap.12. num.43. & seqq.*, ibi-
que *Adden. lit. D.*, *Covarruv. var. resol. lib.2.
cap.6. num.6.*, *Tiraquell. de retract. lignag. §.1.
Glofs.16. à num.1.*, *Farinacc. in prax. par.2.
quæst.69. num.117.*, *Thesaur. quæst. forens. 61.
num.3. & 4. lib.1.*, *Alciat. de præsumpt. re-
gul.1. præsumpt.28. num.9.*, *Marescot. variar.
resolut. lib.1. cap.70. num.3.*, *Rot. coram Man-
tica decis.154. num.8.*, bene *coram Pæn. decis.
333. num.4.*, & melius *decis.346. n.8. & 9.*

Qui sanè titulus probandus etiam est, quum
agitur de excludendo Fisco, quia cum intesta-
358 tæ hereditates à Legibus deferantur, *§. primo
Instit. de heredit. quæ ab intest. defer.*, ab eis-
demque Fisco suus gradus, & locus constitu-
tus reperiatur, juxtà auctoritates sub initium
allegatas, excludi idcircò poterit iis dumtaxat
359 casibus, & ab iis solummodò Personis, de qui-
bus Leges loquuntur, rejectâ quacumque ex-
tensione ad alios casus, & Personas, *Peregrin.
de Jur. Fisc. lib.4. tit.3. num.7.*, *Cortiad. de-
cis.258. num.26.*, *Fajard. allegat. fiscal.32. nu-
mer.131. & seqq. par.1.*, *Paschal. de virib. patr.
potest. par.2. cap.1. num.73. vers. adverte ta-
men*, *Alfar. de offic. Fiscal. Glofs.20. §.9. nu-
mer.139.*, *Vincent. de Franch. decis.198. n.2.*;
Proindeque frustrà in *§. 22.* contrarii Restri-
ctus, plures enumerantur Personæ, quæ, ta-
metsi nullo consanguinitatis, aut cognationis 360
vinculo Defuncto conjunctæ, nihilominus Fi-
scum excludunt, quia, omisso, quod facilè de-
monstrare possemus, plures ex Personis, ibi
enumeratis, juxtà veriorem Juris censuram,
nullo pacto ad successionem admitti, excluso
Fisco, ut apud *Fajard. allegat. fiscal.32. n.131.
& seqq.*, *Alfar. de offic. fiscal. Glofs.20. §.9.
num.139.*, *Barry. de successi. lib.18. tit.5. de
success. intest. num.8. & 19.*, *Tiraquel. in tract.
le mort. saisit. le vif. par.2. declar.15. num.7.
& 8.*, *Borell. de præstant. Reg. Cathol. cap.14.
à num.37. & seqq.*, *Cortiad. decis.258. à n.32.
& plurib. seqq.*, alias verò nonnisi vigore con-
suetudinis, sive alicujus municipalis Constitu-
tionis ad successionem invitatas reperiri, &
quidem non in omnibus, sed in aliquibus dum-
taxat Bonis, ut apud eosdem Doctores; quod
attinet ad nostrum Institutum, satis est respon-
dere, quod si ex speciali Juris privilegio dd.
Personæ Fisco antelatæ reperiuntur, non idcir- 361
cò tamèn tale privilegium extendendum erit
ad alias Personas, de quibus Lex expressè non
loquitur, ex regula, quod Fisci exclusio indicta
in casibus à Jure decisis, & expressis, trahen-
na non est ad casus, Doctorum auctoritate col-
lectos, *Cortiad. dicta decis.258. num.39.*, *Pe-
regrin. de Jur. Fisc. lib.4. tit.3. sub num.13.
vers. tù adverte*, ubi, quod extrà casus in Jure
decisos auctoritatibus Doctorum contrà Fiscum
non facilè subscribendum, *Montan. in tract. de
regal. verb. Bona vacantia num.7.*, inquiens,
Fiscum in succedendo Subditis, solùm exclu-
di in casibus expressis in Legibus, non in aliis
ab auctoritate Doctorum, quia in materia
successionis non facienda extensio, cum here- 362
ditates ex Legibus solùm deferatur, idemque
tradit *Fajard. allegat. fiscal. par.1. allegat.32.
num.132. & seqq.*

Ut etiam non est; cur Pars adversa, ut ju-
vari posit soliùs quasi possessionis, & levio-
rum probationum beneficio, obtendat ratio-
nem odii urgentem contrà Fiscum, tum quia, 363
si ipsa non coadjuvatur favore Legis, succes-
sionis beneficium ei tribuentis, juvari nec
etiam poterit odio alterius; probare namque
debet, sè venire ex gradu excludente Fiscum,
*nec interest, an sit materia odiosa, an favorabi-
lis, quotiescumque à gradibus materia circum-* 364
*scribitur, non enim in tali casu inspicitur odium
causæ, vel favor, sed solus gradus, sine quo non
potest haberi concludens probatio*, ut utar ver-
bis *Paciani tom.2. lib.2. cap.12. n.49.*, & con-
ferunt tradita per *Dec. cons.320. n.4. cons.463.
num.2. cons.524. num.9.*, *& cons.531. num.5.*,
Alexand. cons.152. num.1. lib.5., *Tiraquell. de
retract. Consanguin. §.1. Glofs.16. num.5.*,
ajentes, causam favorabilem non relevare ab
onere concludentis probationis, nè propter fa- 365
vorem unius alteri fiat injuria; Tum etiam
quia immeritò odium inuritur Fisco succeden-
ti in Bonis vacantibus, illum audacter vocan-
dò exosum, odiosissimum, abominabilem de- 366
nique

nique Succefforem ; An fortè fanctifsimæ Le-
ges, inteftatam fuccefsionem Defuncti finè le-
gitimo Herede deferentes Fifco, illam detule-
runt turpi alicui Perfonæ, à quâ, veluti ab in-
digno, ftudio omni, omnique conatu avellen-
da fit? non ità fanè, nam Fifcus eft Camera
367 Principis, ejufque publicum patrimonium re-
præfentat, Peregrin. de Jur. Fifc. lib.1. cap.1.
num.2., Alfar. de offic. Fifcal. Glofs.9. num.1.
& feqq. n.14., ex aliis inquiens, ab eo ceteras
Reipublicæ partes, & corporis politici membra
nutrimentum, & robur accipere. Jus verò,
quo idem ad fuccefsionem admittitur, odio-
fum non eft, fed æquum, exceptis namque De-
368 fcendentibus, cum Afcendentes quoquè, non-
nifi Juris civilis beneficio admittantur, eodem
Jure civili, quo ceteri Confanguinei, Fifcus
etiam habet Jus fuccedendi, Alfar. de offic.
Fifcal. Glofs.20. §.9. num.131. & feqq., id de-
fumens etiam ex voluntate Defuncti, quæ pro-
369 clivior cenfendi eft erga Principem, quàm er-
ga Confanguineos ultra decimum gradum; qui
ferè nunquam de eo benemeriti funt, & ad
quos non extenditur ratio illa naturalis chari-
370 tatis, & affectionis, quæ de Jure non præfumi-
tur egredi quartum gradum, ad Text. in l. pe-
titionem 13. §. Egredientem Cod. de Advoc.
diverf. Judic., Rot. coram bon: mem: Emerix
Jun. decif.898. num.3., quod priùs dixerat
Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb.
Uxorem nomine Adelafium decif.5. tit. de fuc-
cefs. ab inteft. pag.116. num.270. verf. & hoc
quidem voto ipfius met Defuncti de Teftam., ubi
ait, hereditatem vacantem in defectum Here-
dum ad Fifcum pertinere ex verifimili mente
Defuncti, quem fequitur Raudenf. de Analog.
371 lib.1. cap.33. num.184., & priùs n.28., proin-
deque hodie vacantia Fifco, five Principi defe-
runtur æquè, ut Parenti omnium, ut loquitur
Cujac. in lib.6. Codic. tit.51. de caduc. tollen.
§. Quæ autem in antiquis 12. tom.5. oper. pofth.
fol. mihi 942. fub lit. D., Alderis de heredib.
tit.6. num.190., ibi = Aut ut Parens ab inte-
ftato vocatus fuiffet ; Jure igitur, meritòque
nomen Fifci non tamquam odiofifsimum, &
372 abominabile, fed veluti fummo favore dignum
in Jure noftro acceptum, locupletatum, do-
natumque reperitur iifdem privilegiis, Eccle-
fiæ, Pupillis, & Minoribus impartitis, Leg. fin.
Cod. de Sacrof. Eccles., Glofs., & Bartol. in
leg. fi Procurator §. final. ff. de Jur. Fifc., Me-
noch. conf.39. n.4., Afin. in prax. §.2. cap.12.
num.51. & feqq., Larrea allegat. fifcal.41. nu-
mer.36., Alfar. de offic. Fifcal. Glofs.9. n.10.,
& Glofs.20. n.31., Carleval. de Judic. tom.2.
difput. Jur. lib.1. tit.3. difput.1. num.10., &
difput.6. num.20. prope finem, Barbof. loc. com-
mun.40. num.4., & loc.49. num.1. & feqq.,
Arias de Mefa variar. refol. lib.1. cap.21. nu-
mer.16., Maffia. de confifcat. quæft.44. num.32.,
Capyc. Latr. decif.165. num.48., & feqq. lib.2.,
ità quidem, ut per omnimodam æquiparatio-
nem, omnia ferè privilegia, Legum beneficio,
Ecclefiæ, & Pupillis elargita, ad Fifcum por-
recta reperiantur, Leg Rempublicam Cod. de
Jur. Reipublic. lib.11. cap.1. de in integr. reftit.,
Celf. Ugo conf.58., Caffan. in Confuetud Bur-
gund. rubr.6. §.4. verf. fed quia n.12., Franc.
Lucan. de Privileg. Fifc. por.1. num.81. inter
tract. magn. tom.12. fol.8., ubi, quod imo Fi-
fcus eft magis privilegiatus, quàm Pupillus, ex 373
Bartolo in leg.1. §. Sed ad illas ff. de falf., &
dicit etiam Peregrin. de Jur. Fifc. lib.6. tit.2.
n.8., R. P. D. Anfald. de Commerc. & Mercat.
difc.18. n.16., Alfar. de offic. Fifcal. Glofs.16.
privileg.26. num.115., qui cum non agat de
exigenda pœna aliquâ ad publicam vindictam 374
impofitâ, fed gaudere fatagat beneficio fuc-
cefsionis, Juris favore ipfi conceffo, colore nul-
lo, nullàque juftâ ratione exadverfo dicitur, in
dubio contrà Fifcum effe judicandum, fed ve-
rius eft, quod in quæftionibus dubiis, pro eo
refpondendum fit, ut docuit Carleval. de Ju-
dic. lib.1. tit.2. difput.1. num.35., quo loci re-
darguit contrarios Doctores, tamquam lapfos
in interpretatione Textus in leg. non puto ff. de
Jur. Fifc., egregiis illis verbis = Verumtamen
Textus in dicta leg. non puto mihi non probat
communem illam Doctorum traditionem, contra
Fifcum in dubiis quæftionibus effe judicandum,
immò verò tantum abeft, ut id probet, ut ferè
credam probare contrarium, videlicet in dubiis
effe judicandum prò Fifco, etenim in dubiis con-
tra Fifcum judicare adeò periculofum eft, ut
Judex fic judicans incurrat fufpicionem delicti,
& dubitatum Jure fuerit an deliquerit: de qua
quæftione interogatus Modeftinus Jurifconfultus
non afferendo, & firmiter affirmando, fed dubi-
tando potiùs refpondit per verbum non puto de-
linquere, quo refpondendi modo non utimur cum
de re certa, & indubitata pronunciamus, fed
cum dubitanter definimus, quod probabile nobis
videtur, fed tamen incertum effe judicamus.
Quis verò prudens exponat sè fufpicioni delicti?
quis volet facere actum, de quo non finè ratione
dubitari poffit, an fit delictum? quis volet appa-
rere delinquens? Ità Judex ille, qui in ambi-
guis quæftionibus contra Fifcum judicaverat, ut
demum à Jurifconfulto excufatus fuiffet à cul-
pa, & delicto, proculdubio ab imprudentia non
eft excufatus, qui non debuit ei periculo sè ex-
ponere, ut delinquens appareret: ex quo fit,
Judicem prudentem, qui ante Sententiam tu-
tiorem partem debet eligere, ut fuprà animad-
vertimus tit.1. difput.3. num.29., non contra
Fifcum, fed in favorem Fifci judicaturum.

Idque ante illum docuit Duaren. ad leg.1.
ff. folut. matrim. tom.1. pag. mihi 304., ibi =
Nec verum eft, quod plerique afferunt = in du-
biis quæftionibus contra Fifcum judicandum ef-
fe, quamvis refponfum fit =, eum non delinque-
re, nec ut criminis reum teneri, qui contra Fi-
fcum refponderit, Leg. non puto fupra de Jur.
Fifc., id enim ideò refponfum eft, quia plecte- 375
bantur olim, qui Fifco parum favere videban-
tur.

Et melius in tit. de re Judic. prælect.31. ad
leg. inter pares 38. fol. mihi 1348. eodem tom.1.,
Ibi =

ibi = *Plerique putant, contra Fiscum judicandam esse, citant leg. non puto de Jur. Fisc. quasi velit Modestin., contra Fiscum in dubio respondendum esse; Sed certum est, causam Fisci*
376 *favorabiliorem esse causa privatâ, leg. Imperatores &c. nec contrarium est, quod dicitur in dicta leg. non puto, non enim negat Modestinus in dubio judicandum pro Fisco, sed ostendit, eum non esse puniendum quasi delinquentem, qui contra Fiscum responderit, Hoc ideo, quia nonnulli Assentatores malorum, & avarorum Prin-*
377 *cipum hoc in crimen vocabant, quasi grave facinus esset contra Fiscum respondere.*

Ita enim sentiunt *Soccin. Sen. in dicta leg. 1. ff. solut. matrim. num. 8., Soccin. Jun. n. 27., Ruin. num. 10., Curt. Jun. in leg. 1. num. 30. Cod. de edend.*, quos sequitur *Barbos. ibidem num. 14. & seqq.*, hunc intellectum originaliter tribuens *Bulgar. in eadem leg. 1. ff. solut. matrim. num. 5.*, & loquitur his verbis = *quare probabilior videtur intellectus Bulgari hic num. 5., quod in dicta Leg. non puto = ratio dubitandi fuit, utrum Fisco competeret privilegium, quod Doti invenitur concessum per leg. in ambiguis prò Dote 86. infr. de regul. Jur. =, ita ut Judex in dubiis judicans contra Fiscum, faciat litem suam, quasi per imperitiam judicaverit contra Fisci privilegium, juxtà regulam &c., & tacitè respondet Jurisconsultus, Fiscum tale non habere privilegium, atque ità quod Judex, qui in dubiis quæstionibus contra Fiscum respondet, non censebitur quasi delinquere, quia cessante prædicto Fisci privilegio, in dubiis quæstionibus absque ullo quasi delicto poterit eligere partem, quæ sibi magis placuerit, Panormit. &c.*, hæc ait *Barbos. num. 11.*, ità verò prosequitur *num. 15. = & ex hoc intellectu collige primò dict. Leg. = non puto = non probare, quod ex ea colligunt Din., Bartol., & alii supra citati, quod in dubiis sit judicandum adversus Fiscum, sed illud tantùm probare, quod Fiscus non habet privilegium, ut in dubiis prò eo judicetur; non tamen negat in eo casu in Fisco, esse observandum idem, quod in aliis, neque enim Fiscus debet esse deterioris conditionis, quàm Privatus, nam in casibus, in quibus ei non favetur, tamen in eisdem ei Jus commune salvum remanet, ut in materia probat leg. quod placuit 37. infr. de Jur. Fisc. &c.*, subdens = *inferas secundò, explicationem ad verba dicta leg. non puto, dum habent non delinquere, eum, qui in dubiis quæstionibus contra Fiscum facile judicaverit, præsupponens, quod Fiscus non habet privilegium, ut in dubia prò eo judicetur, nam si illud haberet, Judex illud observans, delinqueret, ut in princ. Instit. de obligat. quæ ex quasi delict., notabiliter Bald. leg. qui in contractibus num. 1. Cod. de Jur. Fisc. lib. 10.; utitur autem Jureconsultus dicta Leg. = non puto = verbo facilè, ut ostenderet, quod licèt Judex in dubiis potuerit pro Fisco judicare, si tamen id non fecit, sed facilè elegit partem adversus Fiscum, non ob id censetur delinquere =, Peregrin. de Jure Fisci lib. 6. tit. 6. sub num. 22. vers. bonum opinio, Alfar. de offic. Fiscal. Gloss. 16. privileg. 26. num. 115. & seqq*, sentiens, id procedere etiam cum Fiscus agit ad pœnam, *Fajard. allegat. fiscal. 9. num. 280. & seqq., Pheb. decis. Lusitan. 121. num. 18.*, latè *Gaunater. decis. 1. à num. 120. usque ad 127.*, plura considerans absurda, quæ sequerentur, si in dubio ju- 378
dicare liceret contra Fiscum, cujus causa publica & Jus publicum continere dicitur, ideòque omnibus anteponenda, *Larrea allegat. Fiscal. 127. num. 27.*

Doctores verò contrarium sentientes, audiendi erunt eo dumtaxat casu, quo Fiscus persequatur publicam pœnam, quæ ex Juris æqui- 379
tate benigniori interpretatione temperanda semper est, proindeque hoc casu in quæstionibus, quæ ob dubietatem sivè facti, sive Juris ambiguæ sunt, magis æqua contra Fiscum sententia amplectenda erit, ut distinguendo tradunt *Cuman. in leg. 1. n. 11. ff. solut. matrim., Cagnol. in leg. 1. num. 66. Cod. de eden.*, & plenius in *leg. factum §. In pœnalibus num 2. ff. de regul. Jur., Plot. de in lit. Juran. §. 5. n. 26., Bobadill. Politic. lib. 5. cap. 6. num. 8., Conard. de moment. possess. quæst. 21. verb. Fiscus n. 2., Card. de Luc. in relation. Roman. Cur. disc. 46. num. 85. & seqq., Covar. variar. resol. lib. 1. cap. 16. num. 1., Palm. Nep. allegat 137. n. 18. tom 2., Amaya in leg. unic. Cod. in pœn. fiscal. num. 6. & seqq. lib. 10., de Luc. ad Gratian. cap. 423. num. 6., Rota in Romana pretii Officiarum 19. Junii 1680. num. 33. coram bo: me: Albergato impress. apud Card. de Luc. de offic. vacab. num. 58. fol. mihi 388., & in confirmatoria 17. Martii 1681. coram eodem impress. apud eundem num. 19. fol. mihi 394. num. 19.*; Et sanè quânam justâ ratione affirmari potest, quod, quoties, cessante odio pœnæ, agitur de mero interesse Fisci, id, quod de Jure communi ipsi competit persequentis, in dubio contra eum sit 380
respondendum, quando Jura nostra tot, tantisque illum locupletarunt privilegiis, quibus faciliùs, tutiùsque Jura sua exercere, quodque suum est, consequi posset, ut benè notat *Alfar. de offic. Fiscal. Gloss. 16. privil. 26. num. 115.* ibi = *Nunquàm mihi persuaderi potui, tot Fisci privilegia à nobis enumerata, & enumeranda, prædicta lege enervari, vel, ut melius dicam, tolli = Covar. variar. resol. lib. 1. cap. 16. n. 1.*, ibi = *Nè adversus Fiscum, cui Jura impensè favent, passìm temerè judicemus.*

Cum itaquè sententia tradens, eum qui Bona vacantia, à Fisco occupata, vindicare vult, tamquam Consanguineus, audiendum non esse si solâ quasi possessione fretus, successionem ad sè avertere tentet, gravissimorum Doctorum auctoritate fulcita, & firmioribus validissimarum rationum fundamentis innixa reperiatur, non immorabor refellendis contrariis auctoritatibus; sapientissimi enim Judices pro suâ religione, ac sapientiâ secum reputabunt, quænam in hoc Doctorum, & rationum conflictu veluti tutior, & melioribus innixa rationibus opinio sequenda videatur, sed

fas

fis mihi sit duo tantum eos admonere. Primum est, quod contrariæ sententiæ Adfeclæ omnes, veluti Antesignanum, sequuntur *Masuerium in prax. tit. de probat.*, quem pariter post *Tiraquell.* suæ sententiæ Auctorem dicunt Doctores omnes, à nobis allegati §. *Si enim illum*, nec immeritò, quia licèt *Auctor* iste in
381 §. *Item si Fiscus num.33.*, firmare videatur, Consanguineum, si probare nequeat gradum consanguinitatis, solà quasi possessione fulcitum, vindicare posse à Fisco Bona vacantia; nihilominùs *in §. Est advertendum num.34. & seqq.*, contrarium expreisè determinasse videtur, ut patet ex ejusdem verbis redditis à Domino Substituto Commissario; ait enim *Auctor* iste, probandam omninò esse lineam consanguinitatis, gradusque Parentelæ cum designatione lateris, ex quo illa proficiscitur, sub-
382 densque, quod consanguinitas persici nequit solo consensu, sed ex Matrimonio, & copula carnali, quæ producit Filios, & Consanguineos habiles ad succedendum, apertè demonstravit, solam quasi possessionem, proficiscen-
383 tem ex tractatibus, qui, nonnisi à credulitate, & consensu derivant, sufficere non posse ad effectum adipiscendi successionem, ideòque *num.56.* declarat, illa fortè sufficere quoad alimenta, vel si cum Privato contendatur de successione super possessorio, at secus esse quoad Jus succedendi, & quum res est cum Fisco: concludendo denique, tractatus, conjecturas, & præsumptiones, ex quibus induci confue-
384 vit quasi possessio, clarificare solùm posse filiationem, quæ difficilis dicitur probationis, proindeque *Tiraquell.*, ceterique Doctores à nobis relati docentes, solam quasi possessionem non sufficere, sed requiri distinctam probationem consanguinitatis, ejusque gradus, rectè pro sua sententia adducunt *Masuerium dicto §. Est advertendum*, ab eisdem allegatum.

Verum enim verò, licèt *Auctor* iste hoc loco sententiam suam non declarasset, subsistendumque esset in iis, quæ dixit *in §. 33. Item si Fiscus*, nihilominùs Pars adversa illius authoritate juvari non posset, id quod est illud aliud, quod advertendum esse supplicabam;
385 Nam si, ut ille primo loco dixerat, quoties probari nequit gradus consanguinitatis, sufficeret sola quasi possessio, hæc tamen probanda esset modo ab eodem tradito, videlicet quod Consanguineus excludere contendens Fiscum, probet, *quod ipse, & Defunctus, de cujus successione agitur, publicè, & communiter reputabantur Cognati, vel Consanguinei inter Habitantes Villæ, vel Loci, in quo favebat ipse Defunctus larem, & domicilium*, imò vero non contentus communi hac reputatione, exposcit = *Item quod audierunt dici à pluribus Habitantibus loci prædicti, quod illi erant Consanguinei, Filii, aut Nepotes Fratrum, aut Sororum; Item, quod ipsi mutuò dicebant, & asserebant, se esse Cognatos ex latere paterno, vel materno, quod familiariter edebant, & bibebant simul, dicendo hic est Cognatus meus, & alia verba familia. Et ulterius dicebant, quod ipso mortuo sinè Liberis, alius debeat esse suus heres, & proximior de genere suo. Item, etsi Defunctus hoc confessus est in lecto mortis* =, & demum admonet, quod nec omnia non seorsim, sed conjunctim pro excludendo Fisco concurrere oportet = *hæc simul juncta sufficiunt ad probationem generis, seu Parentelæ* =, & in hoc pariter sensu loquuntur contrarii Doctores ex adverso allegati, qui exscribendo *Masuerii* verba, ad probandam d. quasi possessionem consanguinitatis, & gradus, has omnes conditiones copulativè exigunt, convenientes, vel certè parum discrepantes à modo, quo ceteri Doctores illam probandam esse censent. At verò si etiam in casu, in quo d. quasi possessio sufficiens reputatur, conjunctim concurrere debent hæ omnes circumstantiæ, quonam pacto de eâ constare dici poterit in casu nostro, in quo illæ deficiunt? ostendat enim Pars adversa, Marchionem Nicolaum Mariam publicè, & communiter inter Januenses reputatum fuisse Filium Antoniæ, & respectivè Fratrem Paulæ Mariæ, id auditum fuisse à pluribus, quod ipsi id mutuò dicerent, quod familiariter vivendo Nicolaus Maria se Fratrem Paulæ assereret, diceretque, quod, ipso moriente, illa, vel Arnalda ejus Filia sua futura esset heres, in hoc dicto perseverans in lecto mortis, prout hæc omnia, & majora etiam concurrebant in casibus, de quibus loquuntur contrarii Doctores: quæ tamen si probarentur in casu nostro, non sufficerent, quia non sola gradus, non sola consanguinitatis probatio Parti adversæ suffragatur, sed conjunctim cum eâ exposcitur concludens probatio alterius individuæ, & certæ qualitatis, quæ Fisco excluso, locum faciat successioni D. Arnaldæ.

Non enim agitur de probanda conjunctione inter assertos Consanguineos ex legitimis Nuptiis procreatos, quæ, juxta latè deducta 386
in contrario Restrictu, quum non concurrit alius, qui sè Proximiorem dicere valeat, sufficienter probata dici posset solâ quasi possessione consanguinitatis, tametsi non probaretur primus stipes, sive primus gradus, præsertim verò si d. quasi possessionis probatio talis sit, ut ex ea statim perveniatur ad notitiam certi gradus; Aliter namque res sè habet in nostro ca- 387
su, in quo agitur de constabiliendo Jure successionis in hereditate Illegitimi, pro quâ consequendâ, ex apertâ dispositione *Textus in Leg. si Spurius 4. ff. unde Cognati*, & *Authen. quib. mod. natural. effic. sui §. Filium*, rejectis Consanguineis ex latere paterno, Edictum successorium solummodò favet Conjunctis ex latere materno, *dicta leg. si spurius*, ibi = *Proximitatis autem nomine Mater ejus, aut Frater eadem Matre natus Bonorum possessionem ejus ex Edicto petere potest* = *Ottban. de legitim. illegit. hypot. pos. 18. fol. mihi 133. vers. Spurio*, ibi = *Spurio Jure consanguinitatis, vel agnationis non succeditur, sed Jure cognationis, vel proximitatis Mater, aut Frater ex eadem Matre*

tre succedit =, benè Cravet. cons.138. sub nu-
388 mer.12., ibi = Itaque Agnati licèt proximio-
res,excluduntur, ergò necessariò cessantibus Co-
gnatis, Fiscus admittitur =, quem communi-
ter sequuntur Lup. de illegitim. comment. 1.
§.2. num.4. & 5., Peregrin. de Jur. Fisc. lib.3.
tit.18. n.26., & in tract. de fideicomm. art.22.
num.82., Antunez. de Donat. tom.2. par.3. di-
cto cap.18. num.58., ibi = Si naturalis, vel
spurius decesserit, viva Patre, non extantibus
Matre, vel Consanguineis maternis, Fisco lo-
cus erit: Et similiter idem dicendum, quando
Filius naturalis decedit relictis tantùm Consan-
guineis ex parte Patris =, hinc autem sequitur,
quod Parti adversæ, non sufficiet probare quasi
possessionem consanguinitatis etiam respectu
certi gradus fraternitatis, vel sororietatis, nisi
389 illam probet ex latere materno, prout præci-
pitur in dicta leg. si spurius eis verbis = aut Fra-
ter eadem Matre natus; ex præscripto namque
Legis si non consanguinitas, non gradus, sed
sola materna origo est causa, & principium
intrinsecum, ex quo oritur Jus, & actio ad suc-
cessionem obtinendam, eadem præcise, atque
in individuo probanda est, Cravett. d.cons.138.
num.12., ibi = Dico, quod præfata Alisia
etiam succedere non potest huic Martino ex ca-
pite undè Cognati, quia Jus cognationis oritur
a Matre, dicta leg. si spurius &c., sed inter istas
Personas nulla sunt cognationis Jura, quia in-
vicem non conjunguntur ex parte Matris, sed
Patris tantùm, nam Alisia &c., itaque si Bea-
trix, & Joanna non erant invicem cognatæ, im-
possibile est, quod descendentes ab eis Jura ha-
beant cognationis, quæ Jura cognationis consi-
derari non possunt nisi inter natos ex eadem Ma-
tre, d. leg. si spurius =, & ipsum sequitur Otthon.
de legit. illegit. hypotypos.18. fol. mihi 135.
vers. restat unicum caput; Prout etiam, si con-
suetudine aliquâ illi, qui sunt ex latere pater-
no, non succedant in Bonis maternis, & è con-
390 verso, nisi consanguinitas probetur ex eo late-
re, ex quo defertur successio, assertus Consan-
guineus excludetur, & Bona devolventur ad
Fiscum, ut probat Masuerius tit. de probat.
num.34., inquiens = Est advertendum quod ad
probandam consanguinitatem, & potissimè in his,
qui sunt extra primum gradum, necessariò requi-
ritur linea consanguinitatis, quia per consuetu-
dinem illi, qui sunt ex latere paterno, non succe-
dunt in Bonis maternis, nèc è converso, imò
Bona illa devolvuntur ad Fiscum.

Idque fundatur in verissima Juris ratione,
constabilita in §. Jure igitur, quod nempè, in
391 subjecta materia successionis, quoties ex dispo-
sitione Hominis, vel Legis requiritur certa
qualitas, ex qua, veluti ex suo principio in-
trinseco, promanat actio ad illam petendam,
eadem probanda semper est, Censal. ad Peregr.
de Fideicom. art.43. vers. quarto observo in fin.
fol. mihi 299. colum.1., & præter allegatos di-
cto §. Jure igitur, tradunt Riminald. Jun.
cons.494. num.20. lib.5., Posth. resol.32. nu-
mer.33., Rota Januen. apud Cartar. decis.33.
num.8., Gratian. decis. Marcb. 89. num.2., &
num.14., Rota coram Pan. decis.584. num.3.
& seqq., coram Cavill. decis.102. num.16., co-
ram Card. Cels. decis.211. num.11., in Recen.
decis.692. sub num.1. par.1. decis.402. num.4.
ad fin. par.2., decis.67. num.18. par.8., decis.357.
num.24. par.10.; quamobrem, quum successio
defertur ad Personas certæ lineæ, frustrâ, pro 392
eâ consequendâ agere dicetur is, qui sè de il-
lâ esse non docet, Alexand. cons.82. num.1.
& seqq. lib.1., Dec. cons.320. num.6., Roland.
cons.73. num.22. & seqq. lib.3., Paris. cons.51.
num.6. & seqq. lib.2., Natta cons.338. num.3.
& seqq., Gaeberan. cons.8. n.9. & 21. & seqq.,
Rovit. cons.27. per tot., & præcipuè num.14.,
Peregrin. de Fideicomm. art.43. num.80., An-
dreol. controv. forens.338. num.6. & seqq., Ca-
ren. resol.103. sub num.6., Monacb. decis. Flo-
rent.71., & decis.72., Cortiad. decis.258. nu-
mer.10., Rota coram Mantic. decis.88. num.2.
& seqq., coram Merlin. decis.669. num.29. &
seq., in Recen. decis.15. num.29. & seq. par.7.;
Ut etiam, si in lineâ requiratur certus gradus, 393
possessio non juvaret, ut docuit Peregr. de Fi-
deicom. art.43. num.67. in fin., inquiens = pos-
sessio non juvaret ubicumque ex lege, vel ex di-
spositione Hominis desideraretur consanguinitas
infrà certum gradum, nàm oporteret docere de
probatione certæ speciei consanguinitatis, intrà
illum gradum comprehensæ =, & docuerunt
Dec. cons.320. num.9., Paris. cons.51. num.6.
& seq. lib.2., Cavarruv. variar. resol. lib.2. cap.6.
num.6. in fin., Pacian. de probat. lib.2. cap.12.
num.27. & seqq., clar: mem. Card. de Luc. de
Jurepatron. disc.60. num.33. & seqq., Gratian.
discept.969. num.1. & seqq., Rota Ferrarien.
apud Balducc. in collect. decis. & rer. Judic.
tit.3. decis.22. num.5., Rot. in recen. decis.284.
num.1. & seqq. par.1., & decis.298. num.3. &
seqq. par.11.; Et denique, si successio defera-
tur ad gradum præditum certâ aliquâ qualita- 394
te, ut puta ad Agnatos, sivè Cognatos legitimos,
& naturales, præter conjunctionem, & consan-
guinitatem in gradu certo, exigetur etiam pro-
batio legitimitatis, Censal. ad Peregrin. ar-
tic.43. §. Quarto observo fol. mihi 299. colum.1.,
Gratian. decis. Marcb.89. num 6., quibus con-
sonant Ruin. cons. 63. num. 5. lib.2., Natt.
cons.421. num.1. & seqq., & cons.473. n.32.
& seqq., Decian. cons.24. num.53. lib.1., Ri-
minold. Jun. cons.494. num.20. lib.5., Gratian.
discept.491. num.15. discept.969. num.3., Ma-
scard. de probat. conclus.799. num.4. & seqq.,
Rot. coram Merlin. decis.669. num.3., in Rec.
decis. 15. num. 30. par.7., decis.535. num.71.
par.14.; Pari itaque ratione, in concreto ca-
sus nostri, ut Pars adversa juvari possit quasi
possessione consanguinitatis certi gradus, cer- 395
tam habentis qualitatem, illa præcisè proban-
da erit, eam scilicet probando ex linea, sive
latere materno, ex quo solo ipsi comparari po-
test Jus, & actio excludens Fiscum.

Eòque certius, quia D. Arnalda in hoc Ju-
dicio non allegavit simpliciter, Paulam Ma-

riam Matrem suam fuisse in possessione soro-
396 rietatis respectu Marchionis Nicolai Mariæ
Pallavicini, & suam intentionem minimè fun-
davit in d. simplici possessione, sed probatio-
nes omnes, quotquot ipsa attulit ad d. posses-
sionem sororietatis probandam, directè; atque
expressè demonstrant stipitem, atque princi-
pium d. sororietatis, videlicet Antoniam Cal-
ciam, certo affirmando, atque profitendo,
istam fuisse communem Matrem Marchionis
Nicolai Mariæ, & Paulæ Mariæ Matris suæ.
Quamobrem, si illa demonstravit certam illo-
rum Matrem, atque designato certo stipite,
& principio, illi alligavit, inque eo fundavit
possessionem sororietatis, quam ipsa allegat,
proculdubio probare tenetur, d. Antoniam fuis-
se veram Matrem tum March. Nicolai Mariæ,
tum etiam Paulæ Mariæ, *Angel. in leg. libe-
rorum in princ. ff. de his qui notant. infam.*, *Pa-
ris. cons.12. num.240. lib.2.*, *Roland. à Valle
cons.32. num.1. vol.1.*, *Ruin. cons.57. num.4.
& seq. lib.5.*, *Mascard. de probat. conclus.786.
num.1. & seqq.*, benè *Pacian. de probat. lib.2.
cap.6. num.1. & seqq.*, & præsertim *num.4.*,
Castil. quotid. contr. lib.5. cap.104. num.2.,
Dulph. contr.149. num.16., *Torr. variar. Jur.
quæst. lib.2. tit.8. quæst.1. num.2. & 4.*, *Borell.
in summ. decis. tit.2. num.101.*, *Capyc. Latr.
decis.66. num.32.*, *Burn. decis. Bonon.91. n.4.*,
*Rot. coram san: mem: Gregor. XV. decis.223.
num.2.*, *in Recen. decis.347. num.1. par.12.*,
*& in Romana Fideicommiss 18. Junii 1700.
§. Cum enim coram Reverendissimo Molines*;
Ità etiam præcipiente certissimâ illâ Juris re-
397 gulâ, quâ edocemur, quod is, qui in Judicio
pro fundamento suæ intentionis allegat cer-
tum factum, sive titulum, concludenter illud
probare tenetur, *leg. ab ea parte ff. de probat.*,
Valenz. cons.128. num.94. & 95., *& cons.165.
num.15. lib.2.*, *Cyriac. contr.65. num.6. lib.1.*,
& contr.318. num.1. lib. 2., cum aliis apud
Bonden. collect. legal.9. num.6. lib.1., *Barbos.
axiom. Jur. 103. num.2.*, *& axiom.128. num.1.
& seqq*, *Rot. coram Gregor. decis.278. num.6.*,
coram Burat. dicta decis.794. n.2., *coram Pen.
decis.1049. num.3. tom.2.*, adeò quidem, ut
398 Reo satis sit dubias reddidisse Actoris proba-
tiones, ut disponitur *in Cap. In præsentia de
probat.*, ibique *Gloss. in verb. Dubium*, *Bald.
in leg. quoties §. Si quis ità ff. de hered. instit.*,
Surd cons.173. num.59., *Tiraquell. de retract.
lignag. §.1. Gloss.16. num.4.*, *Rot. coram Priol.
decis.263. num.13.*, *in Recen. decis.466. n.18.
par.19.*, & in nostris terminis ait *Rota decis.
347. num.43. par.12.*, *decis.389. num.7. par.13.*,
& coram Card. Cerro decis.827. num.8., *& in
Romana Fideicommissi 18. Junii 1700. §. Qui-
bus positis in fin. coram Reverendissimo Mo-
lines*.

Frustrà igitur Pars adversa dicet, quod cum
hodie non agatur de successione respectu An-
toniæ, sed respectu Nicolai Mariæ, necessaria
non sit directa, sivè expressa probatio filiatio-
nis respectu præfatæ Antoniæ, sed sufficiat, à
Domina Arnalda probari, Paulam Mariam
Matrem suam fuisse in possessione sororietatis
respectu dicti Nicolai Mariæ, ex quâ; veluti
ex necessario antecedenti sequitur, se esse in
gradu excludente Fiscum, quia quum res est
de reciproco, seu vicissitudinario successionis
Jure inter Illegitimos, jus, & actio ad eam
petendam oritur ex solâ origine maternâ, &
ex eo quod is, qui Fiscum excludere tentat à
Defuncti hereditate, doceat, hunc natum
fuisse eadem Matre, ità quidem, ut possessio
consanguinitatis, & gradus sejuncta ab istius-
modi qualitate, non sufficiat, sed inter eos, qui
reciprocum jus successionis habere contendunt,
probanda est quasi etiam possessio filiationis,
tale vicissitudinarium Jus tribuentis, quæ sanè
probatio in nostro casu prorsus deficit, ut suo
loco demonstrabitur; Imò verò, tametsi di-
cta quasi possessio cum omnibus suis qualitati-
bus plenè, ac concludenter probata dici posset,
non juvaret Partem adversam, quia, cum in
hoc Judicio de filiatione dici nequeat agi inci-
denter, prout si de eâ quæreretur in possesso-
riis, & præparatoriis Judiciis, vel ad effectum
consequendi alimenta, aut quid simile, sed
de eâ quæratur ad effectum consequendi irre- 399
vocabile jus perpetuæ successionis, hoc casu
cum in dicta filiatione consistere dicatur totum
fundamentum intentionis illius, qui petit suc-
cessionem, de ea non incidenter, sed deciso-
riè, & principaliter agi dicitur, ut benè post
*Malvas. cons.64. sub num.15. vers. præsertim
ubi filiatio*, *Joan. Franc. de Ponte cons.3. n.26.
& seqq. lib.2.*, *ac per tot.*, declaratur *in Voto
decisivo bon: mem: Severoli*, relato *in Recent.
par.14. in ordine decis.535. num.68. in fin.*, *&
num.69.*, *coram Cerro decis.827. num.9. & 10.*,
proindèque in istiusmodi Judicio petitorio, &
decisorio, secumferente perpetuam acquisitio-
nem proprietatis, & dominii, plenissimæ, ac
longè rigidiores exigentur probationes, nimi- 400
rum, quæ directe concludant consanguinita-
tem, & principium, ex quo illa derivatur, jux-
tà plenè deducta per *Alexand. cons.74. num.1.
lib.2.*, *Roland. cons.22. num.30. lib.3.*, *Bur-
sat. cons.283. sub num. 18.*, *Spad. cons. 251.
num.8. lib.3.*, *Alciat. de præsumpt. regul. 3.
præsumpt.38. sub num.8.*, *Rot. coram Card.
Celso decis.334. num.9. post Mell. observ. ad
Castill. decis.23. num.1. & seqq.*, *in Recen. de-
cis.289. num.1. par.1.*, *decis.167. num.1. & se-
quen. par.8.*, *in Romana Filiationis 21. Novem-
bris 1710. §. Secundò coram R. P. D. Aldro-
vando*, *in Romana Fideicommissi 20. Junii 1712.
§ Ast quoties coram R. P. D. Ansaldo*, reje-
ctis probationibus desumptis ex agnitione, tra- 401
ctatu, aliisque similibus, quibus quæsita dici
possit illius possessio, *Bartol. in leg. non nudis
in antiqu. lectur. Cod. de probat.*, *Bald. in leg.
non Epistolis 13. num.9.*, ibi = *Secus in sim-
plici petitorio*, *Cod. eodem*, *Jason in leg. ne-
que professio 5.*, ibi = *Nota etiam diligenter
pro limitatione prædictorum, quod quasi possessio
filiationis non sufficit in decisoriis, sed in præpa-
rato-*

vetorii Judiciorum, Cod. de Testam., idem cons.
102. num.4. & seqq. lib.4., Feltn. in Cap. Per
tuas num.13. de probat., Covarruv. de Sponsal.
par.2. cap.8. §.3. num.6. vers. si verò, ibi = Si
verò agat quis petitorio Judicio ex eo quod Sem-
pronii Filius sit, non est satis sufficiens probatio
tractatus =, Dec. cons.321. num.9., Bero cons.
258. num.5. lib.2., Gozzadin. cons.12. num.12.,
Alciat. de præsumpt. regul.3. præsumpt.38. nu-
mer.4., Boss. in prax. crimin. tit. de Partu sup-
posit. num.27., Petra de Fideicomm. quæst.11.
num.478., Mascard. de probat. conclus.786. nu-
mer.4., Rot. coram Priol. decis.141. num.16.
& seqq., decis.184. num.17. & seqq., in Recen.
decis.544. num.4. par.19., in Romana Filiatio-
nis super bono Jure 8. Aprilis 1707. §. Præser-
tim coram bon: mem: Omanna, & plenius pro-
batum fuit in meis præteritis Scriptis §. Si igi-
tur ex mox relatis, adeò quidem, ut tales tra-
ctatus, agnitiones, sivè quasi possessio tunc de-
mùm suffragari possint, releventque ab onere
402 plenioris probationis, quando ea omnia nitida
omninò essent, nullâque contrariâ probatione,
aut præsumptione dubia reddi possent, ut apud
præcitatos Doctores.

Hæ verò plenæ, concludentesque probatio-
nes si exposcuntur etiamsi agatur de succeden-
403 do in hæreditate asserti Patris, aut alterius, de
cujus solo præjudicio agatur, ut tradunt Bald.
in Cap. per tuas num.4. vers. Item hoc operatur
de probat. & consil. 180. num.3. vers. prætereà,
ubi agitur de successione lib.3., Salycet. in leg.
non ignorat Cod. qui accusar. non poss., Roland.
cons.22. num.5 lib.3. & cons. 49. num.48. lib.4.,
Dec. cons. 320. num.9. vers. tertia etiam respon-
detur, Cephal. cons.82. num.48. juncto princip.,
Bera cons.158. num. 5., Mascard. de probat. con-
clus. 799. num. 18., & seqq., Rot. coram Card.
Celso d. 334. num. 9. post Zacch. quæst. Medic.
legal., decis. 90. num.4. post Mell. observat. ad
Castil. decis. 23. num.1. & seqq., in Romana Fi-
liationis super bono Jure 8. Aprilis 1707.
§. Præsertim juncto §. Nec ejus cum seq. coràm
bon. mem. Omanna, ubi in longè difficiliori ca-
su traditur, d. quasi possessionem filiationis
desumptam ex tractatibus, nec etiam suffra-
gari ad effectum consequendi alimenta perpe-
tua, quanto autem potiori jure requirentur
in casu nostro, in quo non solùm agitur de ca-
404 pienda successione Transversalis, cujus respectu
graviorum probationum genere docendum
est de gradu tribuente jus successionis, ad tra-
dita apud Paris. cons. 16. num. 3., num. 10. &
seq. & num.15. lib. 5., Natta cons. 473. nu. 24.
in fin., Surd. cons. 552. num.21. & seq., Mas-
card. de probat. conclus. 789. num.36., Rot. co-
ram Card. Cerro decis.827. num.12., in Roma-
na Fideicommissi 20. Junii 1712. §. Quintam,
§. Veruntamen, & §. Cum itaque coram R.P.D.
Ansalda; sed, quod magis est, Pars adver-
sa hæreditatem vindicare contendit à Tertio,
405 ex justo titulo, & Jure, omnino independen-
te à persona Defuncti illam adepto, Saccin.
Jun. cons. 86. per tot., & præsertim num. 43.
& seqq., Roland. cons. 49. num. 48. lib.4., Cra-
vet. cons.991. num. 9., Alciat. respons. 201. nu-
mer. 58., Spad. cons.211. num. 6. lib. 2., Rimi-
nald. Jun. cons. 339. num. 64., Balducc. ad Ra-
mon. cons. 22. num.43. & num. 45., Rot. coram
Zarat. decis.73. num. primo, in rec. decis. 347. nu-
mer. 13. part. 12., decis. 535. num. 7., & nu-
mer. 68., & seqq. part. 14., in d. Romana Fidei-
commissi 20. Junii 1713. §. Quintam igitur co-
ràm R.P.D. Ansaldo; Fiscus enim nactus pos-
sessionem Bonorum Marchionis Nicolai Ma-
riæ, tàmquam vacantium, in illis successisse 405
dicitur non uti heres Personæ, sed tamquam
tertius, & Successor Bonorum designatus à
Lege, Jure suo capiens Bona Defuncti, qui
legitimum, aut capacem non reliquit Hære-
dem, Imol. in leg. liber homo §. penult. nu. 9.
ff. de Hæred. instit., Amaya in Cod. lib.4. tit.10.
num.12., Barbos. in leg. Si constante §. fin. nu-
mer. 16. ff. solut. Matrim., Peregrin. de Jur.
Fisc. lib.4. tit. 3. de Bon. vacan. num. 22. §. Tu
verò, & §. seq., & num.27. & lib.5. tit. prim.
numer. 67., Mantic. de tacit. & ambig. lib. 16.
tit. 17. nu.28., Facchin. contr. Jur. lib.6 cap.21.,
Duaren. de Jur. Fisc. cap. 2. in fin., Phanucc.
de Iuvent. part.2. n. 6. & seq., Carval. de utraq.
quart. part. 2. num. 481. & seq., Autunez. de
Donat. lib.3. cap.21. num. primo, & seq., Con-
ciol. resol. crim. verb. Fiscus resol. 2. num.14. &
seq., Maffin. de confiscat. quæst. 35. num.8., &
seqq. & num. 36., Guazzin. eodem tract. con-
clus. 23. num.24., Christin. decis. Belgic. lib. 4.
decis.77. num.4.

Doctores enim, & Tribunalia agnoscentia,
quàm circumspectè, ac caute in hisce Causis,
& quæstionibus procedendum sit; pro earum
diversitate, diversos quoque probationum
gradus constituendo, determinarunt, quod
probationes illæ, quæ sufficere possent in Ju- 407
diciis possessoriis, sivè præparatoriis, pro ob-
tinendis nempe temporariis alimentis, sivè
aliis levioribus effectibus, ineptæ fiot pro con-
sequendis alimentis perpetuis, eas verò, quæ
ad hunc effectum sufficerent, minimè suffra-
gaturas decreverunt pro adipiscenda successio-
ne, atque hereditate, & denique, si fortè
suppeterent probationes sufficientes pro asse-
quenda unius hereditate, irrelevantes esse de-
clararunt pro obtinenda successione alterius,
maximè in præjudicium Tertii, venientis ex
Jure prorsus independente à persona Defuncti,
ut hos casus distinguendo tradunt Bursat.
cons.88. num. 5. lib.1., Mantic. de conject. ultim.
voluntat. lib. 11. tit. 12. sub num. 11., Castill.
contr. Jur. lib. 3. cap. 27. numer.21., & lib.5.
cap. 104. ex num. 2., Petra de Fideic. quæst. 11.
num.4×4., Borell. in Summ. tom.2 num.101., Ro-
ta coram Merlin. decis.716. num.7., coràm Du-
noz. Jun. decis.977. numer. 2., in rec. decis. 317.
num.8. & seqq. part. 9., decis.214. numer. prim.
part.19., decis. 308. num. 11. & seq. part. 13.,
decis. 535. num.60. & seq. part. 14., in Carpen-
toracten. Filiationis 29. Januarii 1704. §. Con-
stituta ratione coràm Rev: Molines, Rota in d.

*Romana Fideicommissi 20. Junii 1712. §. Ad
huac itaque obtutum cum pluribus seqq. coram
R. P. D. Ansaldo*, qui omnes hoc casu rei-
ciunt probationes desumptas ex quasi posses-
408 sione, vel tractatibus: Cum itaque illæ, quæ
exadverso adferuntur, directè non probent con-
sanguinitatem ex latere materno, omninò re-
quisitam, ut D. Adversaria Fiscum excludere
possit, sed ex eisdem elici contendatur sola
cujusdam quasi possessionis species, in qua Pau-
la Maria, & D. Hyeronima Arnalda ejus Filia
se constitutam reperiri, dicit ex quibusdam sup-
positis tractatibus, & actibus gestis à Marchio-
ne Nicolao Maria, hi, tametsi subsisterent,
quod constanter negamus, nocere non possent
Fisco, qui non succedit tamquam Heres Tra-
ctantis, vel aliquem Agnoscentis in suum Con-
sanguineum, sed independenter ab illius per-
sona Bona occupat, Jus suum desumendo ex be-
neficio Legis, illum vocantis ad intestatam suc-
cessionem Defuncti sinè legitimis Heredibus,
juxta ea, quæ latius hactenus deduximus.

Porro cum probè noverint contrarii ipsi De-
fensores, quod sublato respectu Fisci succe-
deotis in Bonis vacantibus hereditario titulo,
& Jure, inefficax prorsus redditur quasi pos-
sessio consanguinitatis, in qua D. Arnalda to-
tum suæ intentionis fundamentum constituit,
conatu omni probare curarunt, illum in Bo-
nis vacantibus succedere jure, titulo, & no-
409 mine Hæredis: ideoque non posse reprobare
factum Defuncti, assertos nempè atque exad-
verso figuratos tractatus, quibus in d. quasi
possessione consanguinitatis ipsa se constitutam
dicit, sed eisdem Fiscum obstringi instar veri
Heredis; Verumtamen assumptum istud, suo
loco movens elementares Juris nostri regu-
las, & principia, jam plus quàm satis, & pe-
rabundè rejectum à nobis fuit præteritis nostris
Scriptis *a §. Rev. Cameram ad plur. seqq.*, ubi,
ad faciliorem hujus rei explanationem casuum
distinctione allatâ, planè ostendimus, Fiscum,
succedentem in Bonis vacantibus, censeri haud
posse jure Hæredis, & personam Defuncti mi-
nimè repræsentare; Quæ cum nullâ aliâ in-
digeant probatione, iis propterea non im-
moramur, & ad eadem Scripta nos remissivè
habemus.

Corruit itaque consequens illud exadverso
firmatum, quod nempè Fiscus, tamquam
Heres, & universalis Successor, servare tenea-
tur confessiones, obligationes, & aliud quod-
cumque factum ipsius Defuncti, ad quod pro-
bandum plures cumulatæ fuerunt authoritates;
ex iis enim, omissis generalibus, quæ non lo-
410 quuntur in terminis Bonorum vacantium;
quod attinet ad illarum aliquas, quæ de illis
agunt, & tradunt, quod Fiscus teneatur ad
onera realia Bonorum, & debita Defuncti, id
nos non negamus, cum Fiscus non priùs pe-
culium occupet Jure suo, quàm deductum sit
ex peculio id omne, quod Creditoribus debe-
tur, dummodo intra annum venientibus, *An-
ton. Faber. in pandect. tom. 4. fol. 231. col. 2. in
decisione vers. quæ ratio* fuit & expressè dispo-
nitur *in leg. non possunt ff. de Jur. Fisc.*, ibi =
*Non possunt ulla Bona ad Fiscum pertinere,
nisi quæ Creditoribus superfutura sunt, id enim
Bonorum cujusque esse intelligitur, quod æri
alieno superest, & priùs in leg. prima §. An
Bona eodem tit., Facchin. contr. Jur. lib. 6.
cap. 21. in princ., Amaya in leg. 1. num. 11.
Cod. de Bon. vacan. lib. 10.*, quid enim magis
justitiæ consentaneum est, quàm quod Fiscus
teneatur adimplere onera realia infixa Bonis,
quidve magis æquum, quàm quod impleau-
tur obligationes ex contractu, aut titulo one-
roso cum Defuncto celebratæ? quæ, nisi ser-
varentur, turbaretur publicum commercium,
& violaretur bona fides illorum, qui cum De-
functo contraxerunt? Ob eandem rationem
nobis non adversautur aliæ auctoritates fir-
mantes, Fiscum occupantem Bona confiscata,
teneri satis facere Creditoribus Delinquentis,
de quo casu loquuntur *Cravetta cons. 263. nu-
mer. 7., Merlin. de pignor. lib. 5. tit. primo qu. 51.
num. 2., Guazzin. de confiscat. conclus. 20. nu-
mer. 1., Rota penes Giovagn. lib. 2. respons. 37.
n. 17., Thabor. axiom. Jur. lib. 6. cap. 29 axiom. 5.*
in contrarium allegati; licèt enim Fiscus, tam-
quam successor Bonorum, satisfacere teneatur 411
debita, attamen non succedit Personæ, quam
tantum abest, quod repræsentet, ut potius
succedere dicatur per illius annihilationem, ut
tradit *Amaya in leg. 4. Cod. de Bon. vacan. lib. 10.
n. 10., Mantic. de tacit., & ambig. lib. 12. tit. 18.
nu. 10., Trentacinq. variar. resol. lib. 1. tit. de
Jur. Fisc. resol. 2. num. 2., Fontanell. de pact.
nupt. tom. 2. claus. 5. Gloss. 4. num. 64., Guaz-
zin. loc. citat., Amat. resol. 13. num. 24., Rub.
de confus. Jur. & action. cap. 8. numer. 34.,
Christin.* verò *decis. 10. vol. 5.*, qui egregiè in
proposito loqui exadverso dicitur, non agit de
Bonis vacantibus, sed de venditione rei, ad
Fiscum pertinentis, dicens *num. 22.*, quod
*Fiscus, aut alius quispiam facto proprio contra-
venire non debeat, nec possit, vel ejus, cui suc-
cessit* =. Qui sanè hujus Authoris locus si in-
telligendus esset de Bonis vacantibus, concilia-
ri deberet cum iis, quæ firmavit *dec. 77. n. 1.* ubi
quod *succedit Fiscus non quidem ut hæres, sed ve-
luti in vacantia Bona* =, scilicet, dicendum esset
eundem Authorem loco prædicto loqui de casu,
in quo Fiscus succedat in alicujus Bonis, tamquam
illius hæres; Quod verò ipse quoad antea gesta
per Defunctum utatur jure Privati, ut ait *Pur-
purat. cons. 424. n. 7.*, pariter a d. Authore allega-
tus, tantum abest qod titulus hinc hæreditarius 412
inferri valeat, ut potius iste excludatur, & con-
firmetur jus Fisci, ex mero Juris communis be-
neficio absque ulla repræsentatione personæ De-
functi succedentis in Bonis vacantibus; Ex eo
enim, quod prò tempore dumtaxat præteri-
to uti cogatur jure Privati, privilegiis suis 413
deinceps gaudens, *Cortiad. decis. 20. num. 38.
& seqq.*, sequitur ex hoc, quod non succedat
tamquàm Heres Defuncti, illum repræsentans,
quia, si hoc Jure succederet, non solùm pro
tem-

tempore præterito, sed etiam futuro jure Pri-
414 vati cenieretur, quemadmodum contingit,
quando Fiscus succedit titulo hereditario, ex
Judicio nempe Testatoris, *Rub.de confus. Jur. & action. cap.8.num.33.*

Et sanè, si ratio omnis, ob quam Successor
tenetur servare factum, confessiones, aliaque
omnia gesta à Defuncto, provenit vel ex eo,
415 quod illius personam repræsentet, prout de
Herede disponitur in *leg. Si adulta Cod. de Hered.action.*, *leg. eum qui ita §. 1. ff. de verb. obligat.*, *leg. non solum §. Morte ff. de oper. nov. nunc.*, aliisque Juribus allegatis apud *Rub. de confus. Jur. & action. cap. 8. num. 1. & seqq.*,
& frequenter apud omnes, vel ex eo, quod li-
416 cèt sit singularis Successor, jus tamen omne
metiatur ex persona Auctoris sui, ideoque ferendum non sit, quod jus, & commodum capiens ex illius persona, impugnet factum, vel recuset onus, ab illa promanans, *Rub. de confus. Jur. & action. d. cap. 8. numer.15.*, *Ruin. cons. 60. num. 2. lib. 2.*, *Rot. coram Seraph. decis. 691. num. 1.*, *coram bon. mem. Emerix Jun. decis. 1108. num. 9.*, *decis. 1162. num. 7.*, *decis. 1214. num. 14. & seq.*, *& decis. 1249. numer. 8.*, dicendum proculdubio est, quod Successor ille, qui non ex Prædecessoris, vel al-
417 terius persona, sed ex sua, vel ex titulo aliunde derivante jus suum desumit, illius facto, obligationibus, aut confessionibus nullo pacto obstringatur, *Peregr. de fideicom. art. 52. numer. 81. & seqq.*, *clar. mem. Card.de Luca de renunt. disc. 15. num. 7.*, *Rub. de confus. Jur. & action. cap. 8. numer. 17.*, *Rota coram Celso decis.181. nu. 21. & 25. apud Paulut. dissert. 35. decis. unic. num.7.*, *in rec. decis.362.n.6. part.9.*, *dec. 265. num. 16.& numer.29. & seq.part. 13.*,
Quamobrem, cum Fiscus in Bonis vacantibus succedat ex jure; & titulo, ipsi à Lege impartito, & Jus nullum metiatur ex persona Defun-
418 cti, quam non repræsentat, imo, ut ex *Fabr. de error pragmat. tom. primo decad.45. error. 4. num. 5.* alibi diximus, Fiscus occupet Bona vacantia, quum illa desinunt esse hereditaria, & statim atque certum esse incipit nullum fore Heredem; quonam pacto in casu nostro, in quo non agitur de adimplendis oneribus ullis aut obligationibus realibus, Fiscum afficere pote-ru•t suppositæ quædam confessiones, tractatus, atque agnitiones, ex quibus D. Arnalda quasi possessionem sororietatis inter Paulam Mariam, & Marchionem Nicolaum Mariam inductam fuisse contendit ad effectum vindicandi Bona, in quibus, tamquam vacantibus, ille successit ?

Ex quibus perspicuum fit, quàm malè Pars adversa in contrario Restrictu *§. 49. & seqq.* dixerit, quod nulla hactenus auctoritas attentaverit dicere, quod Fiscus non succedat uti heres ad finem se eximendi ab onere servandi confessiones, & facta Defuncti, quia, licèt minimè egeamus auctoritatibus, id expressè firmantibus, sed satis sit demonstrasse, Fiscum succedentem in Bonis vacantibus, Jus suum metiri non ex persona Defuncti, sed ex Legis, & Juris communis beneficio, cujus solà auctoritate, præsertim quum non agitur de Descendentibus, successiones Deferuntur, ex hoc, veluti ex necessario antecedenti, deduci posset consequens, quod confessiones, & facta, aliæque personales obligationes Defuncti, Fiscum non afficiant; nihilominus, si quæramus auctoritates, eædem non desunt, quippe in nostra specie, quod nempè confessiones & tractatus, quibus aliquis à Defuncto sè constitutum asserit in quasi possessione consanguinitatis, ideòque, tamquam talis, vigore d. quasi
possessionis vindicare contendat Bona vacan- 419
tia, Fisco non noceant, probavimus in *§. Si enim illum* præclarissimis eximiorum Doctorum locis, atque sententiis, uno ore firmantium, audiendum non esse eum, qui fretus solà quasi possessione, uti Consanguineus, vindicare vult Bona vacantia, nisi gradus Parentelæ probet, & distinguat, & rectè quidem,
nam, si ut sæpius dictum est, legitimæ suc- 420
cessiones Legis auctoritate deferuntur, *§. prim. Instit. de Hæred. quæ ab intestat. defer.*, *leg. 3. §. de illo ff. prò socio*, *Oinotim. Instit. civil. lib. 3. tit. prim. num.15.*, *Sadariu. respons. 36. num.14.*, *Montan. de regal. verb. Bona vacantia n. 7.*, *Fajard. allegat. fiscal. part. 1. allegat.32. num. 33.*, Leges autem Bona illius, qui decessit sinè legitimo Herede, immediate deferunt ad Fiscum, ex auctoritatibus sub initium allegatis., idemque ab Hæreditate filii natura-
lis, vel Spurii excludi nequit, nisi à Matre, 421
vel Consanguineis maternis, *d. l. Si Spurius ff. unde Cognati*, *Antunez. de Donat. tom. 2. part. 3. cap. 18. num. 58.*, nulla justitiæ, aut æqui, bonique ratio permittere videtur, quod Jus Fisci immediatè promanans ex Legis dispositione, interverti possit solis confessionibus, tractatibus, & factis Defuncti, quem Fiscus non repræsentat, nè alioquin dicamus, consanguinitates solo consensu, & facto Par-
tium contrahi posse, contrà præscriptum Legis, 422
contrarium præcipientis, ut in *leg. non Epistolis 13. Cod. de probat.*, ubi communiter Scribentes, & præcipuè *Bald. num. 2.*, ibi = *necessitudo idest cosanguinitas, quæ* ordinanda est à *natura, & procedit ex generalibus principiis, non accidentali sermone* = *Mascard.de probat.concl.411. num. 25.*, ibi = *quia Consanguinitas formatur à natura, & procedit ex genitalibus principiis, nec potest oriri ex solo consensu Contrahentium, nec accidentali sermone induci potest, secundùm Bald. in leg. non Epistolis col. prima in vers. necessitudo, & ibi in primo notab. observat, quod
per Epistolam non efficitur soror, quia sororietas 423
formatur a natura, nec potest oriri ex solo consensu* =, *Marta de success. legal. part. 3. quæst. 1. art. primo numer. 19.* & juvat repetere sepius citata verba *Masuerii tit. de probat. num. 35.* dicentis *quia filiatio, vel consanguinitas solo consensu non potest fieri, seu contrahi, imo istud habet fieri ab arte, & natura, quod est Matrimonium cum car-*

nalè

nali copula, quæ producunt Filios & Consangui-
neos, Jure naturæ habiles ad succedendum =
id verò si procedit in casu, quo probatio legi-
timæ consanguinitatis coadjuvata reperiatur
favore Matrimonii, agaturque de successione
deferenda ad legitimos Consanguineos, quanto
potiori Jure justum locum sibi vindicabit in
nostrâ Hypothesi, in qua agitur de admitten-
dis ad successionem Consanguineis Defuncti il-
424 legitimi, ad quam cum non omnes admittan-
tur, sed is dumtaxat, qui ex latere materno
conjuncti sunt, quo colore, aut quâ justâ ratio-
ne admitti poterit D. Arnalda, conjunctionem
hanc desumens ex solis tractatibus, atque con-
fessionibus, qui prætereà, ut mox dicemus,
omnino desunt in casu nostro.

Cum igitur satis his omnibus demonstratum
dici posse videatur, D. Arnaldam pro vindican-
dis à Fisco Bonis vacantibus juvari minimè
posse solâ quasi possessione consanguinitatis,
in qua ipsa sè fundat, sed, ut dd. Bona Jure
legitimæ successionis obtinere queat, firmis,
atque undique claris probationibus docere de-
bere, non solum de consanguinitate in gradu
excludente Fiscum, sed præterea talem consan-
guinitatem, ab ipsa probandam esse in linea,
& ex latere materno; superfluum videri pos-
set altiori examine inquirere de relevantia
actuum, ex quibus desumi contenditur d. quasi
possessio, quam dicimus, quod tametsi con-
cludenter probata, profutura non esset; Ve-
rumtamen, non ut Causæ, quæ plana est,
425 sed ut Parti adversæ plenius satisfaciamus,
non pigebit eâ majori brevitate, quâ poteri-
mus, demonstrare, probationes omnes, quot-
quot exadverso adferuntur pro statuenda d.
quasi possessione, non solum per se, & intrin-
secè spectatas, irrelevantes omninò esse, sed
easdem, ut sub initium, & alibi pollicebamur,
elidi longè validioribus argumentis,
d. quasi possessionem, quæ nitida omnino
esse deberet, penitus destruentibus. Quam-
obrem si ut diximus in §. *Jure igitur*,
D. Arnalda, tamquam actrix, plenè, ac con-
cludenter probare tenetur id, quod est suæ in-
tentionis fundamentum, ipsa autem Bona va-
cantia ob mortem Nicolai Mariæ vindicare
contendens à Fisco, jus suum, & actionem
desumere nequit, nisi ex illius origine mater-
na, ut in §. *Non enim*; Hinc sequitur, quod,
si claris omnino probationibus de hac materna
origine non docuerit, si ejusdem quasi posses-
426 sio nitida non appareat, repellenda omnino
sit, eidemque non suffragabuntur conjectura-
les, aut præsumptivæ probationes, quæ cum
contrariis conjecturis elidi possint, *Rota coram
Bich. decis. 612. num. 15., & seq., coram Card.
Cerro decis. 538. num. 3., & seq., in una Pisau-
ren. successionis inter collectas apud Palm. d. 88.
num. 7., & seqq.*, claræ dici nequeunt, proin-
deque satis est dubias reddidisse probationes,
quæ pro filiatione ista, sive origine materna
Nicolai Mariæ, exadverso adferuntur, ut, præ-
ter sub initium allegata, in nostris terminis ait
*Rota in rec. decis. 347. nu. 43. part. 12., dec. 389.
numer. 7. part. 13., & coram Cardin. Cerro de-
cis. 827. num. 8.*

Certius verò rigor iste concludentis proba-
tionis servandus est, quando versamur in spe-
cie, quæ ob naturalem certitudinem, quam
suapte naturâ habere potest ex veris, & omni-
nò firmis probationibus, rejicit præsumptivas, 427
atque conjecturales, prout est filiatio respectu
Matris, quæ semper certa esse, & à natura
ipsa demonstrari dicitur, ideòque requirit pro-
bationem omninò necessariam, minimè vagan-
do per conjecturas, ad differentiam filiationis
respectu Patris, quæ difficilis censetur proba-
tionis, ut probavimus in §. *Iure igitur*, & la-
tius demonstratum fuit in præterita allegatione
§. *Quamobrem ad differentiam & seq.*; quam-
obrem rectè a Doctoribus proditum est, quo-
ties agitur de probanda filiatione respectu Ma-
tris, de ea nonnisi per Testes certitudinem ha- 428
beri posse, ut bene ad rem nostram ait *Hugo
Grot. de Iur Bell., & pac. lib. 2. cap. 7. §. 8.*,
verbis illis = *Verum est de factis nullam esse cer-
tam perceptionem, sed ea, quæ solent in homi-
num conspectu fieri, sui generis certitudinem
habent ex testimonio, quo sensu Mater certa esse
dicitur*, = idque docuerunt *Boss. in prax. crim.
tit. de partu supposit. numer. 8. in fin., Scopp. ad
Merlin. Pignatell. contr. 85. numer. 82. & seq.
cent. 2.* imo verò, cum plerumque nec ipsi Ma-
tri credatur, non qualescumque Testes, sed
eos adhibere oportet, qui partui, atque edu- 429
cationi adfuerint, quales sunt Obstetrices,
Nutrices, & Famuli, ut edocemur præclarâ
Divi Augustini sententiâ *tom. 6. de utilitat. cre-
dend.*, ajentis = *quæro enim si quod nescitur,
credendum non est, quomodo serviunt Parenti-
bus Liberi, eosque mutuâ pietate colunt, quos
Parentes suos esse non credant, non enim ratio-
ne ullo pacto sciri, sed interpositâ Matris au-
ctoritate creditur, de ipsa verò Matre pleram-
que nec Matri, sed Obstetricibus, Nutricibus,
Famulis*, & redeundo ad nostros, id tradide-
runt *Hugo Grot. loco mox citat.*, verbis illis =
*quo sensu Mater certa esse dicitur, quia inve-
niantur qui, quæve partui, & educationi ad-
fuerint* = *Cujac. in lib. 4., Paul. ad Edict. tom. 2.
oper. posthum. f. l. mihi 91. lit. D.*, inquiens =
*quia & ex legitimis conjunctionibus utique cer-
tior est Mater, quàm Pater, quia, & partus
plerumque multi Testes sunt, conceptionis nulli,* 43
*Mater scit certò se esse Matrem, Pater existi-
mat tantùm, se esse Patrem, quâ de causa filium
videmus esse cariorem Matri, quàm Patri* =, &
*in lib. 2. Digest. tit. 4. de in Ius vocand. ad §. Præ-
tor. 1. leg. 4. tom. 4. part. 1. oper. posthum. fol. 124.
lit. A.*, ubi ita loquitur = *extra nuptias Pater
est incertus: inter fœmineum sexum Matrem sci-
mus, Patrem credimus, quia partus sunt Testes,
& inspectores certi, conceptus nulli sunt arbi-
tri*, quæ verba refert *Thabor. axiom. Iur. lib. 11.
cap. 15. axiom. 5., Asin. in prax. judic. part. 2.
cap. 164. num. 8.*, ibi = *Quoniam autem quem esse
filium Mulieris multò facilioris probationis est,*

meritò

meritò breviter di cendum est, directò, & necessariò a Matronis probari, quæ ejus nativitati infuerunt, *Quæsad. Pilo contr.16. num. 18.*, ubi ait, ad probandam filiationem *ex parte Matris non debere præsumptiones admitti, cum possit per Obstetrices, aut alios Assistentes partus probari*.

Nilque turbant ea, quæ dicuntur in contrario Restrictu *§.96.& seqq.*, videlicet quod probatio ista filiationis respectu Matris per Testes taxativè requisita dicenda non sit, sed admittantur aliæ etiam probationes, vel desumptæ ex Testibus, qui licèt partui non adfuerint,
431 justam tamen reddant scientiæ causam, vel ex præsumptionibus quoque, & argumentis, nè alioquin sequatur, quod mortuis Obstetricibus, & Nutricibus, aut aliis hujusmodi certis probationibus, temporis vetustate peremptis, Filius excludatur, quod iniquum esse dixit *Bero quæst. famil.90. num. 5. & 6.*, aliique, d. contrarii Restrictus locis allegati, ubi plurium Doctorum auctoritate, & sacri Auditorii resolutionibus Pars adversa demonstrare contendit, præsumptivas, & conjecturales probationes ad effectum probandi filiationem etiam respectu Matris frequenter admissas fuisse; Nil, inquam, hæc turbant, quia probare proposuimus, quod, quum agitur de filiatione respectu Matris, quæ à natura ipsa demonstrari dicitur, probatio, quæ nobis præbere potest certitudinem illam, quam hoc factum habet à natura, comparari potest solà Testium fide, Obstetricis nempè, Nutricis, & aliarum Personarum, quæ partui adfuerint, & Famulorum, qui eo tempore domi versati fuerint, & hæc est species illa probationis, quà in similibus quæstionibus Matrem certam reddi posse, Prætorem agnovisse refert *Ulpian. in lib.34. ad Edictum, ut ex leg.1. ff. de ventr. inspicien.*, & quamvis, si temporis antiquitate, vel alio casu, hanc pro-
432 bationis speciem periisse contigerit, absolutè non negemus, recipi posse alias probationes, ex regula illa, quod in subjecta materia probationum recipiendæ semper sint probationes omnes, per quas Judex ad veritatem assequendam pervenire potest; nihilominùs ex ipsarum contrariarum auctoritatum lectura perspicuè patet, quàm circumspectè, & quàm cautè Doctores, atque Tribunalia processerint, loco probationis desumptæ ex Testibus, admittendo illas dumtaxat, quæ promanabant ex argumentis, & factis, adeò univocis, ut præbendo moralem certitudinem maternæ originis, æquipollere quodammodò censerentur probationi desumptæ ex testimonio Personarum, quæ partui adstitissent, ut plenè demonstratum fuit in præteritis Scriptis, ad quæ me refero, nè inutiliter repetam, quæ in illis deducta fuerunt.

Quas profectò subsidiarias probationes longè urgeotiores, firmioresque esse oportebit, quando eædem non solùm infirmantur aliis extrin-
433 secis conjecturis, magis univocis, magisque invicem cohærentibus, *Paris. cons.29. num.89.*, *& num.113. lib.2.*, *Giovagnon.cons.6. num.51.*, *Gabriel. cons.25. num.6. lib.1.*, *Pontan. de aliment. cap.3. num.28.*, *Surd. decis.83. num.21.*, *Sperell. decis.184. num.93.*, *& num.109.*, *Rot. coram Carill. decis.136. num.14. in fin.*, *coram Priol. decis.141. num.11.*, *& decis.184. n.21.*, *coram Cels. decis.334. num.8.*, *in rec. dec. 167. num.16. part.3.*, *decis.263. num.8. vers. urgentibus potissimè part.12.*; Verùm, quod magis est, probationi filiationis, sive originis maternæ, quæ desumi contenditur ex præsumptivis dumtaxat argumentis, & conjecturis,
resistit gravior alia præsumptio, ex intrinseca 434
tum naturæ, tum Legis ratione promanans; hæc enim longè graviorum probationum onere gravare dicitur Partem illam, quæ jus omne suum ex d. filiatione desumit, juxta ea, quæ latè deducta fuerunt in præteritis meis Scriptis *§. Nilque turbant*; Domina enim Maria Hieronyma se dicit neptem Marchionis Nicolai Mariæ ex Antonia Calcia, ex qua primo juventæ flore, & dum Matrimonio juncta reperiebatur, Paula Maria Mater sua in lucem edita fuit, deindè verò ex eadem, dum in viduitate degebat, & grandi jam ætate provecta erat, Marchio etiam Nicolaus Maria progenitus dicitur, eamque quadragesimo octavo
ætatis anno concepisse, & quadragesimo nono 435
enixam fuisse asserit, quà sanè ætate, licèt nec impossibile, nec supra naturæ vires sit, ut Mulier concipere, ac parere queat, id tamen mirabile dicitur in *leg. si major 12.* verbis illis = *Licèt mirabilis hujusmodi Partus inveniatur* =, *Cod. de legit. heredib.*

Et rectè quidem Imperator eo loci partum
ab adeò annosa Muliere editum, mirabilem 436
appellavit, quia ex philosophicis principiis, plerumque Viris procreandi finis est annus sexagesimus quintus, fæminis quadragesimus quintus, ut plures è Medicorum cætu præclari Authores tradiderunt, nempè *Castr. de morb. mulier. lib.2. cap. 12. fol.90. in princ.*, *Lemn. de occult. natur. miracul. lib.4. cap.24. fol.463.*, *Philipp. Massar. prax. medic. lib.4. cap.6.*, *Ludovic. Mercat. de comm. mulier. effect. capit. 4. circa princ.*, *River. de sterilit. cap. 15. §. Ac primum*, *Benedict. Simbald. Geneantrapheje lib.2. tract.3. cap.13. col.292.*, & inhærendo naturalibus principiis, & rationi Legis, partum ætate istà à Muliere editum, mirabilem censuerunt etiam nostri, latè cumulati in præteritis nostris scriptis *§. At verò & seq.*, quibus addo *Rocc. disput. Jur. select. cap.194. n.103.*, hinc inferendo etiam, annosas istas Mulieres potius suppositi partus Reas, quàm veras Matres censendas esse, ut probatum est auctoritatibus, quas attulimus præcedentibus iisdem nostris scriptis *§. Quin imò ista*.

Assumptum istud facilè in hac Facti specie demonstrari posse arbitror, si sapientissimi Patres animadvertere dignentur, quod præfata
Antonia à nobis dicitur supposititia Mater 437
Marchionis Nicolai Mariæ, non quidem, ut eidem impingamus capitale delictum, quo, pro-

pro auferenda hereditate legitimo Heredi, aut
excludendo Fisco, vel alio Domino directo,
ad quem ob extinctionem lineæ Bona devol-
venda essent, partus non verus subjectus dica-
tur, de quo casu scripsit Boss. tract. variar. tit.
de Partu supposit. Pheb., decis. Lusit. 121.; Ut
etiam non versamur in alio casu, quo fucum
faciendo Viro seni, & valetudinario, Mulier
438 prægnantiam, & fictum partum supposuerit,
ut a credulo sene, subjectæ sobolis specie dece-
pto, commoda consequeretur, ut aliquando
contigisse, referunt Petr. Gregor. de republic.
lib. 14. cap. 1. num. 8., Maresc. de leg. publ. ind.
super Instit. tit. ad leg. Cornel. de fals. §. 7. nu-
mer. 41. vers. multoties, Ursaya Instit. crimin.
lib. 2. tit. 6. de crim. fols. num. 144., Basilic. de-
cis. crim. 7. num. 51. & seq., Carpzov. rer. cri-
min. part. 2. quæst. 93. num. 27., Zacch. quæst.
medic. legal. lib. 3. tit. 2. quæst. 8. num. 3. versic.
ceterum, Caldero decis. crimin. Reg. Consil. Ca-
thalon. 61. num. 1. & 20. tom. 2., Otthon. de le-
gitim. illegit. hypotypos 18. fol. 127. vers. partus
postremò suppositii, sed dicimus, Antoniæ
Calciæ adscriptum fuisse Filium istum ob alias
439 gravissimas causas, ex quibus Carolus Nicolai
Mariæ Pater occultato veræ Matris nomine,
& personâ, expedire censuit reperire Mulie-
rem, cui Filium istum affingeret, id, quod,
si magna liceret componere parvis, probare
possemus exemplo præclarissimi Principis, cui,
ut parceretur famæ veræ Matris, alia prætenta
fuit, adeò quidem ut domi suæ, suorumque
ignarus vivens, moriensque, bis in Matre de-
ceptus, semper alienam coluerit, nunquam
suam, ut narrant Famianus Strada de Bello Bel-
gico Decad. p. lib. 10. pag. 226. aliique, quos re-
fert Bail. dictionar. verb. Austria, quamobrem,
si etiam quum de partu supposito agitur in Ju-
dicio criminali, admittitur probatio desumpta
ex conjecturis, & præsumptionibus; quanto
fortius illæ urgebunt in casu nostro, in quo res
civiliter agitur, & suppositio partus facta di-
440 citur, ut parceretur famæ veræ Matris, hoc
enim casu in dubium venire nequit, quin talis
suppositio nemini præjudicialis, & difficilis
alioquin probationis, probata dici queat longè
levioribus conjecturis, & præsumptionibus,
quæ in similibus Causis semper admittuntur,
easdemque non oportet esse à Lege adprobatas,
sed satis est Judicis animum informare, ut
in nostra specie tradunt Boss. de Partu supposit.
num. 13. & seqq., & num. 30. & seqq., Menoch.
de arbitrar. cas. 116. n. 7., & de præsumpt. præ-
sumpt. 58. num. 7. lib. 1., & præsumpt. 24. nu. 2.
lib. 5., Farinacc. de falsit., & simulat. quæst.
150. part. 10. num. 245., Mascard. de probation.
conclus. 1347. num. 3. & seq., & nu. 29. & seq.,
Caranza de Partu natural., & legit. capit. 5.
sect. 1. num. 51., Cost. de fact. scient., & igno-
rant. cent. 1. cas. 87. num. 14., Joan. Bonifac. in
tract. de furt. §. Corporalis num. 44. vers. quo-
modò autem, in spe ie Polidor. Ripa de nocturn.
temp. cap. 161. nu. 1. & 2., Basilic. decis. crim. 7.
num. 53. vers. quomodò autem probatur, & ver-
sic. probatur etiam & seqq., Socin. Jun. con-
sil. 90. num. 17. lib. 2., Card. Tusch. practicar.
conclus. lit. P. conclus. 110. num. 1., Zacch. quæ-
stion. medic. legal. lib. 3. tit. 2. quæst. 8. num. 5.,
Ursaya Instit. criminal. lib. 2. tit. 6. num 145.,
Caldero. decis. crimin. Reg. Consil. Cathalon. 67.
num. 18. & seq. tom. 2., Barbos. axiomat. Jur.
lib. 14. cap. 9. de Partu axiom. 3., quorum de-
mum agmen claudit Pheb. decis. Lusitan. 121.
num. 7. & seqq., & num. 18. & 19., in cujus
casu agebatur de excludendo Fisco, qui succe-
dere volebat in defectum Successorum, sic no- 441
tabiliter inquiens d. num. 7. = Sed huic funda-
menta facilis est responsio, quod in ea Processu
civiliter de crimine partus suppositi actum fuit,
& sic non erat necessaria ea probatio, quæ re-
quiritur in d. leg. ultim. Cod. de probat., minor
enim probatio tunc requiritur, ut colligitur ex
his, quæ tradit Bartol. in leg. si quis ex argenta-
riis §. Heredi ff. de eden., & ex Jason. ibidem
tradit alios referens Ægid. Boss. in nostris termi-
nis in tit. de Partu supposit. num. 13., ubi ad hos
ponderat Text. in Capit. afferre de præsumpt.,
quem etiam ponderavit Gomes. de delict. cap. 12.
num. 24. vers. item principalitèr quarto ad m:d.,
& probat mihi Text. in leg. Dolum Cod. de dol.,
ubi Scribentes notant, dolum ex indiciis, & con-
jecturis probari, cum tamen dolus crimen sit,
ff. crimin. Stellionat., sed in d. leg. dolum de
judicio civili agitur, quod satis colligitur ex ti-
tulo, in quo posita est &c. =, & num. 10. ita
prosequitur = Præterea, ubi agitur de crimine
difficilis probationis, ut est crimen partus suppo-
siti, indicia, & conjecturæ sufficiunt, leg. non
omnes §. A' Barbaris ff. re militar., Testes etiam 442
minùs idonei recipiuntur, leg. consensu &c., &
num. 11., ibi = & cum partus suppositus simulatio
quædam sit, dubium non est, simulationem ex con-
jecturis, & indiciis probari, ex his, quæ tra-
dit Jason. in leg. cum ea num. 4. Cod. Transact.,
nec tunc indicia indubitata, & præsumptiones à
lege adprobatæ requiri videntur, sed quæ Judi-
cis animum satis informare, atque crimen per-
fundere videantur, ut colligitur ex notatis per
Scribentes ex leg. admonendi ff. de jurejur. tra-
dit Ægid. Boss. ubi supra nu. 33. cum seqq. &c.,
subdens nu. 13. & cum in proposita casu hæc om-
nia concurrerent, nempè crimen difficilis proba-
tionis, dolus, atque simulatio, & delictum ci-
vilitèr intentatum, sufficere videbantur indicia,
& præsumptiones, quæ de eo crimine adduce-
bantur, = & ita demum concludit n. 19. & 20 =
ex quibus omninò amplectanda est sententia Se-
natus Supremi, & pro ea semper judicandum in
casu simili, quando actum fuerit civilitèr de
crimine partus suppositi, si autem agatur crimi-
naliter, recurrendum erit ad d. legem Regiam,
& ad Text. in leg. Cornelia &c. = Suppositio
namque partus pertinere dicitur ad crimen 443
falsi, Cujac. in lib. 9. Codic. tit. 22. ad leg. Cor-
nel. de falsis tom. 5. oper. posth. fol. mihi 1497. &
seqq., Boss. de Partu supposit. num. 16. in fin.,
Mynsing. in §. Item lex Cornelia de fals. num. 6.
Instit. de public. Judic., Judoch. in Enchiridion.
rer.

rer. crimin. cap.123. num.22., Farinacc. de falsit., & simulat. quæst.150. num. 39., Matthen. de re crimin. contr.38. num.10., Carpzov. rer. crimin. part.2. quæst.53. num.22., & quæst. 61. num.7., Antunez. de Donat. tom.2. part.3. capit.33. num.8., Basilic. decis. crimin. Sicil. decis.7. sub num. 51. vers. Partus verò suppositi,
444 proindeque, cum res agitur civiliter, & sola suspicio falsitatis pro falsitate habetur, Bartol. in leg. si quis ex argentariis §. final. ff. de eden., Bald. in leg. si veritas col.1. Cod. de fideic., Noguerol. allegat.26. num.147., Galeot. contr.39. num.64. lib.2., Caren. resolut.120. numer.16., Matthen. de re crimin. contr.76. num.50., Merlin. Pignattell. controv.78. num. 10. lib. 2., in dubium venire nequibit, quin in nostra specie, sufficiant præsumptiones, & conjecturæ, juxta concordantes auctoritates, jam allegatas.

Illæ autem fortiùs urgebunt in casu nostro, tum quia, si relevantia probationum istiusmodi suppositionis, sive falsitatis, commensura-
445 ri solet ex malitia, & dolo atque gravitate, vel levitate præjudicii, quod alteri irrogat, Marescot. de legib. public. Judic. super Instit., Justin. in tit. ad leg. Cornel. de falsi. §.7. n.41., ubi postquam dixerat, pœnam partus suppositi esse capitalem, subdit = Intellige Aphorismum, dummodò partus suppositio sit admissa in fraudem Tertii, ac dolo malo cum illa valeat etiam considerari absque criminis labe =, Peguer. decis. 80. num.8. & 15., Carpzov. rer. crimin. part.2. quæst 93. num.29., & num.38. & seqq., & numer.35. & 62., Lara in compend. vit. homin. capit.8. num.42., ibi = Credo tamen quod ex qualitate personæ, cui partus supponitur, & ejus facultatibus augeri, vel minui debeat pœna, nam si ex partùs suppositione nulli damnum sequeretur saltem considerabile, ut puta si esset Uxor pauperis, aut inopis, qui nihil haberet in Bonis, qui partum supposuerit fortè, ut Mariti affectionem haberet, ferè nulla pœna esset ei imponenda, nam falsitas, ut puniatur, duo con-
446 tinere debet copulativè, dolum, & damnum Tertii &c. = eadem, utpotè tempore, quo fuit conficta, nemini noxia, probari proculdubio poterit, præsumptionibus, & conjectu-
447 ris, longè levioribus illis, quæ requirerentur in Judicio criminali, vel etiam in civili, in quo reparandum esset damnum, ex commissa falsitate alteri irrogatum, per ea, quæ tradunt Becc. cons. 52. num. 45. & seqq., Aymon. consil.156. num.7. & 14., Dec. cons. 543. nu. 19., Alexand. cons.198. num.10. lib.7., Gratian. discept. forens. cap.950. num.47., Rot. decis.702. num.5. part.4. divers., in rec. decis.198. num.2. & 3. part.14., decis.54. num. 17. part. 17., & coram Merlin. decis 714. num.3. & seqq., & decis.737. num.4.; Tum etiam quia, pro excludenda partus suppositione, non concurrit fa-
448 vorabilis illa præsumptio, desumpta ex legitimo Matrimonio, & Conjugum cohabitatione, ut omissis generalibus, in proposito advertit Caranza de Partu legitim. cap.5. sect. 1. num.54. vers. in Civilibus, & præterea deficit tractatus, & quasi possessio filiationis, ut prosequitur idem Caranza loco citat., & in eisdem 449
terminis tradunt Menoch. de præsumpt. lib.5. præsumpt.24. num.29. vers.5. diluitur, Joan. Bonifac. in tract. de furt. §. Corporalis numer. 46. vers. cum Filiis infantibus, Polidor. Ripa de nocturn. temp. cap. 162. num.55. & seq.

Et quamvis in Judicio civili, de quo agitur, superfluum videatur inquirere causam suppositionis, eam namque ex notis regulis supplent conjecturæ, ad differentiam alterius casus, in quo de partus suppositione ad publicam vindictam ageretur in Judicio criminali, vel in Judicio civili verus Bonorum Successor partum supposititium declarari contenderet: nihilominus, si de causa quæratur, hanc nobis antefaeit quædam epistola clar: mem: Stephani Pallavicini Principis Gallicani, Fratris Caroli, & respectivè Patrui Nicolai Mariæ, qui illum ad Sac: Fontem extulerat, hic autem intelligens, quod Princeps Nicolaus Pallavicinus litem super donatione instaurare moliebatur contra Nicolaum Mariam Fratrem suum naturalem, detestatur istius consilium, quippè verebatur, quod ex prosecutione hujus Causæ panderentur arcana quædam, offensionem pluribus, & dedecus eorum domui allatura: ideòque de tali Causa loquens, optat, ut illa Senatus auctoritate conficiatur = Già è fatta Causa palese à tutto il Mondo, e particolarmente in questa Corte, & ogn'uno stà aspettando gl' effetti della loro prudenza, (Senatus videlicet), è certo, che chi tratterà questa Causa, non metterà a mezzo cose scandalose, ne esame de testimonj, che possino pregiudicare alla reputazione della Casa &c. = In dubium autem venire nequit, quin his verbis indigitata fuerit gravissima aliqua causa, ob quam Princeps Stephanus execratur prosecutionem litis, promulgaturæ cose scandalose &c., che possino pregiudicare alla riputazione della Casa - quænam autem alia esse potuit gravissima hæc causa, nisi illa occultandi veram Matrem Nicolai Mariæ; scandala enim nulla, pericula nulla, timeri poterant, nullumque dedecus familia susceptura erat, si ex Testium examine compertum fuis-
set, Carolum suscepisse filium ex illa humilis 450
conditionis Muliere, ut reverà, nil mali evenit, cum eadem, ad sensum contrariorum Testium, apud plures, uti talis reputata fuit, contra verò nemo non videt, quanta mala, atque perturbationes Familiæ attulissent Testes, qui dicerent, Marchionem Nicolaum Mariam susceptum fuisse ex fortuito complexu cum aliqua illustri Muliere; Cum igitur superius recensita verba, innuant gravissimam causam, ob quam non expediebat, Testium examine in medium proferri cose scandalose &c., che possino pregiudicare alla reputazione della Casa, malum autem istud aliud esse non posset, quàm in apertum proferre veram Matrem Nicolai Mariæ, nilque aliud in concreto rei, de qua agitur, excogitari possit nec exadverso iudice-

tur id, quod tanto ſtudio occultari mereretur,
dicendum eſt, quod verba illa referenda ſint
ad cauſam hanc, utpotè proportionatam ſu-
bjectæ materiæ, atque aptam ad excitanda
mala illa, quæ tantum ſcandalum, & offen-
ſionem allatura timebantur, *Alex. conſ.60. in
fin. lib.7.*, *Barboſ. axiom.* 222. *num.* 8. *&* 30.,
ubi concordan. *Baſtill. contr. lib.5. part.* 2. *ca-
pit.86. num.3.*, *Tiraquell. de revoc. donat. verb.
revertatur num.37.*, *Surd. deciſ.* 11. *num.* 16.,
deciſ.43. num.16. & 17., *& deciſ.288. nu.43.*,
& deciſ.322. num.29., *Rot. coram Ludoviſ. de-
ciſ.511. num.24.*, *coram Merlin. deciſ.607. nu-
mer.5.*, *coram Celſ. deciſ.10. num.15.*, *coram*
451 *Ottbobon. deciſ. 44. num.* 18., ſimilemque ra-
tionem evitandi ſcandalum, & tuendæ exiſti-
mationis, pro ſufficienti ſimulationis cauſa
admiſit *Rota coram Merlin. deciſ.* 321. *nu-
mer.3. & ſeq.*, *deciſ.423. nu.2. verſ. nec deficit,
& deciſ.714. num.9.*

At verò, ſi, ut jam probavimus in §. *Aſ-
ſumptum iſtud*, ſuppoſitio partus probari poteſt
conjecturis, & præſumptionibus, præſertim
verò cum agitur judicio civili, ſi prætereà edo-
cemur auctoritatibus omnibus d. loco allega-
tis, non requiri conjecturas, & præſumptio-
nes à Lege adprobatas, ſed ſatis eſt quod Ju-
dicis animum de ſuppoſitione partus informare
queant, in dubium venire minimè poſſe vide-
tur, quin in noſtra hypotheſi non ſolum ſapien-
tiſſimi Patres ſufficienter informati, ſed certi
omninò redditi dici poſſint de ſuppoſitione
partus cum pro hac ſuadenda validiſſimæ etiam
urgeant conjecturæ, quas latè recenſuimus no-
ſtris prætéritis Scriptis à §. *Jam verò ad plur.
ſeqq.*, quaſque hìc brevitatis amore omitti-
mus, vel ſaltem id certè nobis dandum erit,
quod hoc caſu longè firmiores, plenioreſque
eſſe oportet probationes, pro adſtruenda ve-
ritate partus adferendas; quamobrem, ſi ſem-
per Actori, qualis eſt D. Arnalda, onus conclu-
dentis probationis impoſitum reperitur, ſi iſtud
magis aggravatur, quando verſamur in Judicio
petitorio, & deciſorio pro adipiſcenda irrevo-
cabiliter ſucceſſione, & Bonorum dominio,
ſi denique longè pleniores, firmioreſque re-
quiruntur probationes, quando earumdem ro-
bur infringitur contrariis præſumptionibus,
profectò dicendum videtur in noſtra hypothe-
ſi, quod D. Arnalda juvari nequeat, niſi illo
probationum genere, quæ tamquam frivolis,
disjectis prorſus quibuſcumque contrariis præ-
ſumptionibus, & argumentis, rei, quaſi di-
cam, evidentiâ demonſtrent, Nicolaum Ma-
riam natum eſſe ex Antonia; ipſa enim nedum
eſt Actrix, in Judicio petitorio vindicare con-
tendens ſucceſſionem, & quidem Defuncti il-
legitimi, à qua Fiſcum excludere nequit, niſi
452 ſe illi conjunctam doceat ex latere materno,
verùm, quod magis eſt, pro excludenda con-
junctione iſta urgent naturæ, & Legis præſum-
ptio, aliæque conjecturæ, imò demonſtratio-
nes, quæ ſi eam excluderent, tametſi repe-
riretur in vera, ac plenè probata quaſi poſſeſ-
ſione conſanguinitatis, fortiùs proculdubio ur-
gebunt in caſu noſtro, in quo tali quaſi poſſeſ-
ſione penitus ipſa deſtituitur.

Excluderent, inquam, tametſi fulcitam
beneficio quaſi poſſeſſionis, tum quia, quo- 453
ties hæc nitidiſſima non eſt, & agitur in Judi-
cio deciſorio, non ſuffragatur, juxta ea, quæ
latè deducta fuerunt §. *Fruſtra igitur Pars ad-
verſa*, iſto enim caſu, ut Reus abſolvatur,
illi ſatis eſt dubias reddidiſſe Actoris probatio-
nes, ex illo omnium ore trito effato: Actore 454
non probante, Reus abſolvitur, ut dictum fuit
in §. *Jure igitur*, tum etiam quia, ſi quoties
urget juſta aliqua ſuſpicio, & dubitatio de fi-
liatione, tractatus, & quaſi poſſeſſio non no-
cerent iis, qui alioquin veri Parentes, ac Con- 455
ſanguinei cenſeri poſſent, *Rota coram Dunoz-
zet. Iun. deciſ.964. num.* 2., *coram Carill. de-
ciſ.136. num.14.*, *coram Priol. deciſ.141. n.16.
& ſeq.*, *in rec. deciſ.100. num.26.*, *deciſ.212.nu-
mer.10.*, *deciſ.429. num.9. & ſeqq.*, *deciſ.465.
num.31. part.19.*; maximè, quum agitur de
partu edito extra figuram Matrimonii, ut præ-
ter deducta in §. *Illæ autem fortiùs in fin.*, tra- 456
dunt *Soccin. Sen. conſ.65. num.2. in fin.*, *Goz-
zadin. conſ.* 12. *num.*12., *Petra de fideicommiſ.
quæſt.11. nu.482. in fin.*, *Surd. deciſ.83. n.21.*,
Sperell. deciſ. 174. *num.*95. pluresque alii al-
legati à *Fermoſino in cap per tuas quæſt.*1. *n.*21.
de probat., *Rota coram Priol. deciſ.*141. *nu.* 17.
quid dicendum, ſentiendumque erit in caſu
noſtro, in quo concurrunt tot graviſſimæ præ-
ſumptiones, juſtam ingerentes ſuſpicionem
ſuppoſitionis partus, hoc enim caſu, quum 457
agitur in Judicio civili, & deciſorio, quaſi poſ-
ſeſſio, & tractatus nullo numero habentur,
ſed reputantur figmenta quædam adhibita ad
augendam fidem quod partus ſuppoſitus, eſſet
verus filius, *Boſſ. de Partu ſuppoſit. num.*10. *in
fin.*, ibi = *ex iſtis etiam dico, quatenùs fieret
fundamentum, quod Pater, & Mater tractaſ-
ſent eum pro filio, & conſequenter diceretur,
quod eſſet præſumendus filius, donec probatum
eſſet contrarium, ut dixi ſupra, quod ineptè
fieret, quia ad augendam fidem figmento, quod
eſſet filius, ſic erat faciendum, & aliter ſimula-
tio fuiſſet admodùm inſipidè tecta, & nihil aliud
eſſet dicendum, quàm quod crederetur ſuſpectis
de fraude, & dolo* =, *Farinacc. de falſit. quæſt.*
150. *num.246. verſ. amplia* 6., *Maſcard. de pro-
bat. concluſ.* 1147. *num.26. & ſeqq.*, *Carauz. de
Partu natural., & legitim. cap.5. de Partu ſup-
poſit. ſect.2. num.90.*, *Scoppa in Schol. ad Mer-
lin. Pignattell. part.2. capit.85. ſub numer.*81.;
Quamobrem, tametſi per malam hypotheſim
à Parte aduerſa aliqui adferrentur tractatus, &
agnitiones, quæ D. Arnaldam in apparenti
quaſi poſſeſſione conſtituere potuiſſent, reij-
ciendæ eſſent tamquam figmenta adhibita ad
colorandam ſimulationem non veræ filiationis,
ex mox allegatis auctoritatibus.

Verùm enim verò nulli prorſus exadverſo
adferuntur actus, ex quibus talis agnitio, & tra-
ctatus deſumi poſſint, nam ſi ad id probandum
iterum

iterùm adferantur quędam largitiones factæ si-
458 ve Paulæ Mariæ, sive D. Arnaldæ; quod atti-
net ad primas, relato tenore plurium episto-
larum, recte in facto observat D. Substitutus
Commissarius §.45. & *seqq.*, quod illæ, non-
nisi titulo eleemosynę semper a Paula Maria
petitæ, ac receptæ, & à Marchione Nicolao
Maria factæ leguntur, &, quod magis est,
plurium annorum spatio semel, atque iterum
suspensæ reperiuntur, ex quo consurgunt duo
validissima argumenta excludentia prorsus
quamcumque speciem agnitionis, & tracta-
tuum, qui ex eisdem eliciuntur; Primum
est, quod si illæ factæ apparent titulo eleemo-
synę, & meri subsidii charitativi, talis titu-
459 lus certè excludit illum consanguinitatis, ex
qua exadverso factæ prætenduntur, ut in pro-
posito notavit *Rota in Romana Filiationis* 21.
Novembris 1710. *§.Minùs attento cor. R.P.D.
Aldovrando*; Alterum est, quod similes actus,
tametsi diuturno tempore continuati, utpote
tamen ad aliam causam referibiles, nullam præ-
460 bent justam conjecturam conjunctionis, sive
consanguinitatis, *Bartol. in leg.* 1. *§. Quod
Senat. Consult. numer.* 3. *ff. de liber. agnoscen.
Clementin. de Patr. potest. effect.* 17. *num.* 64.,
*Asin. in prax. part.*2. *cap.*19. *num.*3. *§. Contra
riam*, *Dulph. contr.*149. *num.*9., *Rot. in recen.
decis.*100. *num.*16., & *nu.*35. *part.*19., *in Ro-
mana Filiationis super bonis lure* 8. *April.* 1707.
§.Præsertim coram bon: mem: Omanna, & *in
Romana Filiationis* 21. *Novembris* 1710. *§. Nec
aliquid coram R.P.D. Aldrovando*, multo ita-
que minus iidem in nostra hypothesi suffragari
poterunt Parti adversæ, quia perpauci sunt,
præterea longis temporum intervallis intermis-
si apparent, & denique, quum Marchio Ni-
colaus Maria illos reassumpsit, id egit victus
461 vehementibus, atque importunis precibus Pau-
læ Mariæ, eidem improperantis sedulam cu-
ram, & assiduos labnres ab ipsa impensos in
illo educando, dum infantilem agebat ætatem,
quisque autem recto sensu præditus secum re-
putet, an ex similibus præstationibus, & qui-
dem modicæ quantitatis titulo eleemosynæ fa-
ctis sive veriùs per importunas preces interpo-
latè extortas à Viro, alioquin opulentissimo,
atque munifico, elici possit tractatus ullus, aut
conjectura inducens quasi possessionem con-
sanguinitatis, *Rotu in rec. decis.* 289. *numer.*5.
vers. deindè part. 1., *in Romana Filiationis* 21.
Novembris 1710. *§. Quartum argumentum cor.
R.P.D. Aldovrando*.

Parvi proindè refert, quod Paula Maria in
quadam epistola impensiùs rogans Marchio-
nem Nicolaum Mariam, nè præstationes, aliàs
ipsi subministratas subtraheret, scripserit = *Sà
V.S., che la carità prima si fà ai suoi* = nimis
enim remotâ inductione hinc elici contenditur
tractatus ullus, aut agnitio, quia Paula Maria
non recessit a titulo eleemosynæ, & charitatis,
quo præcedentes subministrationes petierat,
atque receperat, atque etiam, quia, si ad effe-
462 ctum inducendi tractatus, & agnitiones requi-
ritur, quod actus sint mutui, atque reciproci
quibus asserti Consanguinei invicem se tales
vocitaverint, quonam pacto conjectura ulla
elici poterit ex simili expressione non quidem
facta, ut oporteret, à Nicolao Maria, de cu-
jus successione, & Bonis agitur, sed à Paula,
& denique quia, si nihil frequentius apud Do- 463
ctores, & *Sacræ Rotæ decisiones* habetur, quàm
quod expressa denominatio alicujus in Filium,
nullo pacto eum constituere potest in quasi
possessione filiationis, aùt fraternitatis, nisi fa-
cta reperiatur in actibus proportionatis insti- 464
tutionis, donationis, legitimationis, aut his
similibus, profectò nullo numero habenda erit
conjectura desumpta ex illo æquivoco prono-
mine = *suoi* =, quod passim accipitur, atque
refertur ad Familiares, & Famulos, ut ait *Ul-
pian. in leg. Servos autem* 71., ibi = *Sed qui
bona fide Testatori serviunt, suorum appellatione
magis est, ut contineantur, ff. de legat.* 3. =, in quo 465
sensu illud verè accepit Paula Marià illis im-
mediate subjunctis verbis = *Io sono sua Serva.* =

Quod vero attinet ad subministrationes, quæ
post istius obitum factæ dicuntur D. Mariæ
Hieronymæ ejus Filiæ, si hæ afferrentur, re-
currerent ea omnia, quæ mox diximus de illis
factis Paulæ Mariæ, sed reverâ illæ non adsunt,
nam, ut plures examinando epistolas D. Ar-
naldi, & D. Arnaldæ tùm immediatè post obi-
tum Paulæ Mariæ secutum mense Augusto an-
ni 1699., tum deinceps scriptas Marchioni Ni-
colao Mariæ Pallavicino, benè observat Do-
minus Substitutus Commissarius, ex eisdem
perspicuum fit, quod, licèt expositis maximis
rei familiaris angustiis, quibus premebantur,
& de quibus certiorem reddiderant Nicolaum
Mariam, semper institissent pro subministra-
tione alicujus eleemosynæ, noscentes sè cane-
re surdo, diù siluerunt, rejecti acribus illis
verbis, quæ D. Arnaldus refert in quadam epi- 466
stola die 4. Martii 1702. Nicolao Mariæ scri-
pta, his verbis = *Dopo che V. Eccellenza colla
sua delli* 3. *Luglio* 1700. *mi fece intendere*, *che
siccome li Benefattori prendono il motivo dell ar-
bitraria elemosina dalle Divine ispirazioni*, *così
devosi dall'evento di essa dipendere, e che ciò ser-
visse di regola à chi nè faceva le reiterate istan-
ze*, *così io non hò mai più ardito d'importunarla,
nè permesso, che la Signora Maria Girolama mia
li facesse*, *mà ora vedendomi passato tanto tem-
po &c.* =, & nonnisi post novem circiter anno-
rum intervallum idem in alia epistola data die
3. mensis Octobris anni 1711. acriter dolet,
vehementerque conqueritur, verbis illis = *So-
no trent'anni è più*, *che vivo servitore di V. Ec-
cellenza*, *e mai mi è riuscito vedere trà tanto
tempo un minimo atto di gradimento*, *nè tampo-
co à mia Consorte unica reliquia della Casa Cal-
cia*, *già ambo siamo in età avanzata*, *li figlioli
sono otto &c. domando per essi qualche caritate-
vole soccorso*, *perche pesa molto il loro stato* =,
sed frustrà conatus suos impendit, nihil enim à
Nicolao Maria obtinere, aut extorquere po-
tuit, sed nonnisi anno 1713. permotus preci-

bus cujusdam Patris Trinitarii, Romam advenientis, illius ministerio, & operâ transmisit D. Arnaldæ scuta quinquaginta, & quidem titulo eleemosynæ, ut constat ex hodierna Facti §.49., Reverendiss. itaque Patres, pro suâ religione, & prudentia, secum reputent, quonam colore exadverso obtendi possit ulla quasi possessio consanguinitatis, quando ex contrariâ confessione ab ipso D. Arnaldo emissa in suis epistolis, plenè, ac concludenter probatur contrarius status negativus, & quidem tricenarius, in cujus decursu conqueritur, sè nunquam quidpiam recepisse ab illo, quem suæ Socrus Fratrem, & suæ Uxoris Patruum hodie dicit.

467 Profectò, si quasi possessio in subjecta materia tunc solum adesse dici potest quando concurrunt univoci, diuque continuati actus, eâ proculdubio juvari non poterit D. Arnalda, quæ triginta annorum spatio, nullum istiusmodi actum adferre potest.

Demonstrato itàque, quod argumentum nullum elici potest ex dd. subministrationibus, titulo eleemosynæ aliquando, & per intermissa tempora Paulæ Mariæ, & semel tantùm factis D. Arnaldæ, frustra Pars adversa agnitiones, & tractatus desumere conatur ex eo, quod D. Maria Hieronyma Paulam Mariam, Matrem suam, Sororem Marchionis Nicolai Mariæ, & sè ejusdem Neptem dixerit in tribus epistolis, quas illi scripsit; mirum namque videtur, quomodo illa ausa fuerit asserere, id quod Paula Maria in tot suis epistolis exadverso exhibitis, nunquam dixit, licèt, pressa angustiis, pro consequenda alicujus subsidii subministratione, non omiserit revocare ad memoriam Marchionis Nicolai Mariæ servitia illi præstita in infantili ætate, quando efficacius illum movisset commemoratione consanguinitatis, de qua tamen Paula Maria locuta non fuit, quia noverat, Antoniam non fuisse veram; sed supposititiam Matrem Nicolai Mariæ, quod fortè non novit D. Arnalda, decepta figmentis, quibus hæc suppositio colorata fuit? Et sanè, si proferrentur epistolæ responsivæ Nicolai Mariæ, error hic sublatus illico appareret, ille enim conscius suæ veræ Matris, verisimile est, quod acribus verbis eam increpaverit, quemadmodum graviter coercuit quando ipsa, ejusque vir pro alicujus charitativi subsidii præstatione eum importuniùs urgebant; Frustrà igitur afferuntur solæ epistolæ D. Arnaldæ, ex quibus sè in eisdem enunciando Neptem Nicolai Mariæ, nullum tractatum, & agnitionem acquisivisse potuit, nisi exhibeantur ejusdem responsiones, quibus illam in Ne-

468 ptem agnoverit, ob eam rationem, quod in subjectâ materiâ, nedum requiruntur actus reciproci, sed proficisci ab eo debent, de cujus successione agitur, prout docuerunt *Marcabrun. cons.13. num.93.*, inquiens, requiri consensum, ac reciprocum tractatum inter Patrem, & Filium pro inducendâ ex epistolis quasi possessione filiationis, aliique, dd. locis allegati.

Non absimilis responsio datur cuidam epistolæ D. Simonis Pallavicini, qui dum agebatur de Testibus adhibendis in examine pro adscriptione nobilitati Reipublicæ Januensis, scripsit Nicolao Mariæ, inducendam esse Paulam Mariam, quam enunciavit ejus Sororem uterinam. Nam, si, ut latè probavimus superioribus locis, Antonia Calcia, fuit supposititia Mater Nicolai Mariæ, inventa, ut incolume servaretur nomen veræ Matris, dicendum proculdubio est, quod studio omni curatum fuerit, ut colore aliquo talis suppositio tegeretur, ac per consequens oportuit plures hac credulitate decipi, quorum unus esse potuit D. Simon Pallavicinus, qui tempore, quo natus fuit Nicolaus Maria, cum esset duodecim dumtaxat annorum, opinionem hanc in tenerâ ætate, semel acceptam, faciliùs retinuit, in eâ confirmatus figmentis, quæ semper adhibita fuerunt ad tegendam suppositionem istam. Quisque ergò, justâ ratione secum reputet an ex simili epistola argumentum ullum filiationis elici possit, quando in nostra specie cautum reperitur, ut non epistolis, non assevera- 469 tionibus ab ipso etiam Patre factis, probata dici possit filiatio, atque consanguinitas, juxtà *Textum expressum in leg. non epistolis Cod. de probat.*, ubi egregie *Cynus* relatus à D. Substituto Commissario *§.64., Peregrin. de Fideicom. art.43. num.72., Excobar. de puritat. & nobilit. Sanguin. par.2. quæst.6. §.4. num.4., Mascard. de probat. conclus.788. num.15., Capyc. Latr. decis.151. num.23., Rot. in recen. decis.8. n.6. & seqq., & decis.347. ex num.17. par.12.*, aliique relati in præteritis scriptis *§. Profectò omisso & seqq.*, ubi animadverti, quod, tametsi 470 exhiberentur epistolæ, in quibus adessent reciproci tractatus, quibus Scribentes sè in Consanguineos agnovissent, seque tales vocitassent, nihilominus tales actus, talisque agnitio, prodesse ad summum posset pro consequendis alimentis, aliaque simili provisione obtinendâ in Judiciis possessoriis, at non etiam pro adipi- 471 scendâ successione cum irrevocabili acquisitione dominii in Judicio petitorio, maximè verò, quando non agitur cum Heredibus, aut aliâ Personâ, quæ repræsentet Defunctum, à quo tales tractatus processerunt, sed agitur de vindi- 472 candis Bonis à Tertio, qui independenter à persona Defuncti, Jure suo, beneficio nempè Legis, directè illi impartito, vocatur ad successionem, qualis est Fiscus succedens in Bonis vacantibus, juxtà plenè deducta in *§. At verò si ratio, & plurib. seqq.*

Ex quo promanat responsio argumento, exadverso desumpto ex eo, quod Marchio Nicolaus Maria dd. literas tùm D. Arnaldæ, tùm D. Simonis retinendo, inque ejus dorso, suo charactere, adnotando à quo illæ scriptæ fuerint, easdem adprobasse censeatur, ac per consequens non desit mutuus consensus, & tractatus 472 præseferens agnitionem ab ipso factam, quia si Fisco, ab eo causam non habenti, non nocerent veræ & expressæ agnitiones, & denominatio-

nes,

nes, quibus ipse in literis à se scriptis D. Arnaldam neptem vocitasset, ut in *§. præcedenti*, quomodò eidem præjudicare poterit tacitus iste tractatus desumptus ex actu adeò æquivo-
473 co, & remoto, qualis est retentio istiusmodi epistolarum? Licèt enim verior fortasse sit sententia eorum, qui censent, ex simili scripturarum retentione elici minimè posse adprobationem eorum, quæ in eisdem enunciantur, juxtà animadversa in præteritis scriptis *§. Denique minùs officit*; Nihilominus si procedendum esset cum opinione Doctorum, contrarium sententium, in dubium venire nequiret;
474 quin ex tali actu elici nequeat expressa, sed quædam solummodò conjectura dictæ tacitæ adprobationis, quæ ut eandem concludat, duo
475 requiri videntur, videlicet, quod talis conjectura aliquo coadjuvetur adminiculo, & non elidatur aliis contrariis, tacitam hanc adprobationem excludentibus, ut tradit *Abb. in Capit. Non injustè de Procurator., Genua de scriptur. privat. lib.3. tit. de epistol. num.131., Peregrin. de Fideicom. art.43. n.73. vers. si autem principalis materia*; Quodque præterea versemur in materia prorsus indifferenti, & in
476 qua facile solo præsumpto consensu tacita approbatio atque confessio induci possit, eò quod nullam habeat Juris resistentiam, quæ expressam, vel equipollentem expresso exposcat probationem, ad notata per Doctores *in Capit. Cum M. Ferrarien. de Constit., Gratian. disc. ept. forens. cap.259. n.13. & seqq., Grass. de Contract. minor. inspect.2. quæst.25. n.1. & 2., Bonden. collect. legal.50. num.132. lib.2., Rot. coram Buratto decis.82. n.17. & seqq.*; Utrumque deficit in casu nostro, nam, ut dictum est superioribus locis, Marchio Nicolaus Maria, donec in humanis fuit, nihil unquam dixit, aut gessit, quo Paulam Mariam in Sororem, & D. Arnaldam in neptem agnoverit, easdemque nunquam nuncupando nominibus hisce appellativis, nomine dumtaxat proprio vocavit, & importunis precibus ab illis lacessitus ad subsidium aliquod titulo eleemosynæ elargiendum, difficilè flecti potuit, & perrarò id præstitit, acribus verbis egenas, & supplices increpando, admonendoque, quod non suis precibus, sed ex superna inspiratione illas sè impetraturas sperarent, Pars itaque adversa hęc conciliet, atque compatibilia reddat cum tacita illa adprobatione, quam ex dd. epistolarum retentione elicere conatur.

Deficit etiam alterum, quia non tractatibus, non nostris consensibus cognationes, & con-
477 sanguinitates, sed à natura contrahuntur, juxtà ea, quæ probant in *Leg. non epistolis 13. & leg. seq. Cod. de probat. leg. neque professio 5. Cod. de Test., Salycet. in leg. non ignorat Cod. qui accusar. non poss., Bald. in cap. Per tuas de probat., Afin. in prax judic. par.2. cap.45., & cap.46.*, latè *Scopp. ad Merlin. Pignatell. cent.2. cap.85. num.1.*, proindeque, si, ut sæpè di-
748 ctum fuit, agnitiones, quasi possessio, & his similia non prosunt, nisi quando, horum omnium probatio nitidissima est, adeò quidem, ut vincat contrariam præsumptionem, & resistentiam Juris, quonam pacto Pars adversa clarissimam hanc, atque superlativam probationem elicere poterit ex istiusmodi retentione, quâ præsumi solum potest probatus actus, 479
prout asseritur in scriptura retenta, non autem quod ità fuerit gestus, prout asseritur, *Ripa in leg. admonendi num.139. ff. de Jurejuran., & in cap. Cùm M. Ferrariensis num.132. de Constit., Caman. cons.177. ad fin. vers. erunt ergò tres casus, Alb. cons.438. num.5. & 6., Caball. cons.123. n.5. lib.2., Carocc. de Deposit. par.1. pag.86. num.9., & de excuss. Bonor. quæst.6. par.2. num.64., Gabriel. comm. conclus. lib.1. tit. de præsumpt. conclus.2. num.9., Menoch. de præsumpt. lib.3. præsum.65. num.12., Genua de script. privat. lib.3. tit. de epistol. num.143. & seqq.*; Certius verò, quando agitur de literis non continentibus factum proprium Recipientis, cu- 480
jus veritas ab ipsius sola adprobatione, sivè confirmatione pendeat, sed Tertii, & Extranei, tunc enim solâ literarum receptione in præjudicium recipientis confirmatum illud factum non dicitur, *Farinacc. cons.56. n.11. lib.1.*, ibi = *Cùm recipiens literas continentes factum Tertii, & Extranei, prout in casu nostro &c. non dicitur in sui præjudicium illud factum approbare* =,
ut etiam recipiens literas sinè protestatione, 481
nullum incurret præjudicium, si res nunciata indiget discussione, & perscrutatione, *Rot. divers. decis.811. num.39. par.1.*, prout certe maximam perscrutationem, discussionemque requirebat res ita nunciata Nicolao Mariæ in præfatis literis, ipsi scriptis, qui cùm pluribus actibus tùm positivis, tùm negativis tam antecedentibus, quàm subsequentibus receptionem literarum, dd. denominationes respuerit dicendum est, quod, illis perscrutatis, & diligenter examinatis, easdem non adprobaverit, nisi verò uti veras confessus fuerit, sed tamquam falsas rejecerit.

Cùm itaque non largitionibus, non epistolis mox recensitis Pars adversa constituta dici possit in quasi possessione consanguinitatis, præsidium quærit à Testibus, quibus maternitatem Antoniæ, & sororietatem inter Nicolaum Mariam, & Paulam Mariam Calciam probare contendit; Jam verò, si ipsa destituta prorsus quavis quasi possessione, atque agnitionum adminiculo, intentionem suam fundare aggreditur Testium depositionibus, agnovisse dicenda est, sè obstringi gravissimo illo probationum onere, quo premuntur Actores in Judicio decisorio adjudicandæ successionis, ideòque, ut d. maternitatem probasse dici possit Testium fide, juxtà probata in *§. Certius verò rigor & seqq.*, oportet, illos adfuisse partui, vel edu- 482
cationi, quibus si deficiat, adhibere debet Testes, eisdem æquipollentes, & qui, tamquam omni exceptione majores, vincant illas omnes contrarias præsumptiones, quæ contra filiationem vigent, quoties illa non coadjuvatur favore Matrimonii, & deficiente omni quasi posses-
sio-

sione, & agnitione, viceversà ex gravissimis
argumentis consurgit justa suspicio suppositio-
nis Matris non veræ, maximè verò quando agi-
tur de successione avocanda à Tertio, ad quem
independenter à persona Defuncti illa delata
fuit; hujus autem generis non sunt Testes, qui
in hoc Judicio adducuntur, quippè, præter
483 gravissimas exceptiones, quas patiuntur in eo-
rum personis, & dictis, adnotatas in præteritis
scriptis *§. Arti, sive fas nobis sit & seqq.*, non
minoribus exceptionibus perstringitur eorum
examen, quod factum dicitur ad effectum con-
sequendi adscriptionem cætui Nobilium, nullâ
servatâ solemnitate, & pòsthabitâ prorsus for-
mâ in eo à patriis Legibus præscriptà, dd. nam-
que Testes extrajudicialiter, & ad perpetuam
rei memoriam, &[quod magis est. contempo-
484 ranee examinati fuerunt in præsentia Causidici
illius, cujus consilium, & opera in hoc nego-
tio adhibebatur, quod est contra formam præ-
scriptam ex mente Juris, & in praxi observa-
tam, cum T stes seorsim examinandi sint, nè
alter auditâ depositione alterius, instruatur,
proindeque examen factum contra hanc for-
mam, nullum, & irritum redditur, ut observa-
tum fuit in præteritis Informationibus, & lu-
culenter in hodierna responsione demonstratur
à D. Substituto Commissario *§. 70. & seqq.*

Nilque turbat, quod vigore d. examinis bo-
næ mem: Marchio Nicolaus Maria relatus fue-
rit in album Nobilium Januensium, ideòque,
cum illi deposuerint, eum esse Filium Anto-
niæ, eorum testimonio plenè firmatus dici de-
485 beat status d. filiationis, qui impugnari ampliùs
nequit, postquam ille ex dd. Testium depositio-
ne fructum victoriæ cæpit in Judicio, ac De-
cretum adscriptionis obtinuit, dictorum Te-
stium usu ab ipso facto, talem usum eliciendo
tum ex præordinatione, & præsumpto saltem
ejus mandato ad illos inducendos, tùm etiam
ex eo, quod eorumdem examen penès sè re-
tinendo, illud adprobasse, ratumque habuisse
censeatur; hujusmodi namque discursus nullâ
ex parte subsistit, nam, si spectemus Decre-
tum adscriptionis nobilitati, ad illam asse-
quendam impertinens erat medium Antoniæ,
cum Senatus illam impartiretur spectatâ origi-
ne paternâ, non autem maternâ, proindeque
dicti Testes inducti non fuerunt ad probandam
filiationem ex Antonia Calcia, & præterea,
cum ageretur de adscriptione merè honorifica,
486 nullum secumferente præjudicium Tertii, imò
nec etiam eorum de gente Pallavicina, prò
ea consequenda admittebantur leviores proba-
tiones, per ea, quæ tradunt *Riminald. Sen.
cons.615. n.9., de Ponte cons.3. num.66. & seqq.
cons.4. n.7. & seqq. lib.2., Moron. respons.66.
n.42. & seqq., Mascard. de probat. conclus.751.
num.1., Censal. ad Peregrin. de Fideicommiss.
art.33. vers. quarto declara fol. mihi 299, Ca-
stald. consult.199. num.2. lib.2., Rot. Lucan.
inter collect.*, apud *Palm. decis.178. num.13.
& plurib. seqq., Rota coram Zarat. decis.73.
num.73., & post Melium observ. decis.114. nu-
mer.11. & seqq., in Forolivien. Loci Consilii
5. Maii 1704. impress. apud Paulut. dissert.86.
decis.unic. §. Secundum argumentum coram Re-
verendissimo Molines, & 7. Maii 1706. §. Quod
autem coram Eminentissimo Card. Priolo*, quæ
tamen probationes in simili actu adhibitæ, pro-
bare nequeant filiationem ad effectum conse- 487
quendi irrevocabile jus successionis, ut, præ-
ter mox allegatas auctoritates tradunt *Censal.
ad Peregrin. art.23. inspect.2. §. Quæ conjectu-
ræ fol.90., Carol. Anton. de Luc. de lin. legal.
artic.25. num.23. & seqq., Torr. variar. Jur.
quæst. tom.2. tit.8. quæst.2. num.40. vers. Terzo
perche, Rota coram Zarat. decis.73. num.15.,
& decis.99. num.15. & seqq., & in Recen. de-
cis.8. num.7. par.12.*, quemadmodum in for-
tiori casu probationes, ac Testes super legitimi- 488
tate examinati ad effectum susceptionis Sacro-
rum Ordinum, imò Sententia super hoc ab Or-
dinario prolata, non attenduntur in Judicio,
in quo de successione contendatur, *Rota coram
bon: me: Emerix Jun. decis.661. n.21. & seqq.,
decis.683. ex num.5., & decis.969. ex num.3.,
utrobique usque ad num.11.*, eademque alteri
non præjudicat, *de Ponte cons.3. tom.2. num.78.*,
ut etiam examen Testium factum ad effectum
obtinendi licentiam prò Matrimonio contra-
hendo in alio Judicio contra Tertium attenden-
dum minimè est, *Rot. in recen. decis.31. n.13.
par.18.*

Et sanè, si, ut sæpiùs diximus in hac tracta- 489
tione Juris successorii constituti sunt tot gradus
probationum, ut, etiamsi agatur inter easdem
Personas, probationes sufficientes ad alimenta
vel etiam ad successionem in aliquo casu con-
sequendam non sufficiunt prò illa obtinenda
in alio casu, maximè verò in Tertii præjudi-
cium, quonam pacto Sententia, & Decretum
obtentum pro consequenda nemini præjudicia-
li admissione ad nobilitatem, suffragari pote-
rit ad effectum irrevocabiliter adipiscendi suc- 490
cessionem in præjudicium Tertii? Profectò ge-
nus istud levissimarum probationum hoc casu
admittendum non erit, quando illud inefficax
reputaretur etiam in alio casu, in quo non age-
retur de nobilitate, vel alio simili Jure hono-
rifico assequendo, ex munificentia Principis,
aut alicujus Collegii concedendo, sed ageretur
de consequendis Juribus honorificis, & adscri-
ptione nobilitati, quæ deferretur Jure heredita-
rio, & sanguinis, nisi Personis de certa familia,
non admitterentur, inquam, similes genericæ
probationes, sed requireretur probatio descen-
dentiæ per gradus distinctos à stipite illo, à quo
istiusmodi Jura in familiam, & illos de certa
gente promanarunt, *Menoch. de præsumpt. lib.4.
præsum.78. num.2., Cyriac. contr.281. num.29.
& seqq., Carol. Anton. de Luc. de linea legali
lib.2. art.15. n.10., Torr. de majorat., & Pri-
mogen. Ital. par.3. cap.32. num.121., Rota co-
ram Merlin. decis.699. num.32., coram Royas
decis.253. num.2., coram Card. Celso decis.341.
num.3., in Bononien. Fideicommissi de Bove
31. Januarii 1691. §. In nihilo coram Reveren-
dis-*

dissimo Molines, impress. apud Bertbacchin. vot.60. num.2., & hac distinctione conciliando Doctores, qui in contraria vota scissi videntur, optimè ait Rota in dict. Forolivien. Loci Consilii coram Eminentissimo Priolo, loco superius citato.

Si igitur ex Decreto ipso adscriptionis nobilitati probata aut firmata dici nequit maternitas Antoniæ respectu Nicolai Mariæ, eadem multò minus resultare poterit ex testimonio
491 Paulæ Mariæ, & Jacobi Gonfredi, qui pro ea consequenda in dicto Judicio adscriptionis adhibiti dicuntur, quia, ut ex magistrali doctrina Bartoli inquit de Ponte cons.3. tom.2. n.78., regulare est, quod talia acta non nocent quando nec etiam Sententia noceret, juxtà magistralem doctrinam Bartol. communiter receptam in leg.2. §.1. ff. de vi Bonor. raptor., idque procedit, tametsi præfati Testes, prævià præordinatione, mandato, & adprobatione Nicolai Mariæ, inducti fuissent, eorumque vigore subsecutum fuisset Decretum adscriptionis, nam, cum
492 illi non principalitèr ad probandam d. maternitatem, sed ad obtinendam d. adscriptionem, quæ, nonnisi contemplatione paternæ originis concedebatur, adhibiti fuèrint, & Decretum ad eam concedendam ordinaretur, jus nullum quoad statum assertæ maternitatis constituere possent, ut in fortiori casu Natta cons.373. sub num.6., ibi = De hoc est etiam bona Glossa in leg.1. in verb. filium Cod. quorum Bonorum, quam ibi sequuntur Bartol., Bald., & ceteri Scribentes, quæ vult, quod Sententia lata super possessione Bonorum, ità demùm faciat Jus quoad filiationem si pronunciatum fuit, illum esse filium, quod non fuit factum in casu nostro, non enim ista est bona consequentia, fuit constituta illi possessio Bonorum per Sententiam, ergò etiam per eandem fuit pronunciatum esse legitimum, quia quæstio ista filiationis legitimæ potuit reservari in petitorio tamquam requirens altiorem indaginem, leg. final. &c., potest enim aliquis esse capax possessionis Bonorum, sed non Juris ejus, propter quod Bona illa sibi debentur = Verum prætereà in nostro casu etiamsi principaliter de maternitate Antoniæ actum fuisset, illorum depositio in hoc Judicio nullam legitimam
493 probationem constituere posset, tum spectatâ formâ examinis, tùm etiam inspectâ substantiâ depositionum dd. Testium, qui, ut alibi innuimus, extrajudicialiter, & sinè Contradictore, atque interrogatoriis examinati fuerunt; quodque gravius est, maximis perstringuntur exceptionibus tàm quoad eorum dicta, quàm quoad personas, proindeque, sivè ageretur inter easdem, sivè cum diversa persona, & diverso Judicio, nec etiàm ipsi utenti similium Testium examen, & Sententia, illius vigore prolata, præjudicare ullo pacto posset, præsertim in alio Judicio, in quo iidem Testes reproducti, ac repetiti minimè fuerunt, ut egregie hæc omnia admonendo, atque animadvertendo docuit de Ponte dict. cons.3. n.78. tom.2., ibi = Sic pariter antequam ulteriùs transeamus, vis facienda non est in hac Causa in omnibus illis assertis probationibus, seù examine testium procuratis, & factis ad alium finem in aliis Judiciis cum personis penitus, & prorsus diversis, vel in examine facto Parte contrariâ non existente, ac nemine citato, ut fuit, in petitio- 494
ne declarationis Tutelæ, est enim regulare, quod talia acta non nocent, quando nec etiam sententia noceret, juxtà magistralem doctrinam Bartoli communiter receptam in leg.2. §.1. ff. de vi Bonor. raptor., & suprà fundatum est, Sententiam cum uno circa legitimitatem, alteri non
præjudicare, & differre à Sententia filiationis, 495
imò sententia filiationis, tunc præjudicabit quando super hoc principaliter est lata, non autem quando incidenter ad alium finem de ea est tractatum, ità quod sententia posteà quæ sequitur, non est super hoc, sed super eo quod princi-
paliter est petitum; rursus quoniam est lata con- 496
trà absentem, vel contumacem, vel Parte non citatâ, nec sententia, nec acta præjudicabunt, secundum Bartol. ubi supra, & communiter Canonistæ in Cap. Causam quæ il primo de Testib.;
Prætereà nec præjudicabunt acta, quando sum- 497
mariè est cognitum, vel probationes non sunt receptæ Juris ordine servato, ut in Informatione delationis tutelæ hìc, & in aliis, & hoc etiam inter easdem partes. Et, si inter diversas, quandò principaliter, & formitèr, non in fraudem,
& incidenter, ac summariè, ut hìc, facient ali- 498
quale præjudicium, si Testes non possunt iterum examinari, aliàs sibi imputetur, Bartol. communiter secutus in leg. admonendi ff. de Jurejurand. num.45., quod ad quale quale præjudiciam, etsi Bartol. ibi voluerit importare semipleaam probationem, tamen alii voluerunt contrarium, quod faciet qualem qualem fidem, quod erit minus semipleanâ probatione, ut per Gloss., Cynum, Raineum, Albericum, Alexandrum, & Imolam refert, & sequitur Jason ibidem num.242., de communi testatur Covaruv. cumulans decisiones practicarum 9. cap.13. post num.4., & tandem qui cum Bartolo tenuerunt, declaraverunt, hoc tamen procedere in personis diversis, sed Jus connexum habentibus, & non aliter, ità Felin. in cap. Causam quæ antè num.18. auctoritate Baldi, & Angeli in dict. leg.2. Cod de eaend. Nèc dixit oriri semiplenam probationem, sed tantùm præsumptionem, si ratio connexitatis intervenit, quæ connexitas nulla potest considerari in casu, de quo agimus, postquam omnia illa Judicia fuerunt instituta super diversis Bonis contrà diversas personas; Si igitur istiusmodi acta, probationes, & Sententia nec etiam semiplenam probationem, sed solum qualem qualem præsumptionem præbere possunt inter easdem, non etiam inter diversas Personas, inter quas non sit connexitas Juris, quonam pacto hæc suffragari poterit in hoc Judicio petitorio, in quo firmissimæ, ac plenissimæ requiruntur probationes, quæ vincant tot, tantaque argumenta à nobis cumulata pro excludenda maternitate Antoniæ, in dicto Judicio adscriptionis à Testibus enunciata? de Ponte ità hoc loco lo-

loquentem refert, & sequ'tur *Consul. ad Pe-
regrin. de Fideicomm. art.23. juxtà Venetam
impress. fol. mibi 57.*, ità differens = *Quæ co-
njecturæ, declarationes, & acta licèt in primis*
499 *allegationibus singillatim fuerint enervata, &
rejecta, cum tamen propter aliud emissa fuerint
nec minùs inducere probationem quasi possessionis
filiationis, singulariter probavit Regens de
Ponte relegendus in cons.3. sub num.78. lib.2.,
maximè ubi testes ibi producti, non possent hìc
denuò examinari, & produci, & propterea, nec
plenam, nec semiplenam probationem inducant;
quam solam, & qualem qualem præsumptionem
facerent inter easdem Personas, non autem inter
diversas, & in Judicio principali ipsius filiatio-
nis in præjudicium agnatorum, sed solùm quoad
casum assumpti Clericatus, vel Doctoratus, ut
idem Regens de Ponte ex Bartol., Alberico &c.
recolligit præcitato cons.3. num. 70. vers. et si
sententia, quæ non est directa super filiatione,
sed super aliquo Judicio possessorio, vel super
præstatione alimentorum, vel recuperatione Bo-
norum, sivè consecutione gradus, & dignitatis*
500 *etiam quod sit fundata super filiatione, non facit
præjudicium Tertio, nec in Judicio principali
ipsius filiationis, sed solùm quoad casum illum,
quod tantò fortius procedit in hac Immissione præ
tensa per interdictum quorum Bonorum, quod
necessariò requirit filiationis probationem, ut in
leg.1. C. quorum Bonorum, & non sufficit pro-
batio facta in alio Judicio, nisi fuerit denuò in
figura hujus Judicii auditis agnatis, & renova-
ta, ut individualiter docuit Balducc. &c.* =,
501 & denique, quod similes enunciationes à Te-
stitus extrajudicialibus, propter aliud emissæ
in negotio, in quo nihil intererat de veritate
enunciati inquirere, in subjecta materia ma-
ternitatem, & filiationem non probent, ma-
ximè, quandò, nullo citato legitimo Contra-
dictore, factæ apparent, ait *Rota decis.31. n.9.
& seqq. par 18.*

Quamvis igitur dd. Testes cum expresso
mandato, & consensu Marchionis Nicolai
Mariæ adhibiti fuissent pro obtinendo Decreto
adscriptionis nobilitati, in qua, utpotè nemini
præjudiciali, leviores sufficiebant probationes,
502 ex tali tamen usu ab ipso facto ad effectum sibi
favorabilem, sicuti dici minimè posset, quod
illas adprobare voluerit quoad omnes effectus,
tum ipsi, tum ab eo causam habentibus maxi-
mè præjudiciales, multò minùs talis adproba-
503 tio nocere poterit Fisco, independenter ab il-
lius persona venienti ad successionem; hoc
enim casu, etiamsi acta, & Decretum latum
super adscriptione, directa essent ad probandam
filiationem, illi non præjudicarent, de *Ponte
d. cons. 3. num.* 70. Idque fundatur in illa vivis-
sima Juris ratione, qua edocemur, quod usus
504 probationis factus quoad unum effectum, ultra
illum operari non debet, *de Angel. de confess.
lib. 2. quæst. 3. num. 32., Rot. coram Bich. de-
cis.108. num.primo, decis.378.num. 8. decis.580.
num. 22. coram Card. Cels. decis. 217. num.12.,
in rec. decis.285.num.4.part.1., decis. 351. nu-
mer. 6.part.4.tom. 1., decis. 56. num.23.part.7.*,
præsertim quum res agitur in diversis Judiciis, 505
quo casu Testis, exempli gratia, productus
in Judicio Summario, si contra producentem
induceretur in Judicio plenario, posset ab eo
reprobari, *Stephan. Aufrer. de Testib. nu. 32.
vers fallit autem, Farinacc. de Testib. quæst.62.
limit.10. num.219. vers. limita, Mascard. de pro-
bat. conclus.1235.num.22. vers. secundo limita*,
ita suadente alia Juris regula, quod confessio
facta in uno Judicio, tamquam tacita quædam, 506
dumtaxat confessio, in alio non noceat, *Felin. in
Cap. Causam quæ col.3. de Testib., Imola in Cle-
mentin. Constitutionem de elect., Riminald. in
leg.2. Cod. de edend.*, proindeque ob eandem ra-
tionem, si quis producat scripturam in una
Causa, sibi non præjudicat in alia, *Cephal.* 507
*cons.377. num. 88., Honded. cons. 66. num. 58.
lib. 1. cons. 78. num. 2. lib. 2., Riminald. Jun.
cons. 213. num. 20., de Angel. de confess. lib.2.
quæst. 3. num. 31., clar. mem. Card. de Luc. de
Judic. disc. 26. num. 37., Ricc. collect. 3511.,
Capyc. decis. 7. num. 5., Rot. in rec. decis. 312.
num.1. par.3., decis. 250 num.8. part. 4. tom.2.
decis. 135. num.8. part. 5., decis. 29. num.45. &
seq. part.7., decis. 354. num.21. part.16, decis.
168. num.13. part. 18., adornat. Card. de Luc.
de Dot. decis 59. num. 39.*, & propius ad rem
nostram, quod ex usu, & productione legiti- 508
mationis asserti filii facta in Judicio, probata
dici nequeat paternitas, & respectivè filiatio
ad præjudicialem illum effectum consequendi
jus irrevocabilis successionis, tradunt *Dec.
cons.576. num. 10., Roland. cons. 89. numer. 39.
lib. 1., Soccin. Jun. cons. 86. num. 44. & seqq.
lib.2., Menoch. cons. 581. num.4. & cons. 722.
num.25. & 45., Pacian. cons.1. num.52. Gratian.
discept. 744. num.4., Ginib. ad Consuetud. Mes-
san. cap.1. Gloss. 4. num.59., Peregrin. decis. Pa-
tavin.9. num.3., Rot. coram Bich. decis.101. nu-
mer. 12., in rec. decis. 597. num. 20. part. 5. &
decis. 347. num.44. part.12.*

Quamquam verò his omnibus demonstra-
tum dici posse videatur, quod assertus usus dd.
Testium nullo pacto præjudicaret Fisco, con-
tra quem in hoc Judicio requiruntur plenæ, con-
cludentesque probationes rejecta semiplena
probatione, vel tali quali præsumptione, quæ
ex præfato usu desumi posset; nihilominus ille
revera in casu nostro nullo pacto probatur, nam
dd. duo Testes non fuerunt formitèr repetiti
coram duobus Senatoribus, non adferuntur acta,
ex quibus de tali repetitione constare possit, &
denique in Decreto adscriptionis nobilitati, re-
ticita maternitate Antoniæ, & nullà habità re-
latione ad Testes, illam enunciantes, fit rela-
tio ad alios duos Testes examinatos anno 1664.,
qui de tali maternitate minimè loquentes, il-
lam ex justis rationibus reticere profitentur, ut
disertè probatur in hodierna nostra Facti §. 73.
& seq, proindeque superfluum est respondere
auctoritatibus; quæ in contrarium adducun-
tur ad effectum probandi, quod ex probatio-
nibus factis pro obtinenda adscriptione nobili-
tati,

tati, firmatus dici debeat status filiationis respectu Parentum, quia loquuntur in casu longe diverso à nostro, in quo scilicet tales Testes non extrajudicialitèr, sed formitèr examinati fuerunt, & cum interrogatoriis repetiti corām Magistratu, quæ omnia deficiunt in casu nostro, in quo præterea, tametsi servata fuissent, suffragari non possent, quia in hoc Judicio non agitur ad effectum præstationis alimentorum ex Bonis paternis, sed agitur ad effectum consequendi successionem in præjudicium Tertii, causam minime habentis à Defuncto, juxta ea, quæ pluries firmata fuerunt superioribus locis.

Jam verò rejecta probatione resultante ex dd. duobus Testibus examinatis anno 1675., à quibus enunciata fuit maternitas Antoniæ respectu Marchionis Nicolai Mariæ, non immoror quibusdam aliis Testibus examinatis anno 1664., qui reticent nomen Matris, quod, honesta quadam ex causa occultare inquiunt, si enim, ut D. Arnalda successionem in hoc Judicio obtinere queat, oportet, quod doceat de origine Nicolai Mariæ, & conjunctione cum illo ex latere materno, quonam pacto id probatum dici poterit depositione Testium, consultò reticentium nomen Matris? cujus demonstratio suppleri nequit ex quibusdam circumstantiis, quas DD. exadverso Scribentes emendicare conantur, quia, præter exceptiones contrà personas, & dicta eorumdem Testium cumulatas à D. Substituto Commissario, argumentis luce clarioribus ostenditur, ex dd. Testium examine nullo pacto concludi posse d. identitatem personæ Antoniæ, seu veræ Matris Marchionis Nicolai Mariæ, & prætereà quamvis aliquid tribuendum esset iis, quæ præfati Testes comminiscuntur, id porrò certum esset, quod cum probatio d. identitatis exadverso fiat per discursus, inductiones, & plurium circumstantiarum combinationes expositas erroribus & deceptionibus, eædem, tametsi prorsus insubsistentes à D. Substituto Com-
509 missario non demonstrarentur, nonnisi conjecturale aliquod argumentum assertæ maternitatis præbere possent, quod in hoc Judicio petitorio nullo pacto suffragari potest Parti adversæ, quæ identitatem Matris, & communem originem maternam claris omninò, & undique firmis probationibus demonstrare tenetur; cum ipsa uti destituta beneficio quasi possessionis, quæ nitidissimis probationibus demonstrabatur in casu, in quo consuluit *Everardus cons.* 24. & ulterius *cons.* 30. *tom.* 1. assumere cogatur plenam probationem, afferendo Testes, qui non solùm involucro verborum, & emendicatis inductionibus, sed claris, & expressis verbis evincant, Antoniam fuisse Matrem Nicolai Mariæ, præsertim verò, quando talis maternitatis vestigium nullum desumi potest ex fide Baptismatis, semestri tempore dilati, nec etiam ex fide chrismatis, aliisque actibus, ad hunc effectum considerari solitis, imo vero eadem excluditur contrarià observantià tum affirmativà tum negativà, qua alibi ostendimus nunquam nec a Carolo Patre, nec à Nicolao Maria filio Antoniam, & Paulam agnitas fuisse in Matrem & respectivè illius Sororem ut superius adnotavi, & optimè prosequitur d. D. Substitutus Commissarius ex *§. 105. & seqq.*, ad quem me refero.

Resoluta hæc item Causa fuit eàdem supra indicatà die 10. Junii 1718., impari tamen exitu, & revocatis resolutionibus, pro Rev. Camera antea captis, ut ex Voto pariter bo: me: de Alteriis Ponentis, quod hic adnectitur; Cæterum, dum Rev. ipsa Camera iterum, atque impensiùs pararet sua jura deducere, placuit tunc S.M. Benedicto XIII., ut istiusmodi Causa terminaretur per Concordiam, quam rogatam videre est die 11. Octobris 1719. apud acta D. Felicis Francischini, ejusdem Rev: Cam: Secretarii, & Cancellarii.

V O T U M.

510 *Hereditas Illegitimi, rejectis juribus Fisci, spectat ad ejus Consanguineos.*

511 *Facti historia.*

512 *Filii, vel legitimi, vel illegitimi, ut in hæreditate Matris succedant, tenentur rigorosè probare filiationem, aliàs subintrat Fiscus.*
Sed contrarium est verius, nempe maternitatem probari etiam ex conjecturis, & præsumptionibus tantùm num. 513.
Amplia, ut d. num 513. & seqq.
Et quare sufficiant conjecturæ, & præsumptiones? nu. 516. & seqq.

519 *Publica vox & fama probat filiationem respectu Matris etiam Illegitimi, maximè ad excludendum Fiscum*, nu. 526.
Imò sufficiunt argumenta, & conjecturæ aliaque imperfectæ probationes, nu. 521.

522 *In Materia Canonizationis Sanctorum, quæ est res gravissima, aliquando in antiquissimis etiam subsidiariæ & indirectæ probationes admittuntur.*

524 *In Causa propriana, prout affinitatis, seu consanguinitatis, aliquando sufficiunt probationes subsidiariæ, & indirectæ*, num. 525.

527 *In quæstionibus dubiis contra Fiscum est respondendum.*

528 *Ad exclusionem Fisci, non extantibus Consanguineis, multi succedere possunt in hæreditatibus.*

529 *Contra Judices cautè credendū est Testibus.*

530 *Judices, Senatores, aliique, qui Principis partes agunt, non præsumuntur veritatem obumbrare, multòque minus de eorum fraude in referendo suspicari debet.*

531 *Pronomen* : Altri : *facit relationem in qualitate similem.*

532 *Declarationes repetitæ à Personis ingenuis tempore non suspecto, prout per epistolas antiquatas, plenè probant filiationem, & descendentium.*

533 *Pluralitas Personarum non præsumitur.*

534 *Quando nonnulli Testes cognomen Matris tacuerunt, aliique propalarunt, debent conjungi, & filiationem probant.*

535 *Cognomen potest suppleri ab aliis circumstantiis, & indiciis ad certitudinem personarum.*

536 *Quod Testes aliqui taceant quod ab aliis dicitur, non per hoc sunt contrarii.*

537 *Testes, qui implicitè loquuntur, ab aliis qui explicitè deponunt, declarationem accipiunt.*

538 *Probationes jungi non debent si Testes sunt singulares singularitate separata.*

539 *Minutulæ contradictiones inter Testes nullo numero habentur.*

540 *Non per hoc quod aliquid præter necessitatem ab ore Testis delabitur, quod ab alio non profertur, inefficax est reputandum eorum examen.* & num. 541.

Imò est credendum ejus dicto si adminiculis fulciatur. num. 542.

543 *Dictio:* Dopo: *verificatur de actu incontinenti sequuto non ex intervallo.*

544 *Omissio circumstantiæ longè vagantis ab examinis substantia, quam alii Testes concorditer affirmant, potius augent fidem omittenti.*

545 *Testium verbis examussim inter se concordantibus nulla est danda fides.*

546 *Dictio:* Statim; *est accipienda cum temperamento.*

547 *In omnibus materiis satis est quod Testes uniformiter deponant circa substantiam cujusmodi, & in negotio principali.*

548 *Ab Ecclesia observatur quod in Libro Baptizatorum nomen Matris Illegitimorum omittitur.*

549 *Delictum, præcipuè in præjudicium Tertii tendens, luce clarioribus documentis est probandum.*

550 *Omnis possibilis interpretatio contrà delictum sumenda est.*

551 *Præcipuè favore personæ Nobilis* n. 551.

552 *Nihil valent conjecturæ, ubi causa simulandi deficit.*

553 *Quod habet primordium veritatis vel aliquid adminiculum, non debet reputari pro falso.*

554 *Incostantia in dictis imbecillitatem utriusque assertionis demonstrat.*

555 *Ob inverisimilitudinem falsitatis, conjecturæ, & indicia vilescunt.*

Præsertim in persona Nobili, & cessante causa delictum patrandi nu. 556.

557 *Qui vult consequens, vult omne id, quod venit in necessarium antecedens.*

558 *Ratificatio actus nomine proprio gesti per Procuratorem, inducitur ex scientia, & non reclamatione.*

Imò junctis adminiculis, probatur ratihabitio num. 560.

561 *Testes inducti ad examen à Procuratore, perindè habetur ac si à Principali producti fuissent.*

562 *Testis tempore non suspecto adprobatus à Tribunalibus in uno actu, in alio consimili non est reprobandus.*

563 *Dicta Testium, & adminicula debent conjungi.*

564 *Testes formiter non examinati absque culpâ Actoris, nempe quia mortui, habendi sunt ac si formiter fuissent examinati.*

565 *Principalis substantia depositionis Testium sistit in juramento coram Notario præstito.*

566 *Veritas non est inquirenda transferendo verbum ex verbo Testis, sed colligendus est sensus ex sensu.*

567 *Dicta Testium non sunt citanda.*

569 *Inventio fallendi plus pertinet ad esse mendacii, quàm falsa vocis significatio.*

Difficile est reperire quempiam, qui non rogatus, ut falsum deponat, ultro velit esse falsarius, & perjurus, ibid.

570 *Spurii nati ex stupro, neque Patri, neque Matri, nec Consanguineis Parentum succedunt.*

571 *Res judicata facit statum probatum.*

Amplia ut num. 572.

572 *Stylus Curiæ exteræ ex attestatione Causidicorum ejusdem Curiæ probatur.*

573 *Intentio Partis sufficienter probata, non eliditur, nisi per contrarias urgentissimas probationes.*

574 *Negativa ejusque probatio non concludit nisi etiam coarctetur per exclusionem cujuscumque possibilitatis.*

575 *Consanguinitas adprobata à Consanguineo, per istius successorem difficillime reprobari potest.*

576 *Maternitas probata per publicam vocem, & famam, est optimè probata, maximè in antiquis.*

577 *Verba, quæ profert lingua prolapsa, sunt certioris fidei.*

578 *Maternitas probatur etiam per actum dubium.*

Explicatur etiam per Procuratorem.

580 *Ubi constat de quasi possessione consanguinitatis, consequitur jus ad successionem Bonorum,* & num. 583.

Præcipuè contrà Fiscum, quo non probante negativam, successio defertur possidenti numer. 581.

Vel agatur de Filiis legitimis, vel illegitimis num. 584.

585 *Jus consanguinitatis seriò adprobatum per Consanguineum difficiliter redditur deterius per actus contrarios ejusdem Consanguinei.*

586 *Fiscus ubi succedit in Bonis vacantibus ex defectu Consanguineorum intra decimum gradum, est verus hæres Defuncti.*

Unde in eum transeunt jura hæreditaria tàm activa, quàm passiva, num. 587.

Et sic ad omnia ea, quæ personam Defuncti obligabant, sive consistant in facto, sive in jure, & ipse obligatus remanet, n. 588.

589 *Res judicata vincit quamcumque contrarium præsumptionem.*

Mu-

590 *Mulierum fœcunditatem censeri extinctam Leges sanxerunt ubi illis quinquagesimus annus supervenit, sed non statuerunt, suprà hanc ætatem fœminas non posse concipere.*

Refertur casus adprobatus num. 592.

591 *Fœcunditas mulieris usque ad annum quinquagesimum præsumitur.*

592 *Veritas probata, vincit quamcumque contrariam præsumptionem.*

593 *Dum homines ingenitæ deserviunt libidini, non horrent quamcumque fœtidissimam, & prodigiosè deformem fœminam.*

Præcipuè si sint Avari. num. 594.

595 *Sæpissime ex lectura depositionum Testium Actoris contrarii Testes robur accipiunt.*

596 *Ad evellendam perfectam probationem maternitatis requiritur altera contraria æquè perfecta probatio maternitatis alterius Fœminæ,* & num. seq.

600 *Ex quo Testes sint contrarii inter se in designando locum habitationis Concubinæ, totum examen corruit.*

601 *Testes interrogati omnia specificare debent, circa quæ de falsitate convinci possunt aliàs non probant.*

602 *Fortasse etiam Fœmina illustris se esse Matrem Illegitimi, abundantis divitiis, & Defuncti ab intestato, non vereretur.*

510 AB his, quæ à possessione Bonorum Marchionis Pallavicini prætensos Agnatos Genuenses, & Monasterium propellunt, ad suffragium, quod contra nostri Principis Ærarium prolatum est, descendimus. Cum enim Curia nostra Pauperibus clausa non sit, & Legibus cuncta tractentur, ubi constitit, Mariam Hieronymam Arnaldam descendere per Paulam Mariam Matrem ab Antonia Calcia, & hanc fuisse Matrem tum d. Paulæ, tum Marchionis defuncti, DD. non trepidarunt, rejectis juribus Fisci, eidem Mariæ Hieronymæ, Marchionis Consanguineæ, hereditatem decernere juxta sanctionem *leg. Si Spurius ff. Und. Cognat. & §. Vulgo quæsit. Instit. de Successión. Cognat.*

511 Quibus probationibus constiterit, Marchionem Matrem habuisse Antoniam Calciam, & quod simul omnes ad unum Consanguinei, nihil hæsitantes, eam illius Matrem veram reputarint, sequens narratio demonstrat. Ex peste, quæ suo contagio Genuam propè vastavit anno 1657., decidit Antonia, quæ è Carolo Pallavicino die 17. Januarii 1050. Marchionem pepererat. Carolus inito Matrimonio, licèt legitimâ prole donatus, nihilominus Filium illegitimum dilexit: proindè, ut is libro Nobilium Reipublicæ adscriberetur, exhibita fide Baptismatis, tres super ea Testes induxit, qui die 6. Maii 1665. examinati à Hieronymo Rodino, & Innocentio de Flisco Reipublicæ Judicibus, jure jurando testati sunt, Nicolaum Mariam, cujus Baptismi fides meminit, natum esse ex Carolo Pallavicino, & ex Antonia Vidua, reticito per honestatem cognomine, ne publicis tabulis insereretur, quod tamen Vicinis, Consanguineis, ac Domesticis notissimum erat: Etenim tres annos post ubi Carolus morti proximus Filium illegitimum argenteis centum millibus donavit, Princeps Nicolaus Filius legitimus, ac hæres Donatoris, Tutorum atque Consanguineorum, qui præ cæteris ea in Urbe opibus, & consilio valebant, fultus præsidio, sibi de prædicta donatione irritanda constituit: Re ad judicium delatâ, potior contentionis causa sistebat in qualitate Matris. Agebat Actor contrà Fratrem, tamquam ex Matre Adultera progenitum, cui de Patris substantia civiles Leges vetarent quicquam accipere, & ex æquitate canonica plusquam alimentis sufficeret, *l. ex complexu C. de incest. nupt.* atque ideò ad Judices detulit probationem, quod Antonia Calcia post funus primi Mariti, iterum nupserat. Ut verò Actor probavit Matrimonium Antoniæ Calciæ, sic contra, ubi Frater illegitimus ex eo cœpit sibi suspicari, statim se munire curavit probatione obitus secundi Viri, eamque, assumpta instructione à Sorore uterina Paula Maria, etiam ultrà Montes vestigiis omnibus inquisivit, ut Judicibus constaret, Antoniam Calciam Matrem tempore suæ conceptionis fuisse Viduam, nec poterat aliter suum Concertatorem vincere. Mirari profectò licet, in tanto Fratrum dissidio, totâ Urbe apud omnes pervulgato, in quo Conjunctorum, atque Amicorum in utramque partem vis magna fuit, quorum alii palam, alii clanculum animum, & opem suppeditabant, nihil alterutri, ne rumoris quidem allatum esse, quo suspicaretur, Antoniam Calciam non fuisse veram Matrem Marchionis; Et tamen superstites erant Stephanus Pallavicinus, ac Monialis Joanna Maria Pallavicina, Caroli Fratres, qui Marchionem exceperant Sacro Fonte. Vitâ quoque etiam tum fruebantur, & agebant in famulatu Principis Actoris Augustinus Spinetta, & Hieronymus Villa, duo ex tribus Testibus, biennio ante examinati, qui per optimam scientiæ causam deposuerant, Matrem Marchionis fuisse Antoniam Viduam, & inducti fuerunt à Carolo, ut veram esse comprobarent Fidem Baptismatis, Matrem N. N. Viduam præferentem. Rursum, quid hominis Princeps Nicolaus Patronum habeat? Porrò Hieronymus Rodinus causam ejus patrocinabatur, ille idem, qui tres Testes examinatos de ordine Senatus interrogaverat; Non temerè igitur, neque ex errore, quem statim tot Viri optimè instructi diluissent, conflictatum est inter Fratres super viduitate Antoniæ Calciæ, sed vel ex certa scientia, vel ex constanti fama, ex utriusque consensu illa uti Matèr Marchionis in eo judicio palam collocata est, itaut post diuturnum hujusmodi domesticum certamen, in quo Princeps Nicolaus extrema tentavit præsidia, & semel victus, redintegravit certamen, ut donationem irritam faceret, prodiit Res Judicata favore Marchionis,

cujus acta, tum Genuæ coram Judicibus, tum Romæ coram Patruis gesta, Matrem præferunt Marchionis Antoniam Calciam.

Interea Marchio, qui Romæ id temporis degebat, anno 1675., ad assequendam nobilitatem Reipublicæ, quam Pater exoptaverat, animum reflexit, utens ad id operâ nobilium Virorum Simonis Pallavicini, ac Hieronymi Spinulæ, qui adhærentes Fidei Baptismi, ac examini dd. trium Testium, dum instarent pro adscriptione Marchionis libro Nobilium, obicem invenerunt à Senatu, quod ex his probationibus non satis de Matre constaret. Itaque, ubi Fides Baptismatis Matrem Viduam exprimebat, ubi Testes Matrem Antoniam Viduam testati sunt, tandem ab istis duobus Viris nobilibus inducti sunt alii duo Testes, nempe Paula Maria Soror Marchionis, & Advocatus Gonfredus, qui deposuerunt, Matrem Marchionis fuisse Antoniam Calciam Viduam jam defunctam, reddita optima scientiæ causa, ita quidem, ut ex omnibus in unum collectis magnitudo quædam conflata sit, veritatem comprobans, quam statim sequuta est adscriptio Marchionis libro Nobilium Reipublicæ.

Ad ea, quæ in Foro, & in Senatu propalam agebantur, ut tutò constaret, quod Marchio Matrem aliam non habuerat præter Antoniam Calciam, adjungebantur domesticæ demonstrationes, quales ex amussim fiunt inter Consanguineos, si alii aliis sint longè ditiores. Ferè omnes, præsertim de familia, semper arbitrati sunt, Paulam Mariam, uti filiam Antoniæ Calciæ, fuisse Sororem uterinam Marchionis, atque uti talem honorificè tractaverunt; Marchio verò adversus illam semper beneficus fuit, ac liberalis, ei quoad vixit, in singulos menses suppetitas afferens ad vitæ commoditatem, & exeunte quolibet anno, cum Festa Natalis Domini celebrantur, munus idem pecuniarium, quod mittebat Monialibus, Caroli Patris Sororibus, eidem Paulæ Mariæ largiebatur, identidem etiam, ut ejus ferebat egestas, extraordinariam porrigens opem. Sorore verò defunctâ beneficentia Marchionis in Neptem Mariam Hieronymam, Arnaldo nuptam, refluxit. Illud autem accidit, quod DD. considerate veritatem inquirentes, ad hanc cognationem credendam non leviter impulit: ut enim Marchio erat opulentus, sic fastu opulentiæ comite tumebat, quamobrem tum Paula Maria, tum Maria Hieronyma, sive Maritus numquam illi se cognatos in epistolis apertè asseruerunt, sed cognationem ambiguè, & modeste proferebant; At vero cum Marchio, ad largiendum piger factus, desiisset esse dando, & Mariam Hieronymam forte urgeret necessitas, fræna ore depellens die 23. Maii 1711. scripsit, se quatuor oneratam fœminis, & apertè illi, quasi debitum, cognationem objecit: *non avendo Parenti à sperare aggiuto, se non da Lei*: & [illegible]: *rifletta, che al Mondo non hò, che uno Nipote, quale le sono figlia di una suo Sorella*. Nisi hæc cognatio, tam asperè objecta, veritati apertissime cohæsisset, iram Viri superbiæ immodici in se derivasset, nam, sicuti *responsio mollis frangit iram*, ut Salomon docet, ita *sermo durus excitat furorem*, At frustra hæc non iecerunt, neque preces abjectæ, & non modò Marchionem in iras non concitarunt, sed in posterum largiri perrexit.

En probationes in compendium coactæ, demonstrantes, quod Antonia Calcia fuit Mater Marchionis, quæ tamen longè robustiores reddentur à circumstantiis mox adjungendis; Quinque Testes examinati specialiter super ortu Marchionis ex Antonia Calcia ad verificandam Fidem Baptismatis in Judicio illius adscriptionis ad Nobilitatem Reipublicæ. Res judicata inducta super acerrima, ac diuturna controversia cadente super qualitate Matris. Fama publica ejusdem maternitatis ex his præsertim judiciis passim evulgata. Denium quasi possessio Consanguinitatis numquam interversa, ac postremo eventu mox narrato, mire roborata. Eo autem probationes hujusmodi inexpugnabiliores creduntur, quo innocentiores; namque non ad hanc opulentissimam hæreditatem capessendam constitutæ sunt, sed diu, multumque quæsitæ ad alios effectus, & quidem à Patre Marchionis, à Consanguineis, & à Marchione ipso, qui in Scrinio Scripturas istas usque ad obitum conservavit.

Generatim objectabant primùm Scribentes 512
pro Fisco, quod Arnalda, tamquam Actrix, immissionem expostulans, teneatur docere, quod defunctus Marchio, fuerit progenitus ab Antonia Calcia, non quidem ex indiciis, argumentis, præsumptionibus, aut conjecturis, sed ex probationibus positivis, certis omnino, concludentibus, & directis; & quia de Matre potest haberi certitudo demonstrativa, *cum Partus plerumq. multi sunt Testes, conceptionis nulli*, non aliter possit constare, Antoniam fuisse Matrem Marchionis, nisi adducantur Obstetrices, Nutrices, & Famuli, qui Partui adfuerint. Si Arnalda hisce Testibus munita non sit, hæreditatem Fisco inferendam. Nec ab hac doctrina putentur exempti Filii legitimi, nam ipsos quoque, perinde ut illegitimi, debent, quo Matribus succedant, teneri filiationem probare per suas Obstetrices, Nutrices, & Famulos, qui tempore eorum ortus erant in Famulitio, Scribentes asserebant: si autem mortui sunt, aut periit memoria eorum, quamobrem non possint examinari, Fiscus Matrum hæreditates accipiet. Hisce autem verbis id affirmabant,: *Necessaria autem isthæc, & directa probatio respectu Matris, si requiritur, tametsi agatur de prole ex legitima uxore suscepta &c.* Asperam hanc Legem, per quam Fiscus immensas Matrum hæreditates consequeretur, probabant auctoritate *Text. in l. Quia semper 5. ff. de in jus vocan.*, cui adnectebant *Anton. Fabrum in pandect. tom. 1 fol. mihi 100. col. 1., Cujac. in exposit. Novell. 18. tom. 2. oper. prior. fol. mihi 470. litt. B. & in lib. 13 respons.*

sponf. Popin. ad l. 2. ff. ne de stat. defunct. ubi quod Mater numquam potest esse incerta tom. 1. Oper. Posth. fol. 378. litt. A. & in lib. 2. digestorum tit. 4. de in jus vocan. fol. 124 lit. A. & seq. tom 4. part. 1. Oper. Posth. & in lib. 5. C. od tit. 31. de natural liber. Oper. Posth. fol. 576. litt. C. & seq. Hug. Grot. de jur. Bell. & pac. lib. 2. cap. 7. num. 8. Canonistæ communiter in *cap. per tuas 12. de probat. qui fil. sint legit., Bald. nempe num. 2., Felin. num. 1., Henric. Boic. num. 2., Fermosin. ibidem quæst. 2. num. 52., Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius 3. par. verb. quæ filium ex eo suspiciens num. 5. de Testament., Decian. respons. 40. lib. 5. num. 1., Menent. conf. 139. nu. 27., Petr. de fideicom. quæst. 11. num. 241. & seq. numer. 332., Cevall. de Cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 4. num. 57. & seq., Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. caf. 89. nu. 3., Mascard. de probat. conclus. 117. num. 2., Pax. Jordan. var. elucubrat. tom. 3. lib. 14. tit. 17. num. 328., Asin. in prax. par. 2. §. 1. cap. 4. num. 1., Arias de Mes. var. resolut. cap. 39. num. 3. lib. 3., Prat. discept. 40. numer. 6. tom. 1., Lup. de illegitim. comment. 2. §. 3. num. 5., Gratian. discept. 653. num. 80., Carol. Anton. de Luc. ad eundem discept. 562. numer. 12., Dulph. contr. 149. num. 14., Capon. contr. forens. 6. num. 28., Scopp. ad Merlin. Pignatell. cent. 2. controv. 84. num. 8., Barz. decis. Bonon. 92. num. 1., Capyc. Latr. decis. 166. num. 26. & seq., Rot. coram Buratt. decis. 725. num. 2., ibique Adden. num. 6., in Romana Filiationis 21. Novembris 1710. §. final. coram Reverendissimo Aldovrando.*

Ad resolvendam primam hanc objectionem, super qua Fisci, & Consortium Defensores omnium aliarum fundamentum substrue-
513 bant, ab justa interpretatione *Textus in d. l. Quia semper* initium petendum; permagni siquidem refert unde id genus Doctrina sumat exordium. Postquam Ulpianus illos omnes enumeravit, quos non licet sinè permissu Prætoris in jus vocare, Matre postremo numero collocata, declaravit, id non solùm pertinere ad Liberos justos, sed, etsi vulgo quæsitus sit filius, Matrem in jus non vocabit, additque rationem, *quia* (hæc autem est lex indicata) *certa est, etsi vulgo conceperit: Pater vero is est, quem nuptiæ demonstrant*. Constat ex his, Legem ejusmodi editam esse ex æqua quadam convenientia, ne Filii cum Parentibus litibus certent sinè justâ causa à Prætore priùs adprobanda, ubi lex respectum eundem extendens ad Filium, quem Mater ex vulgo concepit, asserit, talis Filii Matrem esse certam, hæc certitudo Matris ponitur comparatè ad Patrem, qui tamquam unus ex turba eorum, qui Matrem compresserunt, neque moraliter, ut loqui solemus, potest esse certus, sunt namque sicut hædi, qui in caprilibus à Matre dignoscuntur, nam à Patribus haud quaquam possunt; Procul ergo est à vero Ulpianus, dum asserit, Matrem Filii, vulgò quæsiti, esse certam ad differentiam Patris, ne illam Filius in jus vocaret, illud edicere voluisse, quod Matrem, ut certa sit, non aliter probare liceat, quam per Obstetrices, Nutrices, & Famulos, qui Filium a ventre Matris, dum parturiebat, exire viderint, & minimè respexisse ad Matrem illam, quæ existit in quasi possessione maternitatis, & quæ communiter, & verisimiliter talis habetur: contrarium, inquam, suadet recta ratio sermonis, nam cæteroquin Mater a Filio in jus vocata, teneretur prius se per physicas illas, & impossibiles probationes Matrem ostendere. Unde Jurisperitus dicit in *l. nulla ff. de legib. & Senat. conf. nulla ratio juris, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem*.

Hoc enim est à Jure recedere, ubi de verbis Juris contenditur, neque spectatur, quid senserit is, qui scripsit, *l. scire ff. de legib.* Tumque maximè ab æquitate disceditur cum maximè superstitiosè hæretur Legum literis, nam voces, & literæ, quasi Legum summa cutis est. Porro id genus interpretatio physicam (ut loquebantur Scribentes) certitudinem Matris ex litera Legis inducens, est Legibus ipsis injuriosa, quippè veritatem probabiliter patefactam, numquam non sequuntur, ne ab æquitate abscedant, quæ est Legum indivulsa comes, *l. in omnibus 90. ff. de Regul. Jur.*

Ostenso, quod Textus in *l. quia semper*,
proferens, quod Mater est certa, interpretari 514
non potest, nisi de verisimili, & de probabili certitudine Matris, sive de Matre, quæ reperiatur in quasi possessione maternitatis, facilius deprehenditur, eam sententiam, qua docemur, Matrem probari conjecturis, & præsumptionibus, esse communiorem, atque veriorem: imo verò est infallibilis, quippe initium sumit à Divino Salomonis oraculo, qui, duabus inter sese contendentibus Fœminis, utra Puerum, uti suum, domum abduceret, ex conjectura veram Matrem deprehendit, & hujusmodi oraculum versum est in Legem à *Gregorio IX. in cap. afferte de præsumpt.* quam laudant, & sequuntur *Felin. Abb. Imol. ibidem Jo. Andr. in cap. transmissæ tit. qui Filii sint legit., Bart. in l. filium ff. de his, qui sunt sui, vel alien. Jur.* ubi quod Mater ex quo Filium in Filium cognoverit, & cum eo tamquam cum Filio tractaverit, ejusdem filiatio probetur, *Imol. in cap. per tuas de probat., Bero quæst. famil. 90. per tot. ubi num. 5.* ait *potest ad hæc contingere, filiationem ex latere Matris verè probari non posse, ut quia Obstetrices mortuæ essent, aut aliter veræ probationes deficerent, iniquum profecto esset, quod aliis argumentis, jurisque præsumptionibus probari non valeret, & hoc modo Filius, aut Filia materno successione, & Legitima debita
jure naturæ fraudaretur*, ibique justè decla- 515
mat contra Modernos nonnullos, qui ad *Cap. Raynutius de Testam.* aliter dixerunt, ut considerant *Scopp. ad Merlin. Pignatell. cent. 2. cap. 84. num. 3. 14. & seqq. & cap. 85. num. 84., Gigant. conf. 37. num. 25. & sequen., Mascard.*

de

de probat. concluſ. 737. num. 7. & 8., Lup. de illegit. comment. 2. §. 3. num. 5., Villalob. in verb. Filiatio ex parte Matris fol. mihi 78. Commun. diverſ. tom. 1., Grat. conſ. 62. num. 4. vol. 4., Cavalcan. deciſ. 10. num. 44. & ſeq. part. 2., Farinacc. in repert. judicial. quæſt. 43. num. 6. ibi: amplia primo, quod licet reſpectu Matris Filiatio poſſit directè probari per Obſtetrices, & alios Teſtes, qui fuerint præſentes Partui, attamen iſto etiam caſu in probando quem eſſe Filium Matris, ſufficiunt conjecturæ, & præſumptiones, Galles in addit. ad conſ. 58. Farinacc. in lib. 1. litt. B., Caſtald. conſult. forenſ. conſult. 121. in fine, ibi non etiam reſpectu Matris Filiatio per conjecturas, & præſumptiones probari poteſt: Eſcobar de nobilit. part. 1. quæſt. 16. §. 4. num. 35. & ſeq., Rot. Januen. penes Balducc. de Legat. deciſ. 9. num. 10., Rot. poſt Rodrig. de Privil. Credit. deciſ. 35. num. 14. & ſeqq., coram Cerr. deciſ. 715. num. 10. & ſeq., & poſt Franc. de proteſt. deciſ. 15. num. 37. & ſeq., & deciſ. 475. num. 11. part. 13. rec.

Quod attinet igitur ad authoritates in objectione addenſatas, vel perperam allegantur, ut Jo: Andr. Lup., Felin., Moſcard. Pox. Jordan., & Actolin, qui contrarium tenent locis ſupra indicatis, vel competentiùs intelligi debent, nam licèt affirment, probationes requiri directas, loquuntur in caſu, ubi illæ haberi poſſunt, & indeſinitè ſequuntur corticem literæ d. Text. in l. quia ſemper, ut Gratian. diſcept. 653. num. 80., Rot. coram Buratt. deciſ. 725., Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 1. cap. 89. num. 3., Merlin. Pignatell. cent. 2. cap. 84. nu. 1., Capyc. deciſ. 166. num. 26. & alii, vel nihil firmant, ut Faber. in Pandect. tom. 1. fol. 100. col. 1., Arias de Meſ. cap. 39. numer. 3. lib. 3., & ſi reperirentur Doctores, qui eandem opinionem tuerentur, qua Matrem non aliter poſſe probari, quàm per probationes directas, aſſeritur, nihil tanti eſſent, ut recederemus à contraria ſententia, Divino Sacræ Scripturæ oraculo comprobata, juxta cenſuram Text. in l. 1. Cod. de veter. jur. enucl. de quo Rot. deciſ. 214. num. 10. & ſeq. part. 16. rec. erubeſcendum enim eſſet allegare auctoritates Doctorum, quoties habemus claram Legis diſpoſitionem, juxta monitum Jaſonis in l. illam meritò C. de collat. n. 7. quem ſequitur Rot. in deciſ. 666. num. 4. part. 18. tom. 2. recent.

Cujus quidem ſententiæ eò clarior eſt veritas, quò ſine illa Hominum ſocietas conſiſtere
517 nequit. Ex neceſſitate, inquam, retinenda eſt
illa ſententia, quia fruſtra conamur in id, quod nulla ratione conſequi poteſt: nos inquit Cicer. 2. Accad. probabilia quidem multa habemus, quæ ſequi facilè, affirmare vix poſſumus, ſed melius nos inſtruit S. Thomas 2. 2. quæſt. 70. artic. 2. in corpor., ubi ait: In actibus humanis ſuper quibus conſtituuntur judicia, & exiguntur teſtimonia, non poteſt haberi certitudo demonſtrativa, eo quod ſunt circa contingentia, & variabilia, & ideò ſufficit probabilis certitudo, quæ ut in pluribus veritatem attingat, & ſi in paucioribus à veritate deficiat. Quod autem Sanctus Doctor ſtatuit generaliter in omnibus humanis actibus, verius eſt in aliquibus, quos ſcimus eſſe difficilis probationis, cujuſmodi ſanè Parentes ſunt, quos ſcire omninò non poſſumus, ut decidit Text. in leg. Lucius 82. ff. de condit., & demonſtrat. ubi Gloſſ. inquit: Videtur ergo non poſſe probari filiatio, quod eſt verum facile, niſi per conjecturas leg. filium ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur. Neque reſtringenda eſt hæc impoſſibilitas ſcientiæ ad Patrem tantum, ſed & ad Matrem extenditur, quod etiam egregiè docet S. Aug. lib. de utilit. creden. cap. 12., ubi declamat contra eos, qui in eo errore verſantur, ut non credant, niſi id, quod ſciunt. Quomodò, inquit, ſerviant Parentibus Liberi, quos Parentes ſuos eſſe non credant, non enim ratione ullo pacto ſciri poteſt, & oſtenſo quod Patrem neſcimus, niſi à teſtimonio Matris, quamvis de Matre poſtmodum dicat, quod plerumque creditur Obſtetricibus, Nutricibus, Famulis, id Sanctus Doctor affirmat ad demonſtrandam inſufficientiam, & imbecillitatem probationis pro aſſequenda ſcientia veræ Matris, nam ſequitur, & dicit: Credimus tamen [ideſt tàm Patrem, quàm Matrem] & ſine ullo dubitatione credimus, quod ſcire non poſſe confitemur, quibus poſtremis verbis innuit teſtimonium Nutricum, Obſtetricum, & Famulorum omninò incertum eſſe, & demum propius ad rem noſtram concludit, Multa poſſunt afferri exempla, quibus oſtendatur, nihil omninò humanæ Societatis incolume remanere, ſi nihil credere ſtatuerimus, quod non poſſumus tenere perceptum.

Præterea certum eſt, quod Nutrices, & Fa-
muli, quos Defenſores Cameræ Teſtes exoptant, 518
maternitatem ex argumentis quidem, ſed nullo modo ex certa ſcientia probare poſſunt, non enim Matres, dum partum edunt, ſinunt, multos adeſſe Teſtes, quia naturalis pudor non omnibus perperam ſeſe manifeſtare permittit, ut ait Text. in leg. optimam Cod. de controhend. ſtipulat., & quo ad Obſtetrices attinet, una, & quidem ſæpenumero ſenex, vel cui ſenectus proxime obrepit, intereſſe ſolet, quæ de Puero quidem nato teſtimonium perhibere poſſet, vix de adoleſcente, ſi quidem a facie cognoſceret, haud quaquam autem de Viro ætatis jam provectæ, non dicam de ſene, ut erat Marchio defunctus, etiamſi illi Obſtetrix ſuperfuiſſet, nec apud nos viget priſca illa conſuetudo, qua Mulieres, quæ in partu adfuiſſent, & Puerperam obſtetricando juviſſent, quinta poſt die, ablutis manibus, puerum curſu laribus circumferre ſolebant, eoque die munera miſſitabantur à Cognatis, undè notior reddebatur partus editio. Cum itaque præſens quæſtio verſetur ſuper probatione Matris, quæ ſeptuaginta ab hinc annis Marchionem enixa eſt, & quidem ex illicito concubitu, quem cælare oportebat, fruſtra ad probandam hanc filiationem probatio reſtringi contenditur ad Famulos, qui non aderant, ad Obſtetricem, &

ad

ad Nutricem, quæ diù vità decesserunt, cum ad impossibilia numquam Legibus obligemur, *leg. impossibilia* 85. *ff. de regul. Jur.*, *leg. sia ff. quæ sent. sine ap. rescin.*, *Abb. in capit. licet ex quadam de test. num.* 3. Per hujusmodi enim temporis lapsum necesse est adhærere conjecturis, præsumptionibus, & argumentis, *Jas. consil.* 114. *numer.* 6. *tom.* 1., *Asin. in prax. part.* 2. *§.* 1. *cap.* 12. *num.* 4., *Redenasch. lib.* 1. *cons.* 62. *num.* 3. *& seqq.*, ubi dicit sufficere denominationem, publicam vocem, & famam ad probandam filiationem, & ad effectum, ut probationis rigor laxetur, antiquitas temporis ta-
519 xatur ad annos 60., per ea, quæ firmant *Houded. cons.* 17. *nu.* 6., *Redenasc. lib.* 1. *d. cons.* 62. *num.* 1., *Gratian. discept. forens. cap.* 969. *n.* 7., *Rodulph allegat.* 107. *num.* 21., *& allegat.* 155. *num.* 5., *Rot. dec.* 725. *num.* 4. *coram Burats.*, imò sunt, qui etiam minus tempus antiquitati in hac materia præscribunt, ut *Jason. tom.* 1. *cons.* 114. *num.* 6. *col.* 6. *§. Secundo respondeo*, *Alex. cons.* 90. *num.* 8. *&* 9. *vol.* 6., *Soccin. sen. tom.* 1. *cons.* 49. *num.* 7., *Mascard. de probat. vol.* 1. *conclus.* 311. *num.* 7. *&* 8., *& conclus.* 512. *num.* 6.

In omnibus sanè materiis, & Caussis etiam gravissimis, dum in antiquis versamur, argu-
520 menta, conjecturæ, & alia id genus imperfecta probationis subsidia admittuntur, ut ex *Text. in leg. si arbiter ff. de probat.*, *& leg. in summa §. Idem labeo ff. de aqu. pluv. arcen.* passim tradunt *Innoc. in cap. veniens num.* 6 *de verb. signific.*, *Roman. cons.* 109. *num.* 2., *Cephal. consil.* 311. *num.* 30., *Peregrin. de fideicom. art.* 41. *num.* 17., *Corn. cons.* 78. *num.* 2. *vers. Item præmittendum lib.* 3., *Menoch. de arbitr. judic. lib.* 2. *cas.* 115. *numer.* 1. *&* 2., *Gravett. de antiquit. temp. part.* 1. *cap. ult. num.* 30., *Mascard. de probat. conclus.* 107. *num.* 1., & Tribunalium stylo docemur, quod ubi desunt Testes sine culpà Actoris, ex probabilibus signis est judicandum, & hoc esse suffragium optimum, *Rot. decis.* 1022. *num.* 1., *coram Coccin. Capel. Tholos. decis.* 381. *sub num.* 1., sic (rebus levio-
521 ribus omissis) proceditur in criminalibus, licèt in his probatio exigatur, apertissimis documentis instructa, ut decidit *Text. in leg. sciant cuncti* 25. *Codic. de probat.*, ubi *Gloss.* ait: *Si aliquem accusare volueris de crimine Apostasiæ, afferre debes probationes clariores, scilicèt per Testes, sive certissima indicia ad probationem necessaria, vel per se, vel cum aliis* tradunt *Menoch. cons.* 422. *num.* 93., *Raynald. observ. Crimin. ad cap.* 7. *suppl.* 7. *num.* 48., *Mascard. conclus.* 753. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 2., *Farinace. quæstion.* 47. *num.* 27., *Scop. super eodem argumento probandæ filiationis ex parte Matris*, *ad Merlin. cap.* 84. *num.* 15., *& Matthæus de crimin.* contrariam sententiam tamquam errorem refellit *tit.* 15. *cap.* 5. Et verò hisce probationibus damnati sunt tamquam hæretici Theodorus Mopsuestenus, & Origenes in quinta Synodo Generali sub Virgilio Papa, licèt primus ante centum annos, & secundus ante tercentum mortem obiissent, ut colligitur ex *Card. Bellarmin. de script. Eccles. ad ann.* 200. Deficientibus siquidem linearibus, ac perfectis probationibus, processum est ad damnationem, *lectis historiis*, *& Sanctis Patribus*, ut legitur *in collat.* 4. *d. Synodi*, quod refert etiam *Card. Baron. ann. Eccles. tom.* 7. *ad annum* 546. *pag. mihi* 342., ubi affert oppositiones, nonnullis asserentibus, respuenda esse eorum scripta, non Auctores jam mortuos præcipiti condemnatione damnandos, & ad rei gravitatem comprehendendam sufficit reflectere, quod in criminibus non licèt accusare memoriam Defuncti, quod secus est in hæresi, ut tempore ejusdem Synodi sancivit Justinianus in *leg. Manichæos Cod. de Hæretic.* Neque aliter proceditur in materia Canonizationis Sanctorum, licèt omnium longè gravissima; Siquidem ubi 522
versamur in antiquis, subsidiariæ, ac indirectæ probationes admittuntur, ut docuerunt Auditores Rotæ in relationibus Canonizationum Sancti Hyacinthi *§. Verùm*, *& cap.* 3. *ferè per tot.* in Relatione S. Raimundi *part.* 1. *artic.* 5., S. Elisabeth Reginæ Portugalliæ *part.* 2. *§. In primis*, Servæ Dei Joannæ à Cruce *art.* 1. *§. Famula & seqq.*, B. Gregor. X. tit. de Sanctit. in gener. *§. Secundum*, Servi Dei Hieronymi Æmiliani *tit. de Fide §. Nam quantum*, *& in aliis eisdem allegatis*.

Ex his liquet, quam à jure, & ab æquitate distet adeò à Fisci Defensoribus objecta doctrina, quod Mater non sit credenda, nisi illa, quæ per directas, seu lineares probationes ostenderit phisicam certitudinem suæ maternitatis, cum in Judiciis numquam haberi possit certitudo demonstrativa, & juxta d. D. Thomæ doctrinam, in qualibet materia Judices sequi debeant probabilem certitudinem, quæ tunc adest, si quando in pluribus veritas attingitur, quamvis in paucioribus à veritate deficiat. Sed ad magis eandem doctrinam confutandam Leges iterùm invocamus. Non enim est omittenda dispositio *Text. In cap. licèt ex quadam de Testib.*, ubi ad effectum dirimendi Matrimonium propter affinitatem Conjugatorum, expresse sancitur, affinitatem probari etiam per Testes de auditu à pluribus antiquioribus suis, dummodò sint fide digni. Cumque ex illicita copula oriatur affinitas, *cap. discretionem de eo, qui cognov. consanguin.* dirimit juxtà *Sac. Concil. Trident. sess.* 24. *de matrim. cap.* 4.; Si Marchio Pallavicinus Matrimonium contraxisset cum Arnalda, secundo illi gradu affinitatis conjuncta, ad dirimendum Matrimonium sufficerent proculdubio Testes, qui ex auditu saltem Paulæ Mariæ, & Advocati Gonfredi testarentur, Marchionem fuisse filium Antoniæ
Calciæ, à qua Arnalda paritèr descendit, *Text.* 523
litteralis in d. cap. licèt ex quadam, ubi *Abb. num.* 2., ibi = *Nota quod Testimonium de auditu admittitur solùm, cum agatur de consanguinitate, vel affinitate probanda &c. nam hæc specialitas fuit inducta propter impossibilitatem probandi per testimonium de visu.* Et omnes repetentes

tentes ibidem, *Sebenk. in tract. de Test.num.* 4.
vers. secundo in computandis, *Rot. decis.*112.
*num.*8. *& 9. part.*8. *Recent.*

Si itaque tanti valerent Testes de auditu alie-
524 no deponentes, Marchionem fuisse filium Au-
toniæ Calciæ, ut in Causa gravissima super
dissolutione Matrimonii per eorum depositio-
nes Matrimonium dirimeretur, multò magis
plenissimam in antiquis faciunt probationem
quinque Testes de visu deponentes ea, quæ
sufficiunt ad inducendam præsumptionem co-
pulæ inter Carolum, & Antoniam, quæ ad
affinitatem in foro fori probandam sufficit, ut
firmat *Rot. in decis.*298. *in fin. coram Pen.*, &
hi longe ante litem hanc contestatam exami-
nati sunt, junctis aliis probationibus non in
Causa matrimoniali, in qua *tolerabilius est ali-
quos contra Statuta hominum dimittere copula-
tos, quàm conjunctos legitimè contra Statuta
Domini separare*, ut *definit d. cap. licèt ex qua-
dam de Test.*, sed in Causa mere prophana su-
per hæreditate defuncti Consanguinei, quam
Fiscus occupavit, sub eo motivo quod nullus
adsit, qui intra decimum gradum se demon-
stret Consanguineum: Nam si Imperator etiam
ubi institutus est hæres, declaravit velle se Le-
gibus subijcere, quibus testamenta infirmantur,
ut in *leg. Imperatorem ff. de heredibus instituen.*,
leg. ex imperfecto 23. *ff. de legat.*1., *leg. Papi-
nianus* 8. *§. Si Imperator ff. de inoffic. Testam.*,
cur judicandum est, Causam Fisci, tanto do-
natam privilegio, ut ea probatio, quæ ex Le-
ge affinitatem demonstrat ad effectum Matri-
monium dirimendi, non valeat pro demon-
stranda affinitate ad hæreditates consequendas
525 ad exclusionem Fisci? ducto argumento à ma-
joritate rationis, quod admittitur in *Auth.
multò magis C. de Sacrosanct. Eccles.*, *Decian.
cons.*6. *num.*20. *lib.*1., *Cephal. cons.*158. *nu.*46.
vol 3., *Surd. cons.*383. *num.*13., *Peregrin con-
sil.* 103. *num.*17. *tom.* 1., & præcisè quod con-
sanguinitas eodem modo per Testes de auditu
probetur, etiam ubi agitur ad effectum succe-
dendi, *Corn. cons.*73. *num.* 4. *lib.*3., *Aym. de
antiquis. temp. part.*1. *§. Viso de Fama num.* 5.
pag. mihi 96., *Rot. decis.*112. *num.* 10. *part.* 8.
Rec. ubi contrarium tenentes reprobantur.

Imò verò tanta est æquitas Legum, ut ne
Fiscus succedat in Bonis tamquam vacantibus,
admittant, sufficere, quod is, qui allegat se
hæredem Defuncti ab intestato, non valens
526 probare gradum consanguinitatis, nec paren-
telam, probet saltem quod ipse, & Defun-
ctus, de cujus successione agitur, publicè, &
communitèr reputabantur Cognati, vel Con-
sanguinei, ut de communi probant *Masuer. in
prax. titul. de probation. §.* 33., *Everard. Jun.
cons.*24. *nu.*6. *lib.*1., *Charond. in pandect. lib.*3.
*cap.*17., *Herman. Vult. cons.* 30. *numer.* 59. *&
seq. vol.* 1., *Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm.
jur. lib.*45. *cap.*16. *num.*3., *Mieres de Majorat.
Hispan. part.*2. *quæst.*7., *Barry. de success. ab
intest. tom.*2. *lib.*18. *tit.*5. *sub num.*15., *Alde-
ris. de Hæredib. tit.*6. *num.*198., & quia divitiæ
Principis non est Fiscus, sed sunt boni Subditi,
ab ipsa Lege regulam habemus, quod in dubiis
quæstionibus contra Fiscum *facile est* respon-
dendum, ut monuit *Modestin. in leg. Non pu-
to ff. de jur. Fisci*; Atque adeò tàm parvi pen-
ditur hæc Fisci successio, ut satis non fue-
rit eam protraxisse usque ad decimum gra-
dum, [quem certè nullus probabit, probatio-
nibus directis, ac perfectis, seu certitudine 527
demonstrativa], sed si omnes Consanguinei
deficiant intra decimum gradum, adhuc mul-
ti supersunt, qui Fisco excluso hæreditatem
consequuntur. Sic Collegium uni de Collegio
succedit, Commilitones Militi de sua Legione,
Episcopus Peregrino, Tutor Pupillo, Uxor
Marito, & alii, quos recensent *Farinacc. frag-
ment. criminal. part.* 1. *verb. Fisc. à num.* 122.
usque ad 145., *Barry. de Success. ab intestat.
lib.*18. *tit.*5. *à num.*4. *usque ad* 15., *Mastrill. de
Magistr. lib.*3. *cap.*10. *a nu.*368. *usque ad* 406.,
*Gall. de Except. part.*1. *tit.*4. *except.*6. *per tot.*,
ubi refert, quod Perusiæ in Bonis Peregrini
vacantibus, Fisco Papæ excluso, successit Epi-
scopus, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.* 4. *tit.* 3. *à
num.*6 *usque ad* 15., ubi miratur, quod non
etiam Patria Fiscum excludat.

Quamvis demùm, præter hos quinque Te-
stes, qui unanimitèr Antoniam Calciam fuis-
se Matrem Marchionis, testificati sunt, jamdiù
cum ne levis quidem in eos suspicio cadebat,
affirmari possit, quod si idem testimonium tu-
lissent etiam Obstetrices, Nutrices, & Famuli,
melior certitudo rei haberetur, non inde ta- 528
men consequitur, quod non sit judicandum ex
ista probabili certitudine, quæ ex abundanti
quinque Testium numero habetur. Ratio est,
quia quantacumque multitudo Testium deter-
minaretur, posset quandocumque testimonium
esse iniquum, nec tamen, quia in talibus non
potest infallibilis certitudo haberi, debent Ju-
dices negligere certitudinem, quam probabi-
liter habent per duos, vel tres Testes, ut do-
cet *Sanctus Thomas* 2. 2. *quæst.* 70. *artic.* 2. *ad
primum*, ubi in responsione ad *tertium* assignat
rationem cur Sacris Canonibus sancitum sit,
quod Præsul non damnetur, nisi septuaginta-
duo Testibus: Presbyter Cardinalis, nisi se-
xagintaquatuor: Diaconus Cardinalis Urbis
Romæ, nisi vigintiseptem: Subdiaconus, Aco-
lytus, Exorcista, Lector, & Ostiarius, nec
cum septem Testibus, quia [inquit [*homines,
qui habent de aliis judicare, sæpè propter justi-
tiam multos adversarios habent, undè non passim
credendum Testibus contra eos*, quæ ratio cun-
ctis Judicibus prodest.

Constituta ex prædictis doctrinà Legum su-
per modo probandi consanguinitatem, etiam
ad effectum succedendi, præsertim quando
Concertator est Fiscus, ad indicatas probatio-
nes descendimus, quibus ab objectis Defen-
sorum Fiscalium nihil detrahitur, quin Mariæ
Hieronymæ consanguinitatem, quam maxi-
mè demonstrent. Quod attinet ad judicium
actum coram Senatu anno 1665. Actore Caro-
lo

lo nomine Filii, & poſtea Marchione ipſo anno 1675., partem Rei agentibus Syndicis Reipublicæ, quamvis unica, & individua eſſet petitio adſcriptionis ad Nobilitatem, quæ unicam pariter, & individuam deſcendentiæ probationem expoſcebat, & idcircò producta fide Baptiſmatis, ad eam verificandam examinati fuerint primi tres Teſtes à Carolo, qui circum loquendo expreſſerunt quidem, ex qua Matre Carolus Marchionem generaverat, ſed cognomen in examine tacuerunt, atque ideò inductis aliis duobus Teſtibus, examuſſim cum primis tribus cohærentibus, ac cognomen Matris retegentibus, conflata fuerit perfecta, ac concors quinque Teſtium probatio deſcendentiæ Marchionis à Carolo Pallavicino ex Matre Antonia Calcia, itaut Senatus ſtatim inter Nobiles Marchionem juſſerit adſcribi; nihilominus probationem hujuſmodi, quæ per ſe pluſquam ſatis eſt ad probandam Matrem Marchionis, ſi tota per modum unius, & conjunctè, ut revera facta eſt, accipiatur, in partes diſcindebant, unicuique ſeparatim difficultates afferentes; Fidem Baptiſmatis nullum præbere fundamentum maternitatis Antoniæ Calciæ, cum Matrem nullam contineat, niſi *N. N. Viduam*; Tres Teſtes examinatos anno 1665., dum illi *N. N. Viduæ* addiderunt nomen Antoniæ, de alia Antonia vidua locutos fuiſſe, cujus cognomen tacuerunt, nullateoùs verò Antoniam Calciam deſignaſſe; Duos verò ultimos Teſtes examinatos anno 1675., qui compleverunt probationem volitam à Senatu, ac clarè depoſuerunt, illam *N. N. Viduam*, poſtea *Antoniam*, fuiſſe *Antoniam Calciam Viduam Matrem Marchionis*, falſitatibus, ſubdolis aſſertionibus, ac mendaciis affluere. Hinc conſequebatur ex unico Proceſſu ſuper deſcendentia Marchionis, duas illi Matres ſcaturire, ut illam ſinè cognomine, quæ neſciretur, veram Matrem Marchionis conſtituerent.

Nihil ſanè minùs iſta probatio meretur, quàm hanc objectionem, ſi ſpectentur qui fuerint Actor, Judex, & Reus. Marchionis ſiquidem plurimùm intererat, nedùm ſuam deſcendentiam oſtendere ad aſſequendam Nobilitatem, ſed omninò eam ab omni nævo perpurgatam demonſtrare, nè liti, quæ cum Principe Nicolao fratre vigebat ſuper qualitate
530 naturalitatis, præjudicium irrogaret. Judices erant Senatores, præſertim, qui Principis partes agitabant, avidiùs exquirentes, quid à Teſtibus proderetur, num ſcilicèt ex novis Teſtibus examinandis poſſent qualitatem naturalitatis obumbrare. Syndici verò, qui Cauſæ pro Republica tuendæ præerant, viri ceteroquin graviſſimi, aut mente cæcati fuiſſent, aut fraudolenti, nam ſuam deſcendentiam non probaſſet Marchio, ſi à Teſtibus examinatis duæ Matres indicarentur, ac perperam retuliſſent Senatui, probatam eſſe deſcendentiam Marchionis, quod eſt contra id, quod præſumere debemus, ad tradita per *Rot. deciſ.3.num.1. coram Cavaler.*, & *in Romana Aſſentiſtatus 10. Januarii 1718. ſub §. Quia verò coram R.P.D. Cerro*, multòque minus de fraude ſuſpicari licet, ut monent *Menoch. de præſumpt. libr.2. præſumpt.85. num.1.*, *Maſcard. de probat. concluſ.1132. num.1. & ſeq. vol.3.*, *Rot. dec. 235. num.4. part.15. Recent.*

Ad hanc individuæ probationis ſectionem faciendam, cauſæ obtendebantur, quod neque fides Baptiſmatis, neque Teſtes an.1665. Matris cognomen produnt, ideòque diſcordant ab aliis, qui exprimunt cognomen Matris; Rurſum, quod duo alii Teſtes examinati anno 1675. non fuerunt producti in Proceſſu, per quem conſtat, ſcilicèt illis, Marchionem dignum ſe Reipublicæ oſtendiſſe, qui ad Nobilitatem adſcriberetur. Hæc tamen etſi magnificè, ac prolixè objicerentur, facilè vaneſcebant: Nam Actorum cumulata congeries non ſolùm probat unitatem probationis, ſed evidenter demonſtrat omnium Teſtium unanimis, & concors depoſitio; etenim delata ad Senatum fide Baptiſmatis, ac tribus ſuper illà examinatis Teſtibus, Carolus, filio, quòd nondum ætatem à Statuto volitam, attigerat, nullatenùs poſtulatam Nobilitatem impetravit, & decem annis res ſilentio jacuit involuta: Poſteà ubi primum Marchio, neſcius cur Pater adſcriptionem inter Nobiles ſuam non obtinuerat, ardentiore ſtudio illam efflagitavit, tunc à Syndicis Reipublicæ exivit obex, quia nempè probationes factæ à Carolo, Matrem non ſatis iudicabant, Teſtibus cognomen Antoniæ ſupprimentibus. Planè veritas hæc ſic patuit, ut nihil dubitaretur, nam Hieronymus Spinula, cui unà cum Simone Pallavicino hoc negocium tractandum Marchio dederat, ſic eidem ſcripſit die 4. Maii 1675.: *Le difficoltà, che s'incontrano, ſono per ragione, che pretendono li Sindici, che ſi debba far prova della Madre, non avendo li Teſtimonj depoſto altro, che il ſuo nome di Antonia, ſenza ſpecificare, di cui foſſe figlia, che eſſi dicono tralaſciarlo per oneſtà*; Concorditer hoc ipſum retulit Marchioni in una epiſtola Simon Pallavicinus, ita ſcribens: *Queſta mattina hò preſentato la lettera al noſtro Sereniſſimo per parte ſua, e l'hò pregato inſieme di voler sbrigare queſta pratica &c. mi hà di poi motivato per ſapere regolare il ſuo Voto, ſe le prove corrono, e ſe li Teſtimonj depongono della Madre di V.S., del nome, e del cognome, perchè queſto potrà dar faſtidio.* Ex his epiſtolis duorum Nobilium clare patuit, Proceſſum ſuper deſcendentia Marchionis non fuiſſe completum, cum impoſſibile foret probare, Marchionem fuiſſe filium naturalem Caroli, niſi oſtenderetur, ex qua Matre natus erat, & notanda ſunt ultima verba hujus epiſtolæ, quæ ſignificant, difficultatis nodum ſtetiſſe in cognomine Matris, à Teſtibus reticito; *perchè queſto potrà dar faſtidio*. Idque fas eſt etiam conjectari ex præcedenti epiſtola dicti Spinulæ, quæ ità ſe habet: *E che conviene alcanzare da Collegi Sereniſſimi un Decreto, che dica adſcribatur non obſtante oppoſitione Syndi-*

ci. Nulla porrò alia oppositio reperta est, quàm illa de cognomine Matris reticito.

Fatendum itaque, quod Marchioni, ut exoptatam Nobilitatem assequeretur, imposita fuit necessitas adjungendi probationibus jam factis alios Testes, qui Matris cognomen, & viduitatem testarentur. Probatio hæc ejusmodi erat, ut magnam curam, ac diligentiam postularet, secundus namque Antoniæ Maritus triginta ab hinc annis Genuà discesserat, Belgium contendens, atque in ipso itinere vità decesserat: præterea nondùm absistebat à lite Princeps Nicolaus Frater: & alter ex Testibus, qui examinati fuerant decennium ante, unicus superstes, ejusdem Principis servitio erat addictus; demùm pestis susque deque perverterat, ac propè vastaverat Urbem; multàque
531 propterea industrià, ac labore opus erat: *Intanto*, scripsit Pallavicinus, *vado facendo ogni diligenza, per vedere altri Testimonj, che faccina fede della sua qualità, e del Cognome*; illud pronomen *altri* significat continuationem ejusdem Processus, & scopum fuisse alios Testes primis conjungere, cum faciat relationem io qualitate similem, *Barbos. tract. var. dict.26. num.3.* Insuper additur: *che faccino fede della sue qualità, e del Cognome*: quia istud non propalaverant primi tres Testes. Demùm 4. Maii ad Marchionem scripsit: *Mi è riascita questa mottina appunto essendo nel Palazzo eal Signor Girolamo Spinola di ritrovare il Signer Giacomo Gonfredi Avvocato di qualche stima, che deporrà quello bisogna, per esser esso informato d'ogni cosa minutamente &c., u l'altro Paola Maria Sorella uterina di V.S., che darà ancor'essa pienamente relazione distinta: che in questa maniera spero di certo, che il negozio sarà fatto senz'altra contradizione*, concors est epistola, quam ipsa die scripsit Hieronymus Spinula: *Si sono fatte molte diligenze, e si spera, che senz'altro haveremo le prove del Padre, della Madre, e de' Mariti, e che era publica vace, e fama che era Vedova, e ciò deporranna il Signor Giacomo Gonfredi Dottore, una figlia di D. Antonia, e del primo Marito, che vive, e se ne trovano anche dell'altri, ma abbiamo stimati questi per miglieri.*

Per has epistolas non solùm patet nexus omninò indivisibilis istorum quinque Testium, unam, eandemque Matrem conjunctim testantium, sed etiam adduntur in Causa isti nobiles
532 Viri, tamquam alii duo Testes, qui attento lapsu temporis etiam sine juramento egregiè probant notorietatem, vel ad minùs publicam famam, quod Antonia Calcia fuit Mater Marchionis, ut egregiè reflectit *Rota in Neapolitana, seu Civitatis Castelli descendentiæ 14. Junii 1700. §. Ad comprobandam coram Eminentissimo Priolo*, ibi = *Repetitæ declarationes factæ à personis ingenuis, & tempore non suspecto, nedùm inducunt tractatum, & recognitionem, sed etiam plenè probant filiationem, & descendentiam*, & generalitèr epistolas in Causa consanguinitatis admodùm coadjuvare probationem, firmant *Federic. Scheuck. de probat. n.13., Mascard. eodem tract. conclus.411. nu.21. vol.1.* juncta præsertim alia epistola ejusdem Hieronymi, in qua certiorat Marchionem de examine istorum Testium cum consilio Secretariorum peracto = *Sopra quanto si discorse al Sabata colli Signori Segretarj, si esaminò la Demenica il Signor Giacomo Gonfredi Dettore, e Paola Maria Calcia*, quam Pallavicinus enunciavit supra cum qualitate Sororis uterinæ Marchionis.

Sed ad ostendendam individuitatem hujus probationis, & unitatem Processus, quid multis opus est? unica fides Baptismatis est fundamentum examinis tàm trium Testium anni 1665., quàm postremorum anni 1675. Primi enim per singulos deponunt, quod Marchio è *l'istesso, che si contiene in questa fede da V.S. lettami*. Sed cum, ut supra demonstravi-
mus, ex his propositum assequi non potuerit, 533
quia deposuerunt quidem plus quam expressum erat in dicta fide, sed non sufficienter, ob reticitum cognomen Matris, opus fuit postremos Testes afferre, qui primos supplentes, cognomen, & qualitates expressius testarentur. Paula Maria inquit: *Io dico, che il Signor Nicolò Maria, del quale si fa menzione nella fede del Battesimo, che voi Notaro mi havete letta, è figlio naturale della quondam ora Antonia &c.* Gonfredus pariter ait: *che il Signor Nicalò Maria Pallavicino nominato nella fede di Battesimo, e da voi Notaro come sopra lettomi, è l'istesso, per il quale io mi esamino.* Si omnes Testes examinati sunt, ut veram ostenderent unicam fidem Baptismatis præferentem, quod Marchio natus erat 17. Januarii 1650., & baptizatus 28. Julii ejusdem anni, designatis etiam Patrinis, sicuti ista duas Matres præferre non potest, ita Testes, in eo, quod pro Matre significanda fuerunt inducti, in unam Matrem coivisse pernecesse credendum est, nisi proferatur absurdum omninò inverisimile, quod intentio Marchionis duas diversas Matres spectaret, vel duas dissimiles Baptismi fides Testibus allatas fuisse dicatur, quod esset præter juris præsumptionem, *Bald. in leg. Naturales 10. num.2. in fin. leg. de probat., Natt. cons.53. num. 4., Aym. cons.198. num.1., Surd. cons.173. nu.42. & 43. lib.2., Gratian. discept. for. cap. 93. nu. 12., & cap.555. num.57.*

His præpositis, nihil certè impedit, quominùs hæc unica probatio, quæ ex quinque occulatis Testibus congesta est, unitim accipiatur, nihilque reperitur, quamobrem Testes omnes super descendentia Marchionis ex Antonia Calcia, qui tum ab intentione indu-
centis, tum à judicio, quasi naturà suà con- 534
juncti sunt, nunc non sint conjungendi. Quod igitur tres primi Testes tacuerint Matris cognomen, & quod ultimi cognomen propalaverint, non modò non adversatur Legibus, verùm etiam utroque jure probatur. Aperti sunt *Textus in leg. Certum ff. si cert. petat.*, ibi = *Nam & Pedius ait, nihil referre propria nominu*

mine res appelletur, aut digito ostendatur, aut vocabula quibusdam demonstretur =, *& in cap. Tua nos 7. de Consanguin., & Affinit.*, ibi = *Testes, qui ad divortium celebrandum producti, consanguinitatis gradus computant, à stipite debent incipere, & sic per ordinem distinguere gradus nominibus propriis, vel æquipollentibus*, quod etiam habetur in *cap. Licèt ex quadam de Testib.*, ubi *Abb. num.3.* ait = *Nota, quod paria sunt aliqua exprimi nomine proprio vel demonstratione, vel circumlocutione*. Imò etiam, quod ab indiciis homines significari possint, declaravit *Imperator in §. Si quis in nomine instit. de legat.*, ibi = *Nomina enim significandorum hominum gratià reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest*, quæ verba refert *Rot. coram Otthobon. decis. 157.*
535 *num.4.*, & in specie nostra, quod cognomen
omissum, suppleri possit ab aliis circumstantiis
ad certificandam personam, firmavit *Rot. decis.252. num.49. coram Otthobon., & dec.2027. nu. 32. coram Coccino, & in Recent. dec. 641. numer. 12. part. 3., & decis. 184. numer. 29. part.6.*

Quid jam est, cur illa probatio, quæ facta
est, ut cognomen Matris suppleatur, utque
536 primi Testes explicentur, dici debeat contra-
ria, & adversativa? Quod Testes aliqui taceant, quod ab aliis dicitur, non propterea sunt contrarii, *Menoch.de præsumpt.lib.1. quæst.23. à num.1. ad 8.*, *Rot. dec.147. num.14. part.1.*, *& decis.258. num. 18 part. 5. Recent.*, *& Castellinus de Inquisit. Miraculorum in Sanct. Martyr. Canoniz. pag. mihi 64. sub num.35. vers. secundò regulariter, & pag.241. num.17.*, ubi dicit, quod hanc diversitatem observarunt etiam Evangelistæ scribentes gesta Salvatoris nostri, nam quod unus omisit, alius explicavit, & adducta eàdem paritate Evangelistarum, idem docuit Summus Pontifex *Gregorius in cap. Nihil abstat 7. de verb. signif.*, ubi *Gloss.* ait =, *& est argumentum bonum pro Testibus diverso modo narrantibus* =, & passim admittitur, quod
Testes, qui implicitè loquuntur, declaratio-
537 nem accipiunt ab aliis, qui explicitè deponunt,
ut post *Bald. in leg.2. num.15. Codic. de Bonor. poss. sect. tab.* firmat *Rot.decis.206. num. 5. cor. Verall., decis.141. num. 12. & seq. cor., Comital., & decis.132. num.2., & decis.1644. n.6., coram Coccino*, & ad removendum in Causis quemcumque scrupulum debent considerari omnia simul unita, & prout sunt adminiculis fulfulta, ex quibus omnibus veritas tutissimè deprehenditur, *Bald. cons.3. num.4. lib.3., Soccin. Jun. cons.32. num.24., & cons.34. num.14. lib.2., Ramon. cons.7. num.3., Cyriac. controv. 291. num.21., Rot. coram Coccino dec.23. n.7., coram Buratt. dec.166. num.9.*; Tum demùm probationes jungi non debent, si Testes sunt
singulares singularitate separata, & adversati-
538 va, secus est, quando probationes sunt sibi in-
vicem adminiculativæ, ut si dictum unius, alterius Testis dictum declarat, & coadjuvat, prout est in præsenti, *Bald. in leg. Testium sub num.18. vers. Adde, Cod. de Testib., Felin. in cap. Licet ex quadam num.2. vers. modo adverte de Testib., Aym. de antiquit.temp. par.4.§.Sed enim num.8. & seq.*, & præsertim *n.23.pag.90., Gabr. de Testib. conclus.2. num.10., & num.66., Farinacc.* pariter *de Testib. quæst.64. num.112., Rot. decis.417. nu.4. tom.2 part.4., & dec.359. num.14. part.5. tom.1., & decis. 184. num. 38. part.6., decis.113. num.13. part. 10., & in Romana Testamenti 16. Junii 1692. §. Prout car. Emerix.*, & in ejus confirmatoria 21. *Junii §.Proindè 1694. cor. bon. mem. Ursino.*

Non solum autem inter ista duo Testium examina nihil reperitur adversativum, sed ne minima quidem varietate notari possunt, & tàm primi tres examinati à Carolo, quàm postremi duo examinati à Marchione, unicam Matrem Antoniam Calciam testificantur, quod ex cohærentia, & identitate circumstantiarum ad certitudinem demonstratur. Primi siquidem Testes causam scientiæ adducentes, asserunt, vidisse Carolum Patrem Marchionis in consuetudine Antoniæ frequentem, & Antoniam vicissim sæpè cum Carolo conversari. Paula Maria inquit; *E sò, che in Casa della detta mia Madre non praticava altra persona, che detto Signor Carlo, e detta mia Madre non praticava in altra Casa, che con detto Signor Carlo, e sò, che detta Figlio, è Figliolo del detto Signor Carlo, per la pratica, che vedevo era tra detto Signor Carlo, e d mia Madre* = Gonfredus similiter deponit =, *e con tale accasione vedevo, che detto Signor Carlo pratticava spesso, & andava la mattina in detta sua casa* = Jam patet, quod illa Antonia sinè cognomine, cum qua conversabatur Carolus, ut deponunt primi Testes, nulla alia fuit, quàm Antonia Calcia, de qua loquuntur isti duo ultimi Testes. Inquit Gonfredus, quod ista consuetudo Caroli cum Antonia Calcia, nota præ ceteris erat Hieronymo Villæ, *e particolarmente da Girolamo Villa suo Scritturale*. Si dictus Villa in suo examine deponit, Carolum habuisse consuetudinem cum Antonia Vidua, reticito cognomine, cur quærenda est alia Antonia, quàm Calcia, de qua deponit Gonfredus adducta scientia Hieronymi Villæ? Paula Maria testatur, quod Marchionem puerum à domo Nutricis, quæ illum uberibus lactaverat, ad domum Matris, [loquitur de Antonia Calcia) delatum, Mater ipsa ablactavit. Hieronymus Villa primus Testis anni 1665. concordat dicens *quale Nicolò Maria levato poi da Mamma, e portato in casa della Madre*, ergo ista Mater Marchionis, quæ post Nutricem Filium habuit, fuit Antonia Calcia, quæ ab lacte filium adduxit.

Prætereà in testificatione Hieronymi Villæ habetur, quod illa Antonia Vidua in partu Marchionis habuit obstetricem Mulierem nomine Cæciliam, & Gonfredo conjungitur deponenti, quod Obstetrix Antoniæ Calciæ, dùm Marchionem enixa est, fuit Mulier eadem, nomine Cæcilia: Rursus si Testes anni 1665. de-

ponunt, Marchionem puerum Filium Antoniæ Viduæ habuisse Nutricem apud S. Bartholomæum *di Staggeno*, Mater de qua Testes loquuntur, non alia fuit, quàm Antonia Calcia, quæ habuit Marchionem Filium in nutricatu Mariæ uxoris Antonii Mussi, quæ, ut deponit Gonfredus, *al præsente vive à San Bartolomeo di Staggeno*. Demum Gonfredus ait, quod Nicolaum Mariam natum ex Antonia Calcia, quem nutricaverat Maria à *Staggene* infantem aluit Hieronymus Villa. Tàm Villa, quàm Columbus concordes sunt, quod Marchio Filius Antoniæ Viduæ fuit educatus penès ipsum Villam, qui deponit de facto proprio. Hæc Testium conspiratio ità animum adigit in eam sententiam, quod omnes Testes de unica Matre locuti sint, ut nulla supersit ambiguitas: nimis enim dilucidè per eam explicatur, de qua Matre intellexerint primi Testes, quamvis propter honestatem cognomen Calciæ suppresserint: Si secùs esset, illud opinari oporteret, quod Carolus stupri plenus per idem tempus duas Antonias Viduas congrederetur, duos Filios nomine eodem injustè natos habuerit, obstetricante duplici Cæcilia, quos binæ Nutrices à *Staggeno* lactaverint, & Hieronymus Villa non unum, sed duos Caroli Filios in nutricatu habuisset; Si non omnia ità duplicentur, prout Scribentes extra modum duplicabant, fateri necesse est, omnes utriusque examinis Testes ejusdem Matris Antoniæ Calciæ testimonium dedisse.

539 Nullo proindè numero habita sunt minutula quędam inter istos Testes, ad expromendas contrarietates, excerpta. Inquiebant primùm Fisci, & ejus Consortium Defensores, manifestam suboriri inter primum, & secundum examen contrarietatem, quod primi tres Testes ad instantiam Caroli examinati anno 1665., nominantes quandam Antoniam in Matrem dicti Marchionis Nicolai Mariæ, illam exprimunt cum qualitate *di Signora*, ideòque si Antonia Calcia, quam Testes examinati anno 1675. deponunt fuisse Matrem dicti Marchionis, jam obierat anno 1657. tempore pestis Genuæ grassantis, ut Goufredus deponit, consequenter non potest verificari de illa Antonia, de qua deponunt dd. tres Testes, post annum 1657. examinati nempè sub anno 1665., dum illam nominant cum qualitate *di Signora*, quæ qualitas potiùs adaptatur Antoniæ viventi, quàm Antoniæ mortuæ. Hanc animadversionem adjuvabant a Testibus anni 1675., qui dum nominant Antoniam Calciam, illam enunciant, non cum titulo *di Signora*, sed cum illo adjuncto *quondam*, quod ostendit Testes anni 1665. fuisse locutos de Antonia Matre Marchionis tùm vivente, quæ non poterat esse Calcia, jamdiù defuncta.

Omissa responsione, quamvis cæteroquin valida, quod modus loquendi non omnibus est idem, quodque sæpè etiam in Mortuos, nec omninò incongruè confertur titulus *di Signore*, strictius hæc objectio perstringitur. Primus testis anni 1665. deponit quidem = *Che il Signor Nicolò Maria è Figlio naturale del Magnifico Carlo Pallavicino nato da esso, e dalla Signora Antonia, di quale non conviene dire il Cognome* =, & hæc sunt verba ad objectionem decerpta; Sed idem Testis paulò post, ait = *E sò le predette cose per aver conosciuta la detta Signora Antonia, e conoscere detto Magnifico Carlo* =. Cur testis distinguit suam cognitionem, referendo illam Antoniæ ad tempus præteritum = *per aver conosciuta la detta Signora Antonia* =, & illam Caroli ad tempus præsens = *e conoscere detto Magnifico Carlo* = ?. Non alia invenietur ratio ejusmodi locutionis, nisi, quia Carolus vivebat, quamvis igitur Hieronymus Villa in principio suæ depositionis adjecerit Antoniæ prænomen *di Signora*, nihil ex hoc erui potest ad probandum, quod tempore hujus examinis viveret illa Mater, quæ per ipsum Testem clarè mortua profertur, ut liquet ex consequentibus verbis, ubi causam scientiæ adduxit =, *per aver conosciuta la detta Signora Antonia* =, quia sic loquimur de Mortuis, qui fuerunt, & non sunt =, *e conoscere detto Magnifico Carlo* =, qui usus sermonis est, ubi significamus superstites, qui vita fruuntur, quemadmodum fruebatur Carolus, ad cujus instantiam peragebatur examen. Ideòque iste Testis ubi omisit dictionem *quondam*, locutus est sermone indifferenti, qui æquè se habet ad Antoniam mortuam, & viventem, ubi verò dixit = *Per aver conosciuta detta Signora Antonia* =, implicitè testatus est, illam tum fuisse defunctam, quod sufficit ad hauriendum à Teste veritatem, *Rotu decis. 1369. n. 50. coram Coccino*.

Quod verò testes anni 1675. adjiciant Antoniæ dictionem *quondam*, ut ostendant illam esse defunctam, quæ expressio non legitur in Testibus anni 1665., est regula omninò spernenda, cum Testes, ubi non interrogati, respondere non debeant, & non propterea, quod aliquid, præ- 540
ter necessitatem, ab unius ore delabitur, quod ab aliis non profertur, inefficax est reputandum totum examen, *Ruin. cons. 1. num. 5. lib. 3.*, & *cons. 149. num. 4. lib. 5.*, *Rot. decis. 2038. n. 15. coram Coccin.*, & *decis. 230. n. 4. coram Gregor.*, *decis. 932. num. 8. coram Buratt.*, & *in Recen. decis. 53. num. 13.* ; & *decis. 173. n. 8. par. 13.*, & *decis. 69. num. 34. par. 18.*, neque aliorum reticentia facit, quod in illa singula-
ritate Testis non sit credendus si adminiculis 541
fulciatur, *Rot. decis. 435. num. 1. & seqq. coram Vbald.*, & *decis. 714. num. 16. coram Merlin.*, & *decis. 87. num. 5. par. 6.*, *decis. 201. n. 7. & 8. par. 10. recen.*, & *in Romana Filiationis 21. Novembris 1710. §. Minus attento coram R. P. D. Aldrovando*, & *in Salisburgen. Primogenituræ de Lodron. 6. Maii 1715. §. Quantenùs, in fine coram R. P. D. Cerro*. Proindeque à testimonio Villæ juncto cum Testibus anni 1675., Mater Marchionis mortua credenda est ante examen anni 1665.

Alià discordantià duo primi Testes notabantur ab assertione, quod Antonia Calcia erat Vi-

Vidua, siquidem tres Testes examinati anno
532 *1665.* non omnes deponunt, quod Antonia, quam nominant, esset Vidua, sed tantummodo primus, & secundus. Profectò discordes dicerentur, si uni asseruissent, Antoniam fuisse Viduam, alteri nuptam dixissent, sed cum quatuor testati sint, Antoniam fuisse Viduam, quintus de viduitate nihil dixerit, frustrà nectebant Testium varietatem multò minùs repugnantium, ex firmatis superius, quibus addi potest *Ruin. consil.150. num.9.*, *& cons.158. num.10. volum.5.*

Tertiò tandem discordare primos Testes à secundis objiciebatur, quia Joannes Baptista Columbus, secundus ex dd. tribus anni *1665.*, deponit, quod postquam Marchio ab ubere Nutricis fuit sublatus, statim traditus fuit ad educandum Hieronymo Villæ, hæc sunt verba Testis = *E poi detta Signora Antonia partorì dette Magnifice Nicolò Maria, quale detto Magnifico Carlo diede à Mamma in Bisagno, dopo averlo levato da Mamma, lo mise à scotto in casa di Girolamo Villa* =. At Paula Maria altera Testis anni *1675.* asserit, quod, quando Marchio Nicolaus Maria fuit ablactatus, ab Nutricis domo delatus fuit ad domum Antoniæ Matris = *E quando la Mamma riportò detto Figlio allevaco, ne lo portò in casa, & io stessa con mia Madre lo stettai, e sempre stette meco, e dormiva meco* =. Et in eo figitur discordantia, quod Columbus etsi non affirmet, Marchionem ab la-
543 ctatu Nutricis *statim* traditum fuisse nutricatui Villæ, tamen utitur dictione illa = *dopo* =, quæ verificatur de actu gesto incontinenti, non autem ex intervallo, adducto *Barbos. de dict. dictiou.269. num.3. & 4.*, à quo tamen rectius oppositum desumitur.

Hoc tertium dissidium inter primos Testes anni *1665.*, & secundos anni *1675.* noo minùs dilucidè, quàm priora, vanescit. Etenim testificante ipso Villa, quod Marchio puer, *levato poi da Mamma* (idest Nutrice), *e portato in casa della Madre, fu detto Signor Carlo consigliato à levarglielo &c., u lo diede à me testimonio à scotto, e lo tenni in mia casa due anni in circa* = consequitur, quod uterque Testis verum deposuit, & soluit, & solùm hoc interest, quod Testis Columbus omisit referre, quod antequam Marchio Villæ educandus traderetur, fuerat traductus ad domum Matris, prout res
544 se habebat. Cum itaque hæc varietas (si in materia Testium varietas appellari potest) constituatur in omissione circumstantiæ, longe vagantis ab examinis substantia; quam tamen affirmant concorditer alii Testes de facto proprio, tantùm abest, quod per illam totum convellatur examen, ut etiam magis purum, atque sincerum sit æstimandum, juxtà *D. Thomæ doctrinam 2. 2. dict. quæst.70. art.2. in corp.*, ubi inquit = *Quinimò aliqua discordia in talibus facit testimonium credibilius, ut Crisost. dicit super Matth. quia si in omnibus concordarent etiam in minimis, viderentur ex condicto eundem ser-*
545 *monem proferre* =, & quod in verbis examussim Testibus inter se concordantibus, uti suspectis nulla sit danda fides, post *Text. literalem in leg.3. §. Idedque ff. de testib.*, uno ore tradunt DD. quos videre licet apud *Dec. cons. 327. num.7.*, *Cravett. cons.78. in fin.*, *Gratian. discept. forens. cap.461. num.20.*, *Rot. decis.720. num.2. par. 2. divers.*, *& decis.385. num.10. par.17. recen.*; Imò etiamsi Columbus in sua depositione, ubi refert, Marchionem à Nutrice fuisse traductum ad domum Villæ, usus fuisset 546
dictione = *statim* =, non tamen intelligendus fuisset omninò sinè temporis intervallo, quia illa dictio accipienda esset cum temperamento, *leg. quod dicimus 105. ff. de solut.*, *& Gloss. in Can. Quicumque vers. Statim 77. distinct.*, *Grotian. discept. forens. cap.41. num.12.*, & quandoque majus, quandoque minus tempus significat, *Alux. in leg. divortio 7. num. 10. ff. solut. matrim.*, *Surd. cons.550. num.7.*, *Findar. de testib. cap.6. pag. mihi 353. num.8.*, &
quod in omnibus materiis satis sit, quod Testes 547
uniformiter deponant circà substantiam examinis, & in negocio principali, firmant *Rocc. disput. iur. cap.40. num 19.*, *Rot. coram Pamphil. decis.496. num.7.*, *& decis.280. num.6.*, *& decis.635. num.10.*, *& decis.1061. num.4. coram Emerix Jun.*, *& decis.912. num.8. coram Buratto*, *& decis.384. n.20. coram Priol.*, *& in Recen. decis.126. num.18.*, *& decis.347. num.19. par.9.*, *& decis.53. num.13. & seqq. par.13.*, *decis.275. num.8. par.19. recen.*

Disjectis difficultatibus, quæ ab his Testibus objiciebantur, jam demonstratum remanet, quod omnes in una Matre Marchionis Antonia Calcia sunt concordes, secundis sincerè explicantibus, ac supplentibus primis in cognomine reticito. Verùm, quod ab examine trium Testium anni *1665.* non alia sit assignanda Mater Marchioni, quàm Antonia Calcia, posthabito etiam examine duorum Testium anni *1675.*, argumentis ineluctabilibus deprehenditur, quæ demùm Testibus ipsis posterioribus fidem majorem adjungunt.

Anno siquidem *1668.* exorta lite inter Fratres super donatione scutorum Genuensium 100. mil., quam Carolus Pater fecerat Marchioni illegitimo, uterque, ceu fundamentum propriæ defensionis, prospexit Antoniam Calciam, tamquam Matrem Marchionis. Princeps obsistebat Marchioni, impensè donatam pecuniam flagitanti, quòd natus esset ex Matre adultera; Fratrum nullus ambegit de Matre Antonia Calcia, idque solum dubitationi obnoxium erat, an illa tempore, quo concepit Marchionem, esset Vidua. Utebatur Princeps ad hunc finem literarum commercio Cattanei Scortiæ Genuæ commoranti, cujus epistolæ nitidam pandunt veritatem. Primò scripsit = *Il Signor Nicolò Maria, non è per anco ascritto alla Nobiltà, e cerca di farsi ascrivere, & entrare al possesso della donazione fattagli dal detto Carlo suo Padre; Se vorrà esser'ascritto, bisogna, che lui medesimo porti le fedi, come è nato di Vedova, altrimenti, se fosse nato di Donna*

na maritatà, non potrebbe esser'ascritto, & io allora farò tutto il possibile, acciò resti servita. Ex quibus verbis innuitur, quod attentè pervestigabatur judicium adscriptionis, ut si de viduitate non constaret, strictiùs Marchio urgeretur in casu donationis. Itemque demonstratur, quod Matrem non perscrutabantur, sed, *come è nato di Vedova*. Quod evidentius comprehenditur ex alia epistola, ubi factis diligentiis, invenerat fidem Baptismi Marchionis. *Vedrà, che il nome della Madre non ci sarà, perche mi disse il Paroco, che à naturali non si ricercava detto nome.* Num ne Scortia, cum ex hac fide Baptismatis non invenit Matrem Marchionis, nisi N. N. Viduam, de alia muliere cogitavit, quàm Antonia Calcia? At non quò in adnotatione Baptismi deficiebat nomen Matris, Mater ipsa venit in dubium, sed quia nota jam erat in eadem epistola, sic pergit = *Intorno l'informazione, che V. S. Illustrissima mi mandò, hò fatto diligenza in molte Parocchie, alla fine poi hò trovato nella Parocchia di S. Giorgio, che dell'anno 1638. Riccardo di Voilin sposò la detta Donna chiamota per nome Antonia de Legori. Io stimarei, che intorno à questo il sapere la morte del primo marito* (qui fuerat Joannes Antonius Calcia) *servisse à nulla, mi pare, che basterebbe ritrovare, quando morse il secondo* =. Ecce quod Scortia super ipsa fide Baptismatis, in qua Mater Marchionis dicitur N. Vidua, absque hæsitatione diligentiam adjecit ad inquirendum Maritum Antoniæ Calciæ. Alia succedit epistola, in qua denunciat, se non potuisse reperire tempus mortis dicti secundi viri, = *perche del 1637., se si ricorda, seguì il Contaggio, e Dio sà se ci sia pur uno, che l'abbia conosciuto* =. Mox adhæret consilio ipsius Principis, qui scripserat, notitiam obitus secundi viri posse aucupari à Paula Maria Calcia, Sorore uterina Marchionis, & demum scripsit, se omnia consignasse Centuriono Avo, & Tutori ipsius Principis, qui contrà Marchionem litem agitabat.

Adversùs hanc veritatem, quæ ex tota serie epistolarum fit patens, nihil attendenda est objectio, quod nomen Antoniæ Calciæ numquam in instructionibus patefactum fuit Scortiæ, cui innotuit nomen Antoniæ Calciæ postquam legit fidem Matrimonii Riccardi de Voilin, pro qua dumtaxat reperienda instructiones receperat, ex quo inferebant, Nicolaum ignorasse primum Antoniam Calciam, deinde vero iam levem suspicionem concepisse super ipsius maternitate, ut nè quidem illam asserere ausus fuerit fidissimo suo Scortiæ. Hæc enim objectio indiget explicatione, quemadmodum fieri potuerit, quod Princeps Nicolaus nihil sciverit de Antonia Calcia, nec quod esset Mater Marchionis, & tamen Scortiæ commiserit, ut diligentiam adhiberet in perquirenda fide illius Matrimonii cum Riccardo Voilin Cur non requisivit fidem matrimonii alterius Mulieris? Credidit igitur, Matrem Marchionis fuisse Antoniam Calciam, & quando Scortia jussus est perquirere fidem Matrimonii, tunc scivit, illam esse Matrem, non verò postquàm fidem reperit, ut sensui patet.

Hæc quæ anno 1668. agebantur pro Fratre Marchionis triennio ab examine Testium anni 1665., pandunt, nullum tunc cecidisse dubium super Matre, quæ reputabatur Antonia Calcia. Sed exadverso etiam liquet, Marchionem industriam omnem posuisse in perquirenda fide mortis dicti secundi Viri, & à Paula Maria instructum fuisse per scripta, quæ colligata simul cum aliis chartis referentibus negocia, & memorias Antoniæ Calciæ, & suam descendentiam, ab illa in scriniis post ejus mortem reperta sunt.

In isto Fratrum certamine, quod ità duravit, ut post examen Testium anni 1675. protractum fuerit, etsi verisimile, imò compertum sit, Illustrium quamplurimos ex utraque parte stetisse, & quidem è Cognatis, & Affinibus, quos ignorasse Matrem Marchionis, præsumendum non est, nullus tamen super maternitate Antoniæ Calciæ fluctuavit. Si ad hæc, quæ evenerunt anno 1668. adjungantur, quæ intercesserunt epistolæ Simonis Pallavicini, & Hieronymi Spinulæ scriptæ anno 1675. antè examen Gonfredi, & Paulæ Mariæ, liquidò erit notorietas Matris Marchionis, quam quò Carolus impensius celare voluit, eò tot actus notiorem reddiderunt.

Exindè prævalidum consurgit argumentum, quod injectas omnes contrà nostram interpretationem Testium anni 1665. oppositiones utrimque capit. Si quæ gesta sunt à Principe Nicolao, & ab ipso Marchione anno 1668., & ab utriusque Procuratoribus, & rursum, quæ per epistolas significarunt Amici, in perquirendis Testibus pro complendo processu adscriptionis, præleferentia, Matrem fuisse Antoniam Calciam, originem habuerunt ab examine trium Testium anni 1665., jam constat ab ipsis Testibus, cognomen, quod vivente Carolo suppresserant, post mortem Caroli fuisse propalatum; Si ità res est, dilabuntur umbræ omnes, quibus ex reticito Matris cognomine Testes illi involvuntur. Quippè Augustinus Spinetta alter ex Testibus prædictis anno 1675. Principi Nicolao erat à servitiis, & Villa alter Testis supervixit usque ad annum 1669., si verò judicium illud anni 1668. ità instructum fuit, quoq in ab utraque parte defensiones pararentur super Matre Antonia Calcia, (ut factum fuisse liquet) absquè notitia examinis dd. trium Testium, quos Carolus communis Pater induxerat, vehementius sanè urgent omnia ad credendum Matrem Antoniam Calciam, namque aliter id contingere non poterat, quin à constanti fama, & à notorietate ambo Litigatores scientiam illam exhauserint. Concinit epistola Hieronymi Spinulæ scripta 4. Maii 1675., ubi hæc habet = *E si spera, che senz'altro haveremo le prove del Padre, della Madre, e de Mariti, e ch era publica voce, e fama, che era Vedova* =, & iudicati Gonfredo, & Paula Ma-

Maria, ad depouendum prælectis, addit = *Se ne trovano anche degl'altri, mà abbiamo stimati questi per migliori* =. Nullam ergò Testium penuriam ad probandam Matrem Antoniam Calciam Amici Marchionis patiebantur.

Quod tàm dilucidè compertum est, nova defensionis methodo io postrema Causæ propositione obscurum reddere conabantur Scribentes ab Legibus Reipublicæ *lib. 5. cap. 24. de successiou. ab intest.*, declarantibus, qui sint habendi Filii naturales, & quemadmodum nulla ab Legibus illis necessitas imponitur probandi Matrem Filiorum naturalium, ità argumentabantur, irritam, vel superfluam fuisse probationem Matris factam à Carolo, ut probaret, in Judicio adscriptionis ad nobilitatem Filii, quod naturalis erat. At verò non ad superfluitatem, sed ad oecessitatem factæ sunt probationes Matris, quippè flagitante Carolo nobilitatem Filii, non aliter illam consequi poterat, nisi probatà illius descendentià, juxtà præcisam Legem hic cadentem, cui titulus = *In che modo i figlioli di essi Nobili debbano notarsi nel libro* =, posthabità Lege in objecto adducta, quæ finem alium prospicit, & materiam diversam complectitur. Cùm itàque in adscribendis Nobilibus cautum sit, ut legitimis probationibus descendentia probetur, = *quali pigliando prima legitima testimonianza della Nobiltà, e dell' età predetta, chiunque conosceranno, haver sua descendenza dalle predette Famiglie Nobili, comanderanno, che sia scritto nel Libro* = Utiquè non poterat Carolus Filii descendentiam demonstrare, quin ostenderet, ex qua Muliere illum susceperat, cum uxorem non haberet, nequè Testes reddentes causam scientiæ filiationis, tacere poterant Matrem fereotem uterum ex Caroli congressione. Prætereà si Marchio adscribendus erat tamquàm Filius naturalis, omnioò hæc enunciativa inseri non poterat publicis tabulis, ut factum est, si de Matre libera non constitisset.

Sed quorsùm hæc disputantur? non enim præsens Judicium, quod cum Fisco, Pallavicinis, & Lomellinis agit Arnalda, spectat Leges Genuæ, & stylum augendi numerum illorum Nobilium, quamvis probationes, quomodocunque iu eo Judicio factæ sint, in istud inferantur; atquè hic deflexus eò etiam est inopportunus, quò dilabitur ad inquirendum, si in adscribendis Naturalibus libro Nobilium exigatur probatio Matris; Hoc enim est, ut proverbialiter dicitur, quærere Ursi vestigia, ubi Ursus adest: quippe tùm ab epistolis Pallavicini, & Spinulæ, tùm ab eventu patefactum est, Marchionem exoptatam nobilitatem assequi non potuisse, quin demonstraverit, fuisse filium Antoniæ Calciæ, defectu cognominis à primis Testibus reticito, illius assecutionem præpediente.

In minimis habita fuit, quæ objiciebatur inverisimilitudo, contrà Antoniam Calciam, quod tanti æstimanda non esset, ut honestatis causà ejus cognomen cælaretur, nàm nupta fuerat Scribæ Triremium, & tamquàm vilis Persona per vicos, & Plateas sola incedebat, præsertim cum à Teste Gonfredo notorium dicatur ejus commercium cum Carolo. Etenim aut Antonia erat conditionis honestæ, & expediebat utiquè, quoad fieri poterat, ejus lapsum occulere, ut familiæ quoque ignominia contegeretur. Aut vero talis erat, qualem Scribentes asseverabant, & tum tacendi Matrem necessitate urgebatur Carolus, quem adeò depravatæ, ac sordidæ libidinis puduisset! Cæterùm Antoniæ progeniem nec luteam, nec ignobilem fuisse testatur Gonfredus; imò quod stuprum suaptè libidine ducta non subierit, & obscenæ consuetudini cum Carolo non se addixerit nisi diu sollicitata, fassus est ipse Carolus loquens de Filio = *perche sò sicuro, ch'è mio Figlio, perche Antonia sua Madre, per quanto mi habbia compiacciuto, cioè seguito, perche prima ve l'hò ingannata, e quasi violentata* =, quæ verba ex auditu proprio refert ipse Gonfredus, & ab aliis documentis certius etiam constitit, Antoniam fuisse honestam, & civilem. Nulla igitur adest inverisimilitudo, quod Carolus devitaverit adscribi in actis publicis cognomen Antoniæ, nè probrum Familiæ in futurum prorogaret, nam illud est inverisimile, quod naturæ negotii non convenit, *Rot.* 543 *coram Coccin. dec. 715. num. 18.* Hinc videmus illud observari ab Ecclesia, quod in Baptismo Illegitimorum nomen Matris omittitur, unde eo magis exulat objecta inverisimilitudo, *Paris. cons. 83. n. 26. 27. 28. lib. 1.*, *Spad. cons. 247. n. 44. tom. 3.*

Demonstrata concordia omnium quinque Testium, tum à consensione depositionum, tum à Judicio, quod inter Fratres exarsit anno 1668., examinandæ nunc remanent exceptiones, quæ contra Testes anni 1675. objiciebantur.

In Urbe morabatur Marchio, quum ad judicium suæ adscriptionis prosequeodum animum contulit, idcircò usus est operà dd. Nobilium Spinulæ, & Pallavicini, Genuæ commorantium, qui per epistolas objecta Senatus ab incertitudine Matris, necessitatem supplendi probationes à Patre jam factas, difficultates inveniendi Testes, qui de viduitate Antoniæ Calciæ tutò deponerent, Testes repertos præ multis, qui complerent ac perficerent per optimas depositiones probationem, & demum peractum examen, Marchioni renunciarunt. Hæc omnia cum gesta fuerint anno 1675., nihil de illis suspicari potuit, quod non nudam veritatem præseferant. At verò replicabant Scribentes, verum esse, examen fuisse confectum tempore non suspectò, sed ad alium quidem diversum finem, scilicèt inveniendi Mulierem, quæ gerere posset figuram Matris: hæc ità impellebant, perindè scirent, Procuratores, Notarium, & Testes, imò Viros illos nobiles, quorum operà utebatur Marchio, in unum convisse, ut obducto falsæ Matris simulacro, oculis omnium, animisque fucum

cum fecerint, eaque illusione Senatum ipsum deceperint. Ad id genus scelus suspicandum, quod multitudinis peccatum continet, hæc erant indicia; quod Simon Pallavicinus, & Hieronymus Spinula, nec antè examen, nec in actu examinis certitudinem habuerint, Marchionem ab Antonia Calcia fuisse susceptum, quod ad dict. examen deventum sit post multas inventas difficultates reperiendi Testes, qui auderent hanc fabulam contingere, quod Marchio numquam dedit mandatum ad faciendum d. examen, dum mandatum erat restrictum ad perquirendum Decretum adscriptionis ad nobilitatem; Quod deniquè dicto examine numquàm usi sunt Pallavicinus, Spinula, & Marchio in utroque judicio adscriptionis, & donationis; Demum quod isti Testes numquam fuerunt repetiti.

Hæc falsitatis nota, quam viris illis illustribus, & aliis inarebant, cadebat in materia gravi, quod ne revocetur ad dubium, sumenda sunt verba Oppositorum, *ad finem scilicèt inveniendi Mulierem, quæ gerere posset figuram Matris eveniente casu exceptionis opinatæ spurietatis Marchionis*. Finis igitur hujus impictæ falsitatis ab ipsis Scribentibus indicatus, is erat, ut si Princeps Nicolaus Frater in judicio super donatione sc. 100. mil. Genuensium objecisset,
549 Marchionem ex Adulteræ stupro conceptum, ab his falsis Testibus propelleretur, sicque per hanc fraudem Simon Pallavicinus, & Hieronymus Spinula unà cum aliis, dabant operam, ut Princeps injustè condemnaretur ad solutionem sc. 100. mil. Genuensium, & è converso, quod Marchio injustè tantà alieni pecunià authore Judice frueretur. Sanè scelus hujusmodi nullam habet veritatis imaginem, & indicia ad illud suadendum colligata, ab eorum imbecillitate, ut umbra fumi æstimata sunt, cum ceteroquin tantæ simulationis delictum, quod peccatum mortiferum continet, & ad damni emendationem obligat, utpotè in fraudem, & præjudicium Tertii tendens, nonnisi apertissimis documentis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus esset probandum, ut præcipit *Text. in leg. Sciant cuncti ultima Cod. de probat.*, *Rot. decis.* 251. *num.* 3., & *dec.* 310.
550 *num.* 10. *part.* 9., & *decis.* 197. *num.* 4. *part.* 13., & *decis.* 194. *num.* 37. *part.* 18., & *decis.* 273. *num.* 8. *part.* 19. *rec.*; Si autem omnis possibilis interpretatio contra delictum sumenda est, ut monent *leg. meritò ff. pro Soc.*, & *leg. dolum ff. de dol.*, *Paris. de resign. quæst.* 7. *num.* 55. & 56., *Rot. decis.* 518. *num.* 3., & *dec.* 808. *n.* 21. *part.* 18. *rec.*, multòque magis, ubi de præ-
551 tensa Testium subornatione agitur, quæ involvit delictum Subornantium, & Testium, qui ferè omnes in casu præsenti sunt Personæ nobiles, qualis erat Gonfredus ab exercitio Advocati, ut firmat post *Text. in leg. providendum in princ. in v. nobilissimos C. de postul.*, *Tiraquell. de nobilit. cap.* 19. *n.* 12.

Si quidquam à fraude, & à falsitate remotum est, profectò id est istorum Testium examen, quod satis suadetur ex omninò inverisimili impicta causa simulandi Matrem, nam ex hac simulatione, quæ nemini profutura erat, damnum adeò grave inferebatur Principi Nicolao; Sane si illud testimonium tamquam fide dignum admittendum est, *quod caret suspicione, vel propter personam, à qua fertur, quod honesta sit, vel propter causam, quod neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ causa fiat*, ut præcipitur in *leg. Testium vers. Nam si ff. de Testib.*, nulla est ratio, cur falsitas tàm gravis ex inanibus dubitationibus credenda sit, tàm contra Testes, qui sunt ejusmodi, cujusmodi Lex prædicta requirit, quàm contra Simonem Pallavicinum, arctissimo affinitatis gradu conjunctū cum Principe Nicolao, nam ei Sororius erat, & Hieronymum Spinulam Viros nobiles, quos voluisse quempiam fallere mendacio, nec suspicari licet, quippè illis ex hoc delicto nihil lucri addebatur, nec constat fuisse inimicos Principis, contra quem falsitas hujusmodi exordita dicitur. Si igitur in simu- 552
lationibus, quæ crimen adeò grave non continent, nihil valent conjecturæ, ubi deficit causa simulandi, ut firmant *Paitell. expedit.* 87. *num.* 41., *Rot. coram Zarat. decis.* 118. *num.* 6. & 8., *coram Gregor. decis.* 157. *num.* 2., & *in rec. decis.* 258. *num.* 8. & 11., & *decis.* 283. *numer.* 10. *part.* 16., & *decis.* 55. *num.* 4. *part.* 19. multò magis, in præsenti exulat omnis suspicio, cum adsit manifesta, & aperta causa examinis dd. Testium: interea siquidem, quoad hos Testes examinavit, à Senatu numquam potuit Marchio adscriptionem obtinere, ut constat ex dd. epistolis, omni fide dignis, *Palm. decis. Lucen.* 57. *num.* 70., *Rot. decis.* 121. *n.* 12. *part.* 9. *rec.*, & *in Romana redditionis rationis* 14. *Decembris* 1708. §. *Cum itaque cor. R.P.D. Ansaldo*; Quod enim habet primordium veri- 553
tatis, vel aliquid veritatis admixtum, falsum reputari non debet, *Cagnol. in proem. Digest. in princ. numer.* 102., *Castrens. cons.* 120. *nu.* 4. *vol.* 1., *Riminald. Sen. cons.* 53. *numer.* 6., *Rot. coram Coccin. decis.* 123. *num.* 15.; Homines equidem confugiunt ad judicium, sicut ad quandam justitiam animatam, unde procul ab illis judicium suspiciosum, ubi non appareant manifesta indicia falsitatis, ut docet *D. Thomas* 2. *secundæ quæst.* 60. *art.* 4. *in corpore*, quod magis urget, ubi tetrum probrum pluribus Personis, iisque nobilibus imponitur.

Augetur ratio propellens cautam, quam falsitati imponunt, inspecto tempore examinis istorum Testium, ab anno siquidem 1668. cæptum erat judicium contra Marchionem super nullitate donationis, adeòque si opus fuisset falsis Testibus uti, ad probandam unam Matrem pro alia, quò Marchio ex Vidua natus ostenderetur, in ipso exordio litis id factum fuisset, nec crimen protelassent ad septem annos, quando jam Senatus pronunciaverat, executionem donationis, & Marchio fruebatur liberè medietate pecuniæ donatæ. Rursum Defensores Fisci, & Consortium negabant, quod in

in judicio nullitatis donationis inter Fratres caderet quæstio spurietatis Marchionis, [ut infrà patebit] ita ut ibi negent, quod hic modò af-
554 firmant, ut impictæ falsitati causam affingant, hujusmodi sanè inconstantia demonstrat imbecillitatem utriusque assertionis, quia contraria mutuò se expellunt, *Nevizan. in cons. 66. n. 51., Surd. decis. 23. nu. 10.*, & congruit illud: *claudicat incessu, pedibusque vacillat utrisque*.

Item considerabant DD. quod Processus adscriptionis non fuit Processus occultus, fabricatus in angulo, aliis ad aliorum aurem conspirantibus, sed isti Testes ideò examinabantur, ut fidem facerent apud Senatum, jacebantque eorum depositiones in Codicibus publicis Notarii, omnium obtutibus patulæ. In Senatu autem Jus dicebant Amici, & Consanguinei Principis, inter quos Centurionus Avus, & Tutor ejusdem Principis, qui avidiùs scrutabatur, quæ in isto Judicio pro Marchione agebantur, quive Simoni Pallavicino roganti pro adscriptione Marchionis responderat = *converrà vedere quello, che risulta dalle prove*. Syndici item, pro eorum munere, causam Principis, qualis erat illa obtinendæ nobilitatis, tuentes, probationum sinceritatem scrupulosè prospectabant; Indèque consurgit, adeò istos Testes non esse de falsitate criminandos, ut summa illis fides præstanda sit tamquam propalam examinatis à Viris illustribus, & exhibitis coram Senatu, Syndicis, ac Senatoribus, præsertim qui partem Principis fovebant, avidius, quid prolaturi erant hi novi Testes, prospicientibus; Hi autem cum non ignorarent, quæ gesta fuerant anno 1668. quum fervebat judicium inter Fratres, in quo Antonia Calcia ab utroque Fratre producta fuerat tamquam Mater Marchionis, quantumvis longè meliùs, quàm hodierni Defensores, potuissent pandere falsitatem, si ab levissima conjectura eam deprehendissent, nullus tamen neque à Republica, neque à Principe suspicatus est id, quod in hac Causa post lapsum tot annorum asserebatur, tantam à Viris illis nobilibus falsi-
555 tatem fuisse contextam. Hæc maximam inverisimilitudinem promotæ falsitatis inducunt, quæ etiam ubi conjecturæ adessent, vel indicia, ab ejusmodi criminis suspicione Judicum animos absterrerent, ut monent *Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 8. num. 8.*

Sublatà causà, ob quam tot Viri, quorum malæ famæ nulla extat probatio, ad falsitatem prætexendam dicebantur inducti, faciliùs corruunt motiva, super quibus ejusmodi criminis suspicio nitebatur. Ad id enim, quod Simon Pallavicinus, & Hieronymus Spinula, nec ante examen, nec in actu examinis certitudinem habuerint, quod Marchio fuisset susceptus ex Antonia Calcia, malè innectunt consequentiam, quod isti duo nobiles Viri potuerint, ex istiusmodi ignorantia, Testes subornare, ut falsam Matrem Marchionis jurejurando assignarent. Urgeret quidem argumentum, si Fiscus demonstraret, quod illi duo Nobiles certò scivissent, Antoniam Calciam non fuisse Matrem Marchionis, nam tunc inducendo dictos duos Testes ad probandum, quod Antonia Calcia erat Mater Marchionis, rectè diceretur, illos struxisse falsitatem. Imò argumentum rite retorqueretur, nam si dd. duo Nobiles ante examen istorum Testium, & in actu examinis ignorabant, quod Antonia Calcia esset Mater Marchionis; ubi induxerunt eosdem Testes, qui asseruerunt, Matrem fuisse Antoniam Calciam, dici nullo modo possunt ad falsitatem conspirasse, cum ille numquam de falso convinci possit, qui verum nescivit, quod sub cujuslibet judicio cadit, sed assumptum etiam ruit, cum à serie epistolarum ritè conijciatur, Spinulam, & Pallavicinum quæsivisse Testes, qui deponerent ea, quæ ipsi optimè sciebant, nempè Antoniam Calciam fuisse viduam, & Matrem Marchionis, alioquin nulla est assignabilis ratio, cur potius requisiverint Gonfredum, & Paulam Mariam, uti Sororem uterinam Marchionis, quàm alios, ut supra ostensum est. Altera consideratio sumpta à difficultatibus reperiendi Testes, qui (ut asserebatur) fabulam contingerent, ab ipsis epistolis submovetur, quippè apertè indicant, ubi Testes reperti sunt, his verbis, nempè, = *e mi è riuscito questa mattina appunto essendo in Palazzo col Signor Girolamo Spinola di ritrovare il Signor Giacomo Gonfredi Avvocato di qualche stima, che deporrà quello bisogna, per esser' informato d'ogni cosa minutamente* =, non cecidisse dubia super Matre, sed super viduitate Matris, quæ ob lapsum multorum annorum, à morte scilicèt Riccardi Voilin, non ita facilè probari poterat, neque omnes Testes, qui potuissent examinari super Matre Antonia Calcia, poterant esse etiam idonei super illius viduitate, ut monstrant verba epistolæ, = *per quanto più persone avessimo in nota, che facilmente potessero essere informate* =, & rursùs = *Se ne trovano anche degl'altri, ma abbiamo stimati questi per migliori* =; Nullus igitur Testium horror ab examine: Tàm pateus erat veritas, quæ inquirebatur. Si autem tanta inverisimilitudo falsitati obstat tum ob dignitatem Personarum, quæ de ea insimulantur, tum ob odiositatem negotii, quod ab ipso Marchione numquam fuisset commissum Viris nobilibus, longè multumque exulat suspicio, si illi duo Nobiles, injussi, nec rogati, tantam fraudem nexuisse dicantur in gratiam Marchionis, nihil fraudolenti exoptantis. Quod denique Testes prædicti non fuerint repetiti, neque adhibitum eorum examen, nihil ad fraudem, & ad falsitatem pertinet; Sed utrumque etiam concidit, ab iisdem epistolis, ex quibus habetur, quod prædicti Testes examinati fuerunt animo eos repetendi ad interrogatoria Syndicorum, ibi = *Per farli poi ripetere alla forma della Legge* = Et quamvis non fuerint postea repetiti, tamen Procurator Marchionis, quum rogaret Senatum pro adscriptione, hos Testes exhibuit; = *Fu però messa la Posta senza attendere detti Atte-*

testati: non sò, se a fin di bene, ò di male = Constat proiudè, quod isti Testes fuerunt inducti, & reperti à dd. duobus Nobilibus, quorum alter conjunctissimus erat Principi Nicolao, quod præelecti inter multos fueruot, quia super puncto viduitatis Antoniæ Calciæ erant meliùs informati, quod prompti erant se subjicere interrogatoriis, & demum, quod fuerunt delati ad Senatum.

Nihil refragante, quod adscriptio Marchionis fuerit admissa absque productione istorum Testium *senz' attendere detti attestati*; Super quibus verbis aliæ nccicbaotur dubietates, quæ, ne ad superfluitatem prolixi simus, omittuntur. Etenim satis est ad discutiendam conjecturam falsitatis, quod palàm coram Senatu examen fuerit exhibitum, neque est opus causam inquirere, cur istorum Testium examen à Senatu jussum oon fuerit in actis registrari, dum certò alloquin constat, Marchionem non potuisse sinè suppletione cognominis Matris adscriptionem obtinere, & hoc examen factum fuisse, constat ad tollendas objectiones factas ab Secretariis, seù Syndicis Reipublicæ, ut ex ipsis epistolis patet.

Dispellitur igitur omnis falsitatis suspicio à probitate, & integritate supponenda dd. Nobilium, à deficiente causa committendi falsum, à cessante lucro, vel commodo eorum, qui de falsitate iosimulantur, ab existente veritatis primordio, ocmpè necessitate supplendi cognomen Matris Marchionis, quod absque du-
556 bio ex epistolis habetur, à multitudioe eorum, qui falsitatis participes asseruntur, & demùm à possessione pecuniæ donatæ, cujus intuitu falsitas commissa prætenditur. Has considerationes singulas tanti esse æstimandas, ut omnis falsitas ab illis discutiatur, pluribus adductis, firmat *Menoch. de præs. præs.20. num.44. usque ad finem lib.5., Rota decis.211. à numer. 28. ad num.31. part.19. Recent.*, & si replicetur, quod ea indicia, quæ contrivimus, examen istorum Testium à suspicione saltem non eximunt, promptum affertur responsum, quod suspiciones super quaque re vitare non possumus, quia homines sumus, *judicia tamen* (& hoc ad Tribunal pertinet) *idest diffinitivas, firmasque sententias continere debemus*, ut monemur à *D. Thom. 2. secunda quæst. 60. dict. artic. 3. in corp.*

Quod ad mandatum Marchionis ad falsitatem committendam, rectè utrinque affirma-
557 batur nullum intercessisse; Verùmtamen non ita judicandum de Testium examine, quod ex mandato Marchionis fuisse peractum, præsumptione juris, & ab iis, quæ consecuta fuerunt, rectè suadebatur. Fisci, & aliorum Defensores inficias non ibant, Simonem Pallavicinum, & Hieronymum Spinulam, rogatos à Marchione, judicium adscriptionis reassumpsisse, adeòque juxta Marchionis voluntatem, eum aliter non potuerint adscriptionem obtinere, istorum Testium examen fuisse peractum, præsumendum est, nam qui vult consequens, vult omne id, quod venit in necessarium antecedens, ut in puncto mandati probat *Text. in leg. Ad rem mobilem 56.*, ibique *Gloss. leg. D.*, *& in leg. Ad legatum 62. ff. de Procurat.*, *Leotard. de usur. quæst.33. num. 26.*, *Golin. de Procurat. part. 2. cap.4. num.20.*, *& part.3. cap.3. num.56.*, *Card. de Luca de Camb. disc.13. num.7.*, *Sanfelic. decis.18. num.2.*, *& per tot.*, *Mastrill. decis. 204. num. 2. & seqq.*, *Rota coram Coccino decis.1541. num.8. & seqq.*, *& coram Emerix. Jun. decis. 1332. num. 1.*, à
quo consequitur, quod isti Testes inducti ad 558
examen pro supplendo cogoomine Matris à dd. duobus Nobilibus, perindè habentur, ac si ab ipso Marchione inducti, & producti fuissent, ad *Text. in leg. Item eorum §. Decuriones ff. quod cuicumque*, *Surd. de Aliment. titul. 8. privileg.56. num.88.*, *Bouden. collect. 33. nu.2. vol.1.*, *Rota in Romana pecuniaria 29. Januarii 1715. §. Cum itaque coram R. P. D. Lancetta.*

Quod firmius credeodum est per ea, quæ postcà sunt consecuta, quippe demonstrant, Marchionem ratum habuisse d. examen; fuit enim de omnibus, quæ à dd. duobus Amicis Genuæ parabantur pro adscriptione obtinenda per epistolas instructus, necquidquam objecit, acceptavit adscriptionem suam ab istis Testibus partam, & tantum abest, quod de falsa Matre, sibi impicta, conquestus fuerit, ut maximè factum examen adprobaverit, voluerit que penès se copiam dd. Testium, adnotatis in ejus tergo propria manu verbis = *Testimonianza di Paula Maria, e del Signor Giacomo Gonfredi* = Nullus profectò, cui nota fuerit indoles clara Marchionis, circumstantiam hujusmodi noo magni pendet; efferbuisset ira, si loco Matris claræ, & illustris, juxta id, quod modò asseritur à Scribentibus, quod Matrem habuisset nobilem Mulierem, ab istis Testibus sibi assignatam vidisset Matrem oon modò ignobilem, sed, ut ea nunc describitur, vilissimæ conditionis. Præterea solvit quidquid impensæ fuit io hujusmodi examine cum ejus adnotatione facta proprio charactere *conto*
di spese fatte dal Signor Bottino, adeò autem 559
tenues fuerunt hujus examinis impensæ, ut ab illis certior emerserit Testium innocentia, & sinceritas; Ex quibus omnibus tàm separatim, quàm conjunctè sumptis, evideos probatur ratihabitio, ut de scientia rei gestæ per Procuratorem absque dissensu Mandantis tradunt *Bartol. in leg. Qui enim ff. & rem rat. haben. nu.3.*, *Mans. consult.192. num.9.*, *Altimar. de nullit. rubr.1. quæst.1. num.480.*, *R.P.D. Ansuld. de Commer., & Mercat. disc.63. num.4. & seqq.*, *Rota coram Emerix. Jun. decis. 1011. nu. 12.*, *& in Recent. part.12. decis. 202. num. 24.*, de solutionibus expensarum ootant *Menoch. de præsumpt. lib.2. præsumpt.39. num.5.*, *Merlin. Pignattell. contr. centur.1. cap. 30. numer. 42.*, *Constantin. ad Statut. Urb. annotat.45. artic. 2. num.160.*, *Mart. Medic. dec. 58. à num. 38. & seqq.*, *Rota in Recent. part.18. decis.109. nu.9.*

de

560 de fruitione victoriç per Mandantem reportatç,
*Cyrocc. discept.*80. *num.*7., *Mart. Medic. d. decis.*58. *sub num.*39., & *enam.*35. *num.*112., *Rota coram Celso dec.*111. *num.*9., *coram Emerix. Jun. decis.*1306. *num.*5., & *in Rec. part.* 19., *decis.*124. *nu.*12., & *in Bononien. expensarum* 25. *Junii* 1703. §. *Nec relevat coram bo. mem. Omanna*, & de retentione documenti rei gestæ per Procuratorem, & quidem cum dicta inscriptione in dorso de charactere ipsius Mandantis plenè advertunt respectu simplicis retentionis *Gabr. de præsumpt. conclus.* 4. *nu.*2., *Novall. de transmiss. cas.*94. *sub num.* 2., *Rota*
561 *coram Bich. decis.*256. *num.*9., *coram Ludovis. decis.*331. *paritèr numer.*9., *coram Duran. decis.*36. *num.*6. *part.*1. *divers. decis.*411. *num.*9., *in Rec. part.*7. *decis.*3. *num.*24., & *in Romana, seu Verulana Fideicommissi* 15. *Maii* 1699. §. *Implicitè coram bon: mem: Pio*, & de inscriptione de charactere Retinentis factæ in dorso Scripturarum *Alexand. cons.*147. *nu.*3., *Gabr. comm. conclus. de præsumpt. conclus.*3. *num.* 16., *Menoch. de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.* 67. *n.*22.

Ad objectionem autem, quæ proponebatur contra testimonium Paulæ Mariæ, quasi esset Testis producta in Causa Hieronymæ ejus filiæ, vel etiam inhabilis ad probandam
562 filiationem Marchionis tamquam ejus Soror uterina, placuit responsio, quod etiamsi Hieronyma ad præsens utatur testimonio Matris, tamen illius examen factum fuit anno 1675. ad instantiam Marchionis, ad probandum, quod natus fuerat ex Antonia Calcia, undè si ad probandam consanguinitatem in antiquis admittuntur Domestici, & etiam Affines, multò magis admittendum est testimonium Paulæ Mariæ in alia Causa prolatum tempore non suspecto ad eundem finem probandi, Marchionem natum esse ex eadem Antonia Calcia, tum quia versamur in probanda filiatione Filii naturalis, ex illicito concubitu suscepti, quæ eò est probatu difficilior, quo delicta minus propalam patrantur, ut appositè animadvertit *Rota Genuen. decis.*81. *num.*1. *apud Palm. decis.*179. *num.*26., *Rota coram Comital. dec.*159. *num.* 7. & 8., & *in Romana Testamenti* 1. *Julii* 1682. §. *Nec in contrarium coram Emerix*, & *in Romana Testamenti* 3. *Decembris* 1691. §. *Non obstat coram Cardinali Caprara*, tum quia si anno 1675. testimonium Paulæ ad in-
563 stantiam Marchionis jure admittendum erat ad probationem maternitatis Antoniæ Calciæ, nulla subest ratio, cur idem testimonium in hodierna Causa sit reprobandum, per ea, quæ firmant *Alexand. in leg. Sæpè num.* 60. *in fine ff. de re Judic.*, *Felin. in cap. Quamvis num.* 9. *in fin. eodem tit.*, *Rota coram Montic. dec.* 350. *num.*4., *coram Zarat. decis.*10. *numer.*33., & *decis.*21. *num.*1., *coram Bich. decis.*203. *num.*8., & *decis.*268. *num.*21.

Quod autem isti Testes majorem demùm fidem non mereantur, quàm Testes ad perpetuam rei memoriam examinati, qui plenam probationem non faciant, satis obvia responsione tollebatur, nimirum, quod inducti fuerunt ad supplendum cognomen Matris Marchionis, quod omissum fuerat à primis tribus Testibus formitèr examinatis à Syndicis Reipublicæ; unde conjuncti cum illis, prætertim cum essent parati ad rituale examen Syndicorum, plenum probationi pondus adjiciunt; nec propterea separatim accipiendi sunt, sed de- 564
bent conjungi cum aliis Testibus, ponderatis etiam tot adminiculis, quibus maternitas Antoniæ Calciæ demonstratur, *Bald. consil.*3. *n.*4. *lib.*3., *Soccin. Jun. cons.* 32. *num.*24., & *consil.*39. *num.*14. *lib.*2., *Roman. cons.* 7. *num.* 3., *Cyriac. controv.* 291. *nu.*21., *Rota coram Coccin. decis.*23. *num.*7.; non enim potest imputari
culpæ Arnaldæ, quod isti Testes formitèr non 565
fuerint examinati, adeòque cum objerint nulla facta retractatione, habendi sunt, ac si formitèr examinati fuissent, ad tradita per *Mascard. de probat. conclus.* 33. *num.* 12. & *seqq.*, & *conclus.*149., *Rota coram Rembold. dec.*352. *num.*10., & *in Recent. decis.*133. *num.*18., &
*decis.*538. *num.*14. *part.*18., & *decis.*163. *n.*14. 566
*part.*19.; nam substantia depositionis Testium sistit in juramento, quod coram Notario præstiterunt, *Rota decis.*18. *num.* 14. *part.* 7. *Reccat.*, *Gratian. discept. forens. cap.*694. *num.* 50. *tom.*4.

Ab oppositionibus, quæ generatim afficiebant istos Testes, ad singulorum depositiones oppugnandas convertebantur. Depositio primi Testis, quæ fictionibus, & falsitatibus aspergitur, hæc est: *D. Paula Maria filia quondam Joannis Antonii Calcia, & quondam D. Antonia ejus Uxoris Jugalium: Io dico, che il Signor Nicolò Maria è figlio naturale nato dalla detta quondam, ora Antonia, e dal quondam Illustrissimo Carlo Pallavicino, & è nato in tempo, che io abitavo con detta quondam Antonia mia Madre, quale era Vedova di molti anni del secondo Marito, che aveva preso dopo la morte del quondam Giovanni Antonio mio Padre. Sò le predette cose per aver visto nascere detto Signor Nicolò Maria, averlo visto dare à Mamma, & averle sempre conosciuto, e sò, che in Casa della detta mia Madre Vedova non praticava altra Persona, che detto Signor Carlo, e detta mia Madre non praticava in altra Casa, che con detto Signor Carlo, e sò, che detto figlio è figliuolo del detto Signor Carlo per la pratica, che vedevo era trà detto Signor Carlo, e detta mia Madre, e se avesse avuta altra pratica, l'averei saputo, ætatis annorum* 50. *circiter, e Sorella uterina di detto Signor Nicolò, come l'hò detto di sopra*: Sensus oppositionis is erat, quod Paula Maria in hac depositione, quibusdam verborum involucris, datâ operâ, veritatem dissimulans, perplexè locuta sit, ne posset comprehendi, essetque velut rima quæpiam, per quam elaberetur: Hinc sejunctis primis verbis examinis, ubi Paula Maria dicitur filia Antoniæ Calciæ, quæ non ad Testem, sed ad Notarium referebant, & ubi dixit: *è figlio naturale della detta quondam*

ora Antonia, e del quondam Illustrissimo Carlo, sublata dictione *detta* tamquam ex alio charactere addita examini, inferebant, quod a dicta depositione hucusque non proferebatur, Matrem fuisse Antuniam Calciam, cum nihil aliud scateat, quàm *è nato dalla quondam ora Antonia*. Similiter nihil probari ab aliis verbis, *ed è nato in tempo, che io abitavo con detta quondam Antonia mia Madre*, quod potest præferre veritatem, absque eo quod Marchio natus esset ex Antonia Matre ipsius Testis. Similisque interpretatio dabatur sequentibus verbis. *Sò le predette cose per aver visto nascere detto Sig. Nicolò Maria, ed averlo visto dare à Mamma*, quæ non probant, fuisse natum ab Antonia Calcia, & sic totam hujus Testis depositionem secabant.

567 At verò non ità ex Testibus veritas est inquirenda, transferendo verbum ex verbo, sed colligandus est sensus ex sensu, ut monuit *Gregor. in cap. Propterea 8. de verb. signific. tit. 40.* ibi *Propterea si prolixam Epistolam meam ad interpretandum accipere te fortasse contigerit, rogo non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferri, quia plerumque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur*, numquàm enim fieri potest, quod hinc, atquè illinc ab oratione verba carpendo, veritas, ut est reàpse, percipi possit, ut probavit Auctor censuræ Symboli Apostolorum, & Theophilus Raynaudus. Undè colligitur, quibus perplexitatibus, quibusve nodis cuncta involvantur, si contextum, rerumque continuatam progressionem non aspectemus.

Accipiatur itaque integer depositionis contextus, & ut de sua Epistola interpretanda rogavit Summus Pontifex Gregorius, deducatur sensus ex sensu, & nihil desiderari poterit ad judicandum hunc Testem omninò ocularem super maternitate Antoniæ Calciæ, *Sò le predette cose per aver visto nascere detto Sig. Nicolò Maria*. Si autem per hæc verba, quæ antecedunt, non satis expressum sit, à qua Matre sit ortus, legenda est reliqua depositio, *e sò, che detto figlio è figliolo del detto Signor Carlo per la pratica, che vedevo era tra detto Signor Carlo, e detta mia Madre, e per avermelo anche detto detta mia Madre, e se avesse avuto altra pratica, l'avrei saputo*. Porrò nihil huic depositioni deest, nisi id, quod Paulæ Mariæ videre non licuit, *magis enim fert homo spectantium multitudinem quando injustè irascitur homini, quam unius aspectum, quando justè miscetur Uxori, D. August. lib. 14. cap. 19. de Civit. Dei*, & dum asseruit *per la pratica, che vedevo era trà detto Signor Carlo, e detta mia Madre* satis explicavit conceptionem Marchionis ex Antonia, nam Mulier, cæteroquin honesta, non debebat inverecundè loqui, nec aliter decebat matrem impuram, & sordentem propriæ Matris ea promere. Non ergò prodest ad eruendam veritatem sectio depositionis Testium, quia, ut inquit *Text., incivile est, nisi tota lege perspecta, aliquà particulà ejus proposità, judicare, vel respondere, l. incivile ff. de legib.* neque cujusque verbi propria significatio, nam nulla sunt verba adeò clara, & expedita, quin eis possit sensus falsus, & alienus inædificari; Quorsum nomina? ut ait *Text. in l. labeo ff. de suppellectil. legat.*, nisi, ut demonstrarent voluntatem dicentis, *nam prior, & potentior est,* 568
quàm vox, mens dicentis. Hinc vulgatissima est Judicibus regula, dicta Testium non esse criticanda, *Farinacc. de Testib. quæst. 68. numer. 49., Rot. coram Merlin. decis. 164. num. 15., & in Rec. decis. 511. nu. 11. part. 5., decis. 223. pariter num. 11. part. 14.*

Utque convellerentur omnes suspiciones contra testimonium Paulæ Mariæ, quæ de visu deponit longè ante motam litem, Marchionem fuisse filium Antoniæ Calciæ, ea ad- 569
debatur responsio, quod nulla est ratio, cur credi debeat, hunc Testem voluisse ex industria loqui perpleaè, & æquivocationibus uti, quemadmodum contendebant Scribentes, nam perindè erat falsum apertè deponere, & veritatem ex æquivocis occulere, quia voluntas decipiendi fuisset eadem, imo plus pertinet ad esse mendacii intentio fallendi, quàm falsa vocis significatio, *cap. quisquis 11. quæst. 3. & cap. nec artificioso 22. quæst. 2., Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 47. num. 36., Suyr. Clav. Reg. Sacerdot. lib. 5. cap. 6. num. 25. & lib. 12. cap. 2. num. 1., Del Ben. de juram. cap. 4. dub. 3. nu. 6.* ibi: *Per simulationem, adeòque data opera, seù ex proposito alterum in errorem inducere est species mendacii, quæ dicitur duplicitas, per quam quis aliud habet in corde, & aliud foris ostendit fallendi causa, Covarruv. var. resolut. lib. 1. cap. 1. num. 2.* ubi quod si mendacium contingat in his, quæ ad judicium pertinent, etiamsi in re levissima, semper mortiferum peccatum est. Propterea si Paula Maria æquè graviter peccasset deponendo clarè, quod falsum contenditur, & illud deponendo cum æquivocis eodem fallendi animo, non est credendum, quod illa studiosè æquivocis, & perplexitatibus (quæ nec etiam repeciuntur) suam depositionem consperserit.

Adversus Gonfredum Testem alterum anni 1675. similiter objiciebant, quod in sua depositione plurima narrabat figmenta simillima veris. Ab isto Teste veritas prolixius exprimitur. Deponit enim de Maritis Antoniæ, de numero Filiorum, viduitate, de loco habitationis, de crebro accessu Caroli ad illam, & quod Antonia frequenter ad illum accedebat, de Obstetrice Cæcilia, de Nutrice Maria Musa, tunc vivente & demum de collocutionibus habitis cum Carolo Patre Marchionis, præferentibus istius amores cum Antonia. Adducit etiam causam scientiæ, quia nempe habitabat prope domum Antoniæ, & prope domum Caroli, & a vicinitate omnia prospectabat, adeout, sit omnino Testis ocularis quod March. Pallavicinus ab Antoniæ Calcia illegitimè sit ortus. Si Testis iste verax omni-

no

no non fuisset, perfacilè deprehendi poterat tempore examinis ostendendo quod quæ narraverat Cæcilia de Obstetrice, & Nutrice tūc vivente, de loco habitationis tàm propriæ, quàm Antoniæ & Caroli, erant falsa. Neque credibile est, quod illi Senatores, & Amici, qui contrà Marchionem in lite donationis partes Principis Nicolai agebant, quos vidimus intentos ad ea, quæ novis istis Testibus parabantur à Marchione, apertas falsitates Gonfredi dissimulaverint, dum per istos Testes stirpitus omninò convellebatur exceptio spurietatis Marchionis, cum deponant nedum de Matre Antonia Calcia, quam constat à nemine versam io dubium, sed de illius viduitate, quum Marchionem concepit.

At ejusmodi Testis, qui ex anno 1675. usque ad hunc diem verax habitus est, tria mendacia nunc protulisse dicitur, quibus totum inficitur, ac labefactator examen. Primùm ducebant ab domo, in qua se tempore conceptionis Marchionis Testis babitasse affirmavit, dum ab Instrumento locationis constabat, locationem factam à Gonfredo, initium habuisse 25. Januarii 1650.; undè ab ista domo non potuit videre consuetudinem Antoniæ Calciæ cum Carolo, quæ præcesserat annum 1649. Alterum mendaciom Gonfredi eruebatur ex malè iudicata domo habitationis Antoniæ Calciæ, dum per exhibitum Instrumentum locationis ostendebant, quod eam domum conduxerat Joannes Augustinus Galea sub aoois 1649. & 1650. proindèque si dictus Galea inhabitabat banc domum, eam habitare non poterat Antonia Calcia. Tertium deniqoè mendacium constituebant in eo, quod Gonfredus ab ejus domo dictam consuetudinem Caroli cum Antonia prospexisse dixit, *e con tal' occasione vedevo, che detto Signor Carlo praticava spesso con detta Antonia, ed essa andava la mattina in detta sua Casa*, assereotes, quod ex domo Gonfredi ob inflexionem viæ, nullus est prospectus ad domum Antoniæ Calciæ.

Facilè tamen hi qooquè nodi solvebantur, nam demonstratum fuit, Gonfredum foisse Generum Martioi Massoni conductoris dictę domus, & habitasse cum illo osque ad obitum aliquot annos antè conceptionem Marchionis, & demùm Socero defuncto, domum ipsam novo locationis Instrumento conduxisse, unde perperam initium babitationis Gonfredi sumebatur ab ista locatione, non obstante quod partita extracta à Pallavicinis, & Lomellinis non præseferat habitationem Gonfredi cum dicto Massono, quia hæc est partita diversa, & ab alio libro extracta, undè singulis perspectis utriusque libri partitis ab Arnalda exhibitis, evanuit dubium, & claruit, quod ante annum 1649. Gonfredus in eadem domo habitavit. Non absimili responsione corruebat mendacium, erutum ab domo Antoniæ, quæ licèt locata Galeæ, adhuc per sublocationem retinebatur ab ipsa Antonia, ut constitit ex partitis libri dictæ Galeæ à publico Notario extractis. Spreta difficultate, quod extractio facta fuit non citata Parte, quià ubi adest admioiculum dicti Testis antiqui, partitæ taliter extractæ cum depositione Testis concordantes, optime persuadent, præsertim quia facilè potuissent DD. de Lomellinis, & Pallaviciois, si veræ non essent, illas falsas demonstrare. Et ne quidquàm remaneret, cui errores, falsitates, ac dubia non objicerentur, ad suspicionem falsitatis trabebatur quoquè partita libri dictæ Galeæ, ità se habentis= 1648. *à di 6. Novembre hò appigionato la metà di detta Casa alla Signora Antonia Calcia per lire cento con consenso di detto Magnifico Francesco Maria Imperiali*. Asserebant enim mandatum Rotæ Genuensis, quo constabat, dictum Imperialem obtinuisse immissionem ad dictam domum die 19. Mai 1649. Sed non minùs clarè subversa est hæc suspicio, quàm aliæ, nam ostensum fuit, dictam Domum fuisse legatam dicto Imperiali usque de anno 1645. & ab eodem Instrumento allato per Cameram, constitit, dictum Imperialem exegisse pensiones ejusdem domus pro annis præcedentibus dictum mandatum de Immittendo. Quod ad inflexionem viæ attinet, undè probabant tertium mendacium Gonfredi, bæc nullius considerationis habita fuit, dum etiamsi via ioflexa esset, ut ab domo Gonfredi non prospiceretur domus Antoniæ, quod Arnalda nega-
bat, adhuc vera est causa scientiæ ducta à vi- 570
cinitate, quia quæ oculis inspicimus, mente comprehendimos, & ideò Testis reputaodus est verax in eo, quod asserit, se vidisse mutuum accessum inter Carolum, & Antoniam, cum transeuntem utrumque per viam sæpè conspexisset, & sciret aliundè, quid inter utrumque intercedebat. Secundùm enim visa, & audita movetur Testis ad respondendum, *S. Thom. secunda secundæ quæst. 70. art. 2. ad 2.* Sublatis hisce dubietatibus, tam dilucidè solutis; fortiùs intrat præsumptio, quod Testis non voluerit in propriæ conscientiæ detrimentum falsum deponere favore Marchionis absentis, cum io omni hominum genere, quantumvis perverso, & depravato, difficilè sit reperire quempiam, qoi non rogatus, ut falsum deponat, ultrò velit esse falsarius, & perjurus, per ea, quæ observant *Roland. à Vall. cons. 38. num. 50. & seq. libr. 1.*; *Vermigliol. consil. 192. num. 2.*, *Conciol. alleg. crim. verb. falsum resolut. 6. num. 2. & 3.*, *Rot. decis. 17. numer. 10. post Merlin. de Pignor.*, *& decis. 787. numer. 23. part. 18. Recent.*, *& in Forosempronien. Testamenti 4. Martii 1695. §. Respectu coram Cardinali Caprara*.

Itaque omnes planè objectiones, quæ contrà hanc probationem, uberiori quinque Testium numero constantem, jaciebantur, tales esse DD. perspexerunt, quæ, ut facilè quæcumque res possunt, illam exagitarent potiùs, quàm convellerent, facile enim est cuiquam scrupulos, & ambiguitates excerpere, & trabem, ut proverbio dicitur, in omnibus inveni-

veuire, quia in judiciis probabili demonstratione statuta, Legibus utimur, nec fas est, à possibili errore, qui in juridicis probationibus latere potest, & a formidine de opposito diffinitivas suspendere, minusve in contrarias labi sententias, cum nulla in humanis actibus esse possit certitudo, quæ dubitationibus, suspicionibus, ac fallaciis non sit obnoxia. Nihil enim, nisi in demonstrativis omninò certum reperitur.

Nunc ergò, ut præmissus ordo expetit, etiam alia probatio, quæ jure omnium robustissima habita fuit, ab objectis difficultatibus est vindicanda. Desumitur hæc secunda probatio à Re Judicata Senatus Genuensis inducta super acerrimo Judicio nullitatis donationis scutorum argenteorum 100. mil. quod actum est inter Fratres, tantæque litis materiam tribuebat Mater Marchionis. Contendebat Princeps, Antoniam Calciam tempore conce-
571 ptionis fuisse maritam Riccardi de Voilin, atque ideò donationem per Leges irritandam, ob Spurii incapacitatem, *Glos. in §. Ultimo sub vers. Participium Auth. quib. mod. effic. sui., Oinot. instit. de hered. quæ ab intest. defer. de prim. ordin. succed. cap. de succed. Lib. nat., Paul. de Castr. in l. servus testamento C. de legat., Alex. cons. 202. vol. 6. colum. 1., Cephal. cons. 25. vol. 1., Dyn. de success. ab intest. num. 14., Marchesan. eod. tract. memb. 2. art. 1. n. 1., Lucidor. de illegit. in prælud. numer. 34., Lup. eodem tract. Comment. 1. §. 5. nu. 9., Peregrin. de jur. Fisc. lib. 3. tit. 28., Nicol. de Ubald. de success. ab intest. part. 1. sub nu. 48., Cyriac. contr. 8. num. 8. & 9., Trentacinq. resol. 1. num. 3. lib. 1. de Noth. & Spur., Antunez. de Donat. Reg. lib. 3. cap. 18. sub. num. 67., Mart. de success. legal. part. 1. quæst. 16. art. 1. sub. nu. 16. 19. 20., Card. de Luc. de donat. disc. 62. num. 2., Constantin. ad Statut. Urb. annot. 37. num. 38., Christin. Decis. Belgic. 198. per tot. lib. 1., Larr. decis. 96. numer. 19.* Contrà Marchio suam, & Matris propulsabat injuriam, atque damnum, edendo probationem obitus dicti Riccardi, & quamdiu duravit hoc dissidium, duravitque septem annos, tandiù stetit in hoc judicio Antonia Calcia tamquam vera Mater Marchionis, maximèque notandum, quod ab actis hinc, & indè gestis, nulla, vel levis umbra suspicionis id temporis accidit, undè ad dubium traheretur maternitas Antoniæ Calciæ, ut tandem Senatus diffinitivam pronunciaverit Sententiam favor Marchionis.

Hæc Sententia in petitorio lata efficit Marchionem capacem donationis Paternæ, & undè est explicitè decisiva validitatis donationis, indè profluit etiam decisio super qualitate Matris Marchionis, nam ubi priùs nuptiæ cum Riccardo à Principe objectæ fuerant, si post-
572 modum viduitas probata non fuisset, donatio omninò consistere non poterat, Legibus apertè, ut ostendimus, refragantibus, proindeque hæc Sententia lata est super statu Personæ cum legitimo Contradictore, quæ omnes etiam non citatos afficit, & in quolibet judicio probat, Matrem Marchionis fuisse Antoniam Calciam, ob cujus viduitatem canonizata fuit validitas donationis, ita quidem, ut hæc maternitas in dubium revocari non liceat, tanta est auctoritas Rei Judicatæ in causa status probatæ, *Mascard. de probat. concl. 794. nu. 3. vers. secus, Merlin. Pignatell. contr. forens. 32. nu. 10., Angel. de confess. lib. 1. quæst. 7. effect. 5. nu. 41. & seq., Palm. decis. Lucen. 179. n. 19., Rot. coram Bich. dec. 312. num. 14., cor. Emerix Jun. decis. 915. num. 2., decis. 104. nu. 8. par. 19. tom. 1. rec., & cor. R. P. D. Ansald. decis. 76. numer. 4., in Comen. Capellaniæ 4. Maii 1703. §. Nec advertendum cum seq. cor. Eminentiss. de la Tremoille, in Eugubina Transactionis 27. Januarii 1712. §. Absoluta cor. R. P. D. Lancetta, in Romana fideicommissi de Avila super reservatis 9. Junii 1713. §. Maximè cor. R. P. D. Ansald. & in Burgen. juris visitandi de Bribiesca 12. Januarii 1714. §. Competentia coram Eminentiss. Scotto*, quod procedit non solum in iis, quæ oculis corporeis leguntur scripta in Sententiis, & Re Judicata, verùm etiam in iis omnibus, quæ velut necessarium antecedens, ut in hypothesi fuit vidui- 573
tas Antoniæ Calciæ, causam dederunt Rei Judicatæ, & in ista præsupposita, habentur, *Spad. cons. 241. num. 23. & seq. vol. 2., Dexart. decis. Sardin. 100. num. 17., Rot. cor. Seraphin. decis. 776. num. 1. & 2., coram Cerr. decis. 566. numer. 6., & in Romana hereditatis de Ruspolis 23. Junii 1704. §. Jure meritoque, & 2. Martii 1705. §. Ex quibus coram Reverendissimo Molines.*

Demonstravimus suprà, quæ ab utroque Fratre impensa sint studia pro reperienda qualitate Antoniæ Calciæ, undè pendebat Causæ decisio, quæ anno 1668. in judicio summario finem habuit, & posteà in Urbe coram Cardinali Lazzaro Pallavicino, & Principe Civitellæ Judicibus Compromissariis in petitorio reassumpta, demum coram Senatu Genuæ absoluta fuit. Expedit hìc propellere, velut uno fasce collecta omnia, quæ objiciebantur adversus hæc præparatoria utrinque acta, quibus ostenditur, quod quidquid actum fuit, tùm antè judicium anni 1668., tùm etiam antè alterum adscriptionis, per Nobiles Pallavicinum, & Spinulam, in unam Antoniam Calciam collimavit, undè magis nervosa redditur probatio ab ipsis judiciis eruta.

Objiciebant autem, quod Princeps nullam scientiam habuit, quod Mater Marchionis esset Antonia Calcia, undè nullam potuit instructionem dare Agenti suo Scortiæ Genuæ commoranti, ut, an esset Vidua, vel nupta, perquireret: quod neque Avus, & Tutor, Centurionus quidquam scivit de hac Maternitate: quod Scortia nullam à Principe instructionem, nullamque notitiam habuit Antoniæ Calciæ, nisi postquam vidit fidem illius Matrimonii cum Riccardo Voilin. Itidem quod Marchio semper ignoravit, à qua Matre esset ortus,

quod

quod nobiles Amici Simon Pallavicinus, & Hieronymus Spinula, nec non Bottinus, anno 1675. omninò in obscuris versabantur, ac prorsùs ignari erant illius *Viduæ Antoniæ*, cui cognomen addiderunt ab examine dd. Testium. Hæc summatim relata, fusius incomplexam, ac pene dixerim luce clariorem veritatem aspergebant.

Quid enim incredibiliusest, quàm id, quod ipsi naturæ refragatur, quodque ad ipsam impossibilitatem statim illidit? Incongrua enim est assertio, quod Princeps quæsiverit Maritum Antoniæ Calciæ, quò eam in conceptione Marchionis ostenderet adulteram, in scientia illius maternitatis peregrinans: Similitèr, quod Scortia visà fide Baptismatis, ubi exprimitur Mater *N. N. Vidua*, majoris expers notitiæ, fortè inciderit in Matrimonium Antoniæ Calciæ, in alia Parochiali Ecclesia S. Georgei repertum, illudque attulerit Centuriono, ut in judicio uteretur, sed priùs, quàm viderit istam Matrimonii fidem, nominis Antoniæ Calciæ fuerit hospes, ita ut per se ignoraret Matrem Marchionis, nec aliundè à Principe instructus, tamen illam summo studio exquisiverit, & invenerit! Item, quod Centurionus contempserit fidem Matrimonii delatam à Scortia, propterea, quod sciret, Calciam non esse Matrem Marchionis, & tamen non solùm retinuit penès se d. fidem, sed quò firmiùs constaret de adulterio Calciæ, jussit, sibi afferri fidem Baptismatis filiæ d: Antoniæ = *anzi mi disse, che procurassi di farli havere la fede del Battesimo della figlia dell'ultimo Marito, la quale pure l'ho consegnata* =. Cætera id genus omnino inverisimilia pariter jaciebantur in Marchionem, qui nec nomine tenus Antoniam Calciam noscens, eam sibi in Matrem assignasset, obitum illius Mariti perquirens, ut ostenderet, se non ex adulterio natum. Pallavicinus, & Spinula in tenebris pariter ambulantes, casu, velut manibus Antoniam Calciam apprehendissent, inscio Marchione, eamque coram Senatu tamquàm Matrem produxissent ad demonstrandam qualitatem naturalitatis Marchionis. Si autem omnes isti, incerto conjectu, Matrem Marchionis vestigantes (ut contendebant Scribentes) in unam Antoniam Calciam coivissent, eventus similitudini accederet miraculosi confluxus Apostolorum Hierosolymis in felici obitu B. Mariæ Virginis, ad quem inscii ex variis Mundi partibus convenerunt, ut narrat *Cardinalis Baron. in annal. ad annum Christi 43.*

Ceterum languidiora hæc objecta redduntur, tum à notorietate, tum à duratione illius judicii: Quod attinet ad notorietatem, eam probat Princeps Stephanus Pallavicinus, sub finem anni 1675. hæc ad Marchionem scribens, = *Già è fatta cosa palese à tutto il Mondo* = Undè nihil facilius fuisset, quàm reperire veram Matrem Marchionis, si vera Mater non fuisset Antonia Calcia. Duravit autem dissidium septem annos, & fuit discussa validitas donationis in judicio petitorio, & eo pendente, absolutum fuit aliud judicium adscriptionis Marchionis ad nobilitatem, pro qua assequenda opus fuerat Testes examinare, qui expressiùs Matrem, & viduitatem Matris exprimerent, vidente omnia Centuriono, & aliis Principi adhærentibus, & præ ceteris nobilissimum est, quod non solum Scortia Agens Principis extraxit fidem Matrimonii Antoniæ Calciæ anno 1668., sed Princeps die 12. Novembris 1674. iterum eandem fidem extraxit, unde conjicere licèt, quod tam ipse Princeps, quàm illius Tutores, & tot alii, qui Principis partes fovebant, à principio usque ad finem judicii nullam aliam pro Matre Marchionis habuerunt, quàm Antoniam Calciam.

Rejectà penitùs eà interpretatione, quod Princeps in eo errore versatus sit, ut putaverit, Antoniam Calciam fuisse Matrem Marchionis, atque ipsi Marchioni expediens fuerit Principis errorem sequi *ad occultandam veram Matrem*, quoniam ex præmissis ostensum fuit, quàm absit ab hisce actis, qui tam diu durarunt, & toti Urbi erant notissimi, erroris præsumptio, cum cæteroquin per id genus argumentum cuicumque facile esset à laqueo veritatis suffugere; Et prosternitur etiam hæc assertio ab ea circumstantia, quod Marchio fidem Matrimonii Antoniæ Calciæ primus extraxit, nempe de mense Julii anni 1668., unde verosimilius objectassent Defensores, si protulissent, quod Princeps secutus fuit errorem Marchionis; Præsertim cum in scripturis affirmaverint, ante diem undecimam Augusti anni 1668. Antoniam Calciam, nequidem nomine, Principi fuisse notam, quæ omnia à toto rerum complexu paradoxa videntur.

Nec obstat, quod Judices Compromissarii Romæ, coram quibus Causa per aliquod tempus fuit agitata, nullum Laudum promulgaverint, & quod demum in Sententia Senatus Genuensis nulla fiat mentio Calciæ, neque de spurietate Marchionis, imo quod in Processu hujus Causæ, neque fides Matrimonii, neque fides obitus Viri registrata fuerit: Quoniam multiplex hoc objectum facillime diluitur.

Non enim, ex eo quod ab Arbitris nullum prolatum est Laudum, evincitur, quod in illo Judicio arbitramentali ab utroque Fratre in Matrem Marchionis producta non fuerit Antonia Calcia; Equidem meminisse in primis deberent Scribentes, quod prius affirmarunt, ut causam falsitati Testium anni 1675. assignarent, eos nempe fuisse inductos per fraudem, ut aboleretur macula hæc spurietatis, quam in hoc Judicio modò negant fuisse Marchioni inspersam. Cæterum ab allegationibus facti, & juris veritas omnino ineluctabilis evincitur, quod ad irritandam donationem Princeps Marchioni objiciebat qualitatem adulterii, ut patet ex scriptura Advocati Ridolphini, qui in §. 5., hæc habet = *Cæterum in præsenti videtur cessare omnis difficultas, quia constat, D. Adversarium esse Spurium tamquam natum ex Antonia*

nia anteà conjugata = , *Sum. n.*2. In Summario *n.*2. extat fides Matrimonii Antoniæ Calciæ cum Riccardo Voitin, quæ extracta fuit dicta die 12. Novembris 1674. ; Sic pariter legitur in aliis Scripturis editis in eo judicio ex parte dicti Principis. E converſo conſtat, quod Marchio ad ſuam, & Antoniæ Matris propulſandam injuriam, aſſerebat ſe natum ex Matre, cum qua Carolus Pater potuiſſet Matrimonium inire propter libertatem adeptam per obitum Viri, ut ex ſcriptura Patroni inter alias ſcripturas reperta in ſcriniis ejus Marchionis, ibi = *Nam ex fide mortis Mariti, & ex fide Baptiſmatis mei Principalis patet, quod ipſe non eſt ortus tempore Matrimonii* = , unde excludebat objectum Matris adulterium, & ideo lectis dd. allegationibus utrinque datis in eo judicio, Dominis omnino conſtitit, fuiſſe deductam, & reſpective propulſatam maculam adulterii in conceptione Marchionis.

Ruit quoque reflexio, quod in Decreto definitivo Senatus nulla habeatur mentio, neque Matris Marchionis, neque impictæ ſpurietatis ; Etenim per hanc argumentationem omninò nihil concluditur, nam ultimum definitivum Decretum à Senatu promulgatum die 27.Decembris 1675., nihil aliud continet, niſi quod propoſito Dubio, an donatio facta Marchioni eſſet valida in totum, = *raccolti li Voti, è ſtata d. propoſizione approvata per Sereniſſimum Senatum ad calculos omnibus in pleno numero congregatis, & duobus dumtaxat contrariis, ceteris favorabilibus concurrentibus* = ; Cum itaque ab hoc poſtremo Decreto terminatum fuerit diſſidium, mediante declaratione, quod donatio fuit valida, nulla factà mentione nullitatis, quam Princeps objecerat, ab argumento Fiſci illud conſequeretur, quod Senatus validam donationem declaraſſet, contra quam nulla nullitas fuerat objecta, utpotè in ipſo Decreto non enunciata, quo ſanè nihil abſurdius.

Sed ſtirpitùs etiam convellitur hæc objectio à ceſſione jurium, quam Princeps fecit Officio Pauperum, in qua tenaciſſimè inhærens ſuis prætenſis juribus contra Marchionem, expreſſit cedere facultatem = *di pretendere, che la donazione per la preteſa qualità della figliazione di eſſo Signor Nicolò Maria debba ridurſi alli ſoli alimenti*. Ecce quod à qualitate Matris adulterium arguens, Princeps, proponebat nullitatem donationis, quia Spurii nihil aliud à Patris ſubſtantia conſequuntur, niſi jus alimentorum. His adſtricti Scribentes tandem addebant, quod in illo judicio non ſola ſpurietas deducebatur, & quod Princeps aliam nullitatem ſimul proponebat ; Sed hæc argumentatio ulteriorem non meretur reſponſionem.

Quod ad acta ſpectat, in quibus regiſtrata non legitur neque fides Matrimonii, neque fides obitus Riccardi, ſatis diluit objectionem atteſtatio Cauſidicorum Genuenſium, qui fidem faciunt, uſu ibi non eſſe documenta, &
574 ſcripturas in actis producere, quum lites apud Senatum aguntur, ibique vigere ſtylum jura ſub aſpectu Senatoribus ſubjicere, & quid in eis continetur exprimere, cui atteſtationi fidem eſſe dandam firmat *Card. de Luca de Judic. diſc.*35. *num.*72., *Rota coram Gregor. deciſ.*484. *num.*5., *deciſ.*102. *numer.*5. *part.* 14., *deciſ.*123. *num.*6. *part.*15., & *deciſ.*548. *n.*16. *part.*19. *tom.*2. *rec.*

Omnibus itaque ſuſpicionibus, ac dubietatibus, in has probationes addenſatis, finem hunc imponebant, Cameræ, præfatiſque Nepotibus collitigantibus ſufficere demonſtrare, contrarias probationes, non ita includere maternitatem Antoniæ Calciæ, ut maternitatem alterius Mulieris excludant. Si enim [ut pergebant] non obſtantibus contrariis hujuſmodi documentis, fieri potuit, ut alia Mulier, præter Antoniam Calciam, pepererit D.Marchionem, evidentèr ſequitur, contrarias probationes eſſe æquivocas, neque perfectè, & pernecesſè concludentes, quales eſſe oporteret.

Porrò ad probandam conſanguinitatem, præſertim in antiquis, contra Fiſcum, cui jus Succeſſionis non aperitur, niſi conſumptis omnibus Cognatis Defuncti uſque ad decimum gradum, cujus initium annos ad minus centum quinquaginta complectitur, quas probationes admittent Tribunalia, ſi has non admittunt? Adſunt Teſtes de viſu deponentes omnia, præter Marchionis conceptionem, cui Teſtes adeſſe non poſſunt, ſaltem non ſolent : adſunt Judicia legitimis Contradictoribus instructa: adſunt etiam tot circumſtantiæ extrorſum coactæ, ut difficile admodum ſit aliam Matrem reperire, quæ tot probationibus ad hoc Judicium præcedentibus, ac omninò legitimis poſſit demonſtrari ; Quis enim inter homines adeo ſagax, & ſolicitus eſt, qui ſtatim, ut adolevit, ſe Obſtetricis, Nutricis, & Famulorum muniat teſtimonio, ne moriente poſtmodum Matre, & Collateralibus, excluſis Filiis, Nepotibus, uſque ad decimum gradum, poſteritate reliqua, omnium hereditates capiat Fiſcus? Cui etiam remaneret ſuffugium, ejuſmodi Teſtes, etſi antiquos, & præmortuos, flocci eſſe faciendos, uti ſinè Contradictore interrogante examinatos, prout examuſſim dicebatur in iſta concertatione.

Hinc profectò ſic undique Fiſco ſepiuntur exitus, ut neceſſe fuerit veritatem fateri, quod nempè probationes Arnaldæ includunt maternitatem Antoniæ Calciæ ; Quod verò non 575
item excludant maternitatem alterius Mulieris, toto animo conceditur, quia nulla probatio ejuſmodi eſt, ut negativam demonſtret, cum hæc per rerum naturam probari non poſſit, *leg. Actor* 23. *Cod. de Codicill.* Quod quidem adeò verum eſt, ut Judices contra veritatem, quam ipſi norunt, tenentur judicare, propter probationes contrarias, cujus doctrinæ rationem optimam aſſignat *S.Thomas* 2.2. *quæſt.*67. *art.*2., quia nempè judicare pertinet ad Judicem, ſecundùm quod fungitur poteſtate, & ideo informari debet in judicando, non ſecundum

dùm id, quod ipse novit, tamquam privata Persona, sed secundum id, quod sibi innotescit tamquam Personæ publicæ: Debet igitur magis sequi Instrumenta, Testes, & hujusmodi legitima documenta, *quam id, quod ipse novit, tamquam privata Persona*. Esset igitur judicium iniquum, si posthabitis Testibus, & documentis Arnaldæ, alia Mulier judicaretur Mater Marchionis, cujus nulla extat fides, quandoquidem Tribunalia non judicant secundùm quod scitur extra judicium. Eoque magis in isto casu ita procedendum propter multiplicem Matrem, quam, numquam sibi constantes Pallavicini, & Lomellini, concordes cum Fisco, Marchioni assignarunt, cum ceteroquin per concludentes, & omninò veraces probationes debeant docere de alia Matre, quæ elidant probationes jam factas, & constantes, quod Mater Marchionis fuit Antonia Calcia, ut benè docet *Card. de Luca de empt. disc.24., & nu.10. usque ad finem, Rota coram Ansald. decis.55. num.5., & decis. 181. numer. 2. & 3. part.7., & decis. 270. num. 25. eadem part. 7., & decis.157. num.2. & 3. part.10. recent.* Imò quod teneatur coarctare negativam maternitatis Antoniæ Calciæ, jam probatæ, deducitur ex firmatis per *Rotam decis. 430. num. 14. & 15. part.10., & decis.319. num.9. part.17. rec., & in decis.14. num. 13. coram Ansald.*; Et probatio Arnaldæ eò magis præstat, quod ea fuit adprobata ab ipso Marchione, de cujus hereditate agitur, ut proindè mirùm sit, quod ex-
576 terni, qui successionem affectant, quos longè magis ignaros, quàm fuerit Marchio, Lex præsumit, velint refragari consanguinitati, quam Defunctus ipse probavit, & admisit, qui præ ceteris præsumitur conscius suæ filiationis, & originis, ut benè docet *Rota decis.133. n. 1. & 2. part.15. rec.*, ibi = *& propositæ sunt claræ literæ patentes, in quibus ipse Hieronymus sese profitetur qo. Matthæi alterius Matthæi, & planè uti non potest heres obsistere confessioni sui Auctoris, ita potest ejusdem confessioni insistere, qui se prætendit hæredem*.

Succedit tertia probatio, quam facit publica fama Genuæ resonans de maternitate Antoniæ Calciæ, quæ è factis, velut è Fonte, nascitur, & habet vim consensus, & veluti publici testimonii, ut inquit *Quintilian. Instit. lib.5.*, &
577 ubi agitur de Consanguinitate probanda ante annos 56. vel ad summum ante annos 60. est optima probatio ad omnes omninò effectus, *Mascard.de probat. conclus.411. per tot., Redenasc. consf.62. à num.12. ad 15., Rota dec. 125. num.11. & seqq. part.15. rec.*

Probatur autem hæc fama nedùm ab examine trium Testium anni 1665., & ab examine aliorum anni 1675., nec non ab ipsis Judiciis adscriptionis ad nobilitatem, & nullitatis donationis, quibus adjacent tot circumstantiæ superiùs expensæ, sed eam etiam nunc vigere probant multi alii Testes allati per Arnaldam, qui unanimiter deponunt, Matrem Marchionis, non aliam fuisse, quam Calciam, & Paulam Mariam fuisse semper reputatam Sororem Marchionis, & descendunt etiam ad communem famam, quod Arnalda publicè credebatur Marchioni conjuncta, cumque versemur in antiquis, hi Testes, etiamsi nullà alià probatione muniti essent, plenam facerent consanguinitatis probationem.

Sed hujus famæ publicæ probationes etiam petuntur, tum ab ipso Fisco, tum ab ejus Consortibus. Fiscus enim examinavit duos Testes, ad prosternendam probationem Arnaldæ, Romam accitos, quorum alter nempè Ambrosius Columbus postquam designavit aliam nullius coloris Matrem, ita super articulo respondit = *E quando dissi d'aver inteso dire nell'anno 1663., e 1664. da Servitori di Casa di detto Signor Carlo, che una certa Signora d'anni 45. era stata, ò era Madre del detto Nicolò Maria intesi dire, ma non sò da chi per Genova, che una tale Antonio Calcia era stata Madre del detto Nicolò Maria* =; Huic Testi, alioquin mendaci, magna fides præstanda est in eo, quod asserit, annis 1663., & 1665. audivisse = *per Genova, che una tale Antonia Calcia era stata Madre del d. Nicolò Maria* =; nam verum esse creditur, quod exciderit imprudenti, quia id vacat fictionis suspicione, & omnia, quæ profert lingua prolapsa, sunt
certioris fidei, quod eleganter explicant hi 578
versus:

Sæpè Neoptolomei pro nomine nomen Orestis.
Dixit, & errorem Vocis, ut omen, amo.

sed etiam quia id deposuit examinatus à Fisco, contra Arnaldam, & super Articulis, undè plenam contra Fiscum facit probationem, *Seraphin. decis.1073. nu.9., Bich. decis. 268. numer.17., & in rec. dec.744. n.3.*

Demùm probant eamdem famam ipsi Pallavicini, & Lomellini, modò conjuncti cum Fisco, qui ex prænotione ejusdem Matris supplicem libellum Sanctissimo Domino Nostro porrexerunt contra Cameram exponentes injustitiam occupationis Bonorum ob Consanguinitatem Arnaldæ, ibi = *essendosi ammesso ad Censum sì Girolamo Calcia Arnaldi Nipote di Antonia Madre di detto Marchese, sì finalmente il Monastero di S. Bernardina per Suor Maria Costanza ivi Monaca, che si asserisce figlia del medesimo Defonto*, = & infra = *Onde mentre concorrono a quest' Eredità un Parente materno &c.* = Hæc confessio prolata in principio litis, certioris testimonii loco habenda est, ad coadjuvandam probationem Consanguinitatis ex fama, quia non inconsultò defluxit,
sed multos Auctores habuit, Viris præclarissi- 579
mis consilium, & protectionem afferentibus, qui ex notitiis Genuà transmissis, maturè rem considerarunt, & notabilis est ingenua, & libera assertio parentelæ inter Marchionem, & Arnaldam *Nipote di Antonia Madre di detto Mar-*

Marchese, ubi in ancipiti posuerunt filiationem Mariæ Constantiæ, *che si asserisce figlia del medesimo Defunto*, qui modus loquendi adeò dissimilis veritati inquirendæ potior habetur *Text. in leg. Unica §. Sin autem Cod. de caduc. tollen. leg. cum Prætor ff. de Judic. Paris. consil.50. num.15. lib.4.*, *Menoch. cons.85. nu.110. vers. quod non fuerit*, *Rota decis.393. num.11. & 12. part.18.rec.*, *& in Romana Jocalium super adamontibus majoribus 21. Martii anni currentis §.18. cor. Reverendiss. Ansaldo*.

Propterea quidquid excipiebant, ut prolapsam veritatem declinarent, tum ab defectu mandati, tum ab errore contracto, nihil efficere potuit, quamobrem adeò libera confessio accepta non fuerit tamquam ingenua consanguinitatis Arnaldæ probatio; cum credibile non sit, illam fuisse ab Defensoribus Urbis institutam, absque fundamento relationum à
180 Genuensibus [apud quos hæc nota erant] transmissarum, præsertim quod unus ex Litigantibus per id tempus Romæ morabatur, & afficit quoque Fiscum, quandoquidem ea robur adjicit probationi consanguinitatis, quæ abigit prætensam vacationem hereditatis, & Bonorum Marchionis, *Rain. consil.128. n. 16. lib.2.*, *Ciarlin. d. cap.23. num. 34.*, *Angel. de confess. tom.1. lib.2. quæst.7.num.11.*, *Adden. ad Gregor. decis.248.num.15.*, *& decis.349. n.8.*, *Rot. in Rec. part.1. decis.472. num.8. part.10.*, *decis.334. num.1. & seqq.*, *& in d. Avenionen. seu Vasionen. Primogenituræ penès Balducc. dict. decis.12. num.12. & 11. Decembris 1701. §. Et in puncto*, *& §. Ne quidquam coram bon: mem: Muto*.

Ad predictas probationes, quæ singulæ Fiscum ab hereditate depellerent, postremò copulabatur quasi possessio consanguinitatis Arnaldæ. Declarat enim *Gloss. in d. cap. Afferte de præsumpt.*, quod ubi Salomon allato gladio Puerum jussit dividi vivum, ambæ Mulieres divisioni si consensissent, nec commota essent viscera veræ Matris super Filio suo, undè Rex
581 conjecturam Matris deprehendit, Puerum adjudicasset illi, quæ erat in possessione. Nimirùm igitur, ubi constat de quasi possessione consanguinitatis, virtute ejusdem consequitur Jus ad successionem Bonorum, cum Possessori assistat tituli præsumptio, usque dum contrarium adprobetur, ut uno ore firmant *Roland. à Vall. cons.22. num.5. lib.3.*, *Soccin. Jun. consil.67. num.11.*, *Rain. cons.141. num.17. lib.5.*, *Cephal. cons.435. numer. 51.*, *Decian. cons.54. num.1. lit. A.*, *Redenasch. d. cons.62. num.19.*, *Bursatt. d. cons.98. num.5. lib.1.*, *Attolin. resol.30. num.13.*, *Gratian. disceptat. forens.135. num.50.*, *Merlin. centur. 2. cap. 84. num. 32.*, *Gennen. de script. privat. lib.2. quæst.33. nu.19. & seqq.*, *Balducc. ad Ramon. cons.22. num. 33. & seqq.*, *Angel. de confess. lib.2. quæst.7. n.81.*, *Viv. decis.212. num.8. lib.1.*, *Rot. Januen. penès Balducc. sub tit. de legat. d. decis.9. num.43. & seqq.*, *& num.49. & seq.*, *Rota nostra coram Buratt. decis. 155. num. 3.*, *coram Coccin. decis.1369. nu.1.*, *coram Emerix. Jun. dec. 324. num.8.*, *in rec. part.15. decis.217. num. 7.*, *& in Avenionen.*, *seu Vasionen. Primogenituræ 5. Decembris 1701. §. Prædictaque coram bon: me: Muto*; Et præcise, quod quasi possessio con- 181
sanguinitatis transferat in Fiscum onus probandi negativam, qua non probata, Possidenti successio deferatur, sequentes theoricam *Cyn. in leg. cum Epistolis 13. Cod. de probation. nu.3. in fin.*, tradunt *Forster. de success. ab intestat. lib.4. cap.10. num.3.*, *Everard. Jun. d. cons.24. num.8. lib.1.*, *Genn. de script. privat. lib.3. capit.33. num.20. vers. non singularem*, optimè *Pacian. de probat. lib.2. cap.12. num.10.*, ibi = *Insertque ad quæstionem illius, cujus hæreditatem Fiscus tamquam vacantem petebat, cum cum illi Frater se opposuisset, & fuisset à Fratre defuncto habitus, nominatus, & tractatus pro Fratre, concludit, hanc quasi possessionem fraternitatis illi sufficere, nisi Fiscus probaret contrarium* = punctualiter quoque *Vult. dict. consil.30. num.47. & seq.*

Tum itaque maximè constituta est quasi possessio consanguinitatis inter Marchionem, & Arnaldam, cum anno *1668.* ipse Marchio sumptis instructionibus à Paula Maria, summo studio perquisivit obitum Riccardi Voilin, ut tolleret ab ejus conceptione adulterium Matris Antoniæ Calciæ. Non attenta difficultate, quod adinventa quidem fuit fides Matrimonii inter scripturas Marchionis; Sed neutiquam justificetur, quod ipse dederit mandatum ad illam extrahendam, quoniam debent Scribentes saltem ostendere, quisnam alius hanc fidem extrahi jusserit, præsertim, quod una cum dicta fide repertum fuit folium charactere ejusdem Marchionis obsignatum, in quo plenissima continetur instructio ad perquirendam in Belgio dictam fidem, promittens illuc eunti viaticum, ac uberem remunerationem; quæ sanè instructio non solùm supplet vices mandati, sed ab retentione ejusdem fidei una cum aliis omnibus Scripturis probantibus ejus descendentiam, & quod sisterat in illud benè longum judicium donationis tamquam filius Antoniæ Calciæ, probant ipsum mandatum, & exuberant ad effectum demonstrandi scientiam Matris in Marchione, & animum ostendendi se tum apud Judices Compromissarios, 583
tum apud Senatum filium Antoniæ Calciæ undè oritur incontrovertibilis quasi possessio parentelæ, cum impossibile foret, quod ipse in judicium sisteret, tamquam filius Antoniæ Calciæ, & simul non se constitueret Fratrem uterinum Paulæ Mariæ, per ea, quæ advertunt *Paris. cons.10. num.50. vol.2.*, *Ruman. cons.22. num.12. in fin.*, *Barbos. vot. decis.22. num. 27. lib.2.*, *cons.1. nu.22. vers.4. quia tom. 3.*, *Mascard. de probat. conclus. 790. sub numer. 17. & num.39.*, *Cyriac. controv.263. num.28.*, *Rota decis.44. num.2. part.19. Rec.*, & proindè eadem quasi possessio ad ipsam Mariam filiam ejusdem Paulæ Mariæ protenditur, ut similiter judicavit *bon: mem: Pierius contra Camerom*

ram in ejus Voto impress. post Torr. de Primogenit. dec.73. num.16.

Et mire consovetur hæc possessio ab examine quinque Testium, latissimè deponentium, Marchionem fuisse natum ex eadem Matre, contra quos tantum abest, quod Marchio reclamaverit, ut potiùs constet, quod ipse omnia rata habuit, ut fusius supra narratum est; possessio incontrovertibilis emergit, tum ex facto Caroli Patris, qui primos Testes examinavit, tum ex facto ipsius Marchionis, qui Testes anno 1675. examinatos penès se usque ad mortem retinuit, & in examine Paulæ Mariæ literis rotundis exprimitur, quod est Soror uterina ejusdem Marchionis, adeòut ab ipsa Domo Marchionis prodierint omnes Scripturæ probantes, quod illi nulla alia fuit Mater, quàm Antonia Calcia, & propèmodum impossibile videtur, rem aliter se habere posse, siquidem Fisci Defensores alterius Matris nec vestigium invenerunt.

Eandem possessionem probant tractatus, & agnitiones, quæ habentur, tum à Filiis legitimis ipsius Caroli Patris, tum à Collateralibus; constitit namque, quod Paula Maria habita fuit Soror uterina Marchionis, & tamquam talis honorificè tractabatur à Manialibus Amitis Principis. Princeps quoque pro habendis notitiis Mariti Antoniæ Agenti suo Scortiæ scripsit, ut Paulam Mariam interrogaret: rursùm anno 1675. Simon Pallavicinus scribens ad Marchionem, idoneos Testes reperiisse, qui supplerent cognomen omissam à primis Testibus anni 1665., hæc habet = *Dovendo uno essere il Signor Gonfredi, e l'altro Paola Maria Sorella uterina di V.S., che darà ancora essa pienamente relazione distinta* =; Hi autem tractatus, & nominationes sufficiunt ad probandam
584 consanguinitatem ad effectum etiam succedendi, ut probant *Angelus in leg.1. num. 3. C. quorum Bonorum, Corn. consf.1. num. 22. versic. nam respondetur lib.3., Aym. consf.249. sub numer.2., Barbat. consf.14. num.33. lib. 3., Tiraquell. de retract. lignag.§.1. Gloss.16. numer.9., Mandel. Alba consf. 83. num.21., & consf. 335. n.30. & seq., Mascard. de probat. conclus. 790. num. 16. & seqq., & præsertim num. 27.*, ubi dicit, quod nominatio si est facta in Judicio, tunc probat filiationem, & latè per *Rot. Peregrin. de fideicom. art.43. num. 67., Bardellon. consf.32. num. 12., Spad. consf. 282. num. 55. & seqq., Gratian. discept.491. numer. 21. & seq., Angel. de confess. lib.2. quæst.7. num.23., Rot. coram Bich. decis. 79. num. 8. & 9.*, ubi quod sine dubio procedit si alia adsint adminicula. Præcise autem contra Fiscum, quod is excludatur ab eo, qui est in quasi possessione consanguinitatis, *Pacian. de probat. lib.2. cap. 12. num.10. cum pluribus seqq., Vult. consf. 30. numer.48. lib.1.*, quæ vera sunt tàm in Filiis legitimis, quàm illegitimis, videlicèt suffraga-
585 ri ad effectum obtinendi eorum successionem, si quispiam se esse in quasi possessione consanguinitatis ostenderit, *Bursat. consf.98. num.5., Gozadin. consil.13. num.55., Surd. consf. 1. sub num. 64. versicul. & ex prædicta tom. 1., Mascard. de probat. conclus.789. num.12., Barbos. in repert. proct. conclus. verb. filiatio, & filius §.3. vers. & nominatio, ac tractatus, Barbat. de fideicom. part.1. cap.6. num. 190., Rot. Januen. penès Balducc. d.tit.3. decis.6. num. 80., Rot. Bononien. divers. decis. 30. num. 35.*, & præcisè agendo contra Fiscum, rem individualitèr decidunt *Vult. dicto consf. 30. num.1., & dictum Votum bon: Pierii superioribus locis allegat.*, in quorum casibus quæstio erat de succedendo in hæreditate illius, qui extra Connubium natus erat. Nec omninò aliud requiritur, si nominationi, & tractatibus conjuncta sit fama consanguinitatis, ut communitèr notant *Alex. consf.9. num.6., & consf.68. nu. 9. & seq. lib.7., Mandell. Alb. consf.6. num. 11., Pacian. de probat. lib.2. cap.12. num.28., Spad. consf.282. num.9. lib.3., Jov. de contract. minor. Gloss.22. §.5. num. 28., Rot. coram Seraphin. decis.578. num.1., coram Cuccin. decis.64. n.3., & in Romana, seu Civitatis Castelli descendentiæ penès Balducc. rer. judicat. sub tit. de legat. decis.11. num.17.*

Neque minus nervosa est ejusdem possessionis probatio altera, quæ subnascitur ab solutionibus menstruis, quas Marchio sustinuit, quoad vixit Paula Maria, quam extraordinariis largitionibus identidem etiam donabat, præsertim natalitiis diebus, & in nuptiis hodiernæ Mariæ Hieronymæ summam illi transmisit lib.228.

Neque obstat, quod Marchio tum in largitionibus factis Paulæ Mariæ, tum etiam Mariæ Hieronymæ titulum in suis libris adjecerit eleemosynæ, unde inferebant Scribentes, quod si ab eleemosynis frequenter elargitis daretur ansa Pauperibus, & Mendicis jactandi se Consanguineos, & Affines, ab eleemosynarum largitione esset abstinendum. Non obstat, inquam, hæc reflexio, quin solutiones factæ à Marchione ad titulum consanguinitatis referantur. Etenim Paula expressis verbis subventiones exposcens, objiciebat Marchioni ordinem debitæ charitatis = *Hò ricevute dal Signor Bartolomeo Bottino scudi due argento, prego V.S. à farmeli di crescimento per ogni mese; a lei li faranno un tesoro appresso il Signore, & Io averò la mia necessità di poter vivere. Stimi V.S., che sarà la più cara carità, che possa fare in questo Mondo appresso Dio; Sà V.S., che la carità prima a i suoi, Io son sua, non mi dica di nò, stimi che per V.S. mi disfarei, se avesse bisogno di me, perciò mi dia tanto da vivere da quella, che sono* =. Quis igitur producet hæc ad consequentiam, ut sit ab eleemosynis abstinendum? Paula non dicit se conjunctam Marchioni, quia ab eo eleemosynam obtinuit, ut fert Scribentium objectio, sed ex opposito ideò urget, ut Marchio illi necessariam opem ferat, quia est illi proximior = *La carità prima a suoi, Io son sua* =; Defuncta autem Paula, eamdem cognationem animosè objiciebat Ma-

ria Hieronyma = *R.fletta, che al Mondo non hò, che una Nipote, quale le sono lo Figlia di una sua Sorella* =, nisi veram novisset objectam parentelam, Homo certe proclivioris stomachi, ut erat Marchio, ac impendio tumens, si non Scribenti renunciasset amicitiam, eamque perpetuò ab se abdicasset, tamen eâ stultitiâ certè non fuisset, ut hanc epistolam indignatione commotus, statim in frusta non discerpsisset. Rursum = *Nè mai hò potuto ottenere la carità, che li hò damandata, quando credevo, che me la dovesse fare, essendo figlia di una sua Sorella, essendo in obbligo di aggiutarmi con tanta sua ricchezza* =; Cum itaque hæ, & similes aliæ epistolæ inventæ fuerint apud Marchionem, qui illas conservavit, rectè ab illis roboratur quasi possessio, tot aliis factis constituta. Pergant ergò religiosâ liberalitate Insignes, quomodò occeperunt, crebram largiri opem Egenis, nec objectas Pauperum insidias pertimescant.

Ceterum Marchio in epistolis abstinebat ab illo titulo eleemosynæ, & solutiones utrinque nominabantur = *accertandola, che in appresso darò l'ordine a cotesti Signori Renzonici per il pagamento richiestomi*, & iterum = *giacchè dall Eredi Renzonici non li è stato fatto il pagamento nelle lire 2.6.* =, & rursum = *acciochè ella non prenda equivoco nel far istanza del d. pagamento al Signor Luigi*.

Nulla pariter habita fuit ratio, quod Marchio solitus fuerit in tergo epistolarum titulum parentelæ adponere per hæc vel similia verba = *Lettera di mia Sorella, Lettera di mio Nipote* = quod non item servavit in epistolis Paulæ Mariæ, & Mariæ Hieronymæ; quoniam nihil de juribus Arnaldæ imminueretur, etiamsi aliunde clarius demonstraretur, quod Marchio Sororem, & Neptem usquequaque aspernatus esset, nam semel acquisito jure consan-
586 guinitatis, nullo modo poterat Marchio idem
jus tot actibus roboratum reddere deterius, *Aymon. cons. 80. nu. 7. lib. 1., Guidopap. quæst. 131. num. 2. in fine, Rot. decis. 419. numer. 7. part. 1. recent., Adden. ad Baratt. decis. 551. nu. 13., & coram Dunoz. Jun. decis. 89. n. 4.*

Fortius quia quidquid scripsit in tergo earundem epistolarum = *Lettera di mia Sorella, Lettera di mio Nipote* =, facto Marchionis respondebat, videlicet, ut se cum Nobilibus conjunctum ostentaret, undè nil mirùm si in epistolis Paulæ Mariæ, & Mariæ Hieronymæ titulum parentelæ non inscripsit, nè suam cum Pauperibus cognationem proderet, quæ consideratio invalescit ex eo, quod non levia gloriosi, ac jactabundi Marchionis extant argumenta.

Præteriri mereretur objectio, quod tractatus, nominationes, & id genus alia, quæ Arnaldam evincunt existere in quasi possessione parentelæ, derivent ex facto, & confessionibus Defuncti, quæ propterea jura Fisci lædere non possint, cum succedat in Bonis vacantibus tamquam Tertius, independentèr à Defuncto, undè est, quod neque confessiones
illius servare tenetur. Est enim hæc propositio 587
destituta ratione, & auctoritate, quandoquidem nulla est probatio cognationis, quæ non accipiatur ab gestis, & confessionibus Defunctorum, ut sunt instrumenta, imo Testes ipsi idonei sunt ad probandam consanguinitatem, si ea referant facta, quæ inter Consanguineos agitari solent, ut supra probavimus; hinc jure merito hæc Sententia communiter reprobatur, nam Fiscus ubi succedit in Bonis vacantibus ex defectu Cognatorum intra decimum gradum, est verus Defuncti hæres, *glos. in l. ex facto §. Si quis ita ff. ad Sen. Cons. Trebell., Bart. in l. vacantia C. de Bon. vacant. in Summ, Joson. in l. Scimus num. 1., C. de jur. delib., Montan. de regal. cap. bona vacantia num. 2. pag. 83., Bilott. consult. 37. num. 7., Lambertin. de jure patronat. lib. 1. par. 2. num. 4., Succarot. ad consuet., Cathalon. num. 18., Alfar. de jur. fiscal. glos. 34. de adit. hæredit., Alderis. de hæredib. aliisque divers. tit. 6. numer. 190., Bald. in l. Sancimus §. Cum autem column. 2. versic. quæro quomodo, Sen. cons. Trebell., Paul. de Castr. in l. quoties num. 4. ff. de novat. & legat., Joan. de Platea in l. 1. C. de bon. vacant., Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius vers. & Uxorem nomine Adelasiam decis. 5. sub num. 270., Negusant. respons. & disputat. qu. 210. num. 22. & 23., Clusper Centur. Causar. cons. 2. par. 1. num. 6., Mart. de Success. legal. par. 4. quæst. 12. art. 1. num. 43., Bary de Success. ab intest. tom. 2. lib. 11. tit. 9. num. 4., Oliban. de action. tom. 2. part. 2. lib. 1. cap. 43. num. 9., Marin. ad Reverter. decis. 506. num. 2., Christophar. de Paff. de Cens. tract. 2. cap. 80. num. 1., Altimar. ad Rovit. decis. 57. num. 17.,* Ex qua equidem hæreditaria qualitate consequitur, quod in Fis-
cum taliter succedentem transeunt indistinctè 588
omnia jura, tam activa, quam passiva ipsius Defuncti, *Guglielm. de Benedict. in dicto cap. Raynutius dicta decis. 5. sub. num. 270., Alderis. de hæred. tit. 6. sub. num. 190., Alciat. in l. Si ergo sub num. 27. ff. si certum petatur, Menoch. cons. 1283. num. 7., Achill. Petrucch. cons. 40. num. 292., Aret. cons. 110. numer. 3., Alex. de Nev. cons. 95. numer. 9., Cacheran. cons. 13. num. 5., Joan de Montesperell. cons. 145. num. 8., Rub. cons. 16. num. 1. 8. & 9., Roman. cons. 93. num. 6., Marchesan. de Commiss. par. 3. §. 1. num. 102., Ramon. cons. 5. num. 13., Gabriel. cons. 123. num. 28., Joan. de Plat. l. 1. C. de bon. vacant., Zanger. de except. part. 3. cap. 1. num. 47. & seqq., Giurb. cons. criminal. 55. num. 14. vers. proinde, Marcell. de Maur. allegat. 84. per tot. Morquecch. de divis. Bonorum cap. 10. num. 10., Maar. de fidejuss. cap. 19. numer. 3. 4. & seq., Novar. in C. libr. 10. de bon. vacan. num. 17., Castagn. de benef. deducto ne egeat par. 1. ampliat. 2. numer. 2. & 3., Cost. de portrat. quæst. 120. num. 3., Thomat. decis. 145. numer. 10., Sess. decis. Aragon. 186. numer. 22.* Adeoque quemadmodum Marchio facta sua
retractare non poterat, ita ea infecta Fis- 589
cus

cus reddere non potest, & propterea ad omnia ea, quæ personam Defuncti obligabant, sivè consistant in facto, sive in jure, & ipse obligatus remanet, *Thomat. decis. 145. numer. 11.* ibi= *itaut teneatur præstare jus factum, & omnem obligationem ipsius Francisci, & de Bonis ejus, quæ ad eundem Fiscum pervenerunt* = *Baillet. consult. 27. num. 7.* ibi = *& ad instar veri hæredis actione personali compellitur ratum habere factum defuncti, illiusque obligationes adimplere*, *Vivian. decis. 537. numer. 12. lib. 4.* ibi = *procul dubio præjudicant confessiones Fisco, sicut cuilibet Privato* = *Vamat. cons. cent. 2. cons. 6. num. 9.* ibi = *Cum itaque Fiscus in locum dictæ Petronillæ successerit, illamque repræsentet, nulla est dubitatio, quin quod ex dicta conventione dicta Petronilla præstare debuit, hoc est superstiti Sororis restituere, ipse quoque Fiscus præstare debeat: utitur quippe Fiscus jure communi, cum Privato succedit* = & absque contradictore firmant *Menoch. cons. 1253. num. 8., Bellamer. cons. 30. num. 1. & 3., Cravett. cons. 263. num. 7. & cons. 596. per tot. & signanter. num. 5. & seqq., Bon. cons. 23. num. 17. & seq., Roland. cons. 31. num. 43. lib. 1., Purpurat. cons. 424. num. 7., Christin. decis. 10. num. 23. & seq. tit. 5. lib. 10. vol. 5.* Quid plura? primus Judex ratus Fiscum hæredem, illum ab confessionibus Defuncti, ad sulvenda debita condemnavit.

Jam vero, constabilita probatione Consanguinitatis Aroaldæ, maternitati Antoniæ Calciæ subnixa, nihil officit, quod ex fide Baptismatis constiterit, prædictam Antoniam natam fuisse 14. Januarii 1601. & tempore, quo Marchionem concepit, id ætatis fuisse, ut quadraginta octo annos, & tres menses numeraret, quippe Marchionem enixa est 17. Januarii 1650. atque ideo esset ad Veneris lusus prorsus intempestiva, præsertim quæ duobus Maritis fuerat obnoxia; Hinc perinde Scribentes, in has probationes, & in Testes invehebantur quasi dixerint rem impossibilem: adeo effætam, & exhaustam ab ea ætate Mulierem affirmabant. Addebatur florens, ac vegeta Caroli ætas, qui cum eleganti forma, qua præditus dicebatur, tum divitiis, quibus diffluebat, suæ libidini mancipare quamque pulcherrimam poterat, unde argumentum sterilitatis Antoniæ ab inverisimilitudine urgebant, quod Carolus anum dilexerit.

Etenim si hæc argumentatio ab ejus imbecillitate levissima haberetur, quamvis nunc primùm Antonia ab tot probationibus ostenderetur Mater Marchionis, quanto magis enervatur reflectendo, quod eadem Mulier tamquam Mater Marchionis stetit in duplici judicio ab anno 1668. usque ad annum 1675. & ne unus quidem ex magno hominum numero, qui tum in causa donationis, tum in causa adscriptionis utrique parti adhærebant, ausus est haoc sterilitatem proferre, & tamen hæc non refertur ad causam occultam; multi enim asserunt, steriles esse fœminas properea quod, vel duriores, vel rariores sint, vel carnosiores, vel occaluerint; Si enim ab his causis sterilitas Antoniæ deduceretur, posset utique concedi, quod non ea omnibus innotuerit; At verò sterilitas ducitur ab ætate, quam mulieres, etsi cerussà faciem, & malas sibi purpurissis obliniant, abscondere haud quaquam possunt, ut in vetulam lusit *Juvenal.: facies tua computat annos*: Quamquam igitur Genuæ melius, quam Romæ, præsertim sexaginta abhinc annis, hæc sterilitas tutiùs objici potuisset, atque probari, tamen non fuit objecta, nec quod sciatur, mussitata, & adeo omnium consensu eam Marchionem concepisse constitit, ut ab ipso Senatu, tum in judicio adscriptionis, tum in altero donationis nulla ab ætate sterilitatis cadente suspicione, Mater Marchionis judicata fuerit, ut supra fusè demonstravimus; quapropter, ne cæcutivisse omnino omnes affirmemus, standum est rebus judicatis, & á pro- 590
bationibus, quæ attentà materià, in qua versamur, adeo conspicuæ sunt, non est discedendum, quippe vincunt quamcumque præsumptionem, ut in his terminis notant *Paris. cons. 29. num. 44. & 82. lib. 2., Scopp. ad Merlin Pignatell. censur. 2. cap. 84. num. 12. in fin., Rot. coram Cerr. decis. 672. num. 20.* & generaliter *Menoch. cons. 409. num. 68., Rocc. disput. jur. selectar. cap. 7. num. 16., Rot. coram Emerix jun. decis. 1232. sub num. 15.*

Sed inde solvitur hæc objectio, unde desumitur. Siquidem nulla lex reperitur, neque naturæ, neque scripta, ex qua credi debeat, ita Mulieribus tempus concipiendi præfinitum,
ut quasi per præsumptionem juris, & de jure 591
partus, quacumque ætate acciderint, probari non possint. Verum quidem est, quod Leges, quod frequenter accidit prospicientes, Mulierum fœcunditatem sæpius extingui, sanxerunt, ubi illis quinquagesimus supervenit annus, sed non id ita statuerunt, ut non admittant etiam supra hanc ætatem fœminas posse concipere, quamvis partus, qui ea ætate educuntur, mirabiles partus appellent, ut videre est *in leg. si Major quinquagenaria ff. de legitimis hæredib. & in l. si sterilis 21. ff. de actionibus empti*. Cum itaque vim totam objectionis Scribentes ab hisce Legibus eruerent, ab ipsis Legibus prosternebatur, nam extra casum illarum Legum præsens Causa versatur, cum demonstratum fuerit in ipsa objectione, quod Antonia id temporis, quo concepit, & peperit Marchionem, ad eam ætatem quinquaginta annorum non pervenenerat, proindeque regula, & præsumptio legalis assistit, quod Antonia concepit Marchionem, præter raritatem ab Legibus constitutam, ut firmant *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. lib. 24. num. 4. & libr. 6. præsumpt. 42. numer. 29. & præsumpt. 53. num. 17., Gregor. Tholosan. Syntagm. jur. lib. 9. cap. 6. sub num 3., Zacch. quæst. Medico legal. lib. 1. tit. 1. quæst. 9. numer. 58., Barbos. in cap. 2. nu. 8. de frigid. & malefic., Ruger. cons. 1. num. 31., Fagnan. in cap. cum sit num. 41. 50. & seqq. de convers. Conjugat.,*

San-

*Sanchez de Matrimon. lib. 7. disput.21.sub nu-
mer. 1.6.post medium, Viv. decis. 246. numer.1.
lib. 2., Pilaya decis. 10. num.66., Ricc. decis.
Neapol. par. 2.decis. 225.num.5.* & late *Rot. in
recent.par.18.decis. 360.num.15. & seqq.*, tum
autem assertioni Scribentium pro Fisco, & Ge-
592 nuensibus, præsumptio Juris assideret, si quæ
profertur Mater Marchionis, dictam ætatem
annorum quinquaginta excessisse demonstrare-
tur, ut rectè advertunt *Fulgos. cons. 212. §. In
primo, Mascard. de probat.conclus.1152.nu.5.,
Farinacc.de falsit. & simulat.quæst.150.nu.252.,
Fagnan. in dicto cap. cum sit num. 53. in fin. de
convers. conjugat., Mart. de Canonizat. Sanct.
par. 3.cap.13. num.* 14.& tantum valet hæc Ju-
ris assistentia, ut onus probandi, quod Anto-
niæ fæcunditas deerat, propterea quod esset
anus, Fisco, & ejus consortibus incumbat *Text.
in l. generaliter §. Si petitum in fin.ff. de fidei-
commiss. Libert., Spad.cons.97.numero 1.& seqq.
tom. 1., Menoch. de præsumpt. 32. numer. 5. &
præsumpt.33. num.1. & seq., Rot. coram Emerix
jun. decis. 66. num.7. &* 8.

Et verò quamquam Legibus ætati annorum
quinquaginta fæcunditas deesse præsumatur, ni-
hilominus, quod etiam eam ætatem longe su-
pergressæ Mulieres possint esse fætificæ, ab
ipsis Legibus edocemur, quæ hos partus etsi in-
frequentes, & perraros attendunt, ut conji-
citur *ex dicta l. Si major ff. de legitim. hæred.* in
593 qua Justinianus filio, quem Mater quinqua-
genaria major enixa fuerat, successionem de-
tulit. Et quod hi partus non ita sint rari, qui
prodigio conferri, aut adæquari possint, lu-
culenter demonstravit Arnalda; cui facile fuit,
collectos hinc, & inde id genus partus intra
sexaginta proximiores præteritos annos, ad tri-
ginta proferre, & in his Matres tum tenera,
tum grandæva ætate Viris conjunctæ conspi-
ciuntur: Quod si quis Filios Patrum, qui ex-
cedunt annos sexaginta, perquireret, quæ ætas
Viris ab Legibus similiter gignendis Filiis est
constituta, longe majorem numerum inveniret;
Itaque fortasse rarius accidit, quempiam Af-
finibus, & Consanguineis ad decimum usque
gradum decedere destitutum, ut Fiscus inte-
statam successionem capiat, quam Mulierem
quinquagenariam parere, & Senem virum an-
norum sexaginta concubare, si ab experientia
prolis argumentum, quod validissimum est,
desumatur.

At nimis abducimur, & à nostra linea diver-
timus, quippe replicamus, quod Antonia, quę
adeò claris, & ingenuis probationibus ostensa
est Mater Marchionis Pallavicini, non id ęta-
tis erat, cui Leges hujusmodi aptarentur, adeo-
ut, quod Marchionem pepererit, nec referri
mereatur ad casus illos infrequentes, quos ra-
renter accidere Leges considerarunt, multoque
minus ad naturæ inusitata Monstra; proinde-
que nihil aderat, qod DD. sententiam retra-
heret, quin Testibus antiquis, Judiciis, Fa-
mæ, atque gestis ipsius Marchionis, in anno-
594 rum seriem protractis, unde probatio Matris
abundans emergit, fidem non præstarent, quia
hoc casu quamcumque pręsumptionem, etiam-
si in contrarium adesset, probata veritas vin-
cit, ut præter supra allegatos firmat *Trenta-
cinq. var. resol. resol. 4. num.4. de verb. signific.
lib. 1.*

Quod autem ad inverisimilitudinem atti-
net, ductam ex eo, quod Carolus Pallavici-
nus prænobilis, prædives, & floridà vigens
ætate vir, Antoniam adamaverit, senem Mu-
lierem, cujus inclinata ætas odiosa est, & amo-
re incendendis Juvenibus prorsus inepta, ut
erudite meditabantur Scribentes, ea facilè tol-
lebatur, primùm reflectendo, quod secundus
Testis examinatus anno 1665. asserit, quod
diturna intercesserat conversatio Caroli cum
Antonia, antequam Marchionem pareret, *e
questa amicizia durò frà di loro un gran tempo,
e poi detta Antonia partorì detto Magnifico Ni-
colò Maria*. Tantum autem valet consuetudo,
*ut mala, quibus assueverimus, optima videan-
tur: contra quæ sunt optima, propter insolen-
tiam videantur pessima*. Sunt verba cujusdam
Senis suadere conantis Amico, ne Uxorem
tametsi malam repudiaret, aliam ducturus; 595
Item reflectendo, quo dum homines ingenitæ
deserviunt libidini, libero quasi rationis usu
carentes, non horrent, quamque fœdissi-
mam, & prodigiose deformem, ut egregie
à fortiori probat Beatus Petrus Damianus toto
libro, cui titulus *Gomorrhianus*. Demum ab
Epistolis ipsius Cardinalis Pallavicini, & ab
aliis documentis, ac etiam ab ipsis Testibus
nuper examinatis clare patuit, quod Carolus
erat quidem prædives, sed impendio parcus,
ac sordidus, quin etiam avaritià fœdus; eo
autem tempore, quo Marchionem suscepit 596
ex consuetudine Antoniæ trigesimum septi-
mum ætatis agebat annum, atque proinde flo-
rentem illam, ac viridem decantatam ætatem
jam amiserat, & ei, quæ supponitur, forma
defluxerat. Non igitur prodest Caroli divitias
celebrare, ubi constat fuisse omnino illibera-
lem, & avarum, quandoquidem non ambi-
gitur, luxuriam multis expensis sumptuum in-
digere, ut asserit *B. Dam. Epist.15.*ad Alex.II.
Pontificem.

Per istas probationes Judicantium animos
trahi ad credendam maternitatem Antoniæ
Calciæ, tum verbis, tum factis Scribentes
pro Fisco, & pro Nobilibus Genuensibus com-
probarunt. Verba relata sunt supra, ubi osten-
sa est impossibilis eorum prætensio, quod à
probationibus alioquin includentibus materni-
tatem Antoniæ deberet erui negativa, quod
non alia potuerit esse Mater Marchionis. Fa-
cta vero nunc excutimus; Siquidem agnoscen-
tes, quod intentionis fundamentum jam pro-
bavit Arnalda; præcognita necessitate adacti,
ad supremum confugerunt consilium, quo de-
monstrarent, aliam Mulierem fuisse Matrem
Marchionis. Examinarunt autem duos Testes,
Genuà Romam accitos, qui testati sunt cogno-
visse annis 1663. & 1664. in Domo Caroli Pal-
lavi-

lavicini aliam Mulierem, quæ dicebatur Ma-
ter Nicolai Mariæ filii naturalis dicti Caroli.
Hoc vero Romæ peracto examine, Pallavici-
ni, & Lomellini, Fisci Consortes, Literis re-
missorialibus expeditis, sex alios Testes Genuæ
examinarunt, & hisce octo Testibus instructi,
in secundum Causæ certamen, quod coram
me instauratum est, descenderunt. Itaque Re-
ver. Cameræ Defensores, quamvis per se ab-
unde laudati sint, tamen digni habiti sunt pe-
culiari DD. præconio, propterea quod haud
perexiguum hoc Fisci negotium juste, & gra-
viter primum aggressi, illud summa providen-
tia gesserunt, atque ubi deinceps probationes
maternitatis Antoniæ supervenerunt, diligen-
tissimè usquequaque veritatem vestigantes,
nihil (ut decebat) intermiserunt, quo tradi-
tum sibi protegendum Principis Ærarium stre-
nue tuerentur, & Arnaldam justo labore su-
perarent. Sed enim Testium omnium deposi-
tionibus mature trutinatis, non modò ab illis
prostratæ non sunt probationes Arnaldæ, ve-
rùm etiam redditæ sunt veraciores, itaut DD.
lectis hisce Testibus, non inducti sunt, sed,
quasi dicam, irruperunt in primi Rescripti in-
firmationem.

Quod verò homines isti in extremam æta-
tem progressi, ficti fuerint, nec oblatum veri-
tatis testimonium substinuerint, prout expe-
ctandum erat à viris ex vulgi cœno delectis,
quales erant omnes isti Testes, patuit ab ipsis
Scribentium allegationibus, quæ absque scopo
jaculabantur, & nihil certi propositum habe-
bant, quod sequerentur. Si enim Scribentes
rati essent, ab Testibus vera proferri, totam de-
fensionis materiam tutissimè locassent in eo-
rum depositionibus, ex quibus cum adprobe-
tur, Mulierem illam, quæ peperit Marchio-
nem, in aspectum omnium fuisse, & id tem-
poris publicè in Domo Caroli existimatam
fuisse illius Matrem, ruebat prima methodus
defensionis, nempe quod Marchionis Mater
fuerat fœmina Illustris, ad quam obtegendam,
adhibita fuerat per fraudem Antonia Calcia,
quæ proinde gessit figuram Matris, quamvis
reàpse non fuerit. Nullam profectò fidem suis
Testibus habentes in postrema propositione, in
qua simul Testium constantiam, & veritatem
defensabant, à prima sententia sese non abdu-
xerunt; *At*, inquiebant, *neque coram Thesau-
rario, neque in priori propositione umquam
enunciavimus, fœminam Illustrem in Matrem
Marchionis, nisi comparativè ad Antoniam Cal-
ciam, quam semper diximus, & iterum affirma-
mus non fuisse Matrem D. Marchionis nisi ad
summum suppositítiam*. Certè nullo pacto cum
his Testibus convenit, quod Calcia potuerit
haberi Mater adscititia Marchionis, si Mater
vera publicè noscebatur, & erat, ut eam Te-
stes fingunt, fœmina triobularis, quæ in Do-
mo cum Carolo, Uxore, & Filiis convivebat.

Idea autem hujus examinis si ea est, ut per
istos Testes Mater altera Marchionis omnino
exurgat, unde prorsus convellatur probatio
maternitatis Antoniæ Calciæ, procul dubio fru-
strata est, nam adeo sunt inter se varii, & di-
scordes, ut ab eorum depositionibus longe dis- 597
simillimis, inter quas nihil omnino convenit,
veritatem nectere sit omnino impossibile: qua-
propter probatio ista longe distat à probatione,
qua egent Fiscus, & Consortes, quæ talis de-
bet esse, ut æquali certitudine novam istam
Matrem demonstret, ut præter supra allegatos
firmat *Rot. in decis.4. num.8. tit.1. de assecu-
rat.* penes *Balducc. rer. Judic. & decis.67.
num.21. par.10. Recent.*

Si vero hoc examen eo fine factum fuit, ut
saltem turbentur probationes Arnaldæ, & ob-
scuritatibus suffundantur, nec assecuti sunt in-
tentum, cum ad evellendam perfectam pro-
bationem maternitatis Antoniæ Calciæ requi-
ratur altera contraria, & quidem æquè perfe-
cta probatio maternitatis alterius fœminæ, ut 598
benè docet *Card. de Luc. de empt. disc.24. ex
num.10. usque ad fin.*, *Rot. coram Ansald. de-
cis.55. num.5., & decis.182. num.2. & 3. par.7.,
& decis.270. num.15. dicta par.7., & decis.270.
num.7. decis.158. num.2. & 3. par.10. Recent.*
Ad differentiam alterius casus, in quo prima 599
probatio obscura, & dubia esset, cum in his
solis circumstantiis de jure admittatur, proba-
tiones dubias ab aliis pariter imperfectis, & du-
biis destrui, & everti, ut bene distinguit ea-
dem *Rot. decis.158. num.2. & 3., & decis.270.
num.2. & 3. par.10. recen., & decis.319. n.9.
par.17. recen., & decis.855. num.9. coram Du-
noz. Jun., & in decis.14. num.13. coram An-
saldo*.

Quis enim posthabere posset probationes
adeo efficaciter probantes, quod Mater Mar-
chionis fuit Antonia Calcia, ut admitteret
Matrem omnino multiformem, quam ipsi Te-
stes repræsentant, quæ alio signaculo non di-
stinguitur, quam nomine Mulieris. Omnes
enim Testes in hoc uno concordant = *Detta
Donna io non sò dove stasse di Casa, ne se stasse
sola, ò accompagnata, nè tampoco sò se avesse
Padre, Madre, Fratelli, o Parenti. Di che
condizione fosse detta Donna, cioè se nobile, se
civile, ò plebea, io non lo sò; come si chiamasse
quella, che si diceva Madre del detto Nicolò
Maria, io non lo sò, siccome ne anche sò, che
detta Donna fosse chiamata con alcun soprano-
me* =, & unus hoc addit specialius = *Più grus-
sa, che magra, con capelli proprj* = Cum itá-
que hujus farinæ sint omnes octo Testes, qui
egregiè eluserunt tormentum interrogatorio-
rum, nulla ab illis emergère potuit veritatis
imago, unde tanto magis adhærendum est pro-
bationi, certam, & individuam Matrem præfe-
renti, *Geminian. cons.27. in princip., & n.11.,
Natt. cons.372. in fin.*, *Rot. coram Coccin. de-
cis.962. num.3. & 4., & decis.755. num.16.,
& decis.744. num.1. & 8. coram eodem*.

At vero propiùs aggrediendo ineptitudinem
istorum Testium, quod attinet ad illos, qui
Romæ subjerunt examen, isti apertissime men-
tiuntur, quandoquidem asseruerunt, vidisse
hanc

hanc Mulierem anno *1663.* & *1664.* in Domo
Caroli Pallavicini,quam Domum asserunt po-
sitam Genuæ in loco *Campetta*, & hoc adeò se-
rio affirmant, ut omnino aliam scientiæ cau-
sam excludant. Cum itaque se ab hoc errore
abstinuerint Testes Genuæ examinati, qui per
idem tempus aliam Domum assignant Carolo
600 Pallavicino, ubi inbabitabat, tamquam ex fal-
sa causa deponentes, flocci faciendi sunt, quia
ubi hæc est insubsistens, inficit examen totum.
Quemadmodum de Testibus Susannæ, qui pa-
riter èrant senes, quia variabant in loco, cum
unus diceret sub ficu, & alter sub quercu, id-
circo contrarietas obstativa inter ipsos oriebа-
tur, ut benè observant adducti per *Farinacc.
de Testib. quæst.64. num.5.*

Si verò respicimus Testes sex Genuæ exami-
natos à Pallavicino, & Lomellino colitigan-
tibus, etiamsi isti comparati, & ad injustum
testimonium edocti non essent, tamen omni-
no sperni deberent, quia Pallavicini, & Lo-
601 mellini in hac probatione figuram gerunt A-
ctoris, & nullo decorati sunt privilegio, ut eo-
rum Testes valeant tollere modum defensio-
nis, & reprobationis, prout isti tollerent de-
ponentes de una Muliere in genere cum quali-
tatibus omnibus fœminis communibus, & ta-
centes eas circumstantias, unde in falsitate
possent deprehendi, ut firmant *Fulgos. cons.
204. §. Ad id, Bart. cons.65. sub num.1., Vi-
tal. de Campan. tract. de clausul. cap. Qualiter
opponi debeat exceptio simulationis inter tract.
magn. tom.18. pag.422., & cap. An juramen-
tum validet contractum num.13. pag.423., Cal-
can. cons.36. num.11., Cravett. cons.1000. nu-
mer.386. §. Apparet, & §. Tertio demonstra-
tum.*

Atque duplici circumstantia unum, & alte-
rum examen subvertitur; prima ducitur ab eo,
quod Mulier hæc dicitur à Testibus publicè
nota tamquam Mater Marchionis annis *1663.*,
1664., & *1665.*, & secundus Testis Fisci non
veretur asserere, « *che lei comandava in Casa
dispoticamente a tutti come Padrona, e da essi,
cioè i domestici era prontamente obedita, & hò
veduto alcune volte detta Signora nel fondo dei
salotti, dove stava il Signor Carlo.* Hinc nul-
lus non videt falsitatis imaginem in his Testi-
bus, nam non summis labiis, sed ex firmo pro-
posito Scribentes in hac ultima propositione
conabantur insinuare, quod Marchio defun-
ctus numquam noverit, ex qua Matre esset or-
tus,& quod Princeps pariter ejus Matrem igno-
rans,per errorem offenderit in Antoniam Cal-
ciam, & tamen tam Princeps, quam Marchio
id temporis in ipsa Domo cum Patre moraban-
tur, ut ipsi Testes admittunt.

Altera circumstantia ea est, quod cum præ-
sens litigium notorium sit, & præcipuè illius
notitia Genuæ resonet, si verum esset, quod à
Testibus comminiscitur, quod alia Mater ad- 602
fuerit, suppullularent ejusdem novæ Matris,
Nepotes, & Cognati, atque novis procul dubio
Prætensoribus istud augeretur certamen, fortè,
etiamsi Mater Marchionis fuisset illa Illustris
fœmina, quæ celebrabatur.

Aliis autem aculeis impeterentur isti Testes,
nisi, quæ dicta sunt, ad justitiam resolutionis
demonstrandam satis fuisse DD. animadver-
tissent.

F I N I S.



